

Digitized by Google

Digitized by Google

13
26 E
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-23 h 19
27 24
A A
1 1



TRACTATVS
DE

IVRE PERSONARVM EXTRA ECCLESIAE GREMIVM EXISTENTIVM.

Cui propter argumenti ſimilitudinem annexus eſt alter Tractatus

DE NEOPHYTIS.

AVCTORE
ANTONIO RICCIVLLO I.C.
Roblaneñ. Patritio Rhegino, in
Aula Romana Aduocato.

ROMAE, Sumptibus Io. Angeli Ruffinelli,
& Angeli Manni. 1622.
Typis Andreæ Phei. Superiorum permiſſu.

TRACTATVS
DE
IVRE PERSONARVM
EXTRA ECCLESIÆ GREMIVM
EXISTENTIVM.

Libris Nouem diſtinctus.

CVI PROPTER ARGVMENTI SIMILITVDINEM
Annexus eſt alter Tractatus

DE NEOPHYTIS.

OPVS PLANE SPECIOSVM FACILI, ELEGANTIQ.
methodo diſpoſitum, vſuiq. inprimis forenſi accommodatum.

PRÆLATIS, IVDICIBVS, ADVOCATIS,
cæteriſque tam in Foro, quàm in Scholis verſantibus:

CLERICIS etiam tam SAECVLARIBVS, quàm REGVLARIBVS, INQVISITORIBVS, & CONFESSARIIS apprimè vtile, & neceſſarium.

AVCTORE ANTONIO RICCIVLLO I.C. ROBLANENSE
Patritio Rhegino, in Aula Romana Aduocato.

CVM TRIPLICI INDICE, ET CVM PRIVILEGIIS.

Prodit nunc primum.

SOC·IESV·BIBL·SEC·COLL·ROM·
IHS



ROMAE,
Sumptibus Io. Angeli Ruſtinelli & Angeli Manni.
Ex Typographia Andreæ Phæi. M DC XXII. Superiorum permiſſu.

LVDOVICO
LVDOVISIO
S.R.E. CARD. CAMERARIO
AMPLISSIMO.
ANTONIVS RICCIVLLVS.

TRactatus de Iure Perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium à me fortiuis horis abſolutus, & cui propter argumẽti ſimilitudinem adiunxi tractatum de Neophytis, iure ſuo ſibi dicatur Ludouicę Card. Ampliſſimæ. Etenim cum contineat ius peculiare quo errantes à fidelibus ſigno quaſi viſibili diſtinguntur, nulli ſanè iuſtius debebatur quam tibi qui ex Principibus eccleſiæ vnus in primis es, & Gregorio XV. Pontifici Maximo (cuius proprium eſt alienos à Chriſti grege adueritatis ſemitam reuocare) ſanguinis neceſſitudine, functionis miniſterio, & laborum participatione proximior coniungeris. Qua de cauſa licet grauiſſimarum curarum, & negotiorum mole graueris, hoc tamen tibi præcipuum eſt, & primarium, vt modos viaſque omnes perquiras quibus catholicam fidem apud Infideles promoueas, & in partibus hæretiea labe maculatis iure quaſi poſt liminij reſtituas. Teſtatur hoc ipſum ſacra purpuratorum Patrum congregatio, diuino planè conſilio, ad diuinam hanc rem peragendam a S. D. N. fauſtis catholici orbis auſpicijs, te procurante inſtituta. Teſtantur, & acres aſſiduique labores quos hac eadem ex cauſa in ſanctiſſimo vniuerſalis Inquiſitionis officio perfers, & ſubis; quibus planè declaras nihil tibi gratius nihilque iucundius accidere poſſe, quam quod ſit huic rei proximum, & coniunctum. Pia etiam elemoſinarum largitio, qua patruum imitatus, publicè priuateque vteris in pauperes, in eoſque maximè, qui catolicam fidem amplexantur, te verum S. R. E. Camerarium, ac leuitæ Laurentij ſucceſſorem digniſſimum declarat, atque ideo Neophytorum, & aliorum ad fidem redeuntium legitimum tutorem.

✠ 3 Quod

Quod ſi in operum nuncupatione eius potiſſimum ratio haberi ſoleat, qui oblatum ſibi munus poſſit,& velit ſplendore nominis illuſtrare,nullius certè ratio potiùs habenda fuiſſet quam tui, qui, & inexcelſa es poſitus dignitate,& ita præclarè à natura,& ab his qui te rexerunt es inſtitutus,vt non in eo errore verſeris in quo nonnullos eſſe audio, qui exiſtimant ſtudium doctrinæ, & aliquando lectioni vacare Principi non conuenire. Mitto propenſam in eos qui de literis benè merentur voluntatem: Mitto ſinceram in homines beneuolentiam, pietatem, & clementiam qua familiares ſimul,& exteros;ciues, & alienigenas, nulla habita perſonarum acceptione complecteris:dicerem etiam inimicos, & hoſtes, (ſi demptis hoſtibus humani generis contra quos Gregorio præunte caſtra cæleſtia in terris moderaris) alium quempiam inimicum tibi eſſe putarem. His fit,vt huius ſæculi ingenia, bonique omnes, qui vident zelum religionis, ſtudium doctrinę, pietatem,& clementiam in homines, cæterasque virtutes Eccleſiaſtico Principe digniſſimas in te ſimul decertare, vltro ſe ſibi tradant, ſeque, ſuaque omnia deuoueant, & oculos non modo,ſed animos etiam in tui obſeruantiam conuertant; ac vi quadam interni amoris compulſi,longe maiora quam Dei ineffabilis prouidentia hucuſque contulerit,tibi exoptent,& augurentur. Dignus planè nepos cui arcana ſacri pectoris Gregorius credat,& in cuius humeros immenſi oneris partem deponat, quemque curarum,& Imperij participem habeat digniſſimum. Acceſſit,& illa cauſa huius operis nuncupandi tibi,quod te puero in optima indole tanquam in candida cera, plurimarum virtutum imagines efformatas agnoui,cum iubente eodem Patruo tuo,cuius ego gratia à iuuenilibus annis fruor, Epiſcopus Bellicaſtrenſis frater meus,idemque cliens,& famulus tuus,iuris præcepta tibi declararet: quo tempore licuit vtrique noſtrum nouellæ plantæ primitias deguſtare vſqueadeo,vt mirum certè nobis non videatur, ſi talem hodie conſpicimus iuuentutis meridiem, qui tanta luce micantia conſpeximus adoleſcentiæ crepuſcula matutina. Accipe igitur, Card. Ampliſſime, munuſculum tibi multis nominibus debitum, quod vt amplitudini tuæ aliqua ex parte reſpondeat, afferet ſecum in extrema eius parte Orationem à Gaſpare Ricciullo à Foſſo Archiepiſcopo Rhegino gentili meo in aperitione Sacri Tridentini Concilij (cui ipſe vſque ad finem interfuit,) habitam, quæ cum tota in eccleſiaſticis dogmatibus tuendis,& in hæreſibus confutandis expendatur,& operis congruit argumento, & ad inſtar peritiſſimi Pictoris,alumni ſui errata,vel omiſſa tuto penicillo ſupplebit. Perge Card. Ampliſſime de Chriſtiana Religione,deq. republica tota,de amicis,& alienis,vt hactenus feciſti benè mereri,ſperans fore, vt fortunet acta,conſiliaque tua Deus,faciatque vt tibi, & per te Chriſtiano populo proſpera cuncta ſuccedant.

AVCTOR

Digitized by Google

A V C T O R
PERSONIS EXTRA ECCLESIAE GREMIVM EXISTENTIBVS

LIcet prohibente Apoſtolo fas mihi non ſit vos ſalutare, nemo tamen prohibet quin omnibus ſpiritum ſani conſilij cupiens, vt illum vobis Deus impartiri dignetur, ſinceris ex optem affectibus. Chriſtianæ enim ciuitatis ciuem me eſſe memini, quem ex Chriſti præcepto non modo neceſſarios, & ciues, ſed alienos etiã, & hoſtes omni beneuolentia complecti oporteat. non ita quidem vt eos in peccatis foueamus, ſed vt ab omni errore diligenter, amiceque abductos ad benè viuendi rationem traducamus. Cumq. piè credere liceat, vos errore magis decipi, quam vt quod impium iudicatur ad extremum pertinaciter tueri velitis, ab homine Chriſtiano alienum facturum non putaui, ſi quæ de rationibus veſtris in tractationem contuli, ea vobis ob oculos proponerem: quæ vna ſi iuſta officij mei cauſa eſſe videbitur, æquum eſt etiam illud me à vobis impetrare, vt ſicubi ſententia veſtra aborrere videbitur, ne propterea vos mihi in odio eſſe ſuſpicemini, ſed ea quæ vobis ad ſalutem proponuntur in quam ſpero partem accipientes, ſola opinionis diſſentione à vobis diſſidere exiſtimetis.

GREGORIVS PAPA XV.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

CVM ſicut dilecti filij Ioannes Angelus Ruffinellus, & Angelus Mannus Bibliopolæ Alme Vrbis noſtræ Nobis nuper exponi fecerunt ipſi quendam tractatum de Iure Perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium à dilecto filio Antonio Ricciullo compoſitum in lucem ædere intendant, ac vereantur ne poſtquam in lucem prodierit, alij qui ex alieno labore lucrum quærunt ipſum Tractatum imprimi facere curent in ipſorum Ioannis Angeli, & Angeli præiudicium. Nos eorum indemnitati, ne ex impreſſione huiuſmodi aliquod diſpendium patiantur prouidere illos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & a quibuſuis excommunicatis ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium duntaxat conſequen harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eiſdem Ioanni Angelo, & Angelo, vt decennio proximo durante à primeua dicti tractatus, dummodo tamen antea à dilecto filio Magiſtro Sacrii Palatij Apoſtolici approbatus ſit impreſſione computandum, nemo tam in Vrbe, quam in reliquo ſtatu Eccleſiaſtico mediate, vel immediate, Nobis ſubiecto tractatum prædictum ſine ſpeciali dictorum Ioannis Angeli, & Angeli, aut eorum hæredum, & ſucceſſorum, ſeu ab eis cauſam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs impreſſum vendere, ſeu venalem habere, aut proponere poſſit, & valeat Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibente propterea vniuerſis, & ſingulis vtriuſqueſexus Chriſtifidelibus, primum librorum Impreſſoribus ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum & Typorum omnium pro vna Cameræ noſtrę Apoſtolicæ, ac pro alia eiſdem Ioanni Angelo. & Angelo, ac pro reliqua tertijs partibus accuſatori, & Iudici exequenti irremiſſibiliter applicandum, & eo ipſo abſque vlla declaratione incurrendam pœnis, ne dicto decennio durante tractatum prædictum, aut aliquam eius partem tam in Vrbe, quam in reliquo ſtatu Eccleſiaſtico predictis ſine huiuſmodi licentia imprimere, aut ab alijs impreſſum vendere, ſeu venalem habere, aut proponere quoquo modo audeant, ſeu pręſumant. Mandantes propterea dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatotibus, Prætoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & Locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eiſdem Ioanni Angelo, & Angelo, eorumque hæredibus, & Succeſſoribus, ſeu ab eis cauſam habentibus huiuſmodi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, quandocumque ab eiſdem Ioanne Angelo, & Angelo, ſeu alijs, prædictis fuerint requiſiti, pœnas prædictas contra quoſcumque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtan conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis. priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam in ipſo tractatu impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutione monitis eadem prorſus fides adhiberetur, quæ ipſis prę̨ſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. *Dat.* Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die xxiij Iunij. MDCXXII. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

S. Card. S. Suſannæ.

Digitized by Google

FERDINANDVS SECVNDVS Diuina fauente clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemię, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniole, & Virtembergæ &c. Comes Tyrolis. Agnoſcimus, & notum facimus vigore præſentium vniuerſis, Quod cum demiſsè Nobis exponi curarit Antonius Ricciullus in Curia Romana Aduocatus ſe ſe Lucubrationes de iure perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium quas diuturno labore & ſtudio collegerit, quo in plurium vtilitatem redundent, præli beneficio publici iuris facere decreuiſſe, Sed vereri ne aliorum auiditate, qui quæſtus cauſa primas id genus editiones præpropere, nonnunquam etiam vitioſè imitari conſueuerunt, ipſe ſperato Lucubrationum, & ſumptuum ſuorum fructu ad alios translato, iniquè fraudetur, Suppliciter proinde rogando, vt indènitati ſuæ hoc loci benignè conſulere, ipſumque Diplomate noſtro Typographico aduerſus iſtiuſmodi fraudulentas molitiones clementer munire dignaremur. Nos pro ſingularis erga rem literariam, & viros eruditos animi noſtri affectione dictæ petitioni haud grauatim deferendum cenſuimus, quemadmodum vigore pręſentium deferimur; Adeoque vniuerſis & ſingulis Typographis, Bibliopolis, & alijs quibuſcunque negotiationem librariam exercentibus ſerio inhibemus & vetamus, ne quis per totum Sacrum Romanum Imperium, Regnaque & Prouincias noſtras hæreditarias præter Authoris, vel Typographi cui curam eam commiſerit, ſcitum, voluntatem, & conſenſum ſupradictas Lucubrationes, ſiue in toto ſiue in parte intra proximum decennium à prima editionis die computandum recudere vel imprimere, aut alibi recuſas vel impreſſas adducere, vendere, vel quouis modo clam vel palam diſtrahere audeat vel præſumat. Si quis autem Edictum hoc noſtrum tranſgredi, violare, aut contemnere deprehendatur, eum non ſolum huiuſmodi libris perperam recuſis, & apportatis, quos dictus Author, aut Typographus, eorumue hæredes, vbicunque inuenti fuerint, ſiue propria, ſiue Magiſtratus ibidem authoritate atque auxilio ſibi vendicare poterunt priuandum, ſed & pœna decem Marcharum, auri puri, cuius ſemis dicto Authori aut Typographo, eorumue hæredibus, alter vero ſemis fiſco noſtro Imperiali fraudis vindici toties quoties contra factum fuerit, pendatur, omni ſpe veniæ ſublata mulctandum decernimus dummodo tamen eiuſmodi Lucubrationes nihil in ſe ſcandaloſum aut Orthodoxe Religioni Catholicæ, Sacrique Romani Imperij Conſtitutionibus aduerſum, vel bonis moribus contrarium ſiue in præfatione, ſiue in contextu, ſeu alias quecumque modo contineant, & Author ipſe vel Typographus terna vt minimum dictarum Lucubrationum exemplaria ſuis ſumptibus quam primum ad Cancellariam noſtram Imperialem Aulicam traſmiſſerit. Mandamus dignitatis aut ergo vniuerſis & Sacri Romani Imperij Regnorumque Ac Ditionum noſtrarum hæreditariarum ſubditis, cuiuſcumque ſtatus gradus, ordinis conditionis, dignitatis præeminentiæ exiſtant, tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus, præſertim vero ijs qui in Magiſtratu conſtituti vel proprio vel ſuperiorum nomine & loco ius ac iuſtitiæ adminiſtrationem exercent, ne quenquam Priuilegium hoc noſtrum Cæſareum temere & impune tranſgredi, aut violare patiantur, quin potius contumaces, ſi quos fortè compererint, præſcripta pœna multari, alijſque modis idoneis cœrceri curent, quatenus & ipſi eandem mulctam euitare voluerint. Harum teſtimonio literarum, manu noſtra ſubſcriptarum, & Sigilli noſtri Cæſarei impreſſione munitarum. Datum in Ciuitate noſtra Viennæ die decimaſexta menſi Auguſti, Anno Domini mileſimo, ſexcenteſimo, Vigeſimo primo, Regnorum noſtrorum Romani ſecundo, Hungarici quarto, Bohemici verò quinto.

Ad mandatum Sacræ Ceſareæ Maieſtatis proprium.

Hermannus Queſtenbergh.

LOVIS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre &c. A nos amez & feaulx les gens tenans nos Cours & parlement. Preuoſt de Paris, Bailli de Rouen, Seneſchal de Lion,& aultres nos baillifz, Seneſchaulx, Preuoſtz ou leurs lieutenans,& chacun endroict ſoy comme Il apartiendra ſalut. Nous auons receu l'humble ſupplication d'Authoyne Ricciulle Aduocat en Court de Rome contenant quil deſire fere imprimer & mettre en lumiere, le traictè quil a faict & compoſe de Iure Perſonarum & in peccato publico exiſtentium, Mais parce quil craint, quayant donè le Iour a ſon oeuure, les imprimeurs & libraires de noſtre Royaume l'aiant veu,& recouurè ne le facet imprimer & mettre ſoubs la preſſe & par ce moyen empeſchent, que les exemplaires,quil en aura faict tirer a ſes frais & deſpens, ne ſe vendent & debitent bien en noſtre Royaume, & ailleurs a ſa perte & dommage a fin d'obuier a ces inconuenient, Et luy doner moyen de retirer en detail, & par le menu dans certain temps ce quil lui conuient debourſer, pour fournir a cette deſpence que tumberoit ſur luy ſeul. Il nous a treshumblement requis & ſupplié, vouloir deffendre a tous Imprimeurs & libraires François, & autres nos regnicoles de faire imprimer & ex poſer en vente le dict traictè, liure imprimè par aultre que par l'imprimeur que le dict Ricciulle aura choiſi, pur ce faire pendant le temps de ans, ſeulement, A fin durant ce delay Il puiſſe par la vente quil en fera ſe rembourſer de ſes aduances,& luy en outroier nos lettres ſur ce neceſſaires. A ces cauſes apres quil nous eſt apparu de la permiſſion d'imprimer le dict traictè que frere Petroſne de l'ordre des Preſcheurs Maiſtre du Sacre pallais Apoſtolique, a donè au dict Ricciulle le 22. Septembre dernier ſur l'atteſtation de frere Nicolas Riccard presbitre du dict ordre. Gaſpard Spitille de la compagnie des Peres Ieſuiſtes, & Pierre Albertin profeſſeur publicq en droict Canon de l'vniuerſitè de Rome que l'oeuure ne cōtiēt aucune choſe qui ſoit contraire aus bones moeurs, a la foy Catholique, & que profitera grandemēt au publicq qui eſt ci attachè ſoubs le cōtreſeel de noſtre Chācellerie Nous vous mandons ordonons & expreſſemēt enioignōs par ces preſantes que vous aies chacun en voſtre reſſort & iuridiction, a faire cōme nous auōs faict & faiſons, tres expreſſe inhibition & deffences a tous imprimeurs, libraires d'imprimer ou faire imprimer,& mettre ſoubs la preſſe le dict traictè & liure, dicelluy faire expoſer en vente ni debiter en leurs bouctiques dautres impreſſions que de celles de l'imprimeur & libraire aura pour ce faict eleu, choiſy & aduouè pour imprimeur de ſon oeuure & a qui il aura permis de le mettre en lumiere. Et ce pendant neuf ans ſeullement ſur peine de mille liures d'amende, confiſcations des exemplaires dont il ſe treuueront ſaiſis, deſpens dommages & intereſts du dict Riciulle. Et a fin que les imprimeurs & libraires demeurans dans les villes, & autres endroits de noſtre dict Royaume ne puiſſent ignorer les dictes deffences Nous voulons quen faiſant par l'autheur inſerer ces preſentes, au commencement ou a la fin des impreſſions de ſon liure elles ſoint teneues pour bien notiffièes ausdicts imprimeurs & libraires & que foy y ſoit adiouſtèe comme au preſent original car tel eſt noſtre plaiſir Donè a Paris le quinxieme jour de Feburier l'an de grace mil ſix cens vingtdeux & de noſtre regne le douxieſme.

Il fauldra mettre dans la bibliotecque du Roy a Paris Vn exemplaire du dict liure.

Par le Roy en ſon conſeil.

Pretit

Digitized by Google

IN TRACTATV ANTONII RICCIVLLI I.V.C. de Iure Perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium.

Hieronymi Pecorarii è Societate IESV.

EPIGRAMMA.

SEV mala fæx Hominum, ſeu fax, ſeu turpis Erinnys,
Semi relicta orbi, ſemi recepta rogo.
Vnde pedes Excetra refers; Caput vnde perennat?
Icta noui telis Herculis Hydra cadis.
Stirps rediuiua mori renuis; ſed neſcia vinci,
Tunç magis immoreris; cum magis exoreris.
Sæuis Marte, minis flagras; incendia voluis,
Quæ ruis, ipſa feris; quæ furis, ipſa peris.
Sacra cohors Erebi diris; bene viuere diſcis;
Ac potes æternum cæſa renata mori.
Qui fert exitium calamus tibi; numen amicum
Conciliat: calamo ſoſpite, ſoſpes eris.
Vita tibi probroſa lues; tibi gloria lethum;
Manibus ac fauſtis contumulata manes.

ANGELI GALLVTII EIVSDEM SOCIETATIS.

SEPTENI è ſpecula collis, luctantia Cælo
Agmina, Ricciulli mens oculata videt.
Ilicet, ingenij validis accingitur armis;
Doctaque cordato pectore bella mouet.
Pro gladio eſt calamus, mentes, non membra laceſſens;
Nobile, pro clypei mole, volumen erit.
Iuris at auſpicijs bellum ſtat. vicimus ergo.
Ius propugnantem vincere inre decet.

EIVSDEM.

VIRIBVS Herculeis ſepteno bellua rictu
Concidit, exitio nobilitata ſuo.
Quæ caput, in cælum nunc erigit Hydra, nouenum,
En tuus, Antoni iam labor eſt. & honos.
Emeritus terræ Alcides ſuper æthera raptus
Fertur. quò tu, nunc ætheris emeritus?

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Palatij Apoſtolici.
Cæſar Fidelis Viceſgerens.

EGO Petrus Albertinus in Almæ Vrbis Gymnaſio Pontificij iuris Primarius Profeſſor de mandato Reuerendiſſimi P.Fr. Hyacinthi Petronij Apoſtolici Palatij Magiſtri perlegi, atq. recenſui diligenter Opus inſcriptum de Iure Perſonarum extra Eccleſiæ gremium Exiſtentium, libris nouem compræhenſum, Auctore, Eximio I.C.D. Antonio Ricciullo in Romana Aula integerrimo Aduocato, nihilque in eo reperi quod bonis moribus, religioni, vel ſacrorum Canonum Decretis aduerſetur: Sed omnia cum præclare, ac eruditè, tum doctè, ac vtiliter ad vſum etiam forenſem ingenioſe accomodata; In quorum fidem hæc propria manu ſubſcripſi. Romæ 25. Maij 1621.

Petrus Albertinus, qui ſupra manu propria.

DE mandato Reuerendiſſimi Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri: Legi Tractatum de Iure Perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium admodum Illuſtris, & Excellentis D.D. Antonij Ricciulli, & in eo nihil, quod Fidei, boniſue moribus aduerſetur, inueni, quin potius ſacris Canonibus conſonum, dignumque iudico ob doctrinam eruditionemque, qui in lucem edatur, omniumque manibus teratur. In cuius rei fidem has manu mea ſubſcriptas dedi Tibure 16. Maij 1621.

Gaſpar Spitillius Societatis Ieſu

LEGI de mandato Reuerendiſs. S Pal. Apoſt. Magiſtri , quam de Iure Perſonarum extra Eccleſiæ gremium exiſtentium &c. Perill. ac Excellentiſs D. Antonius Ricciullus I. V. Conſultiſſimus, egregiam commentationem lucubrauit. Nil offendi, quod iure poſſit offendere. Conſtant omnia, & orthodoxæ fidei, ſacris canonibus, probitate moribus conſonant. Reſpondent Authori, quod ſumma laus cenſeri debeat. Dignam iudico, quæ communem lucem aſpiciat, vt quæ non modicam communibus ſtudijs lucem, & foro Eccleſiaſtico paritura ſit vtilitatem. Romę in S. Thomæ Collegio ad S. Mariam ſuper Mineruam xv. Kal. Nouembris M DC XX I.

Fr. Nicolaus Riccardus S. Theol. Mag. & Regens.

Imprimatur Fr. Hyacintus Petronius ordinis Præd. Sacri Apoſtol. Palatij Magiſter.

INDEX LIBRORVM
QVÆ IN HOC TRACTATV CONTINENTVR.

I. AD ingreſſum tractationis continet explicationem nominis Eccleſiæ, eiuſque diffinitionem cuius occaſione plene explicatur præceptum profitendi fidem externam.

II. De Iudæis, & Infidelibus in genere.

III. De Cathecumenis.

IV. De Excommunicatis.

V. De Hæreticis.

VI. De Apoſtatis fidei.

VII. De Apoſtatis à ſtatu ordinis Clericalis.

VIII. De Apoſtatis à ſtatu Religionis.

IX. De Schiſmaticis.

Poſtea reperies tractatus de Neophitis.

Et demum orationem habitam in aperitione ſacri Tridentini Concilij à Gaſpare Ricciullo à Foſſo Archiepiſ. Rhegino.

INDEX ARGVMENTORVM.

Liber Primus.

EXplicatur ſignificatio nominis eccleſiæ, ac ſimul ratio ſubiicitur, qua factum eſt, vt poſt Chriſti aduentum Chriſtianus, & Iudaicus Populus diſtinctis nūcupārut nominibus, cuius occaſione plura de ſimultanea nominis ſignificatione traduntur cap. 1.

Quatuor ſubiiciuntur rationes, quibus factum videri poteſt, vt poſt Chriſti aduētum populus hebraicus Synagoga magis, quam eccleſia diceretur. cap. 2.

Eccleſia quomodo diffiniatur. cap. 3.

An, & quomodo externa fidei profeſſio ſit ad ſalutem neceſſaria,& in quibus caſibus peccari contingit contra præceptum externę fidei confitendę. cap. 4.

An vtentes veſtibus,vel ſignis infidelium, quando illa non ſunt inſtituta ad cultū Religionis, ſed propter bonum politicū, ad hoc videlicet vt vna Religio diſcernatur ab altera peccent inhoc præceptum confitendi externam fidem. cap. 5.

An Chriſtianis belligerantibus cum Infidelibus,vel Hæreticis,liceat vti ſignis,quibus vtuntur ipſi ad eos decipiendos,vel ad mortem,ſiue periculum effugiendum cap. 6.

An liceat Catholico celandæ Religionis cauſa ad effugiendum periculum mortis veſci carnibus temporibus ab eccleſia interdictis. cap. 7.

An Catholici in partibus, in quibus Hereſes graſſantur poſſint adire Templa hæreticorum. cap. 8.

An liceat Catholico ducere hæretici funus cap. 9.

An Catholici in Terris, in quibus hæretici dominantur, poſſint citra peccatum in hanc externam fidei profeſſionem parere magiſtratibus hæreticis iubentibus, vt certis diebus, quos ipſi pro feſtis obſeruant, nec ſunt verè feſti dies, claudant ſuas tabernas, vel officias. cap. 10.

An liceat Chriſtianis militare ſub Principe infideli. cap. 11.

An ſi Chriſtianus, ſeu Catholicus de fide ſua interrogatus taceat, & nolit reſpondere, peccet in hoc præceptum confeſſionis externę fidei. cap. 12.

De externa fidei profeſſione facienda ex præcepto Tridentini Concilii, & conſtitutionum Pii 4. qui ad illam teneantur, & de poenis eorum, qui eam facere negligunt. cap. 13.

An prouiſus de beneficio curato habitu, ſed non actu teneatur emittere profeſſionem fidei. cap. 14.

An ſi contingat Parochialem habitu ad priorem ſtatum reuocari (videlicet quia Parochiani redeunt ad habitandum) prouiſus teneatur emittere fidei profeſſionem. cap. 15.

De poenis, quibus plectuntur omittentes facere fidei profeſſionem. cap. 16.

Liber Secundus.

AN Iudęi ſint in eccleſia. cap. 1.

Inter fidelem, & Iudæum an poſſit matrimonium conſiſtere. cap. 2.

An Iudæi ligentur conſtitutionibus eccleſiaſticis, quæ feruntur ab eccleſia pro regimine eccleſiaſtico dirigendo. cap. 3.

An inter Iudæos contrahatur cognatio ſpiritualis

††

Digitized by Google

ritualis, vel legalis, aut impedimentum publicæ hon eſtatis. cap.4
An inter Iudæos contrahatur impedimentum affinitatis. cap.5
An pœnæ cenſurarum habeant locum in Iudæis, cuius occaſione diſputatur, An Iudæi poſſint Euangelium denunciare. & an Chriſtianus poſſit Euangelicè denunciari ad inſtantiam Iudæi. cap.6
An Iudæus ſit capax irregularitatis cap.7
An ſtatutum prohibens Artifices in certis feſtis artem exercere comprehendat Artifices Iudæos. cap.8
Præceptum de decimis perſonalibus ſoluendis an habeat locum in Iudæis. cap.9
Diſpoſitio Canonica validans contractum contra diſpoſitionem iuris ciuilis propter iuramentum an habeat locum in contractibus initis inter Iudæos. cap.10
Iudæus an ſit capax iuriſpatronatus. cap.11
An Iudæus gaudeat immunitate Eccleſiaſtica. cap.12
Relicta à Iudæis pijs locis an gaudeant priuilegio piæ cauſæ. cap.13
An Iudæi teneantur legibus, quæ feruntur ab Eccleſia pro regimine politico dirigendo, cuius occaſione diſputatur An Iudæi habeant filios in poteſtate, & an diſpoſitio legis communis ſit ſeruanda inter Hebræos in ordinationibus iudiciorum, Contractuum, & Teſtamentorum. cap.14
An, & quando in vno, eodemq; caſu concurrunt diſpoſitio iuris Hebraici, & iuris noſtri, quæ contraria diſponunt ſit ſeruāda inter iudæos diſpoſitio iuris noſtri, vel Hebraici. cap.15
An Conſtitutio Gregorij xiij. ſuper iure congrui locum habeat inter iudæos. cap.16
De iure in quilinatus inter Hebræos. cap 17
An quando diſpoſitio iuris noſtri pugnat cum lege rituali iudæorum, ſit inter iudæos in concernentibus ritus, & cærimonias ſeruanda lex noſtra, vel ritualis. cap. 18
An diſpoſitio cap.1. de vſur. lib. 6. habeat locum inter Hebræos. cap.19
An Iudæi ſint iudicandi ſecundum rigorem, vel æquitatem. cap.20
Iudæo pauperi litiganti non Chriſtiano an debeantur alimenta. cap.21
An Iudæi in Terris Chriſtianorum habitantes ſint capaces Iuriſdictionis inter Chriſtianos. cap.22
An iudæus poſſit eſſe arbiter inter Chriſtianos. 23
An iudæus poſſit inter Chriſtianos exercere officium Aduocati. cap.24
Iudæus an poſſit adipiſci gradum doctoratus. cap.25
An iudæus poſſit eſſe Procurator. cap. 26
An iudæus inter Chriſtianos poſſit eſſe Notarius. cap.27
Iudæus an poſſit habere ſeruum, vel nutricem, aut famulum Chriſtianum, cuius occaſione expenditur ſenſus cap. fin. de iudæis. cap 28
Iudæi an habeant filios in poteſtate, cuius occaſione diſputatur, An & quomodo iudæi ad fidem conuerſi ſuccedant parentibus, & an Pater poſſit pupillariter ſubſtituere filio impuberi ad fidem conuerſo. cap.29
An iudæus poſſit eſſe Tutor Pupilli Chriſtiani. cap.30
An iudæi licitè poſſint ad fidem, ſeù baptiſmum compelli. cap. 31
An infantes Iudæorum, & infidelium, qui adhuc ad vſum rationis non peruenerunt poſſint inuitis parentibus baptizari. cap.32
Qua ætate infans cenſendus ſit habere vſum rationis, ad hoc, vt poſſit inuitis Parentibus baptizari. cap.33
Infantes iudæorum, vel infidelium ſi antequam habeant vſum rationis baptizentur de facto inuitis Parentibus, an character imprimatur, ita vt ſint cogendi ad fidei obſeruantiam. cap.34
An ſi iudæus adultus per vim baptizetur, ſuſcipiat characterem baptiſmi, adeò vt ſit cogendus ad obſeruantiam fidei. cap. 35
An ſit licitum dare pecuniam iudæo ad hoc vt Chriſtianus fiat. cap. 36.
Iudæi vt ceteri infideles an poſſint ad fidē cogi per inſtātiā praedicationis. cap. 37
De prohibita communione cum iudaeis, & in-

& infidelibus. cap 38.
De prohibita communione cum Iudæis in reſpicientibus cultum Religionis. capit. 39.
An liceat iudici, quando Iudæus eſt in cauſa, differre Cauſæ propoſitionem ad hoc ne Iudæus cogatur informare die Sabbati. cap. 40.
De communione rerum ſpectantium ad vſum politicum, & commercium humanum. cap. 41.
An ſit licitum Chriſtianis contrahere cum Iudæis. cap. 42.
An, & quomodo Iudæi debeant à Chriſtianis qualitate habitus diſcerni cap. 43.
An liceat Chriſtiano teſtamento aliquid relinquere Iudęis. cap. 44.
Iudæus ſi poſt receptum baptiſmatis vndā eodem vtatur nomine quo vtebatur dū verſabatur in Iudaiſmo, an reddatur iudaicę prauitatis ſuſpectus. cap. 45.
Quæ exercitia ſint iudęis in vrbe permiſſa. cap. 46.
Iudæus an ſuccedat Parentibus, & Conſanguineis ad fidem conuerſis. cap. 47.
Mulier Iudæa an gaudeat priuilegijs dotis. cap. 48.
Priuilegia Hębreis conceſſa an, & quomodo ſint interpręetanda, cap. 49.
Iudęi an, & quomodo poſſint poſſidere ſtabilia inter Chriſtianos. cap. 50.
An Princeps poſſit ad libitum ſine aliqua cauſa ex proprio Territorio expellere Iudæos, vel alios Infideles ibi commorantes. cap. 51.
Iudęi an ſubiiciantur iuriſdictioni Iudicis laici, vel eccleſiaſtici cap. 52.
An diſpoſitio loquens de Iudęis habeat locum in coeteris infidelibus ignere. cap. 53.

Liber tertius.

CAthęcumeni qui dicantur, & qui competentes, & quomodo inter ſe differant. cap. 1.
Cathæchiſmus an debeat præcedere baptiſmum. cap 2.
Cathecumeni quo tempore ſint baptizandi cap. 3.
Cathecumeni an ſint in eccleſia. cap. 4.
Pro Cathæcumenis an liceat miſſam celebrare. cap. 5.
Cathæcumenus an ſit capax indulgentiarum. cap. 6.
Cathæcumeni, an veniant diſpoſitione loquente de Chriſtianis. cap. 7.
Cathæcumenus decedens intra tēpus probationis an poſſit ſaluari. cap. 8.

Liber Quartus.

AN excommunicati ſint in eccleſia. cap. 1.
An excommunicatus ſit habilis ad exercendum actus tributos ordini. cap. 2.
An excommunicatus poſſit conferre beneficia. cap. 3.
An præſentatio facta per excommunicatum ſuſtineatur. cap. 4.
An excommunicatus poſſit eſſe Exequutor ad prouidendum. cap 5.
An excommunicatus ſit capax ad obtinendum eccleſiaſtica beneficia cap. 6.
Inſordeſcens in excommunicatione per annum an priuetur obtentis ipſo iure; An vero requiratur ſententia priuatoria, & an veniens poſt annum audiatur ſuper recuperatione beneficij, vel ſuper crimine. cap. 7.
Vt dicatur contracta inſordeſcentia ad effectum priuationis beneficiorum quæ requirantur. cap. 8.
Impetratio facta ab excommunicato quando ſuſtineatur ex clauſula, teque abſoluentes, cuius occaſione plura ad intellectum dictæ clauſulæ afferuntur cap. 9.
Excommunicatus an poſſit acceptare beneficium ſibi collatum ante excommunicationem. cap 10.
Excommunicatus an poſſit optare. cap. 11.
Sequuta abſolutione an poſſit diſpenſari cum excommunicato, vt retineat beneficium collatum ſibi tempore excommunicationis, & a quo poſſit talis diſpenſatio dari. cap. 12.
Quinque recenſentur caſus, in quibus præter ſupradictos collatio excommunicato facta ſuſtinetur. cap. 13.
An excommunicatus poſſit præcipere

re prouentus beneficiorum Eccleſiaſticorum. Cap. 14.
Cui ſint applicandi prouentus, quibus priuatur excommunicatus, vel ſuſpenſus, aut Depoſitus excommunicatione. ſuſpenſione, vel depoſitione pendente. Cap. 15.
An penſio impoſita beneficiis, pendente excommunicatione Beneficiati ſit ſoluenda de fructibus beneficij, An vero de bonis proprijs excommunicati. Cap. 16.
Excommunicatus non poteſt eligi Iudex, neque Eccleſiaſticus, neque ſæcularis, & electus nequit exercere iuriſdictionē, etiam ſi ſibi ſit delata iure ſucceſſionis, aut primogenituræ. Cap. 17.
Sententia lata per Iudicem excommunicatum, an, & quomodo poſſit ſuſtineri. Cap. 18.
An Iuriſdictio Iudicis delegati remaneat ſuſpenſa per excommunicationem ſuperuenientem in perſona, in cuius locū eſt delegatus Cap. 19.
An excommunicatus poſſit proferre arbitramentum. Cap. 20.
An excommunicatus poſſit exercere officium Aduocati. Cap. 21.
Aduocatus excommunicatus ſi de facto patrocinetur, an teneatur ad reſtitutionem ſalarij Cap. 22.
Excōmunicatus an poſſit doctorari. cap. 23.
Excommunicatus repellitur ab officio Procuratoris, & Sollicitatoris in Iudicio. cap. 24.
An excommunicatus conſtitutus Procurator de facto cum facultate ſubſtituendi, poſſit alium ſubſtituere. cap. 25.
An excommunicatus poſſit eſſe in Iudicio ratione officij publici. cap. 26.
An excommunicato Prælato poſſint agere pro Eccleſia Sindici, vel Aeconomus, aut cœteri huiuſmodi. cap. 27.
An coniunctus non excommunicatus poſſit eſſe in Iudicio pro coniuncto excommunicato, poſito quod ſit talis, qui poſſit agere ſine mandato, ſecundum ea, quæ habentur in l. ſed & hæ ff. de procurat. & in cap. nonnulli in fine de reſcriptis. cap. 28.
Habens Iura ceſſa ab excommunicato an poſſit agere. cap. 29.
An excommunicatus poſſit eſſe Notarius, vel Teſtis in iudicio. cap. 30.
Excommunicatus non poteſt eſſe Actor in Iudicio. cap. 31.
Plures recenſentur caſus, in quibus Excommunicatus etiam tanquam Actor poteſt eſſe in Iudicio. cap. 32.
An excommunicatus poſſit eſſe in iudicio tanquam Reus. cap. 33.
An excommunicatus poſſit proponere exceptionem compenſationis. cap. 34.
Excommunicatus an poſſit petere reſtitutionem in integrum, & an poſſit comparere tanquam tertius, & an poſſit petere reductionem laudi, & an paſſus immiſſionem in contumaciā audiatur. cap. 35.
An excommunicatus paſſus imiſſionem in contumaciam audiatur petendo eam reuocari. cap. 36.
An excommunicatus in caſu, in quo poteſt eſſe in iudicio, vti reus neceſſarius ſit cogendus inuitus conſtituere Procuratorem, an vero poſſit defendere cauſam per ſe ipſum. cap. 37.
An excommunicatus poſſit impetrare reſcriptum. cap. 38.
An diſpoſitio cap. 1. de reſcript. lib. 6. habeat locum in reſcriptis Prælatorum. cap. 39.
An diſpoſitio cap. 1. lib. 6. procedat in reſcriptis Principum ſæcularium. cap. 40.
An excommunicatus ſi ingrediatur, & profiteatur Religionem, ingreſſus, & profeſſio teneat. cap. 41.
Præceptum vitandi excommunicatos quo iure ſit introductum. cap. 42.
De prohibita communicatione cum excommunicatis in genere. cap. 43.
An pręceptum vitandi excommunicatos afficiat quando adeſt violentę mortis periculum. cap. 44.
Quis dicatur communicare in crimine. cap. 45.
De quatuor ſpeciebus communicationis cum excommunicatis. cap. 46.
Nonnullæ recenſentur cauſæ, ob quas licita eſt communicatio cum excommunicato. cap. 47.
An, & quomodo Vxor poſſit communicare Viro excommunicato ex neceſſitate coniugij, cuius occaſione plene agitur de

Digitized by Google

de intellectu cap. quoniam multos 11. q. 3. & cap. inter alia de ſententia excomm. cap. 48.
An, & quomodo liberi poſſint communicare Parentibus excommunicatis reſpectu patrię poteſtatis. cap. 49.
An, & quomodo ſerui poſſint communicare Dominis excommunicatis reſpectu poteſtatis Dominicæ. cap. 50.
Pupillus, vel adultus, an poſſit communicare Tutori, vel Curatori reſpectu poteſtatis. cap. 51.
An ſubditi reſpectu iuriſdictionis poſſint communicare Domino excommunicato. cap. 52.
De cauſa excuſationis prouenienteex neceſſitate ſimplici. cap. 53.
De excuſatione inſurgente ex neceſſitate morali, ſiue ad melius eſſe. cap. 54.
De cauſa inſurgente ex vtilitate ſalutis, vel obuitandum damnum, vel pro ſuſtẽtanda vita excommunicati. cap. 55.
An ratione contractus celebrati ante excommunicato liceat communicare excommunicato. cap. 56.
An liceat contrahere cum excommunicato ipſa exõmunicatione durante. cap. 57.
Sit ne prohibita excommunicato denunciato communicatio per teſtamentum, cap. 58.
An excommunicatus denunciatus habeat teſtamenti factionem paſſiuam. cap. 59.
An uis excommunicationis duret poſt mortem, ita vt teneamur etiam mortuum vitare. cap. 60.
An & quomodo Prælatus pro ſua ſuorumque & eccleſiæ iurium, & bonorũ defenſione poſſit vti cenſuris, procedendo ex traiudicialiter aduerſus occupantes. cap. 61.
Denunciatio excommunicationis à quo, & qualiter fieri debeat. cap. 62.
Ab excommunicatione an detur appellatio. cap. 63.
An & quando appellatio ſuſpendat excommunicationem. cap. 64.
Ad tollendã excommunicationem an requiratur abſolutio de neceſſitate. c. 65.
De abſolutione ſimplici, conditionali, & cum reincidentia. cap. 66.
De abſolutione ad cautelam, cap. 67.
De abſolutione in foro interiori. cap. 68.
Excommunicatus an abſoluatur inuitus. cap. 69.
In abſolutione danda à cenſuris an requitatur partis citatio. cap. 70.

Liber Quintus.

Hæreſis vox declaratur. capitulo primo.
Qualis debeat eſſe pertinacia, vt hæreſis dici poſſet conſumata, cuius occaſione traditur differentia, quæ verſatur inter perſeuerantiam, pertinaciam, & obſtinationem. cap. 2.
An qui non errat in fide, exterius tamen negat articulum fidei poſſit dici hæreticus. cap. 3.
Dubius in fide an ſit hæreticus. cap. 4.
Tenens veram opinionem, putans illam eſſe contra catholicam eccleſiam, an dicatur hæreticus. cap. 5.
Legitime conuictus de hæreſi, ſi conſtanter neget, & aſſerat ſe credidiſſe, & credere omnia, quę reddit Sancta Mater Eccleſia an ſit hæreticus, & vti talis puniendus. cap. 6.
Errans in fide ex ignorantia, an ſit hęreticus. cap. 7.
De propoſitionibus in fide peccantibus, & aliter damnatis. cap. 8.
Quis dicatur hereticus externus, ſiue internus, ſiue pure mentalis. cap. 9.
An hęreticus internus incidat in cenſuras, cuius occaſione differitur, quando, & quomodo eccleſia habeat poteſtatem in actibus occultis. cap. 10.
De hęretico pręſumpto, cuius occaſione declarantur ſpecies pręſumptionis, ſeu ſuſpitionis in cauſa hæreſis, nempe ſuſpitio leuis, vehemens, & violẽta. cap. 11.
An hæretici ſint in eccleſia. cap. 12.
De excommunicatione quæ cõtrahitur propter hęreſim, an illa ſit de iure diuino, vel eccleſiaſtico. cap. 13.
An abſolutio excommunicationis contractæ propter hæreſim, ſit reſeruata ſedi apoſtolicæ, an vero poſſit impędi ab Epiſcopo, tam in foro Iudiciali, quam in foro conſcientiæ vigore Concilij Tridentini

dentini ſeſſ.24.c.6.ad rigore Bullæ cruciatæ, & iubilæi. cap.14
An inquiſitores hæreticæ prauitatis habeãt facultatem abſoluendi ab hæreſi in foro interiori. cap.15
An ſicuti per Bullam Cęnę eſt derogatum Concilio Tridentino ſeſſ.24.cap.6.in ea parte in qua concedit epiſcopis facultatem abſoluendi ab hęreſi occulta, ita ſit derogatum in ea parte in qua concedit eis poteſtatem diſpenſandi ab irregularitate, ex eadem occulta hæreſi prouenientе. cap.16
De irregularitate, quæ contrahitur propter hęreſim. cap.17
An irregularitas duret poſtquam per pęnitentiam Hęretici reuertuntur. cap.18.
An & quomodo, hęreſis inducat inhabilitatem ad obtinenda eccleſiaſtica beneficia, & penſiones, & per eam inducatur priuatio obtentorum, remedijs poſſeſſoriis, regula triennali, vel annali poſſeſſore. cap 19
De pęnis hęreticorum, quoad honores, et dignitates. cap.20
An libri hæreticorum ſint abolendi. cap.21.
An abolitio librorum hæreticorum, vel aliàs improbatæ lectionis Auctorum, poſſit, & debeat neceſſariè fieri per eccleſiam, an etiam fieri poſſit a Principe laico. cap.22
Qui libri debeant cenſeri damnati. cap.23
An habenti libros prohibitos, ſufficiat eos comburere, vel lacerare, an vero teneatur tradere ſuperiori. cap.24
An aliquibus ſit concedenda licentia tenendi, & legendi libros prohibitos, & a quibus talis licentia ſit concedenda. cap.25
A quibus poſſent abſolui, qui libros prohibitos habuerunt. cap.26
Hæreticus an ſit capax ſucceſſionis, legati, aut donationis. cap.27
Hęreticus an poſſit teſtari. cap.28.
Filij & deſcendentes hæreticorum, an, & quomodo propter hæreſim paternam reddantur inhabiles ad obtinenda beneficia eccleſiaſtica, & quomodo priuẽtur obtentis. cap.29.
Qui Filii hæreticorum incurrãt pęnas propter paternam hæreſim. cap.30.
Bona hæreticorum confiſcantur ipſo iure, ac hæreticus priuatur adminiſtratione, & dominio, ante ſententiam declaratoriam. cap.31.
Quæ veniant in confiſcatione bonorum hęretici. cap.32.
In confiſcatione bonorum hæretici an veniat iuſpatronatus. cap.33.
Publicatis bonis hæretici ad quæ fiſcus teneatur. cap.34.
An alienationes factæ per hæreticum poſt delictum admiſſum valeãt. cap.35.
An alienatio facta per hæreticum, ex cauſa neceſſaria valeat, an vero poſſit per fiſcum reuocari. cap.36.
An in caſibus in quibus fiſcus poteſt agere ad reuocationem alienationis factæ per hæreticum, veniant fructus. cap.37.
An fiſcus agens ad reſtitutionem rei alienatæ per hæreticum teneatur emptori ſoluere pretium. cap.38.
Fiſcus agens ad reuocationem rei alienatæ per hæreticum, an teneatur reſtituere meliorationes per emptorem factas. cap.39.
Fiſcus an teneatur dare filiis hæretici, ex bonis confiſcatis legitimam dotes, vel alimenta. cap.40.
Bonis publicatis an fiſcus teneatur ſtare locationi. cap.41.
Hæreticus penitens, an euadat penam confiſcationis bonorum. cap.42.
An hæreticus penitens in caſibus in quibus recuperat bona confiſcata, recuperet etiam iuſpatronatus. cap.43.
Hæreticus penitens an recuperet beneficia. cap.44.

Liber Sextus.

De Apoſtatis fidei.

APoſtaſiæ vox, ſpecies, & diffinitio declaratur. cap.1.
Quis dicatur apoſtata fidei. cap.2.
Baptizatus contra formam veram, & neceſſariam, ſi ad reprobam ſectam ſe transferat, an dicatur Apoſtata. cap.3.

An

An apoſtata fidei differat ſpecie ab hæretico, & expenditur ſenſus l. 3. C. de apoſtat. cap. 4.

An qui coactè, vel per vim, & metum abnegat fidem Catholicam, vel Idolis ſacrificat, corde tamen fidelis eſt, poſſit Apoſtata reputari. cap. 5.

Liber ſeptimus.

De Apoſtatis à ſtatu Clericali.

PEr contractum matrimonii quando dicatur factus receſſus à ſtatu clericali. cap. 1.

An per matrimonium nulliter contractum clericus dicatur recedere ab ordine clericali, ita vt inducatur vacatio beneficiorum. cap. 2.

An ſicuti per contractum matrimonii per verba de preſenti vacant beneficia, ità extinguantur penſiones. cap. 3.

An ſicuti per contractum matrimonii per verba de præſenti vacant ipſo iure beneficia, & extinguuntur penſiones, ita dicantur vacare, & extingui per ſponſalia per verba de futuro. cap. 4.

Clericus per ſuſceptionem cinguli militaris quando dicatur receſſiſſe à ſtatu ordinis clericalis, cuius occaſione plene diſputatur, quando dicatur miles effectus, & expenditur intellectus l. Scriniarios, C. de teſta. milit. & in l. penul. ff. de militar. teſtam. cap. 5.

Clericus quando dicatur recedere à ſtatu ordinis per diſtinctionem habitus clericalis. cap. 6.

Liber Octauus.

De Apoſtatis Religionis.

QVando dicatur factus receſſus à ſtatu Religionis, ad effectum vt Religioſus dicatur contraxiſſe apoſtaſiam capit. 1.

Receſſus à ſtatu religionis quando dicatur temerarius, & habilis ad contrahendam Apoſtaſiam late per ſpecificas illationes declaratur. cap. 2

Dimittens habitum ſuæ Religionis ſine Superioris licentia, & tranſiens ad aliam diuerſi habitus, An ſit inter Apoſtatas recenſendus. cap. 3.

Translatio de vna Religione in aliam quãdo dicatur debitè vel indebite facta, capit. 4.

An ſicuti poſſunt transferri Monachi in aliam religionem, poſſint transferri moniales de monaſterio ad monaſterium. cap. 5.

In translatione facienda an debeat attendi perfectio, vel ſeueritas, ſeu aſperitas religionis. cap. 6.

An Religio minimorum ſancti Franciſci de Paula ſit ſtrictior Religione Carthuſianorum. cap. 7.

Religioſi ſocietatis Ieſu, ſi poſt emiſſa vota ſimplicia redeant ad ſæculum an dicantur Apoſtatæ. cap. 8.

Societas Ieſu eſt propria, & vera religio mendicans, quæ in domibus profeſſis profitetur paupertatem ab intrinſeco, non obſtante diſpoſitione Sacri Trid. Concilii Seſſ. 25. cap. 3. de Regular. licet Collegia, & Domus probationis ſint capaces bonorum immobilium in communi, quorum occaſione diſputatur, an Domus profeſſa poſſit hæres inſtitui, & in quibus conueniat vel non conueniat paupertas Domus profeſſæ cum paupertate Fratrum minorum. cap. 9.

An liceat Religioni eiicere Religioſum profeſſum tamquam incorrigibilem. cap. 10.

An ſi eiectus à Religione, habituque priuatus ex iuſta, & rationabili cauſa à Religione reputatur, ſeque paratam ad ipsũ recipiendum offerat, ſi monachus redire recuſet ſit Apoſtatarum numero recenſendus. cap. 11.

An ſit cenſendus apoſtata, qui habitum gerit ſub pannis coopertum. cap. 12.

An probabilis dicatur cauſa, ſi Religioſus deferat habitum coopertum, ſolo timore ne contingat ipſum incidere in manus Curię, ſeu Soperioris, apud quem criminabatur. cap. 13.

Nulliter profeſſus an poſſit ſine crimine apoſtaſiæ ad ſęculum redire. cap. 14.

Apo-

Apoſtata an poſſit doctorari, cap. 15.

Liber Nonus.

De Schiſmaticis.

NOnnullis de Schiſmæ vocabulo præ libatis quidditatiua ſubijcitur Schiſmæ diffinitio,& Schiſmaticorum genera explicantur. cap. 1.
An Schiſmatici ſint in eccleſia. cap. 2.
An geſta per Schiſmaticos in Sacramẽtalibus teneant. cap. 3.
An geſta per Schiſmaticos in temporalibus teneant. cap. 4.
Papa ad Schiſma ſedandum an cogi poſſit ad cedendum pontificatui. cap. 5.

De Neophytis.

NEophyti nomen explicatur. cap. 1.
Neophytus an poſſit ad Epiſcopatũ promoueri. cap. 2.
Neophytus an debeat promoueri ad ordines. cap. 3.
Neophytus an ſit capax beneficii. cap. 4.
Neophytus an poſſit ad publica officia promoueri. cap. 5.
An ſint probanda ſtatuta quod Neophyti, & deſcendentes ab eis non admittantur ad eccleſiaſtica beneficia. cap. 6.
Plures ſubiiciuntur concluſiones ad interpretationem ſtatuti eccleſiæ Toletanæ, & aliarum eccleſiarum, præcipientium quod in eis non poſſint recipi niſi deſcendentes ex puris,& antiquis Chriſtianis, excluſis deſcendentibus ex genere Iudæorum, Maurorum, & hæreticorum cap. 7.
Neophyti an debeant recenſeri inter nobiles, vel ignobiles ciuitatis. cap. 8.
Neophyti an retineant iura quæ ſibi competebant ante baptiſmum. cap. 9.
Quouſq. quis dicatur Neophytus. cap. 10.
De interdicta communione Neophytorum,& infidelium. cap. 11.

Digitized by Google

TRACTATVS DE IVRE PERSONARVM EXTRA ECCLESIÆ GREMIVM EXISTENTIVM.

Auctore

ANTONIO RICCIVLLO IVRECONSVLTO.

Liber Primus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia vox, quid ſignificet.*
2 *Ad Eccleſiam nemo conuertitur, niſi Diuina vocatione præuentus.*
3 *Vocatio ad Eccleſiam eſt primum beneficium, quod à Deo recipimus.*
4 *Eccleſia nomen eſt æquiuocum, & aptum importare multitudinem in bonum, & in malum conuocatam.*
5 *Eccleſia ſolus Chriſtianus Populus vocatur.*
6 *Synagoga propria eſt Populi Iudaici.*
7 *Chriſtianus, & Iudaicus Populus, quare diſtinctis nominibus nuncupentur.*
8 *Nominis ſimultanea nuncupatio gignit amorem, & beneuolentiam inter homines. & num. 11. & 12.*
9 *Per conditionem eiuſdem nominis ferendi antiquitus tertium genus adoptionis explicabatur.*
10 *Conditio ferendi nomen, & arma eſt neceſſaria, & ad vnguem implenda, & ante aditam hæreditatem.*
11 *Elimelech iuri propinquitatis ceſſit Booz, & quare.*
12 *Aeneas Latio potitus ad conciliandum Aboriginum animos, Latinos vocari præcepit.*
13 *Nominis antiqui recordatio magnam vim habet.*
14 *Nomen qua ratione mutetur infidelibus ad fidem venientibus.*

ARGVMENTVM.

Explicatur ſignificatio nominis Eccleſiæ, ac ſimul ratio ſubijcitur qua factum eſt, vt poſt Chriſti aduentum Chriſtianus, & Iudaicus Populus diſtinctis nuncupentur nominibus; cuius occaſione plura de ſimultanea nominis ſignificatione traduntur.

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

AD rem pertinet,
vt quando tota
de iure perſona-
rum extra Eccle-
ſiæ gremium exi-
ſtentium, eſt futu-
ra tractatio, prin-
cipio ipſius Eccle-
1 ſiæ nomen explicetur. Igitur Eccleſia
græca vox eſt, idemque ſignificat, quod
latine hominum multitudo ſimul in v-
2 num vocatorum. Fortaſſe, quia nemo ad
hunc populum ſuo proprio inſtinctu ſe
adiungit, ſed omnes à Diuina vocatio-
ne præueniuntur. *Hoſtien. in cap. du-
dum, de conuerſ. coniug. Anan. in cap.
Iudæi, el 2. ſub num. 2. verſ. nota quod, de
3 Iudæis*. Eſt enim vocatio primum bene-
ficium, quod Sancti à Deo recipiunt.
Quos vocauit (inquit Apoſtolus) *hos iuſti-
ficauit, quos iuſtificauit, hos, & magnifi-
cauit. Et Actuum 2. Quoſcunque ad-
uocauerit Dominus Deus noſter. Hinc Pau-
lus ad Corinth. cap.* 1. Et fere in vniuer-
ſis eius epiſtolis, Chriſtianos appellat
vocatos. Suaptè natura Eccleſiæ nomen
4 eſt æquiuocum, aptum videlicet ſignifi-
care multitudinem in bonum, & in ma-
lum conuocatam, prout adiuncti quali-
tas expoſcit: quo fit vt in veteri lege
quandoque Eccleſiam reperies Domini.
*Num. c. 20. Cur eduxiſti Eccleſiam Do-
mini in ſolitudine*, & quandoque Eccle-
ſiam impiorum, & malignantium. *Odi-
ui Eccleſiam malignantium, & cum im-
5 piis non ſedebo. Pſal.* 25. In nouo tamen
teſtamento reſtricta eſt vocis huius ſigni
ficatio ad populum Chriſtianum qui ſo-
lus hodie Eccleſiæ nomen agnoſcit. Et
vt D. Auguſt. eſt auctor in pſal. 81. Li-
cet antiquus Hebræorum populus in ſa-
cris litteris modo eccleſia, modo ſyna-
6 goga ſit nuncupatus, tamen poſt Chri-
ſti aduentum facta eſt horum nominum
diſtinctio, ita vt per Eccleſiam populus
Chriſtians, per ſynagogam vero popu-
7 lus Iudaicus ſignificetur. Hæc autem
nominis diſtinctio facta videtur, quia
decebat vt qui ab Eccleſia diſſident, mo-
ribus, ritibus, & ſacrificio, peculiari e-
tiam nota ab illis diſtinguerentur, *cap.
in nonnullis, vbi plene Gloſa, & Doctores
extra de Iudæis*. Etenim ſi ſigno viſibili
meretrices diſtinguuntur à Matronis, *l.
item apud Labeonem, §. ſi quis Virgines,
ff. de iniur.* ac ſerui diſcernuntur ab inge-
nuis, *l. 1. & qui pileati, C. de Latin. liber.
toll.* vtique equius oportuit diſtingui à
Chriſtianis Iudæos quorum cæcitas eos
fornicare fecit à fide, *cap. Idolatria 28. q.*
1. Et indurata perfidia diro ſubiecit iugo
ſeruitutis, *cap. etſi Iudæos, §. iubibemus,
extr. de Iudæis*. Ac decuit ſanè, vt nomi-
ne diſtinguerentur eò magis, quo con-
ciliat perſæpe amorem inter homines, ſi-
multanea nominis ſignificatio, quod gra
uiter docuit *Plato in Phileno, dum* inquit
*magna circa nomina in Diis etiam cadit
affectio*, ac liquet manifeſte, *ex text. in
l. cum filius, §. pater, ff. de leg. 2. ibi Sem-
pronio nepoti meo plus tribuas, in honorem
nominis mei*; nam, vt dicit ibi *Accurſ.*
nepos ille eodem nomine vocabatur,
quo & teſtator. Concinit etiam quod *in
l. hoc iure, §. vlt. ff. de donat.* fit mentio
cuiuſpiam, qui centum alteri ſpoponde-
rat, ſi iuraſſet ſe nomen illius laturum. Itē
& quod eiuſdem nominis impoſitio dici-
tur habere vim ſubrogationis in locū e-
ius, qui tale nomen gerebat, adeo vt ea-
dem perſona reputetur, *vt probat aperte
teſt. in l. filia, §. fi. ff de cond. & demonſtr.
quem alibi non eſſe ſcribit ibi Socci. in ſecun
do notab. Dec. in cap. 1. num. 12. de pro-
bat. Gomeſ. in §. fuerat. nu. 5. verſ. Am-
pliatur iſta regula, inſtit. de action. Gabr.
8 concl. 2. nu. 2. de reg iur.* Huc etiam facit,
quod Priſci Romani per cōditionem no-
minis ſerendi tertium genus adoptionis
explicare ſolebant, vt oculatè animaduer
tit. *Ant. Aug. de leg. tit. de lege Iulia, de a-
dulter.* Hinc valida, & neceſſaria exiſti-
9 matur conditio ſi tulerit nomen, cogno-
men, vel arma alienæ familiæ, ſiue con-
ditio adijciatur per viam contractus, *d. l.
ex hoc iure, §. fi. ff. de donat.* ſiue per viam
vltimæ volūtatis, *vt in l. facta 65. §. ſi ve-
10 ro nominis, ff. ad Trebell.* Quinimo hæc
conditio tanti reputatur momēti, vt niſi
ad vnguem, & ante aditam hæreditatem
implea-

impleatur , hæreditas , vel relictum , aut donatio prorſus deficiat. *Bald. in l. 1. C. de verbor. ſignific. Decius conſil. 273. ſub num. 2. verſic. ſed tamen praemiſſis non obſtantibus Guidopap. deciſio. 252. Soccin. Sen. in l. quibus diebus , S. termilius , num. 10. ff. de condit. & de. monſtr. & conſil. 259. in princip. lib. 2. Pariſius conſil. 19. num. 35. & ſequen. lib. 2. Grat. conſil. 5. num. 75. & 77. lib. 2. Gulielm . de Benedict. in cap. Raynutius , num. 44. 45. & ſequen. de teſtam. Menoch. de arbitr. caſu 318. num. 12. Caſſan. de glor. mund. par. 1. conſid. 38. concluſ. 46. Tiraquell. de leg. connub. l. 5. num. 24. Peregrin. de Fideicommiſſ. art. 11. num. 121. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 14. ſub num. 5. Ioſeph. de Ruſtic. tract. an & quando filii in conditione poſiti cenſeantur vocati lib. 2. cap. 6. pleniſsime Theſaur. deciſ. 270. qua incipit nomen , & arma , vbi materiam late proſequitur , & multipliciter*
11 *declarat*. His concordat , quod antiquitus apud populum Iſraeliticum Elimelech ceſſit iuri propinquitatis , paſſuſque eſt illud deuenire ad Booz ſimul cum Ruth vxore defuncti , adhoc ne defuncti vocabulum cogeretur aſſumere, ut legitur in libro *Ruth cap.* 4. Et ſane nominis ſimilitudinem uim habere ad amorem conciliandum , facto decla-
12 rauit prudens Troianus ille, qui latio potitus , quo facilius (*vt Liuius refert*) Aborigenum animos aduerſus Turnum , & Mezentium ſibi conciliaret , Latinos utramque gentem nuncupari præcepit.
13 Habet etiam priſci nominis recordatio , neſcio quid latentis uis cum periculo coniunctæ, quæ reuerſionem ad antiquã ſuperſtitionem poteſt operari , ut pluribus probat *Aym. conſil. 73. ſub num.*
14 14. Ex his intelligimus non otioſe in Eccleſia Catholica eſſe introductum , ut Infidelibus ad fidem uenientibus priſca mutentur nomina, & alia iuxta Chriſtianæ pietatis ritum imponantur ; nam præter rationes prædictas, legimus quod Paulus poſt conuerſionem relicto priſco nomine aliud aſſumpſit . Vnde Scriptura inquit, Saulus, qui & Paulus uocatur, *Act. cap.* 9. & apud Romanos , ſi quis libertus , manceps , publicanus , aut ſimilis notæ homo , ſingularis Imperatoris munere equeſtri ordine eſſet donatus , non prius admittebatur , quam ſublatis exploſiſque ueteribus nominibus , *Alexand. ab Alexand. lib. 2. cap. 29.*

SVMMARIVM.

1 *Synagoga quid ſignificet.*
2 *Abel fuit Eccleſiae typus.*
3 *Synagogae oblationes à Deo non recipiuntur.*
4 *Synagoga Lunae ſimilis.*
5 *Synagogae incrementum , & decrementum.*
6 *Eccleſia ſimilis arcturo.*
7 *Synagogae umbra Agar.*
8 *Synagoga uti tabernaculum ligneum imbecille.*

SVMMARIVM.

Quatuor ſubijciuntur rationes , quibus factum videri poteſt, vt poſt Chriſti aduentum populus hebraicus Synagoga magis quã Eccleſia diceretur.

CAP. II.

Congruum multiplici ratione fuit ut poſt Chriſti aduentum populus Hebraicus Synagoga magis quã Eccleſia diceretur.

Primo , quia , ut in principio dictum eſt , cum Eccleſia idem ſit , quod conuocatio, illa quidem propria ſolet eſſe hominum prudentum, & rationabilium, *Can. Canones ad fin. 15. diſtinct.* Syna-
1 goga uerò , cum idem ſignificet , quod Congregatio , propria ſolet eſſe Brutorum, & irrationabilium, D. *Auguſtin. ſuper pſal. 81. verſ. ſtetit* Deus , *Iſidor. ethimolog. libro* 8. *cap.* 8. *Barrad. in Sa-*

*cram hiſtor. lib. 5. cap. 7. tom. 2. Ar-
chidiac. in cap.* Eccleſia, *de conſecrat. diſt.
1. Abb. in cap. 3. de Iudaeis.*

Secundo, quia (*vt idem Auguſtinus
eſt auctor lib. 12. contra Fauſt. cap.* 9.) ty-
2 pus Eccleſiæ fuit Abel, à quo fidelium
conuocatio prima ſumpſit initia: Syna-
gogæ verò, Iudaicique populi imago,
fuit impius Cain. Inuidiæ ſtimulis in-
citatus Cain, Abelem foras in agro edu-
ctum occidit: eiuſdem inuidiæ agitata
Synagoga, Chriſtum foras in montem
Caluariæ perductum interfecit. Fratri-
cidii pœnam indixit Cain Deus, vt pro-
fugus vagaretur ſuper terram. *Gen. cap.*
4. Vaga, & profuga vagatur Synagoga
Iudæorum, & captiui ducuntur in om-
nes gentes, *Luc. cap.* 21. Interrogatur
Cain à Deo, vbi eſſet Abel frater ſuus?
negat ipſe dicens: *Neſcio, numquid cu-
ſtos fratris mei ſum ego?* Interrogatur
& hodie Synagoga de Chriſto, & reſpon-
det neſcire, nec agnoſcere Chriſtum,
quem dicimus. Offert ſacrificium Abel
de primogenitis gregis ſui, & de adipi-
bus eorũ, & Deo fit gratum: offert Cain,
& reprobatur. Offert & Eccleſia quotidie
per ſuos Sacerdotes hoſtiam acceptiſſi-
mam, videlicet Chriſtum primogeni-
tum, plenum adipe Diuinitatis gratiæ,
3 & deuotionis: offert & Synagoga obla-
tiones quaſdam, & à Deo non recipiun-
tur, iuxta illud *pſal.* 49. Non accipiam
de domo tua vitulos, neque de gregibus
4 tuis hircos. Fuit inſuper Synagoga Lu-
næ ſimilis, quæ multiplicem habet mu-
tationem; eſt enim Luna in nouilunio
parua, paulatim vſque ad plenitudinem
augetur, deinde minuitur, ac diſparet.
Similem in modum antiquus ille popu-
5 lus, vt Luna in Abrahamo, Iſaac, &
Iacob exortus paruus fuit; paulatim
in Aegypto, & Paleſtina vſque ad ple-
nitudinem, id eſt vſque ad Regnum, &
vſque ad Dauidem, & Salomonem cre-
uit: (Fuit enim Synagogæ plenilunium
Dauidis, & Salomonis tempore, quo ad
ſummum peruenit ſplendorem) *vt Se-
baſtian. Barrad. eſt auctor in Comment.
ad Sacr. hiſtor. lib. 5. c.* 91. Poſt hoc ple-
nilunium cœpit decreſcere, ac lumen
amittere. Diuiſum eſt enim Regnum,
Populus in idolatriam eſt lapſus; de-
cem tribus in captiuitatem deductæ;
denique in tranſmigratione Babylonica,
& Chriſti aduentu Luna diſparuit. Ec-
6 cleſia verò, vt inquit *D. Gregor. lib. 29.
moral. cap.* 28. Similis eſt Arturo, qui per
girum ſuum nocturna ſpatia non occaſu-
rus illuſtrat.

7 Tertio, quia Synagogæ vmbra fuit
Agar, Ancilla, Abraham, vt *Paul. ſcri-
bit ad Galat. cap.* 4. Eccleſia vero figu-
ra fuit Sara; ac proinde quemadmodum
Ancilla filios parit ſeruos, *l. ex Seruo-
rum, ff. de ſtat. homin. §. ſerui inſtitu.
de iure perſonarum, l. partum, C. de rei
vendic.* Sic illa ſeruilis conditionis popu-
lum creat, *cap. etſi iudaeis, §. inhibemus
extra de iudaeis, Oldrad. conſil. 72. ſub
num. 3. ad finem.* Eccleſia autem vti li-
bera filios gignit ingenuos, & in ſumma
libertate, *dict. cap. et ſi iudaeos, vbi gloſ.
in verb. libere.*

8 Quarto, quia Synagoga fuit veluti ta-
bernaculum ligneum, imbecille, mobi-
le, & temporaneum; Eccleſia vero tem-
plum eſt fixum, ſtabile, & perpetuum;
ideoque quemadmodum extructo tem-
plo Tabernaculum abiicitur; ſic Syna-
goga conſtructa iam Eccleſia per aduen-
tum Chriſti, Moyſis lege abrogata ei-
dem ceſſit Eccleſię; quæ veluti alto fun-
data ſupra petram vſque in ſęculum nõ
delebitur, *Matth. c. 24. c. haec fides,
24. quaeſt. 1. cap. 2. verb. cum qua
pugnent, de conſecrat. diſtinct. 4. late Tur-
recrem. in ſumma, de Eccleſia lib. primo,
cap.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Intell. cap. licet* Eccleſia, *de conſecrat. diſtinct. 1.*

2 *Diffinitio Eccleſiae à Turrecremata tradita, eſt inſufficiens.*

3 Diffinitio *Eccleſia tradita per Illuſtriſ. Bellarmin. probatur.*

4 *Eccleſia in ſe eſt vna licet conſiſtat in multitudine populorum credentium.*

5 *Sola cordis credulitas non conſtituit hominem in Eccleſia.*

ARGV.

ARGVMENTVM.

Eccleſia quomodo diffiniatur.

CAP. III.

1 Licet *in cap.Eccleſia,de conſecrat. diſt.* 1. Eccleſia deſcribatur, ꝙ ſit *Catholicorū collectio*, illa tamen ſimplex eſt deſcriptio, ad diſtinguendum cætum Catholicorum ab Eccleſia, quæ Baſilica, ſeu ſacra Domus nuncupatur. Quod facile colligere licet, tum ex vniuerſa illius diſtinctionis materia, in qua tota agitur de Baſilicarum conſecratione,tum ex eorumdem verborum contextu, dū inquit *Eccleſia*, ideſt *Catholicorum collectio, quomodo ſine Apoſtolicæ Sedis inſtituetur nutu, quando iuxta decreta, nec ipſa debet abſque præceptione Papæ Baſilica nuncupari?* Mirandum propterea non eſt, ſi nec euacuat eſſentiam rei diffinitæ, nec ex partibus veræ diffinitionis conſtat. Quod animaduertens *Turrecrem. lib.1.de eccleſ. cap. 1. circa med. Eccleſiam ſic diffiniri*
2 *poſſe cenſuit. Eſt Fidelium Vniuerſitas, quæ vnius veri cultu, vel Fidei profeſſione conueniat.* Sed nec iſta in vim diffinitionis probanda videtur; tum quia excommunicati ſunt verè Catholici, & tamen ſunt extra Eccleſiam, *cap. cum inter, vbi Doctor. & præſertim Bald. ſub num.* 2. *de except.* tum etiam, quia ſolam explicat fidei profeſſionem, quæ, vt infra dicetur, minime ſufficit ad hoc, vt quis conſtituatur in Eccleſia. Addo quod nec exprimit Sacramentorum perceptionem, nec ſubiectionem Romano Pontifici, quæ duo (vt ex ſequentibus apparebit) ſunt præciſe neceſſaria, vt quis in Eccleſia eſſe dicatur.

3 Proinde Illuſtriſſimus D. Cardinalis *Bellarm.lib.3.de Eccleſia cap.2.* Eccleſiam ſic diffinit. *Eſt cætus hominum eiuſdem Chriſtianæ Fidei profeſſione, & eorumdem Sacramentorum communione colligatum, ſub regimine legitimorum paſtorum, ac præcipue vnius Chriſti in Terris Vicarii Romani Pontificis*. Hæc quidem diffinitio ex tribus partibus conſtat, quæ neceſſariæ ſunt ad hoc vt homo eſſe in Eccleſia dicatur, nec quicquam habeo, quod in ea vlterius deſiderem. Inquit enim Primo *eſt cætus*, vt hoc verbū generis vice fungatur, cum detur cœtus hominum, & Angelorum: Deinde ſubdit *hominum* adhoc, vt per illud exprimatur Eccleſiam militantem in hominum multitudine ex vniuerſitate conſiſtere, *cap. loquitur, §. Eccleſia,* 24. *quæſt.* 1. *cap. Eccleſia, de conſecrat. diſt.* 1. Addit *eiuſdem Fidei Chriſtianæ profeſſione* duplici ratione, Primo, vt declaret quod etſi Eccleſia in multitudine, & vniuerſitate credentium con-
4 ſiſtat, in ſe tamen vna, & eadem eſt, nec enim (vt inquit *D. Hier. in c.legimus, quæſt.* 3. *diſt.* 9.) altera Romanæ Vrbis Eccleſia, altera totius Orbis exiſtimanda eſt:Sed & Galliæ,& Brittanniæ,& Africa,& Oriens,& Indiæ,& omnes Barbaræ nationes,vnum,eundemque Chriſtum adorant, vnam & eandē obſeruant regulam veritatis; & vt *Ciprian.ſcribit in d.cap. loquitur,§. Eccleſia,*24.*quæſt.*1.Eccleſia vna eſt,quæ in multitudinem incremento fecunditatis extenditur, quomodo Solis multi radij,ſed lumen vnum,& rami arboris multi, ſed robur vnum tenaci radice fundatum, & cum de fonte vno plurimi riui defluunt,numeroſitas licet diffuſa videatur, vnitas tamen ſeruatur in origine.

Secundo addit *eiuſdem Fidei profeſſione* adhoc, vt explicet non ſufficere ad conſtituendum quem in Eccleſia,
5 quod Chriſtianam fidem corde credat ſed vlterius requiri eiuſdem fidei profeſſionem nempe confeſsionem externam, iuxta ea, quæ late dicentur infra cap.3. Deinde in definitione ſubjitur, *& eorundem Sacramentorum communione colligatum*, nam etſi corde,& ore fidē quis profiteatur,tamē non po

teſt dici eſſe in Eccleſia, niſi etiam ſit glutino Sacramentorum colligatus, vt late probabitur infra lib. 8. cap. 1. Et demum ſubijcitur, ſub regimine legitimorum Paſtorum, ac præcipue vnius in Terris Chriſti Romani Pontificis, quo nobis innoteſcat eſſe omninò neceſſarium, ad hoc, vt in Eccleſia quis conſtituatur, vt nedùm Chriſti nomen fide, corde, & ore profiteatur, & ſimul Sacramentorum communione fruatur, ſed etiam quod hæc omnia faciat ſub regimine legitimorum Paſtorum, & præſertim Romani Pontificis, vt infra latius dicetur eodem lib. 8. cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *Externa fidei profeſſio neceſſaria ad ſalutem.*
2 *Externæ fidei praeceptum affirmatiuum includens ſub ſe negatiuum.*
3 *Praeceptum non negandi fidem obligat ſemper, & ad ſemper, & num. 6.*
4 *Praeceptum confitendi fidem exterius obligat ſemper, ſed non ad ſemper, & quando, & num. 7.*
5 *Ex publica confeſſione fidei niſi ſperetur vtilitas, non aſtringimur ad eã.*
6 *Chriſtiano nuſquam eſt licitum fidem negare.*
7 *Chriſtiano non eſt licitum etiam verbis tantũ negare ſe talem eſſe, & quare. & num. 8.*
9 *Ex tali negatione duo mala ſequũtur.*
10 *Negare verbis ſe Chriſtianum etiam metu mortis non licet.*
11 *Amplia etiamſi negatio ſimulate fiat.*
12 *Nedum in verbis dicta negociatio fieri non poteſt, ſed neque factis.*
13 *Idolis genua flectere, &c. peccatum eſt grauiſſimum.*
14 *Vti veſtibus, & ſignis infideliũ quãdo ſit peccatum contra fidei profeſſionẽ.*

ARGVMENTVM.

An, & quomodo externa fidei profeſſio ſit ad ſalutem neceſſaria, & in quibus caſibus peccari contingit contra præceptum externę fidei confitendę.

CAP. IIII.

1 PRæmitti primum oportet, externã fidei profeſſionem eſſe pro aliquo tempore in præcepto, & cõſequenter ad ſalutem neceſſariam, ſic enim (contra hæreticos affirmantes ſatis eſſe fidem animo retinere, & propterea nullum eſſe peccatum nedum celare, ſed illam ore negare) non ſemel ſtatuit Eccleſia, vt poſt *D. Thomam, & alios latè docet Valentia* 2. 2. *diſp.* 13. *quæſt.* 3. *punct.* 2. *Nauar. conſ.* 15. *num.* 5. *verſ. ad* 6. *tit. de hæret. Sanchez ad præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 4. *ad quos breuitati conſulens Lectorem reiicio.*

2 Præmittendum ſecundo hoc præceptum eſſe affirmatiuum, includens ſub ſe etiam negatiuum; præcipit enim fidem aliquo tempore exterius confiteri, & ſimul etiam prohibet, ne vnquam negetur, *cap. exiſtimant, & cap. non ſolum,* 11. *quæſt.* 3 *Sanchez, & alii*
3 *locis paulò ante citatis.* Ergo pręceptũ non negandi fidem eſt perpetuum, obligans ſemper, & ad ſemper: præceptum verò eam exterius confitendi,
4 obligat ſemper, non tamẽ ad ſemper, ſed in duplici caſu, ſcilicet vel quando eam exterius non confitendo denegatur honor debitus Deo, vel quãdo vtilitas proximo impendenda ſubtrahitur, ita docet *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 3. *art.* 3, *quem ſequuntur Angel. in verbo Fides, num.* 8. *ibique Silueſt. quæſt.* 5. *num.* 8. *Armill. num.* 7. *Tabien. quæſt.* 7. *Azor. moral. inſtit. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 7. *quæſt.* 7. *Sanch. loco citato num.* 1. Exempla primi caſus ſunt quãdo quis interrogatus de fide tacet, ob quam taciturnitatem creditur eum vel non habere fidem, vel fidem non eſſe verã; vel quandocunque ita obligamur, vt

reli-

religionis actum præſtare teneamur.
Exempla ſecundi ſunt , quando vel
proximus eſt in fidei negandæ pericu-
lo , cui aliquis publica ſua fidei con-
feſſione occurrere poteſt : Item quan-
do obligatione tenemur alios fidem ,
& catholicam Religionem docere : hi
enim caſus eo ipſo , quo accidunt , vt
prædicti Auctores teſtantur tenemur
fidem verbo, vel facto profiteri. Quan-
5 do autem ex publica fidei confeſſione
nulla ſperatur vtilitas , ſed ſola turba-
tio infidelium, tunc ad eam nedum nō
obligamur, quod quinimo confeſſio eſ
ſet temeraria, *D. Thom. loco citato art.
3. Ang. Silueſt. Armill. & Tabien. locis
allegatis Tolet. in ſumm. lib.* 4. *cap.* 2.
num. 4. *Sanchez d. cap.* 4. *num.* 4. His ad
euidentiam prælibatis , reſumendæ
ſunt duæ concluſiones ſupra firmatæ.
6 Prima nuſquam eſſe licitum Chriſtia-
nam, ſiue Catholicam fidem negare.
7 Secunda præceptum de fide exterius
profitenda , obligare ſemper, non autē
ad ſemper . Ex prima concluſione in-
8 fertur. Nullatenus licere homini Chri
ſtiano verbis negare ſe eſſe Chriſtia-
num , nam , vt inquit *D. Auguſt. nobis
relatus in cap. non ſolum, el* 2. 11. *quæſt.
3. non ſolum abnegat Chriſtum , qui di-
cit eum non eſſe Chriſtum , ſed etiam
qui cum ſit negas ſe eſſe Chriſtianum.
Dominus enim non ait* Petro *diſcipu-
lum meum te eſſe negabis , ſed me ne-
gabis . Negauit ergo ipſum cum ſe ne-
gauit eius eſſe diſcipulum* . Et quamuis
9 taliter negans, corde fideliter credat ,
inficiari tamen non poteſt quin ex tali
negatione duo mala ſequantur . Pri-
mum quod profert mendacium in
doctrina religionis, quod ſub nulla
conditione licet , *cap. primum eſt capi-
tale* 22. *quæſt.* 2. Secundum, quia aufert
Chriſto externam fidei profeſſionem ,
ita docent *Abulen. in Matth. cap.* 10.
quæſt. 130. *Bannes* 22. *quæſt.* 3. *art.* 2.
dub. 1. *concluſ.* 2. *ibique Aragon. concluſ.*
2. *dub.* 1. *Petr. Ledeſma in ſum. tom.* 2.
tract. 1. *cap.* 4. *concl.* 4. *Sanchez loc. cit.*
10 *cap.* 4. *num.* 7. Hæc illatio extenditur
tripliciter . Primo, vt procedat etiam
ſi negatio fiat vi, vel metu tormento-
rum, aut mortis , hoc enim ex parte
ſua poteſt minuere deformitatem pec-
cati, non autem ex toto tollere, *vt vl-
tra mox relatos Auctores eſt text. in cap.
ſacris de his quæ vi, metusvè cauſa fiunt
& ſcribis Azor. moral. inſtit. tom.* 1. *lib.*
8. *cap.* 27. *in principio* , ſubdentes hoc
fuiſſe Petri peccatum, qui mortis timo-
re negauit ſe eſſe diſcipulum.
11 Extenditur ſecundo, vt procedat
etiam ſi negatio fiat ſimulate, ita vt a-
nimus abſit ab actu veluti ad effectum,
vt cognita falſitate illius religionis ,
cuius negans ſe eſſe profitetur , poſſit
deinde eam facilius confutare , vt re-
probato *Adriano* late probant *Valen-
tia* 2. 2. *quæſt.* 3. *diſput.* 1. *punct.* 2. *dub.*
4. *Sanchez loco ſæpe citato nu.* 14. *Eme-
ric. in direct. par.* 1. *quæſt.* 9. *nu.* 3. *ibique
Penia comment.* 24. Errore propterea
labuntur *Ioannes Fantutius, Vgo, & Ar-
chidiac. in cap. vtile,* 22. *quæſt.* 2. *& Iaſ.
in l. ſi mora, num.* 4. *ff. ſolut. matr. & ſi
qui ſunt alii qui eos ſequantur* , dum aſ-
ſerunt excuſari forte Catholicum , ſi
promittet hæreticis ſe ſequuturum eo-
rum ſectam ad hoc tantum , vt illa co-
gnita, eam deinde poſſet confutare ,
nam ex prædictis patet hoc aduerſari
externo fidei præcepto .
12 Extenditur tertio, vt procedat non
ſolum quando negatio fit verbis ex-
preſſis, ſed etiam quando fit factis de-
ſignantibus aliquid fidei contrarium;
par eſt enim virtus factorum, & verbo-
rum, *l. Paulus, ff. rem rat. hab. Anchar.
in cap. degradatio de pœnis, lib.* 6. *Soccin.
conſ.* 192. *col.* 2. *verſ. quia plus lib.* 2.
Alexan. conſ. 164. *num.* 9. *lib.* 7. *facto-
que non ſecus ac verbis mentimur , cap.
cauetur* 22. *quæſt.* 5. ideoque ſicuti ver-
bis Chriſtus negatur, pari ratione ne-
gatur factis , *cap. exiſtimant* 11. *quæſt.*
3. *gloſ. in cap. cum ſuper, verb. confeſſus,
de off. delegati.*
13 Quo fit vt peccatum ſit grauiſſimū
in hac externa fidei profeſſione Idolis
thurificari, genua flectere, vel alias ado
rare, *Dan. cap.* 3. *cap. Imperatores,* 11.
quæſt. 3. vbi tres illi pueri ſtatuam

Nabuc-

Nabucdonoſor adorare noluerunt, & *cap. Iulianus, 11. quæſt. 3. & dict. cap. Imperatores, S. Iulianus*, vbi Chriſtiani milites Imperatoris Idola, neque adorare, neque thus offerre illis voluerũt.
14 Et pari ratione peccatum grauiſsimũ eſt indui veſtibus, vel vti ſignis infidelium inſtitutis ad cultum falſæ Religionis, cuiuſmodi ſunt apud Iudæos veſtis ſummi Sacerdotis, & apud Mauros veſtis habens depictam Maumethis figuram, Ita *Bannes 2.2. quæſt. 3. art. 2. dub. 2. concl. 4. ibique Aragon. dub. 1. concluſ. 2. Petrus Ledeſma in ſumm. tom. 2. tract. 1. cap. 4. paulo ante 10. concluſ. Sanch. loco cit. num. 21. Rutil. Benzon. in tract. de fuga Epiſcopi lib. 1. diſp. 1. concluſ. 4. in ſolutione ad 4.*

SVMMARIVM.

1 *Vti veſtibus infidelium quando ſit peccatum, & num. 2. & ſeq.*
3 *Ioci cauſa quæ fiunt, non inducunt profeſſionem, neque confeſſionem.*
4 *Talis quis eſſe præſumitur in quali habitu reperiatur.*

ARGVMENTVM.

An vtentes veſtibus, vel ſignis infidelium, quando illa non ſunt inſtituta ad cultum Religionis, ſed propter bonum politicum, ad hoc videlicet, vt vna Religio diſcernatur ab altera, peccent in hoc præceptum cõfitendi externam fidem.

CAP. V.

1 PRo reſolutione tres ſunt conſiderandi caſus. Primus, quando adeſſet neceſſitas profitendi externam fidem, veluti in partibus infidelium, vel Hæreticorum, & in hoc eſt concludendũ vtentem talibus ſignis grauiſſimè peccare, quia denegat in caſu neceſſario profeſsionem externam, ita docent *D. Anton. in ſum. par. 2. tit. 12. cap. 6. ad fin. Caietan. 2.2. quæſt. 3. art. 2. dub. 1. in fin. ibique Valentia diſput. 1. quæſt. 3. puncto 2. dub. 4. & 5. Tolet. in ſum. lib. 4. cap. . num. 7. Angel. in verb. Infidelitas, num. 9. & verb.* Fides, *num. 9. Silueſt. in verb. Apoſtaſia, quæſt. 1. num. 4. & verbo Fides, quæſt. 5. num. 8.* Nauar. *in ſumm. cap. 11. num. 27. verſ. 4. Philiarc. de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 9. paulo poſt princip. qui licet loquantur, generaliter tamen ſic eos eſſe intelligendos declarat Sanch. loco citato num. 19.*

2 Secundus eſt caſus, quando nulla ſubeſt neceſsitas fidei æternæ profitendæ, nempe quia verſamur in partibus, in quibus Eccleſia pace, & tranquillitate lætatur, & quis vtitur veſtibus, vel ſignis infidelium ex cauſa graui, vtputa ad effugiendas manus Curiæ, vel inimicorum, & in tali caſu peccatum non eſſe exiſtimant, *Bannes 2.2. quæſt. 3. art. 2. dub. 2. concluſ. 3. Aragon. dub. 1. concluſ. 2. Azor. moral. inſtit. tom. 1. lib. 8. cap. 27. q. 4. Palatias, Ledeſma, Benzon, Ludouicus Lopez, & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. loco cit. n. 19.*

Tertius eſt caſus, quando non adeſt cauſa grauis, vel proportionata, ſed veſtes, & ſigna infidelium vſurpantur ex mera voluntate, & tunc ſiquidem fiat per iocum ſicuti ſępe fieri ſolet in Comediis, Repræſentationibus, vel laruis peccatum non eſt, tum quia
3 quæ ioci cauſa fiunt, neque profeſsionem, neque confeſsionem inducunt, *l. 3. ff. de ſeruo corrupto, l. obligationum ſubſtantia in fi. verſ. nec enim, ff. de act. & oblig.* tum, & quia neque ſpectatoribus ſcandalum pariunt, quippe qui factum illud per iocum accipiunt, vt affirmat *Valentia, & Sanch. loc. cit. ille dub. 4. hic verò num. 15. Azor. dicto cap. 27. q. 6.*

Si vero fiat ſerio, & ſine cauſa, tunc peccatur in hoc præceptum æternæ profeſsionis, quia negari non poteſt, quin talem ſe eſſe profiteatur, qualis eſt
4 habitus, vel ſignum, quo vtitur, *c. ſi iudex, de ſent. excom. lib. 6. c. hoc ipſum 33. q. 2. l. 2. vbi Bart. C. ſi ſeru. export. ven. l. penult. C. de ingen. manumiſſ.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quando liceat Chriſtiano in bello vti in-fidelium ſignis, & quando, ſecus, num.* 2.

ARGVMENTVM.

An Chriſtianis belligerantibus cũ Infidelibus, vel hæreticis, liceat vti ſignis, quibus vtuntur ipſi ad eos decipiendos, vel ad mortem, ſiue periculum effugien.

CAP. VI.

DVo ſolent diſtingui caſus. Pri-
mus, quando ſigna ſunt indif-
ferentia, veluti, quia ſunt pro-
1 pria illius Principis, ſub quo
exercitus militat, vti eſt media Luna
apud Turcas, & tunc licet ſine peccato
vti iiſdem ſignis, & vexillis, quia non
eſt vſurpare ſignum falſæ Religionis, ſed
propria illius Principis belligerantis,
quem licet ex inſidiis petere, *l.* 1. §. *non
fuit autem, ff. de dol.* An autem liceat
deferere ſignum inſtitutum publica lege
aut conſuetudine ad veræ fidei cognitio-
nem, *vide Sanchez loco cit. nu.* 8. *Azor.
tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 27. *q.* 6. *Sanch. ad prae-
cepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 23.
2 Alter eſt caſus, quando ſigna reſpiciunt
cultum diuerſæ Religionis, nempe quia
haberent depictam imaginem Mahume-
tis, ſiue Martis, ſiue Mercurii, & tunc
quia per vſum tribueretur illis cultus
Religionis, quamuis ſimulate fiat, ta-
men ſine peccato illis vti non poſſumus,
Azor. & Sanch. locis proxime citatis te-
ſtantur.

SVMMARIVM.

1 *Veſci carnibus vetitis ab Eccleſia tempori-bus quando ſit peccatum in confeſſio-ne fidei.*

2 Et *quando ſit peccatum ſimplex.*

ARGVMENTVM.

An liceat Catholico celandæ Religionis cauſa ad effugiendum periculum mortis veſci carnibus temporibus ab Eccleſia interdictis.

CAP. VII.

SI verſamur in caſu, in quo a-
1 deſt neceſſitas confitendæ fi-
dei, veluti quia per hoc ſignũ
veſcendi carnibus tẽporibus
ab Eccleſia prohibitis exploratur Reli-
gio auctoritate publica, vel inde oritur
Religionis noſtræ deſpectus, vel naſcitur
magna aliorum offenſio, tunc carnibus
veſci eſt peccatum in confeſſione exter
næ fidei, quam ſicuti verbis expreſſis ne-
gare non poſſumus; Ita neque fictis, vt
patet ex traditis ſupra cap. 4. Hinc vene-
randus ille ſenex Eleazarus cum Antio-
chi Regis edicto compelleretur contra
Dei leges, carnem porcinam manducare
glorioſam magis mortem elegit oppete-
re, quàm ſimulare ſe carnem porcinam
edere, ne ceteris obeſſet exemplo, *Ma-
2 chab. lib.* 2. *cap.* 6. Si vero ceſſat ſcan-
dalum, vel Religionis deſpectus, & tunc
veſci carnibus temporibus prohibitis ab
Eccleſia, eſt peccatum, non tamen in
confeſſione fidei, vt ſcribunt, & recte
Azor. d. tom. 1. *lib.* 7. *cap.* 29. *q.* 7. *ad fin.
& lib.* 8. *cap.* 27. *q.* 3. *Sanch. dicto lib.* 2. *c.*
4. *num.* 25. ea ratione ſuffulti, quia ex-
tra hos caſus ceſſat præceptum confeſſio
nis fidei, quam licet ſemper profiteri te-
neamur, non tamen tenemur ſemper, &
omni tempore *ex trad. ſupra cap.* 3. Nec
ad rem facit, quod eo ipſo, quo quis ve-
ſcitur carnibus inter hæreticos, excluſo
caſu neceſſitatis videatur ſe hæreticum
profiteri, quia facto ſuam credulitatem
declarat, *d. l.* Paulus, *ff. rem rat. hab.*
quia pro reſponſione conſiderandum
eſt, quod ſuppoſito quod non verſemur
in caſu, in quo teneãmur ad fidem pro-
fitendam, ſimplex eſus carnium eſt actus
indifferens, ex quo non poteſt deſumi
coniectura neceſſaria, & includens pec-
catum in fide, & per conſequens non
eſt habilis ad probandum concludenter,
*c. in praeſentia, de probat. l. neq. natales. C.
eod. tit. l. non hoc, C. vnde legit.*

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Non licet Catholico Hæreticorum templa adire, & quarę.*

2 *Etiamſi fiat vt Hæreticorum errores notet, niſi ſit perſona inſignis doctrinæ.*

3 *Non licet adire dicta templa etiamſi ſub grauiſſimis pœnis id fieri præcipiatur.*

4 *Niſi fieret ex cauſa negocii liciti.*

5 *Actus vltra intentionem agentis non operatur, etiam ſi duplicem habet cauſam.*

6 *Licet Catholieo Hæreticorum templa ingredi famulatus cauſa, & quomodo id procedat.*

ARGVMENTVM.

An Catholici in Partibus, in quibus hæreſes graſſantur poſſint adire Templa hęreticorum.

CAP. VIII.

1 REgulam conſtituas non licere Catholico Templa Hæreticorum adire, vt hæreticas conciones audiat, aut preces fundat, vel ſacris faciendis interſit; tum quia ſubeſt periculum peruerſionis; tum etiam, quia quando ad dictas Eccleſias non conſueuerunt niſi Hæretici accedere, videntur illuc accedẽtes communicare in ceremoniis, ita docet *Nauar. in Manual. cap. 25. num. 36. & conſil. 15. num. 3. de hæretic. Sanch. loco ſæpe citato, num. 26.*

2 Quæ regula extenditur Primo, vt procedat etiam in eo qui adit vt hæreticorũ errores notet, quia etiam in iſto caſu ſub eſt periculum ſubuerſionis, niſi adiens ſit perſona omni exceptione maior, & doctrinæ præclarus, & acceſſus fiat ſine ſcandalo aliorum, *vt idem Sanch. loco ei-*

3 *tato* fatetur. Secundo extenditur, vt procedat etiamſi Princeps hæreſi infectus ſub grauibus, etiam mortis pœnis iubeat omnes Hæreticorum Templa adire, & hæreticis concionibus intereſſe, nam neque in huiuſmodi caſu ſine Diuini cultus detrimento adire licebit, vt in facti contingentia ad conſultationem Catholicorum, qui Angliæ reperiebantur poſt maturam rei diſcuſſionẽ reſpondit fel. record. Paulus Papa Quintus per eius litteras in forma Breuis, ſub Dat. Cal. Octobris 1606. quarum ſeriem hic ſubiicere placet.

Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Magno animi mœrore nos ſemper affecerunt tribulationes, & calamitates quas pro retinenda Catholica Fide iugiter ſuſtinuiſtis, ſed cum intelligamus omnia hoc tempore magis exacerbari, afflictio noſtra mirum in modum aucta eſt. Accepimus namque compelli vos grauiſſimis pœnis propoſitis Templa hæreticorum adire, cœtus eorum frequentare, concionibus illorum intereſſe; profecto credimus proculdubio eos, qui tanta conſtantia, atque fortitudine atrociſſimas perſequutiones, infinitas propemodum miſerias bactenus perpeſſi ſunt, vt immaculatè ambularent in lege Domini, numquam commiſſuros eſſe, vt coinquinentur communione deſertorum Diuinæ legis. Nihilominus zelo paſtoralis officii noſtri impulſi, & pro paterna ſollicitudine, qua de ſalute animarum veſtrarum aſſidue laboramus, cogimur monere vos, atque obteſtari, vt nullo pacto ad Hæreticorum templa accedatis aut eorum conciones audiatis, vel cum ipſis in ritibus communicetis, ne Dei iram incurratis. Non enim licet vobis hæc facere ſine detrimento Diuini cultus, ac veſtræ ſalutis. Quemadmodum etiam non poteſtis abſque euidentiſſima, grauiſſimaq. Diuini honoris iniuria obligare vos iuramento, quod ſimiliter maximo cum cordis noſtri dolore audiuimus propoſitum vobis fuiſſe præſtandum infraſcripti tenoris videlicet.

4 Cæterum hæc eadem regula ſic ſupra conſtituta declaratur. Primo vt procedat quando aditus ad templa Hæreticorum fit cauſa Religionis, ſecus ſi fieret ob ciuile negotium illic peragendum, tunc enim ſine aliquo peccato licebit ingredi, quia ingreſſus regulatur a cauſa.

Bald.

*Bald. in l. iubemus, C. ad Velleian. Socci. conſil.*24. *num.* 12. *lib.* 1. *Surd. deciſ.*217 *num.* 3. nec poteſt operari actus vltra intentionem agentis, *l. obligationum ſubſtantia*, §. *non ſatis*, *ff. de action. & oblig. l. ſi duo*, §. *nam ſi aliter*, *ff. de ſolut. l. ſi quis nec cauſam*, *& l. non omnis*, *vbi Dec. in prin. ff. ſi cer. pet. Bal. in l. ſi pater*, §. *qui duos ff. de adopt.* q᷑ procedit etiam quando actus duplicem habet faciē, ſiue cauſam, nā ſemper tribuitur illi, quæ eſt contemplata, *l.* 1. §. *idem Pomponius*, *ff. depoſiti*, *l. ſi procuratorem*, *ff. mand. l. emptor*, §. *Lucius*, *ff. de pact.* Ergo cum in propoſita ſpecie cauſa, & intentio ingreſſus ad Templum non ſit Religio, ſed ciuile negotium, merito nō eſt peccatum, vt concludit, & recte *Sanchez d. cap.* 2. *ſub nu.* 27. *verſ. His minime obſtantibus.*

6 Et pari ratione ſecundo loco declaratur, vt licitum ſit Catholicis ingredi Templa Hæreticorum famulatus cauſa, ibique permanere, etiam dum officia hæretica celebrantur, dummodo neque in ritibus, neque in precibus cum Hęreticis communicent, ſed tantum certi ſeruitii explicandi cauſa, nam & ad iſtum effectum Eliſeus permiſit Naaman ingredi ſimul cum Domino Templa Idolorum, & cum illo genuflecti coram Idolo, illumque Idola adorantem humeris ſuſtinere, *Reg.* 4. *ca.* 5. ſicuti eum locum declarant *Lyranus, & Abulen.* Qua de re licitum erit Catholico gerenti magiſtratum apud Principem hæreticum, illum ad Templū adeūtem præire cum gladio, vel ſceptro, ibique permanere dum hęretica officia celebrantur, nō ad finem, vt in illis communicet in aliquo, ſed tantum ad effectum, vt præſtet illud ciuile ſeruitium, quod etiam præſtare ſolet Principe extra Eccleſiam exiſtente, dum Principatus honore fungitur, quia, vt ſępe dixi, actus iſtius præſtationis habet ſuam cauſam ciuilem, & politicam à qua regulatur. Dixi ad effectum pręſtandi ſeruitium, quod præſtare ſolet Principi extra Eccleſiam, nam ſi non conſueuiſſet præſtari niſi tantum in Eccleſia, tunc cauſa ipſius præſtandi eſſet ſola Religio, quo caſu nō poſſet impendi citrà peccatum in externa fidei confeſſione, quia eſſet cum hæretico in ritibus communicare. Et ob eandem rationem crederem licere famulis Catholicis, hæros, ac dominas hæreticas, templa adeuntes concomitari, obſequiumque præſtare, propterea quod iſti omnes actus præſtantur ex cauſa ſeruitij ciuilis, vel ſaltem ſunt actus indifferentes, & veluti tales nequeunt inducere confeſſionem falſæ Religionis argumento, *l. neque natales*, *C. de probat. cap. in præſentia extra eod. & firmat expreſſe Sanch. dicto cap.* 4. *ſub num.* 27. *verſic. His tamen non obſtantibus.* Quinimo (ſalua tamen ſemper ſanctę Matris Eccleſiæ, & cuiuſlibet melius ſentientis ſententia) crederem, quod famuli deputati ad porrigendum brachium in auxilium Matronis, ſeu ſenibus, aut valetudinarijs (dummodo hoc ſeruitium pręſtare ſoleant etiam extra Eccleſiam) poſſent ad hunc effectum auxilii pręſtandi genuflecti, ſimul cum illis, eoſque ad ſurgendum opitulari, prout ex relato Naaman exemplo colligi poteſt, & expreſſe probant ibi *Lyranus, & Burgenſis, in addition. Abulen. q.* 25. *Azor. moral. inſtit. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 27. *quæſt.* 7. *Sanchez ad præcepta Decalogi lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 21. Non tamen liceret famulo Catholico citra peccatum in hac fidei profeſſione Domino Hæretico Miſſam celebranti miniſtrare, neque veſtimenta ad id neceſſaria pręparare, vel Altaria ornare, faces accendere, ſeu menſam benedicenti reſpondere, vel in ſimilibus officiis inſeruire, quia eſſet cum eo in ceremoniis communicare. *Nauar. conſil.* 15. *num.* 3. *de hæretic.*

SVMMARIVM.

1 *Hæretici publice denunciati funus deducere Catholico non licet.*

2 *Hæreticum non denunciatum ad prophanam ſepulturam ducere licitum eſt, dummodo non fiat animo fauendi Hæreticis.*

3 *Ad Eccleſiaſticam ſepulturam Hæreticus duci non poteſt.*

ARGV.

ARGVMENTVM.

An liceat Catholico ducere Hęretici funus.

CAP. IX.

TRiplex poteſt cõſiderari caſus.
1 Primus ſi agitur de ducendo
funere hæretici qui erat publi
cè denunciatus excõmunica-
tus,& in tali caſu quamuis non admittat
peccatum contra fidei confeſſionẽ, (pro
pterea quod poteſt hoc fieri humanitatis
affectu)tamen grauiter peccat,quia ſicut
tenemur euitare hęreticũ in vita,ita tene
mur in morte,*c. Sacris,de ſepult.c.excom-
municato, cum plurib.ſeqq.* 11.*q*.3.
2 Secundus eſt caſus quando ducitur fu
nus Hæretici non denũciati publicè pro
excommunicato, ſed ducitur ad ſepultu-
ram prophanam,& tunc aut fit affectu hu
manitatis ſine intentione fauendi hære-
ticis, quatenus ſunt hæretici,& nullum
eſt peccatum,quia ſi hæreticum non de-
nunciatum pro excommunicato,non ve-
tamur viuum concomitari, extrauag. ad
euitanda, tantominus vetamur mortuũ
ducere ad prophanam ſepulturam, vt do
cet & recte *Nauar.conſ.*16.*ſub nu*.7.*ver-
ſic.Ex his infertur,de hæret.* Quod proce-
dit etiam vbi Hæretici ſunt notorii, cu-
iuſmodi ſunt in Anglia, Scotia,Boemia,
Germania,& in ſimilibus, in quibus nul-
li hæretici denunciantur excommunica-
ti, *vt idem Nauar.docet dicto conſil.* 16.
ſub num. 6. Aut vero fit animo fauendi
Hæreticis,quatenus ſunt hæretici,&tunc
non licet, non quia faciat actum contra
profeſſionem fidei, ſed quia oſtendit ſe
Hæreticorum fautorem, qui excommu-
nicatur in *cap. excommunicamus el* 1. §.
credentes,de hæretic.
3 Tertius eſt caſus quoties funus duci-
tur ad ſepulturam Eccleſiaſticam,& in
tali caſu licet non peccènt contra præce
ptum profitendi fidem, (cum iſte actus
non includat fidem neceſſario,) tamen
peccat, quia conſentit peccato Hæreti-
corum, qui ſepeliri prohibentur in loco
ſacro, *cap.* 2. *in primo reſponſo de haeret.
lib.6.cap.*Eccleſiam,*de conſecr. Eccleſ. vel
Altar. Nauar.dicto conſil.* 16. *num.*8.
de haeret.

SVMMARIVM.

1 *Claudere officinas diebus feſtiuis Haereticorum, licitum eſt Catholico in Terris ipſorum.*
2 *Intellige niſi id praecipiatur cauſa Religionis probandae.*
3 E*ccleſia non cogit Iudaeos ad faciendum actum contra ſuperſtitionem eorum, & num.* 4.

ARGVMENTVM.

An Catholici in Terris in quibus Hæretici dominãtur,poſſint citrà peccatum in hanc externam fidei profeſſionem parere Magiſtratibus hęreticis iubentibus,vt certis diebus, quos ipſi pro feſtis obſeruant, nec ſunt vere feſti dies,claudant ſuas tabernas, vel officinas.

CAP. X.

PRo negatiua facit quod per ta-
le præceptum videtur fides Ca
tholica,publica auctoritate pro
bari quo caſu non eſſe parendum dice-
mus infra cap. 12. Quo non obſtante
contrarium firmat *Nauar.conſil.* 16. *nu.*
12. *verſic. Ad poſteriorem quaeſtionem,*
1 *de haeret.* Ea potiſſimum ratione ſufful-
tus, quod claudere officinam diebus
qui non ſunt feſti, non includit neceſſa-
rio profeſſionẽ hęreticæ prauitatis, neq;
animum conſentiendi ritibus eius, nam
cum poſſint officinę ad libitum claudi,
actus claudendi eſt indifferens,in quo li-
citum eſt ſuperiori hęretico conſentire,
*cap. non ſemper, & cap. Iulianus, & cap.
Imperatores,* 11.*q*.3. *cap. quid culpatur,*
2 §.*ergo vir iuſtus,* 22.*q*.2. Quod verum
intelligo, ſi pręceptum de officinis clau-
dendis ſit ſimpliciter conceptum, videli-
cet, vt quiſque in tali die teneatur offici-
nas claudere; hoc enim fieri poteſt pro-
pter

Digitized by Google

pter bonum politicum,ne per exercitium
in talibus diebus videantur illudere Re-
ligioni, quam Princeps profitetur, nam
hac ratione videmus quod eccleſia cogit
Iudæos ad ſeruanda feſta ab ipſa Eccle-
ſia inſtituta,*cap. quia, & cap. in nonnullis*
§. in diebus de Iudæis, & habetur in conſti-
tutione Pauli Quarti quæ eſt 3. in nouiſſimo
bullario, & incipit Cum nimis, §. 5. & ta-
men conſtat quod eccleſia illos non co-
3 git ad faciendum actum contra ſuperſti-
tionem, quam Iudæi profitentur, *cap. ſi-*
cut Iudæi, §. nullus etiam de Iudæis, cap.
qui ſincera, 45. diſt. l. nemo C. de Iudæis
l. 3. ad fin. vbi gloſſ. ff. de decur. Secus ſi
4 addatur qualitas per quam Princeps hoc
præcepto intendat probare, qui ſint Ca-
tholici, vel hæretici, Chriſtiani, vel Infi-
deles, veluti quia diceret, vt quicunque
ipſius Principis religionem profitetur,
teneatur in talibus diebus officinas clau-
dere, vel quod in ſignum religionis te-
neatur officinas clauſas habere, nam hoc
ſine peccato in præcepto confitendi fi-
dem fieri non poteſt, ex quo eſt ſignum,
quo Religio probatur *d. cap. Imperatores*
in princ. xi. quæſt. 3.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtiano non licet ſub infideli* Principe, *in cuius poteſtate exiſtit contra chriſtianos militare in odium* Religionis.

2 Deo *magis, quam Hominibus eſt obediendum.*

3 Præ*ceptum inferioris, ſuperioris iuſſu ſoluitur ipſo iure.*

4 Domino *temporali ſubdimur contemplatione æterni.*

5 *Chriſtianus deficiente odio* Religionis, *& Eccleſia tolerante ſuum* Principem *infidelem ſtatum ſuam defendentem contra chriſtianos adiuuare poterit.*

6 *Catholico qui infideli non ſubeſt non eſt permiſſum aliquo modo pro eo contra chriſtianos militare.*

7 *Catholico* Infidelis *ſubdito, ſi inter Catholicos bellum geratur, licitum eſt partem, cui eius* Princeps *adhæret, adiuuare.*

ARGVMENTVM.

An liceat Chriſtianis militare ſub Principe infideli.

CAP. XI.

TRes in hoc articulo
poſſunt conſtitui ca-
ſus. Primus ſi loqua-
mur de Chriſtianis
ſeu Catholicis exi-
ſtentibus ſub iuriſdi-
1 ctione Infidelis, ſeu
Hæretici, veluti quia vel ab eo fideles
tolerantur, vel ſunt captiuati, & tunc
aut bellum geritur odio Chriſtianæ, ſeu
Catholicæ Religionis, & in tali qui-
dem caſu nullo pacto citra peccatum
in hac fidei profeſſione licet Chriſtia-
no, vel Catholico ſub tali Principe
militare, ita probat *Teſt. in cap. Iulianus*
ead. cauſ. & q. cap. quid culpatur §. ergo
vir iuſtus 2. 2. *q.* 2. Ratio eſt quia con-
currit in hoc caſu iuſſus Dei, qui præci-
pit Religionem eſſe tuendam, & iuſſus ter
reni Principis, qui mandat Religionem
oppugnari, ideoq; fit vt ſubditi negligen-
2 do exequi iuſſa terrenæ poteſtatis, non
videantur illã contemnere, ſed maiorem
poteſtatem præferre, iuxta illud, obedire
oportet magis Deo, quam Hominibus,
Actuum cap. 5. de quo in cap. ſi Dominus,
& in cap. 15. qui præeſt, & in c. nõ ſemper,
3 *& cap. qui reſiſtit. xi. q.* 3. Item quia vbi
adeſt iuſſus Superioris, præceptum infe-
rioris remanet ipſo iure ſolutum, *l. iudi-*
cium ff. de Iudic. præſertim quia ſi Domi-
nus temporalis ſubdito non obſequenti
minatur carcerem, Deus minatur gehen-
nam, & ſi ille minatur interitum vitæ tem
poralis, Deus minatur externæ vitæ diſ-
4 pendium, & cruciatus perennes. Rurſum
non alia ratione ſubditi ſubduntur domi-
no temporali, niſi propter Dominum
æternum, *Paul. ad Rom. capit. 13. capit.*
omnis anima de cenſibus, At æquum pla-
ne eſt, vt illi primum obſequatur, cuius
contemplatione alteri ſubduntur *d. c. Im-*

peratores in fin. 11. *q.*3. Aut bellum geri-
5 tur contra Chriſtianos non odio, vel in-
tuitu Religionis, ſed pro defenſione ſui
ſtatus (fortè quia Princeps licet ſit infi-
delis, vel hæreticus, concedit tamen Vaſ-
ſallis conſcientiæ libertatem) & tunc cre
derem poſſe Catholicum militare, quia
deficiente odio Religionis, remanet ſim-
plex intereſſe ſtatus, pro quo tuendo poſ-
ſunt ſubditi Principem adiuuare quam-
uis infidelem quouſq; toleratur ab Eccle-
ſia, ſicuti milites Chriſtiani adiuuabant
Iulianum apoſtatam, de quo in *d. c. Iulia-
nus ibi pro defenſione Reipublicæ ibique
gloſſ. in verb. obediebant, & Præpoſit. ante
num.* 2.

6 Secundus eſt caſus quando Chriſtiani,
ſeù Catholici non ſubſunt iuriſdictioni
Principis pagani, vel Hæretici, & in tali
quidem ſpecie qualitercunq; bellum gera
tur, & contrà quemcumque, nullo pacto
poſſunt militare ſub ipſo, vt poſt Vgonē
*docet Turrecrem, in d. cap. Iulianus, ſub nu.
2. verſ. ſecunda Concluſio*; Nam ſi hoc fa-
ciunt intuitu Religionis, peccant qui-
dem grauiſſime aduerſus fidei profeſſio-
nem, quam factis oppugnant. Si vero
faciant ſimpliciter ratione politici finis,
dubium non eſt, quin ſaltim ſint fautores
Iufidelium, & Hæreticorum, qui ana-
thematizantur, in *cap. fraternitatis §. cre-
dentes de hæret.*

7 Tertius eſt caſus, quando bellum ge-
ritur inter duos Principes Catholicos;
quorum vni adhæret Hæreticus, vel In-
fidelis: & tūc licet Chriſtiano, qui iuriſdi
ctioni Infidelis ſubditur, ſub tali Principe
militare, ex *d. c. Iulianus, & c. Imperato-
res*. Si vero eius Iuriſdictioni nō ſubditur,
tunc crederem non licere, ex traditis in
proxime præcedenti caſu. & hęc quò ad
primam concluſionem de præcepto fidei
externæ non negandæ dixiſſe ſufficiat,
nunc dicamus de ſecunda, quæ conſi-
ſtit in præcepto de fide exterius profiten-
da.

SVMMARIVM.

1 *Interrogatus de fide Catholica à perſona
publica, ſi taceat, peccat contra præce-
ptum confeſſionis externae fidei, &
quare nu. 2. & 3.*
4 *Interrogatus à priuato, qui eſt dubius de
fide, tenetur ei reſpondere.*
5 *Priuato per modum auctoritatis interrogā
ti de fide non tenemur reſpondere.*
6 *Etiamſi perſona ſit grauis, contra Valen.
& Sanch.*

ARGVMENTVM.

An ſi Chriſtianus, ſeù Catholicus de fide ſua interrogatus taceat, & nolit reſpondere, peccet in hoc præceptum confeſſionis externę fidei.

CAP. XII.

HAec quæſtio duplicem poteſt
complecti caſum. Primus quan
1 do iſta interrogatio fit à perſo-
na, quę pubiica auctoritate ni-
titur, & in iſto quidem caſu dicendum
eſt eſſe peccatum in hoc præceptum fi-
2 dei exterius confitendæ, moueor Primo,
quia tūc fides publica auctoritate explo
ratur, quo caſu eam non confitendo ho-
nor Deo debitus ſubtrahitur, iuxta ea,
quæ diximus cap. 1. in principio. Audi
quid ad propoſitum dicat D. *Chryſoſt. in
Matt. homil.* 25. *nobis relatus in c.* 86. *noli-
te timere xj. q.* 3. non ſolum ille proditor
eſt veritatis, qui tranſgrediens veritatem
palam pro veritate mendacium loquitur,
ſed etiam ille, qui non libere veritatem
pronunciat quam libere pronunciare
oportet, aut non libere veritatem defen-
dit quam libere defendere conuenit;
nam ſicut Sacerdos debitor eſt, vt verita-
tem quam audiuit à Deo libere prædi-
cet, ſic laicus debitor eſt vt veritatem
quam audiuit quidē a Sacerdotibus pro-
batam in ſcripturis defendat fiduciali-
ter, quod ſi non fecerit proditor eſt veri-
tatis, corde enim creditur ad iuſtitiam,
ore autem fit confeſſio ad ſalutem.
3 Secundo quia Interrogans, & audien-
tes eo ſilentio credere poſſunt inter-
rogatum, vel nullam habere fidem,

aut

aut eius fidem eſſe dubiam, *D. Thom. 2.*
2. quæſt. 3. art. 2. Abulen. in Matt. cap. 10.
quæſt. 129. Angel. in verb. fides num. 8. Sil-
ueſt. q. 5. art. 8. Armill. num. 7. Tabien. q.
7. Azor. moral. inſt. tom. 1. lib. 8. c. 7. q. 7.
Tolet. in ſum. lib. 4. cap. 2. num. 4. Et hoc
procedit ſiuè interrogatio fiat publicè,
ſiue priuatim, quia in vtroque caſu mili-
tat eadem ratio, *Bannes 2. 2. quæſt. 3. art.*
2. dub. 1. concluſ. 3. Sanchez ad præcept. De
calog. lib. 2. c. 4. num. 6. Verſ. nec refert.
4 Secundus eſt caſus quando interroga
tio fit à priuato, & tunc aut fit per mo-
dum conſilij, forte quia interrogans eſt
dubius de fide, & interrogat ad effectum
ſciendi veritatem, & tenetur etiam
priuato reſpondere, quia alias ſubtrahe-
retur vtilitas proximo impẽdenda iuxta
5 latè tradita *in cap. 4. in princ.* Aut vero
fit interrogatio per modum auctoritatis,
& tunc quia priuatus non habet auctori-
tatem, eius in interrogatorio non obligat
ad reſpondendum; ſicuti non obligaret
vocatio ad iudicium eius auctoritate fa-
cta, *l. iudicium ff. de iudic. l. extra territo-*
rium ff. de iuriſdic. omn. iud. & conſequen
ter non reſpondendo, neque ſubtrahi-
tur honor debitus Deo, neque proximo
vtilitas. Qua ratione *Tabiena in verb.*
fides quæſt. vlt. ex multorum auctoritate
ſcribit quod cum quandoque multis ſe-
cularibus, ac Religioſis in naui congre-
gatis, quidam euaginato enſe prodiens
in medium dixiſſet, Si quis ex vobis
Catholicus eſt, exeat in medium
à me perimendus, & omnes tacue-
rint, non fuiſſe damnatos alicuius cul-
pæ reos, nimirum quia inconſulti Ho-
minis latratus negligi poterant. Non
poſſum propterea probare Valentiam, &
& Sanchez, locis ante citatis affirman-
tes peccare interrogatum de fide à pri-
uato, quando perſona interrogata eſt
grauis, nam quò grauior eſt perſona, eò
minus ſine auctoritate interroganti re-
ſpondere tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Promouendi ad Cathedrales Eccleſias fidei profeſſionem emittere tenentur, quod extenditur ad Prælatos Regularium, & militarium.*

2 *Intereſſentes ſynodo Prouinciali, vel Diœceſana, nec non magiſtri, & Doctores vniuerſitatum, & ſtudiorum fidei profeſſionem emittere tenentur, & coram quo, num. 9.*

3 *Promoti ad doctoratum, vel ad alias facultates, fidem profiteri tenentur.*

4 *Curati, Canonici, & Dignitatem obtinentes quando, & coram quo fidei profeſſionem faciant, & num. 12. 13. 16. & 17.*

5 *Conſtitutio Pij 4. quoad profeſſionem fidei faciendam à Regularibus an ſit in vſu.*

6 *Prædicatores, & Lectores regulares an fidei profeſſionem facere teneantur.*

7 *Doctori de conſuetudine contra Conſtitutionem atteſtanti, non facile credendũ.*

8 *Conſuetudo contra Pontificiam Conſtitutionem valdè periculoſa.*

9 *Doctores Romæ coram quo faciant fidei profeſſionem.*

11 *Priuatim legentes an ad fidei profeſſionem teneantur.*

14 *Canonici exempti an teneantur facere fidei profeſſionem.*

15 *Prouiſi Sede vacante an teneantur facere fidei profeſſionem.*

16 *Capitulum Sede vacante, licet tribuat iuriſdictionem vicario, ipſe tamen non habet exercitium iuriſdictionis, niſi mediante Vicario.*

18 *Prouiſus non eſt de neceſſitate monendus ad faciendam profeſſionem, ſed tenetur vltrò ſe offerre.*

19 *Prouiſus tenetur ad fidei profeſſionem etiã ſi alias illã emiſiſſet ex alia cauſa.*

21 *Fidei profeſſio an per procuratorem fieri poſſit.*

23 *Fidei profeſſio eſt ſolemne iuramentum.*

25 *Procurator ad fidei profeſſionem faciendam conſtitutus, ſi illam facere negligat an prouiſus fructus lucretur.*

26 *Procurator in omittendo poteſt Domino præiudicare.*

27 *Negligentia Viri præiudicat Vxori in dote.*

28 *Solo mandato implentur, quæ ad animum declarandum requiruntur.*

29 *Fidei profeſſio fieri poteſt per procuratorem de voluntate tamen eius, coram*

quo eſt facienda.

30 Ad faciendam fidei profeſſionem pro alio, ſpeciale mandatum requiritur.

31 In Iuramento præſtando in animam principalis ſpeciale mandatum requiritur.

31 Quæ in animo conſiſtunt declarari nequeunt, niſi per ſemetipſum, vel per habentem ſpeciale mandatum.

32 Speciale mandatum, ad fidei profeſſionem emittendam, datum cenſetur, ſi detur ad capiendam poſſeſſionem beneficii.

33 In generali mandato ad aliquem actum faciendum veniunt neceſſaria ad illius expeditionem, etiam ſi ſpeciale mandatum requirant.

34 Ad renunciandum requiritur ſpeciale mandatum.

35 Limita niſi renunciatio requiratur ad abſolutionem conſequendam, quia in mandato ad petendum abſolutionem includitur.

36 Stylus Curiæ pro abſentibus prouiſis, qui fidei profeſſionem emittere tenentur, qualis.

37 Neceſſitas emittendi profeſſionem Fidei, quæ à prouiſis fieri debet intra duos menſes, illis elapſis non propterea cenſetur remiſſa.

38 Obligatus ad ſoluendum quid certo die, illo elapſo, non liberatur.

39 Fideiprofeſſio poſt duos menſes à Prouiſis emiſſa, non proficit ad recuperationem fructuum amiſſorum.

40 Prouiſo incumbit onus probandi ſe feciſſe profeſſionem fidei, Epiſcopo ex officio inquirente, ſecus ad partis inſtantiam procedente num. 42.

41 Prouiſo incumbit onus probandi publicationem.

42 Prouiſus non tenetur docere de profeſſione fides, neque de publicatione quando ordinarius procedit ad inſtantiam partis.

43 Prouiſus omittens facere profeſſionem fidei, ad hoc ne faciat fructus ſuos, non eſt opus ſententia aut declaratione.

44 Ignorantia extrauagantium quando æquiparetur ignorantiæ facti & nu. 45. 46.

47 Ignorantia diſpoſitionis Concilii quando excuſet.

49 Praetendens ignorantiam eius quod eſt publicè notum eſt in lata culpa.

49 Fructus malè percepti ob non emiſſam fidei profeſſionem, quando per ſedem Apoſtolicam remittantur.

50 Prouiſus non tenetur ad fidei profeſſionem, ante poſſeſſionem adeptam, etſi per ipſum ſtet.

51 Fidei profeſſione nō emiſſa infra tempus, licet quis fructus amittat, non tamen amittit diſtributiones quotidianas, & quare num. 49. etſi diſtributiones dietim non ſoluantur num. 50. Idem in Anniuerſariis num. 52.

52 Fructuũ appellatione ea tantum continentur, quæ in abſentia recipiuntur, non quæ ſeruitii cauſa dantur.

53 Deciſiones Veralli à quo editæ, & quantæ ſint auctoritatis.

54 Diſtributiones, licet fidei profeſſione non emiſſa, non amittantur, tamen ſecus ſi lucrentur ex intereſſentia alicuius partis anni.

55 Idem ſi Canonicatus, fructus non habeat, ſed conſiſtat in diſtributionibus.

56 Canonici, & Dignitatem obtinentes in Collegiatis an teneantur ad fidei profeſſionem.

57 Portionarii, & Cappellani in Cathedralibus non obligantur ad fidei profeſſionem. Quod procedit etiamſi Portionarii ſint de Capitulo.

58 Aliud eſt eſſe Canonicum, aliud de capitulo.

59 Deputati ad curam animarum abſque titulo Parrochiali, non tenentur ad profeſſionem fidei, & quare.

61 Deputati ad curam animarum à laico, cui competit Ius nominandi dicuntur Rectores.

62 Duo menſes dati ad profeſſionem fidei emittendam non currunt niſi à die pacificæ poſſeſſionis adeptæ.

Poſſeſſio vbi requiritur à lege, intelligitur de pacifica.

63 Poſſeſſio pacifica ad effectum emittendi profeſſionem fidei, quæ dicatur.

64 Fidei profeſſionem emittere non tenentur illi qui non prouidentur de titulo, licet deputentur ad curam animarum.

De

ARGVMENTVM.

De externa fidei profeſſione facienda ex præcepto Tridentini Concilij, & Conſtitutionũ Pij Quarti, qui ad illam teneantur, & de pœnis eorum qui eam facere negligunt.

CAP. XIII.

CVm ex traditis in cap. 4. externa fidei profeſsio ſit ſaltim aliquo tempore neceſſaria ad ſalutem, merito de multa prouidentia *Sacr. Trident.*
1 *Concil. cap. 1. ſeſſio. 24. de reformat.* ſtatuit quod promouendi ad Cathedrales Eccleſias in primis fidei profeſsionem emittere teneantur. Quam diſpoſitionem Pius Quartus extendit ad quoſcumque qui de Monaſteriis, Conuentibus, Domibus, & aliis quibuſcumq. locis Regularium quorumcumque Ordinum etiam militiarum quocunque nomine, vel titulo prouiderentur, vt in eius Conſtitutione, quæ incipit *Iniunctum, ſub Dat. Idibus Nouembris* 1564. *in Bullar. nouiſſimè impreſſ. num.* 114.

2 Statuit præterea Concilium, vt idem facere teneantur in Synodo prouinciali, vel Diœceſana quicunque in ea de iure, vel conſuetudine intereſſe debent, necnon & Magiſtri, & Doctores Vniuerſitatum, & Studiorum generalium initio cuiuslibet anni, *vt in cap. 2. ſeſſ. 25. de reformat.* Quod etiam idem Pius Quartus obſeruari præcepit in ordinatione, & promotione Doctorum, & per alios cuiuslibet artis, & facultatis profeſſores, *per aliam eius Conſtitutionem, quæ incipit In ſacroſancta, ſub eodem die, & anno in Bullario nouiſſimo loco citato.*

Prouiſi etiam de beneficiis quibuſcunque curam animarum habentibus, à die adeptæ poſſeſsionis ad minus intra duos menſes in manibus Epiſcopi, vel eo impedito coram generali eius Vicario, ſeu Officiali eandem fidei profeſsionem facere tenetur. Prouiſi autem de Canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus non ſolum coram Epiſcopo, ſeu eius officiali, ſed etiam in Capitulo, alioquin prædicti omnes prouiſi, vt ſupra fructus non faciunt ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragatur, *ex eodem Tridentino Concilio cap.* 12. *Seſſ.* 24. *de Refor.* Quibus ſic ſtantibus ad plenam prædictorum declarationem de pluribus quæri contingit, & quantum attinet ad dictam conſtitutionem Pij IV. de profeſſione à prælatis Regularibus facienda.

5 Quæritur primo, An ſit in vſu? *Frater Hieronymus à Sorbo Capuccinus in compend. priuil. mend. verb profeſſio fidei, reſpondet in vſu non eſſe*, ſubdens ita reſpondiſſe Sacram Cardinalium Congregationem, & alios doctiſſimos Viros, & ita obſeruari; cui ſuffragari videtur *Sanchez ad precept. Decalog. lib. 2. cap. 5. n. 5.* Sed *Petrus Ledeſma in Summa tom. 2. tract. 1. cap. 4. in fine.* licet referat quarundam Religionum conſuetudinem non faciendi fidei profeſſionem, eam tamen improbat, ſicuti, & mihi improbanda videtur, tùm quia de allegata Congregationis declaratione non conſtat, tum quia *Nauar. conſ. 2. ſub tit. de Sum. Trinit. & fide Cathol.* reſpondit regularium prælatos in vim d. Conſtitutionis ad faciendam fidei profeſſionem teneri, & *Emanuel Roderic. regul. quæſt. tom. 2. quæſtio. 72. art. 1.* nedùm tenet tales prælatos teneri, ſed etiam prædicatores in eius Religione per litteras Commiſſarij generalis de mandato Illuſtriſſimi Cardinalis tunc temporis Protectoris, fuiſſe ſuſpenſos ſimul cum Lectoribus ab officio legendi, & prædicandi, vſque dum fidei profeſsionem ſolemniter emiſiſſent, quod certè facit, vt non ſit ita
7 facilè credendum Doctori atteſtanti de conſuetudine contrà Conſtitutionem, quæ conſuetudo certè neq; Nauarrum, neq; Rodericum latuiſſet Viros in his rebus diligentiſſimè verſatos; præſertim
8 quia hæc conſuetudo aduerſus Pontificiam Conſtitutionem eſt valdè periculoſa ex trad. per *Felin. in cap. primo de tregua, & pace, & per Put. decis. 1. lib. 1. Verall. deciſ. 203. par. 3.*

9 Secundo quæritur coram quo facere teneantur profeſſionem Magiſtri, & Doctores Vniuerſitatum,& Studiorum generalium, & quidem ex eadem Pii Quarti Conſtitutione patet eam eſſe faciendam in Rectorum, vel aliorum ſtudii Superiorum manibus. In cuius rei exequutionem Romæ talis profeſſio ſolemni more omnibus Doctoribus in vnum conueniẽtibus ſimul cum Gymnaſii Rectore fieri ſolet coram Illuſtriſſimo pro tempore exiſtente Cardinali Camerario, eoque abſente, vel impedito coram alio Cardinali ab eo deputato, & deputatione ceſſante coram Reuerendiſsimo Cameræ Apoſtolicę Decano,vel eò deficiente corã Clerico antiquiore, & ſic deinceps, &
10 in ſubſidium coram Gymnaſii Rectore, vt pluries in facto proprio ſum expertus dum iuuenis iura ciuilia in præfato Gymnaſio profiterer.

11 Tertio quæritur, An ad hanc fidei profeſſionem faciendam teneantur etiã Doctores in priuatis ædibus, vel apud aliquod monaſterium profitentes, & reſponſio patet affirmatiua ex eadem Pii Quarti *Conſtitutione ibi in Gymnaſiis publicis,aut alibi in quibuſcunque locis etiam in Eccleſiis, Monaſteriis, aut Conuentibus publicè, vel priuatim quomodolibet profiteri*. Cæterum Doctores Romæ priuatim legentes ex inueterata conſuetudine fidei profeſſionem non emittunt, vel quia nulla conſtitutione adhoc coarctari putant, vel quia ſic multorum annorum vſu ſit receptum. & hæc quo ad Conſtitutionem Pii Quarti. Quò verò ad ſacrum Con-
12 cilium, eius depoſitio quantum attinet ad Prouiſos de Parrocchialibus procedit etiam ſi Parochialis gubernetur per Vicarium perpetuum, quia nihilominus dicitur Parochialis actu, *Rota deciſ. 2. de offic. Vicar. in antiq.* Quo vero attinet ad prouiſos de dignitatibus, & Canonicatibus eadem diſpoſitio Concilii extenditur.

13 Primo ſiue dignitates, & Canonici ſint ſeculares,ſiue regulares;nam vtroque caſu tenentur ad faciendam fidei profeſſionem, vt ex mente Sacræ Congregationis cenſet *Garz. par. 3. cap. 3. num. 16* eiuſque opinio comprobatur, quia Concilium loquitur de dignitatibus,& Canonicatibus, & ſic per orationem indefinitam, de cuius natura eſt,vt in diſpoſitione legis equipolleat vniuerſali, *l. ſi pluribus,in princip. ff. de legat. 2. & l. ſi quis ita ff. de teſt. tut.* & conſequenter comprehendit omnes dignitates, & canonicatus nulla adhibita diſtinctione, *cap. ſolitæ de maior. & obed. l. omnes, C. ſine cenſu, vel reliq. Aym. conſil. 294. num. 1. & 2. Roland. conſil. 2. num. 26. lib. 4.* & hac eadem ratione.

14 Extenditur ſecundo, vt procedat ſiue dignitates, & canonicatus ſint ſubiecti, ſiue exempti, nam exemptione non obſtante tenentur profiteri coram Epiſcopo iuxta formam traditam à Concilio, *Nauar. conſil. 9. de iure iur. Ledeſma in ſum. par. 2. tract. 1. cap. 4. difficult. 9.* & ita reſpondit Sacra Congreg. *vt idem Garz. teſtatur loco cit. to, num. 21.*

15 Extenditur tertio, vt procedat etiã in prouiſo Sede Epiſcopali vacãte,quia Cõcilium dirigit verba in prouiſos,vt patet ibi, *prouiſi etiã* vnde dummodo ſint prouiſi non ſunt diſtinguenda tempora prouiſionis,ex regula, quod vbi lex nõ diſtinguit, neque diſtinguere debemus, *l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. l. 3. in fine, ff. de offic. præſid.* Contra hanc tertiam extenſionem obſtare videtur, quod Concilium vult,vt fidei profeſsio fiat coram Epiſcopo,quæ qualitas cum nequeat conſiderari Sede vacante,videri poteſt Concilium non habere locum,quia ceſſante qualitate legis,ceſſat eius diſpoſitio, *l. 1. vbi Bar. ff. ne quid in flum. publico, l. ſemper in ciuitate, §. ideſt, verſ. licet, ff. de iure immunit. cum aliis per Becc. conſil. 53. num. 9.* Sed reſpondetur, quod hoc debet intelligi eatenus, quatenus Epiſcopus viuat,cæterum ſit ſit mortuus, vel alias careat iuriſdictione, diſpoſitio loquens de Epiſcopo verificatur in Capitulo, *c. a. vnico in principio, ne Sede vacante, lib. 6.* Dubium eſt in tali caſu coram quo ſit facienda profeſsio fidei,coram Capitulo,vel coram Vicario Capitularis, & quidẽ *Garz. loco citato*, eſt in ſententia eſſe faciendam coram Vicario, non autem coram Capitulo,quod quidem durum videri poteſt, quia cum Vicarius accipiat iuriſdictionẽ à Capitulo vtique ſi hoc poteſt facere

Vica-

Vicarius, multo magis poterit fieri à Capitulo, ne dicamus maiorem eſſe poteſtatem in Vicario quam in eo, cuius vice gerit, *l. nemo plus, ff. de reg. iur. Felin. in cap. eam te, num. 17. de reſcriptis*. Sed hoc non obſtante opinio Garziæ hodie mihi vera videtur, nam etſi Vicarius accipiat iuriſ-
16 dictionem à Capitulo, tamen Capitulū non habet iuriſdictionis exercitium, niſi mediante perſona Vicarii quia velit, nolit tenetur conſtituere Vicarium intra octo dies ab obitu Epiſcopi ex decreto Sacri Tridentini Concilij *ſeſſ. 24. cap. 16. de reform.* ac proinde actus omnes debēt à Vicario exerceri. Dixi hodie nēpe poſt diſpoſitionem Concilii, quia ante illius tempora opinio cōtraria fuiſſet apud me probabilior propterea quod Capitulum non tenebatur deputare Vicarium, ſed poterat exercere iuriſdictionem per ſeipſum. *Abb. in cap. irrefragabili, num. 2. circa princip. de offic. ordin. Sbroz. in tract. de offic. Vicar. lib. 1. q. 16. n 9.*

17 Extenditur quarto, ſiue ſit prouiſus per obitum, ſiue per viam reſignationis, *Pariſ. de reſignat. lib. 3. q. 9. in princip.*

18 Extenditur quinto, vt prouiſi teneantur vltro ſe offerre, adeo vt non requiratur de neceſſitate monitio ad faciēdam profeſſionem, vt in facti contingentia reſpondit Sacra Congregatio, quam refert, & ſequitur *Garzia d. cap. 3. num. 19 & 29*. Et ratio eſt, quia præceptum Cōcilii eſt directum prouiſis, quos propterea obligat directè, & ſimpliciter intra duos menſes, quorum aduentus interpellat pro homine *iuxta teſt. in l. optimā, vbi gloſ. & Doctor. C. de contrahen. & committen. ſtipul.*

19 Extenditur ſexto, vt procedat etiam in eo, qui ſemel emiſit fidei profeſſionem ex alia cauſa veluti cauſa Doctoratus, vel quia antea fuerat de alia Parochiali, dignitate, vel canonicatu prouiſus, nam nihilominus ſi adipiſcatur nouam Parochialem, aut dignitatem, aut canonicatum, tenetur iterato profeſſionem facere, vt poſt ſacram Congregationem tenet *Garz. loco citato num. 17.*

Contrarium tenet *Sanch. ad præcepta Decalogi lib. 2. cap. 2. quæſt. 5.* & eiuſdem opinionis aſſertores citat *Nauar. conſil. 3. in fine, de ſumma Trinitate, & Fide Catholica. Azor. moral. inſtitut. tom. 2. cap. 2. quæſt. 4. & 5.* Verum neque Nauarrus, neque Azor. hoc apud me dicunt, quinimo *Azor. loco citato, quæſt. 8. in fin.* firmat Canonicum tranſlatum de vna Eccleſia in aliam, teneri profeſſionem facere, non obſtante, quod eam fecerit in prima. Ideo à priori opinione non recedas, quæ probatur, quia Concilium non requirit fidei profeſſionem ſimpliciter, ſed qualificatā, & ſub certo modo faciendam, nempe co-
20 ram Epiſcopo, vel eo impedito coram Vicario, quo caſu non ſufficit explicare actum, ſi non explicatur ſuo modo, vt pluribus probat *Oldrad. conſil. 184. ſub num. 15. verſ. Item alia ratione*. Et hæc opinio procedit etiam ſi prima vice fidei profeſſio fuerit publicè facta, vt ex mente eiuſdem Congregationis *tenet Garz. loco citato num. 18.* Quare Doctores ad legendum conducti tenentur ad faciendam fidei profeſſionem, quamuis eam in Doctoratu fecerint.

21 Extenditur ſeptimo, vt hæc fidei profeſſio debeat fieri per ſemetipſum, adeo vt non ſufficiat fieri per Procuratorem, *Gonzal. in reg. 8. §. 7. num. 169. verſ. Similiter, iuxta primam impreſſionem, addentes ad Nauar. conſil. 4. aſſerentes ſic reſpondiſſe quandoque ſacram Congregationem, Garzias loco citato, num. 24. Zerola in praxi par. 2. verb. Fidei profeſſio, & hanc opinionem ſequuta eſt Rota in Carthaginen. fructuum 19. Februarii 1588. & 1. Iulii, & 22. Nouembris eiuſdem anni coram Illuſtriſſimo* Platto. Contrariam opinionem tuentur *Nauar. dicto conſil. 4 ſub num. 2. tit. de ſumma Trinitate, & Fide Catholica, Azor. tom. 2. tract. 1. cap. 4. poſt 10. concluſ. difficultate 6. Sanch. d. cap. 5. num. 7. Rota in cauſa Varmien. Canonicatus 13. Iunii 1608. corā Illuſtriſſ. D. meo Cardinali Sacrato, & hæc opinio ſicuti veriſſima eſt, ita triplici ratione probatur.*

22 Primo, quia neque Concilium, neque Conſtitutio Pii Quarti vtitur verbis ſignificantibus perſonalitatem, vnde ſuccedit Regula, quod quicquid poteſt fieri per ſemetipſum, poteſt etiam fieri per procuratorem, *l. 1. ff. de procur. l. ſed ſi vnus, §. Iulianus. ff. de iniur. §. penult. Inſt.* de

per quas per rſ. nob. aeq.

23 Secũdo, quia fidei profeſsio nihil aliud eſt quã ſolemne iuramentum, quod conſtat poſſe præſtari etiam per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, *cap. 1. §. verum quando de ſtat. reg. lib. 6. cap. metuentes 17. quæſt. 4. vbi Gloſ. in verb. de præſenti, & iterum Gloſſ. in cap. 33. ibi Domino verb. iurare 63. diſt. Bar. in l. qui bona §. ſi aliena, num. 15. verſ. frater, ff. de damno infecto.* Quod procedit etiam in iuramento fidelitatis, *Bal. in l. 1. §. ne autem, num. 20. C. de caduc. toll.*

24 Tertio, Non eundo per mendicata ſuffragia, quod fidei profeſſio poſſit fieri per procuratorem probatur apertè per Teſt. ab alijs non animaduerſum in *cap. optatum 4. in fine 100. diſt. in illis verbis, nec aliquem, qui hanc iureiurando firmaret miſeris, & ibi hoc expreſſe notat Prapoſ.*

25 Et hæc ſeptima extẽſio procedit vſque adeò, vt ſi Procurator cui mandatum eſt, vt faciat fidei profeſſionem neglexerit eam facere prouiſus fructus non amittat, quia nulla poteſt aſſignari culpa prouiſi, vt cenſuerunt *Azor. Moral. inſtit. tom. 2. lib. 7. cap. 2. quæſt. 6. Sanch. d. cap. 5. in fine.*

26 In contrarium facit quod procurator omittendo facere illud quod ſibi mandatum eſt præiudicat Domino mandanti, *Bald. in cap. cum olim Abbas in fine de offic. deleg. Iaſ. in l. ſi procurator ſub num. 8. Verſ. Octauo limitat, C. de procur. Tiraquel. de legib. connub. gloſ. 7. nu. 78. Surd. deciſ. 18. num. 3.*

27 Similiter negligentia viri præiudicat vxori in rebus dotalibus, quia vxor præſumitur in negligentia propter negligentiam Viri. *l. de tutela C. de reſt. in integr. l. octaui, C. vnde cogna. Iſer. Affl. Angel. & reliqui quos refert & ſequitur Corbul. de cauſ. in quibus Emphiteuta iure ſuo priuatur cauſ. 15. ob non ſolutum Canonem am-*

28 *pliat. 22. num. 6. & 7.* Priorem opinionem vti æquiorem ſequi ſi libeat, dici poſſet fidei profeſſionem requiri ad conteſtandum, & declarandum animum ſuum eſſe veram fidem, corde, & verbo confiteri, quæ autem ad declarandum animum requiruntur, impleta videntur, ex ſolo mandato dato ad illud faciẽdum, prout dicimus de aditione hæreditatis quæ cum in animo conſiſtat ſolum mandatum ad adeundum, ſufficit ad hoc vt dicatur aditio facta, *l. 89. per procuratorem alias incipit Procuratorem, vbi gloſ. 1. rationem aſſignat, ff. de acquiren. hæred. ibiq; Bart. & reliqui paſſim.* tes difficultate non caret, ideoq; cogita per te ipſum.

29 Hęc eadem ſeptima extenſio declaratur Primo, vt procedat volente ipſo, coram quo fidei profeſſio eſt facienda, eo autẽ recuſante cogitur is, qui eam facere tenetur perſonaliter accedere, etiamſi fuerit Abbatiſſa, vel Monialis clauſtralis, vt probat. *Teſt. in d. cap. 1. §. Verum de ſtatu reg.*

30 *lib. 6. ibiq; Franc. ſub num. 2.* Declaratur Secundo vt ad faciendam fidei profeſſionem pro alio requiratur ſpeciale mandatum, *Franch. in cap. 1 §. verum num. 2. de ſtat. Regul. lib. 6.* cuius opinio vera mi-

31 hi videtur, propterea quod eſt iurandum in animam principalis, quo caſu in quolibet iuramento præſtando requiritur ſpeciale mandatum, *cap. fin. vbi gloſ in verb. Iuramentum de Iur. iur. lib. 6. Bart. in l. 2. §. vlt. C. de iuram. calum. Rota deciſ. 1. in fine de iuram. calum. in nou. Qui rog. dec. 204. Pariſ. conſ. 31. num. 112. lib. 1. Caputaq. deciſ. 168. num. 2. 1. par. Rota in Boianen. penſionis 16. Iunij 1603. coram Illuſtriſſ. D. meo Card. Millino & in Toletana decimarum 15. Maii 1608. coram Sanctiſs. D. N.* Itẽ quia quæ in fidei profeſſione iurantur, omnia conſiſtunt in a-

32 nimo, quæ autem animo retinentur declarari non poſſunt, niſi à ſemetipſo, vel ab habente ſpeciale mandatum, *gloſ. in l. 1. vbi Bart. ff. de liber. agnoſc. Alex. conſ. 78. viſo col. 4. num. 13. & 14. lib. 5. Natt. conſ. 230. num. 8. Roland. conſ. 19. num. 2. lib. 3. Pariſ. conſ. 31. num. 112. lib. 1. plenè Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloſ. x. num. 94. Surd. conſ. 281. num. 31. lib. 2. Verall. deciſ. 168. num. 2. par. 1.* Declaratur

33 tertio, vt hoc ſpeciale mandatum cenſeatur datum non ſolum quando datur explicitè ad faciendam fidei profeſſionem, ſed etiam ex mandato ad capiendam poſſeſſionem beneficij, ſeu Canonicatus, aut dignitatis, vt *Rota cenſuit in allegata*

Var-

Varmien. Canonicatus 13. *Iunii*. 1608.
coram Illuſtriſs. D. meo Card. Sacrato, &
hoc quia in mandato generali ad facien
dum aliquem actum, in neceſſarium an-
tecedens veniunt omnia quæ ad illius
expeditionem ſunt neceſſaria etiã quod
requirant ſpeciale mandatum, *Bart. in l.*
2. ff. de iuriſdic. omn. iudic. Felin. *in cap.*
Sedes num. 8. *Verſ. Et circa regulam de re-*
34 *ſcript.* Hinc licet renunciatio non poſſit
fieri niſi per procuratorem habentem
ſpeciale mandatum, *Anchar. quæſt.* 33.
35 *per tot.* Tamen quando illa requiritur ad
effectum conſequendi abſolutionem, eo
ipſo, quo datur mandatum ad petendam
abſolutionem, in neceſſarium antecedens
cenſetur datum mandatum ad renuncian
dum, vt *Rota reſpondit in Calagurrita-*
na de Branteuilla 9. Iunii 1603. *coram*
36 *Illuſtriſs. D. Card. Sacrato*. Cæterum ad
ambiguitates tollendas ſtylus inualuit,
vt quoties abſens à Curia, pro conſe-
quendo aliquo beneficio tenetur emit-
tere fidei profeſſionem, obtineat à Sum-
mo Pontifice literas in partibus, per quas
committat perſonæ in Eccleſiaſtica di-
gnitate conſtitutæ, vt eius nomine fidei
profeſſionem recipiat, cuius profeſſionis
deinde publicum ad Vrbem tranſmittat
inſtrumentum, quo mediante ad literarũ
expeditionem proceditur.

37 Extenditur octauo, vt licet Concilium
præcipiat, vt fiat fidei profeſſio intra
duos menſes, tamen illis lapſis non cen-
ſetur remiſſa obligatio, ſed nihilominus
prouiſus tenetur ad eam faciendam, quia
terminus duorum menſium non eſt præ-
fixus ad finiendã obligationẽ, ſed ad dif-
ferendam poenam, ita *Nauarr. conſ.* 4.
num. 1. *tit. de Summa Trinit. & fide Ca-*
tholica, Petrus *Ledeſma in Summ. tract.* 1.
cap. 4. *poſt x. concluſ. differ.* 3. Azor. *mo-*
ral. Inſtit. *tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *q.* 5. *Eman.*
Roderic. *in ſumma tom.* 1. *cap.* 119. *num.* 7.
38 Et hæc opinio pręcipuè probatur *ex tex.*
in c. cum dilecti §. *præterea de dolo, & con-*
tum. dum inquit quod ſi mandatur alicui,
vt alii ad certum diem rem certam exſol-
uat, non ideo erit à mandato ſolutus, ſi ſol-
uere nequiuerit die data; immo ad ſolutio-
nem elapſo etiam die ſolutioni præfixo te-
netur, & ibi gloſ. in verb. ſub hac, & Abb.
num. 12. Et ratio ſubditur, quod in tali
ſpecie duo ſunt in obligatione, vnum
quod fiat, & alterum quod fiat intra tem
pus, Vnde ſi non poteſt fieri intra tem-
pus aſſignatum, non euaneſcit obligatio,
vt fiat poſt tempus, quæ ratio depromi-
tur *ex l. celſus ait* 28. §. *idẽ ait ſi iuſſerit. ff.*
39 *de recep. arb.* Eſt verum quod hoc nõ pro-
ficit ad recuperandum fructus amiſſos,
ſed tantum ad quærendum futuros, vt
cenſent, & rectè *Nauar. d. conſ.* 4. *num.*
3. *tit. de Summa Trinit. aliiſq; omnes pro-*
ximè relati, quibus adduntur Pariſ. *de re-*
ſignat. lib. 10. *q.* 9. *num.* 12. *& ſeq. Garz.*
loco cit. num. 30. *eſt Rota in Oueten. mer-*
cedis 12. *Decembris* 1605. *coram Reueren-*
diſs. D. meo Coccino Rotæ Decano meri-
tiſſimo.

40 Extẽditur nono, vt prouiſus teneatur
probare ſe feciſſe fidei profeſſionem quã
do ordinarius ſuper illa inquirit ex of-
ficio *iuxta not. in cap. ordinarii, de officio*
ordin. lib. 6. & facit quod in ſimili de pu-
41 blicatione tradit P*ariſ. de reſignat. lib.* 2.
quæſt. 14. *num.* 33. *cum ſeq.* & in ſpecie
tradit *Garzia d. par.* 3. *cap.* 3. *nu.* 48. *cum*
42 *ſeq.* Dixi quando ordinarius inquirit ex
officio, quia ſecus eſſet ſi procederet ad
partis inſtantiam, *d. cap. Ordinarii cum a-*
liis allegatis.

43 Extenditur decimo, vt ad hoc, vt pro-
uiſus omittens facere profeſſionem ne fa
ciat fructus ſuos, non ſit opus aliqua ſen-
tentia, vel declaratione, vt benè cenſet
Garzia loco cit. nu. 35. *Ledeſma in ſum.*
par. 2. *tract.* 1. *c.* 4. *concl.* 10. *difficul.* 1.

Principalis Concluſio, vt ſupra conſti-
tuta, & extenſa nonnullis modis limita-
tur, & primo ne procedat quando fidei
profeſſio fuit omiſſa per ignorantiam,
Nauarr. conſ. 3. *de ſumm. Trinit. Ema-*
nuel. Rodrig. de regul. quæſt. tom. 2. *quæſt.*
72. *art.* 3. Ego autem materiam latius re
ſumens duo arbitror cõſtituenda capita,
Primum ſi excuſentur illi, qui obligan-
tur ad faciendam fidei profeſſionem in
vim Conſtitutionis Pij 4. cuiuſmodi ſunt
Doctores, & prælati regulares, & in tali
caſu crederem excuſari, ſiue ignorantia
procedat ex eo quod ignorabant ad hoc

lege

lege aliqua teneri,ſiue quia credebant in
illa lege non comprehendi ; nam in pri-
mo caſu cum iſtæ Conſtitutiones ſint
44 extrauagantes,earum ignorantia prop-
ter incertitudinem eſt probabilis , & æ-
quiparatur ignorantiæ facti , vt probat
Teſt. in probæmio decret. Verſ. Sanè quate-
nus inquit extrauagantes poſitas extra vo
lumen propter earum incertitudinem ſæpè
in iudiciis vacillare per quem Teſt.ita ſcri-
bit Gemin.conſ.78.n.xi.verſ.Ad hoc reſpon
detur Bar.in l.32.cum prolatis nu.1.ff. de
re iudic. Card. Bald. Imol. Abb. reliqui
quos refert,& ſequitur Felin.in cap. 1.nu.
12.Verſ. limita 4. de ſent. & re iudic.
45 Quod tamen declares velim ne pro-
cedat quando extrauagans eſſet valde
nota,Bald. in l.leges ſacratiſſimæ quæſt. 2.
C.de legib. Card.conſ.40. in princ. Abb.
in d.cap.1.num.12. de re iudic. & in cap.
paſtoralis de fid.inſtr. Alex.in d.l.cum pro
latis num.13.& 19.ff. de re iudic.Franch.
in cap.1.in 4.notab.de conſtit.lib. 6. Felin.
loco citato ſub num. 12. Verſ. Secundus ca-
ſus,Alciat. de præſumpt. reg.3. lib. 3. præ-
ſumpt. 31. num. 5. Mandoſ. ad Roman.
conſ 160.ſub lit.C. verb.valida . Quan-
do autem extrauagans dicatur valde no
ta , conſulas Panuin.in extrauag. Io.22.
46 in prælud. Secundo vero caſu, nempe
quando ignorantia prouenit ex eo quod
arbitrantur ſe in lege non compræhendi ,
tunc non ligat in foro conſcientiæ , Na-
uarr.in manuali confeſſ.cap.23.num.43.
& in comment.de alienat.rer.Eccleſ.num.
9.& 10.& conſ. 3. num 1. & 2. tit. de
ſumm. Trinit. vbi ſubdit ex hac ignoran-
tia neq;obligari ad reſtituendos fructus, &
ſequuntur Pariſ.de reſignat.lib.x.quæſt.9.
num.10. Zecch. de benefic. & penſ. cap 2.
num. 3. Verſ. Requiritur etiam cum aliis
quos refert Garzia d. cap.3. num. 68.
47 Secundum eſt Caput quando agitur
de excuſando obligatos ad faciendam
fidei profeſſionem in vim Concilii,& tũc
duplicem debemus diſtinguere caſum.
Primus ſi ignorantia proueniat ex mala
intelligentia , & idem erit dicendum
quod mox diximus in proximè præce-
denti caſu , quia eadem militat ratio.
Secundus, quando ignorantia prouenit
ex eo quia neſciebant hoc per Conci-
lium præcipi, & tunc quia Concilium eſt
omnibus notiſſimum,talis ignorantia æ-
quiparatur ignorantiæ iuris, Felin.latè in
d.cap.1. num.12. Verſ. Secundus caſus,de
ſent. & re iud.quæ non excuſat, quia qui
prætendit ignorantiam eius,quod eſt pu-
48 blicè notum videtur eſſe in lata culpa,
l.cedere diem,& l.lata ff.de verb. ſignific.
Din. in cap. ignorantia de reg.iur. lib. 6.
49 Hic lector monendus eſt , quod quamuis
prædicta de iure ſic procedant , tamen
Sedes Apoſtolica fructus malè percep-
tos ob non factã fidei profeſſionem quã-
do nulla interuenit malitia,& dummodo
profeſſio quàmprimum emittatur con-
ſueuit benignè remittere modo per viam
Sacræ pęnitentiariæ in foro conſcientiæ,
modo per viam Breuis in vtroque foro ſo
luta aliquali compoſitione ad hoc vt in
futurum prouiſi fidei profeſſionem emit-
tere non negligant .
50 Limitatur ſecundo , ne procedat in
prouiſo , qui nondum coepit poſſeſſio-
nem , quamuis ſtet per illum , quominus
eam adipiſcatur , licet enim paria ſint
poſſeſſionem accepiſſe, & per illum ſtare
quominus accipiat,cap.commiſſa de elect.
cap.licet Epiſcopus de præben.lib.6. tamen
ad iſtum effectum Concilium non inten-
dit obligare, niſi poſtquam fuerit ſequu-
ta poſſeſſio realis , quia habet reſpectum
ad exercitium , qui ante poſſeſſionem
conſiderari non poteſt, Garzia d. par. 3.
cap.3. num.32.
51 Limitatur tertio, vt benè procedat in
fructibus , ſecus in diſtributionibus quo-
tidianis,Azor.moral.inſtit.tom. 2.lib.7.c.
2.quæſt. 7. Genzalez in regul. 8. §. 2.
prohem. num. 17. ſecundum priorem im-
preſſ. vbi teſtatur pro hac opinione in
facti contingentia reſpondiſſe Sacram
Concilij Congregationem, ſicuti etiam
teſtatur Garzia d. cap. 3. num. 59. Rota
in Varnien. Canonicatus 28. Aprilis, &
13.Iunii, & 4. Februarii 1611. coràm Il-
52 luſtriſſ. D.meo Card. Sacrato. Huius ſen-
tentiæ præcipua eſt ratio , quia Conci-
lium loquitur de fructibus , quorum ap-
pellatione continentur tantum illa quæ
recipiuntur in abſentia , non autem di-
ſtri-

ſtributiones, quę dantur ratione certi
ſeruitij, ſeu miniſterij perſonalis, *cap. vnico de Cleric. non reſid. lib. 6. vbi plenè Prob. num. 53. Oldrad. conſil. 118. à nu. 1. & per tot. Rota deciſ. 8. nu. 1. de praeben. in nouis, & dec. 33. nu. 1. & 2. de ſent. & re iudic. in antiq. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 5. nu. 1. de praebend.* Couar. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 13. nu. 1. part. prima diuerſ. Boer. deciſ. 340. late Gonzal. in regul. 8. §. 7. probem. num.* 154. Hæc Tertia limitatio extenditur Primo vt procedat etiamſi diſtributiones non ſoluantur dietim, ſed poſt longum tempus, & in fine anni; dummodo in ſolutione habeatur reſpectus ad ſingulas horas, *Acchill. deciſ. 12. de praebend. Seraph. dec.* 1140. *num.* 2. *Contrairum. tenet Verall. dec.* 29. *num.* 4. & 5. *par.* 2. Tu tamen a priori ſententia non recedas, nam cũ habeamus reſolutiones apud Acchill. & Seraphin. non eſt dubitandum eam eſſe Rotæ ſententiam;
53 quod dici non poteſt deciſionibus Veralli, quæ fuerunt in lucem editæ per Hieronymum Iuſtinum tunc in Romana Curia Aduocatum, & Verall. in Rota exiſtens noluit eas agnoſcere pro ſuis, prout ex relatione felic. rec. Clementis Papę Octaui (qui fuit ſimul cum eodem Verallo in Rota Coauditor) atteſtatus mihi fuit *Illuſtriſſimus D. meus Cardinalis Millinus ſub die 13. Aprilis 1617. me illum informante, dum iſta deciſiones in controuerſiam adducerentur*. Extenditur ſecundo vt ex eadem ratione procedat in Anniuerſarijs defunctorum, *Azor. d. tom. 2. lib.*
54 *7. c. 2. q. 7. Sanchez d. c. 5. ante n. xi.* Eadẽ tertia limitatio declaratur Primo quando ſumus in diſtributionibus quæ lucrãtur ex intereſſentia alicuius partis anni, quia tunc non dicuntur veræ diſtributiones, ſed magis æquiparantur fructibus *Rtoa dec. 338. nu. 4. par. 1.*

55 Declaratur ſecundo quando beneficium, ſeu Canonicatus non haberet aliquos fructus, ſed emolumenta omnia conſiſterent in diſtributionibus quotidianis, quia tunc vt pœna adiecta per Concilium poſſit in aliquo verificari, debet intelligi de diſtributionibus, prout dicimus de condemnatione facta in fructibus perceptis, quibus ſi beneficium careat, verificatur in diſtributionibus quotidianis, *Mobed. dec. 6. num. 1. & per tot. de prabend. Put. dec. 375. ſub n. 6. & ſeq. li. 2. Gonzal. in regul. 8. §. 7. probem. nu.* 157. Vndè infertur quod cum omnes fere Canonicatus in Hiſpania conſiſtant tantũ in diſtributionibus quotidianis, merito prouiſi ibi de Canonicatibus non facientes profeſſionem fidei mulctantur in diſtributionibus, ex allegatis.

56 Tertio principaliter declaratur diſpoſitio Concilij, ne procedat in canonicatibus, & dignitatibus in Collegiata, quia diſpoſitio Concilii quantum ad præceptum faciendi fidei profeſſionem eſt pœnalis, vt patet ex ſupra relatis: Pœnalis, autem diſpoſitio loquens de Cathedrali non habet locum in Collegiatis, *cap. Statutum 22. de elect. lib. 6.* & ita in ſpecie quamuis rationem non aſſignet, firmat *Garzia loco cit. nu. 12. vbi teſtatur ſic fuiſſe per Sacram Congregationem reſponſum.* In contrarinm facit, quod Concilium in d. *cap. 12. § hortatur, & §. praterea* æquiparat Eccleſias Cathedrales, & Collegiatas maxime inſignes, ac proinde eandẽ eſſe diſpoſitionem in vtroque, *l. adigere §. quamquis ff. de Iure patr. l. illud ff. ad l. Aquil.* Sed reſpondetur quod ibi æquiparatio non fit reſpectu faciendi fidei profeſſionem, ſed reſpectu faciendi collationem, ideoq; ſufficit quod procedat in co tantum, in quo fit æquiparatio, *Imol. & Felin. in cap. translato de conſt. Abb. in cap. conſtitutus in 3. notab. de appellat.*

57 Limitatur quarto ne compræhendat Portionarios, & alios prouiſos de Cappellaniis in Eccleſia Cathedrali, vt concludit *Sanchez d. cap. 2. ſub num. 1. Garzia de benef. par. 3. cap. 3. num. 13.* Etenim Concilium loquitur de Canonicatibus, Portionarii autem, Manſionarii, & alii ſimiles non ſunt Canonici, neque de Capitulo, *Teſt. in cap. penult. vbi gloſſ. in verb. Aſſiſtos, de Cleric. non reſid. & ibi Butr. nu. 8. Abb. ſub num. 9. ad fin. & iterum Abb. in cap. 1. num. 11. de elect. vbi teſtatur de communi, & in cap. cum dilectis in 1. not. de maior. & obed. cap. 14. dilecta vbi gloſſ. 1. de exceſſ. Prælat. Cardin. in cap. 1. num. 4.*

num. 4. de elect. Roman. conſil. 33.2.
num. 10. Dec. in dicto capitulo 1. num.
22. de elect. Rota dec. 411. num. 5. par. 1.
& dec. 4. num. 5. par. 2. & dec. 213. nu.
5. par. 1. diuerſ. Cæſar de Graſſ. dec. 4. nu.
5. de his quæ fiunt a maior. par. cap. Verall.
dec. 84. & 91. par. 1. Grego. Lopez in l. 3.
57 gloſſ. por coſtumbre tit. 6. part. 1. Quod
procedit etiam in Portionarijs, qui de
conſuetudine ſunt de Capitulo, nam &
illi tenentur facere fidei profeſſionem
(cum fieri poſſit conſuetudine vt Portio
narij ſint de Capitulo, Abb. in cap. cum
olim num. 8 & ibi Felin. ſub num. 4. de re
iudic. & iterum Abb. in cap. ſcriptum nu.
4. in fine de elect. Rota dec. 713. num. 5.
par. 1. diuerſ. Et ſic ſunt in pluribus
Hiſpaniarum Eccleſiis relatis per Gon-
zal. in reg. 8. gloſa 45. num. 45.) Ra-
tio eſt, quia licet portionarii dicantur ha-
bere beneficia magis qualificata, Rota
dec. 8. ſub num. 1. ad med. Verſ. maxime
cum interſit de præbend. in antiq. Gonzal.
in reg. 8. gloſſ. 45. num. 44. Nihilomi-
nus Concilium non loquitur de Capitu-
laribus, ſed de Canonicis, & aliud eſt eſſe
Canonicum, aliud de Capitulo, Gemin.
58 in cap. fin et num. 6. de præbend. lib. 6.
Rota in Corduben. iuriſdictionis 17 mar-
tii 1597. coram Orano. Contrarium te-
net Zerola in praxi par. 1. verb. benefi-
cium §. 5. dicto 4. Verſ. Ceteri vero, ductus
auctoritate Concilii Seſſ. 25. cap. 2. verſ.
Cæteri vero. Sed à priore ſententia rece-
dendum non eſt ex rationibus allegatis,
quibus.

Non obſtat Concilium in dicto cap. 2.
quia loquitur de profeſſione facienda à
pouiſis, ſeu à beneficiatis, qui debent
conuenire in prima Synodo facienda.
59 Limitatur quinto nè procedat in his,
qui non prouidentur de titulo Parrochia
li, ſed deputantur in illis ad exercendam
curam animarum, cuiuſmodi ſunt plures
in Regnis Hiſpaniarum, & præſertim in
Diœceſi Hiſpalen. in qua tota cura Diœ-
ceſis reſidet penes Archiepiſcopum, qui
in ſingulis Eccleſiis deputat Sacerdotes
ad curam exercendam, vt Rota teſtatur
dec. 309. ſub num. 5. part. 1. diuerſ. Iſti
enim non tenentur facere fidei profeſſio
nem, vt in ſpecie tenet Sanchez ad præ-
cepta Decalogi lib. 2. cap. 5. ſub num. 1.
60 Ratio eſt quia iſti deputati ad Curam
non dicũtur neque Curati, neque Titula
res, gloſ. in clem. 2. §. Statuimus verb. im-
pendendam de ſepult. Gemin. conſil. 86. nu.
4. Oldra. conſil. 67. per tot. Imol. in Clem.
vltim. numer. 4. de priuil. Abb. in capit.
Apoſtolicæ in principio de donat. Verall.
dec. 340. num. 4. par. 3. Rot. d. dec. 309.
num. 1. et 3. part. 2. et conſequenter non
poſſunt dici prouiſi de beneficiis, quia
titulus non eſt penes eos, ſed penes de-
putãtes. Limita niſi eſſent deputati à lai-
61 co, cui competit ius nominandi ad exer-
citium animarum, nam iſto caſu deputati
ſunt Rectores, Rot. d. dec. 309. p. 2. diuerſ.
ideoq; tenentur facere fidei profeſſionẽ.
62 Limitatur 6. vt ad effectum quod inci-
piant currere duo menſes, intra quos
prouiſus tenetur facere profeſſionem, nõ
ſufficiat fuiſſe adeptam poſſeſſionem,
ſed requiratur poſſeſſio pacifica, nam
quoties lex de neceſſitate requirit poſ-
ſeſſionem, illa ſemper intelligitur de pa-
cifica, quia alias res non dicitur proprie
poſſideri, cap. commiſſam, vbi gloſ. in cap.
licet Canon verb. annum de elect. eodem
63 lib. et vtrobiq; Doctor. Crederem tamen
poſſeſſionem dici pacificam ad iſtum ef-
fectum, ſi ſit pacifica reſpectu curæ in
cuius exercitio non fuerit ſtatim turba-
tus de Iure, vel de facto; ſed in eo ſtete-
rit ſine turbatione per vnum vel duos
menſes ſine moleſtia, quamuis illa paci-
fica poſſeſſio deinde non duret conti-
nue, nec ſit pacifica reſpectu omnium
fructuum, ſeu maioris partis ipſorum,
non ſecus ac requiritur ad effectum, vt
locus cap. licet canon de elect. lib 6. iux-
ta ea quæ tradit Sarn. in reg. de trienn. q.
53. nu. 2. Verſ. et ideo pro vera intelligen-
64 tia. Eſt ratio qua moueor, quia Con-
cilium in hoc præcepto emittendi fidei
profeſſionẽ à prouiſis de beneficiis intue
tur curam animarũ, quia non conſiderat
prouiſum vti prouiſum de beneficio, ſed
cum hac qualitate curã animarũ haben-
te, & ita ſufficit, quod illa qualitas ſit pa-
cifica, quæ eſt conſiderata, l. ſemper in Ci-
uitate §. licet ff. de iure immunit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia curata habitu reſpectu* Rectoris, *dicitur parochialis actu, etiam ſi Vicarius ſit perpetuus.*
2 *Parochialis habitu reſpectu populi, iudicabitur vti beneficium ſimplex.*
3 *Clericus in minoribus ordinibus cõſtitutus, poteſt obtinere beneficium curatum habitu.*
4 *Parochialis habitu reſpectu populi, non obligat ad reſidentiam, neque ad Sacerdotium.*
5 *Nec inducit incompatibilitatem.*

ARGVMENTVM.

An Prouiſus de beneficio curato habitu, ſed non actu teneatur emittere profeſſionem fidei.

CAP. XIIII.

DVo ſunt caſus, qui ſub hac dubitatione con-
1 tingere poſſunt. Primus quando Eccleſia eſt curara habitu reſpectu Rectoris, nempe, quia cura animarũ eſſet penes Vicarium, & tũc arbitror teneri, quia in tali caſu Eccleſia non dicitur parochialis habitu, ſed actu, ſiue Vicarius ſit perpetuus, ſiue temporalis ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur Rota *decif. 2. de offic. vicar. in antiquis.*
2 Secũdus eſt caſus quãdo eccleſia olim habuit parochianos, ſed nunc habere deſiit, & in tali caſu non tenetur, quia de illa iudicatur perinde, ac ſi eſſet beneficiũ ſimplex, *gloſ. in dicto c. 14. licet canon, verbo parochialis eccleſia, verſ. Quid ſi Eccleſia, de elect. lib. 6. & in cap. ſtatutum, verb. Collegiatas, eodem tit. lib. 6. Hoſtienſ. in c. quia nonnulli n. 5. verſ. Quantũ ad materiam, de Cleric. non reſid. ibique Anchar. num. 7. verſic. Dicit tamen Federic. de Senis conſil. 80. ante num. 3. verſic. Item non obſtat, quod dicitur, & plenius conſil.* 183. *per integram conſultationem, & præſertim num. 1. verſ. & poſito, Abb. in cap. de multa, num. 24. verſ. Mihi plus placet, de praben. Rebuf. iu praxi, tit. de promot.*
3 *intra annum, num.* 34. Hinc Clericus quamuis in minoribus ordinibus conſtitutus poteſt obtinere beneficium curatũ habitu, neque ad gratiæ valetudinem eſt neceſſarium exprimi, quod beneficium ſit habitu curatum, vt me informante Rota reſpondit in cauſa Conchen. beneficii 11. Maii 1609. coram Illuſtriſſimo Domino meo Cardinali Sa-
4 crato. Et pari ratione de tali beneficio prouiſus non tenetur perſonaliter reſidere, nec permoueri ad ſacerdotium intra annum. *gloſſ. in dicto cap. licet canon, verbo parochialis Eccleſia, verſic. quid ſi de elect. lib. 6. Rebuf. in praxi loco ſupra*
5 *citato.* Sicuti pariter tale beneficium nõ inducit incompatibilitatem ſimul cum alia parochiali, ſecundum communem opinionem, quam probat Abbas *in cap. de multa, ſub num. 24. verſic. Mihi plus placet*, cum aliis congeſtis *per Hoied. de beneſic. incompatib. par. prima, cap. 13. num. 10. pro quibus eſt text. in cap. paſtoralis 7. quæſt. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus Eccleſia captiuata, ipſa ad priorem ſtatum reuertente etiam de alia prouiſus ad primam reuerti debet.*
2 *Diſpoſitio c. licet canon, de elect. in 6. habet locum in* Eccleſia *curata habitu, ſi parochiani redeant ad habitandum.*
3 *De parochiali ad actum reuocata; idem quod de nouiter erecta iudicatur.*
4 *Eccleſia ad priſtinum ſtatum reuertente Titularis non dicitur de nouo prouideri.*
5 *Pœnalis diſpoſitio, reſtringi potius, quàm dilatari conuenit.*
6 *Infideles coniugati, ſi ad fidem reuertantur non tenentur iterum iuxta Concil. contrahere matrimonium.*
7 *Qui continuat, non dicitur attentare. & num. 8.*

ARGVMENTVM.

An ſi contingat parochialem habitu ad priorem ſtatum reuocari, (videlicet, quia Parochiani redeunt ad habitandum) prouiſus teneatur emittere fidei profeſſionem.

CAP. XV.

PRo affirmatiua facit primo, *teſt.*
in cap. 42. paſtoralis, 7. quæ-
1 *ſtione prima, vbi Epiſcopus Ec-*
cleſia captiuitate ſi ipſa ad prio-
rem ſtatum contigerit reuocari, debet ad
eam reuerti, etiamſi de alia Eccleſia fuerit
ordinatus.

2 Secundo, facit quod in ea habet lo-
cum diſpoſitio *teſt. in cap. licet canon, de*
elect. lib. 6 prout ibi tenet gloſ. in verbo
Parochialis Eccleſia, ad finem.

3 Tertio, quod idem iudicatur de Ec-
cleſia Parochiali habitu ad actum reuo-
cata, quod de Eccleſia nouiter erecta,
gloſ. in dicto cap. licet Canon, verbo Paro-
chialis Eccleſia, ad fin. Hoſtien. in cap. quia
nulli, de Cler. non reſiden. At nemo ne-
gabit prouiſum de Parochiali nouiter e-
recta teneri ad emittendam fidei profeſ-
ſionem, ergo. Pro negatiua facit quod
prouiſus de beneficio curam animarum
habente ex decreto Concilii tenetur e-
mittere fidei profeſſionem. Ego hanc po-
ſtremam opinionem arbitror veriorem
4 vnica tantum ratione ductus, nimirum,
quia quando Eccleſia reuertitur ad pri-
ſtinum ſtatum, Titularis non dicitur de
nouo prouideri, ſed continuare, & perſi-
ſtere in antiqua prouiſione, qui caſus nō
videtur comprehenſus in Concilio, cuius
5 diſpoſitio tanquam poenalis conuenit
reſtringi magis, quam dilatari, *capitulo*
ſtatutum, de elect. lib. 6. c. in pœnis, & c.
odia, de regul. iur. libro 6. l. penult. ff. de
poenis.

6 In quam rem facit nonnihil, quod infi-
deles contrahentes inſimul matrimoniū
ad fidem conuerſi, non tenentur iterum
contrahere cum parocho, & teſtibus, iux-
ta requiſita per Sacrum Concilium Tri-
dentinum *ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. ma-*
trim. eo quia non dicuntur de nouo con-
trahere, ſed in veteri contractu perſiſte-
re. *Nauar. conſil. 4. de pact. & conſil. 2.*
de conuerſ. in fide. Enim in. Roder. in ſum-
ma de matrim. tom. 1. cap. 230. num. 1. in
2. edit. cum aliis infra allegat. lib. 2. cap.
1. num. 10.

7 Suffragatur etiam regula, quod qui
continuat non attentat, *gloſſ. in cap. non*
ſolum, in med. de appell. in 6. & in Clem.
2. vt lit. pend. Bero. conſ. 87. num. 5. lib.
1. Natt. conſil. 606. num. 13. lib. 3. plenè
Lancell de attentat. par. 2. cap. 4. limit. 1.
num. 2. Facit etiam quod plura facta te-
nent, quæ nouiter inchoari non poſſent,
cap. ad Apoſtolicam, de reg. l. patre fu-
rioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.
Lap. allegat. 84. ſub num. 5. Roman. con
ſil. 215. num. 3. cum ibi cumul. per ad-
dentes. Hanc ſententiam dum ſequimur,
contraria facili negotio tolluntur. Non
8 obſtat ergo *teſt. in cap. paſtoralis 7. q. 1.*
quia non negamus parochum reuerti de-
bere ad curam, ſed dicimus non eſſe co-
gendum ad faciendum illud, quod prius
facere non tenebatur. Non obſtat ſecun-
dum, quia ſacerdotium eſt præciſe ad cu-
ram neceſſarium, quod non eſt emiſſio
profeſſionis fidei, & propterea argumen-
tum non procedit à ſimili propter diſpa-
ritatem rationis. Non obſtat tertium,
quia illud procedit reſpectu curæ eſſen-
tialis, ſecus reſpectu qualitatum, quę di-
uerſo modo poſſunt conſiderari in vna,
quā in alia in ſpecie diuerſis rationibus.

SVMMARIVM.

1 *Omittens facere fidei profeſſionem, an pec-*
cet mortaliter, & num. 2.
3 *Fidem apud infideles quando teneamur*
profiteri.
4 *Excommunicatio ſupponit culpā mortalē.*
5 *Pœnam imponere, & impedire lucrum dif-*
ferunt.
6 *Lex in materia laui non obligat ad pecca-*
tum mortale.
7 *Ordinarius non poteſt remouere pœnam in-*
flictam à concilio contra non facientes
fidei profeſſionem.

Prouiſus

Digitized by Google

8 *Prouiſus ante factam fidei profeſſionem non poteſt haberi pro præſenti. limita vt nu. 9.*
10 *Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 12.* Intell.
11 *Poſſeſſio adepta ante emiſſam fidei profeſſionem, an ſit manutenibilis.*
12 *Regula triennalis an ſuffragetur illi qui accepit poſſeſſionem ante emiſſam fidei profeſſionem.*
14 *Adeptus poſeſſionem ante emiſſam fidei profeſſionem, an poſſit agere remedio reintegrandæ.*

ARGVMENTVM.

De pœnis quibus plectuntur omittentes facere fidei profeſſionem.

CAP. XVI.

1 OMittentes fidei profeſ-
ſionem pluribus ple-
ctuntur poenis, qua-
rum prima eſt poena
peccati, ſecunda quia
non facit fructus ſuos;
tertia poſſeſſio illi nõ
ſuffragatur: ita deſumunt Doct. infra ci-
tandi ex Concllio Trid. *cap. 12. ſeſſ. 24.*
Quo ad primam pęnam videtur quod
ſit peccati mortalis, ita *Petrus Ledeſma*
in ſumma tom. 2. tract. 1. cap. 4. concl. 10.
Eman. Roderic. in ſumma cap. 119. nu. 7.
quos ſequitur Sanchez. ad praecept. Decalo
gi lib. 2. cap. 5. ante num. 2. Garzia d. cap.
3. nu. 65. in fine. Moti tantum quia con-
cilium vtitur grauibus verbis, & infert
grauem poenam, quo caſu obligat ad cul
pam mortalem, iuxta notata in cap. nam
2 concupiſcentiam de conſt. Sed hæc opi-
nio apud me non modicam patitur diſ-
ficultatem, primo, quia præceptum de
facienda hac fidei profeſſione in adeptio-
ne beneficiorum habentium curam ani-
marum, dignitatum, & canonicatuum in
Cathedrali non eſt mortale, adeò quod
3 eius, omiſſio ſit de per ſe malum, cum
neque apud Infideles teneamur fidem
externam profiteri, niſi in caſibus, in
quibus cultus Deo debitus, vel vtilitas
10 proximo impendenda ſubtraheretur, iux
tà ea, quæ latè ſcripſimus in ſupradicto
cap. 4. num. 4. quo fit vt reſpectu omiſſio-
nis non poſſit cenſeri peccatum, quia
non omittitur aliquid graue, quod ad
mores pertineat, ex traditis per *Alphonſ.*
de Caſtro de lege pœnali lib. 1. cap. 12. verſ.
obligatio legis pœnalis. Minus poteſt dici
quod Concilium per impoſitionem poe-
narum ſuam, manifeſtauerit voluntatem
ſuam eſſe inducendi præceptum ſub poe-
na peccati, quia poenæ expreſſæ non vi-
dentur hoc denotare, non enim imponit
4 poenam excommunicationis, quæ in ante
cedenti neceſſario ſupponit culpam mor-
talem, *cap. 1. & cap. Romana de ſent. ex-*
com. lib. 6. cap. à nobis, col. prima, & cap.
ſacro, extrà de ſent. excom. cap. nemo, &
cap. nullus xi. quæſt. 3. neq; imponit poe-
nam priuationis beneficij, ſed tantum
quod prouiſi fructus non faciant ſuos,
neque illis poſſeſsio ſuffragetur, quod
quidem non eſt illis imponere poe-
nam, ſed impedire ne lucrum capiant,
5 quod eſt minus, *l. final. C. de Iur. delib. l.*
fin. C. de codicillorum. Et arguit poenam
leuem, quo caſu lex vltra poenam
6 non obligat ad peccatum mortale; *Sot.*
de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 4. Alphonſus de
Caſtro de lege pœnali lib. 1. cap. 5. docum.
2. Azor moral. inſtit. tom. 1. lib. 5. cap. 6. q.
5. cum aliis, quos refert, & ſequitur *Io: de*
Sala in tract. de legib. diſput. 10. ſect. 9. in
princip. Et hæc quò ad primam poe-
nam.
7 Quò ad ſecundam, ea quidem pro-
cedit vſque adeo vt nec ordinarius poſ-
ſit condonare fructus amiſſos ob non
factam fidei profeſſionem, quia ordi-
narius non poteſt remittere poenam in-
flictam a Concilio, niſi in caſibus ibi ex-
preſſe permiſſis, *Nauar. conſil. 3. nu. 1.*
de cler. non reſid. Et ſentit Fuſcus *de viſit.*
lib. 2. cap. 3. nu. 14. in fin. Garzia in. cap. 3.
num. 53. Vbi teſtatur ita fuiſſe reſolu-
8 tum per ſacram Congregationem. Pro-
cedit prętereà, vt ante factam fidei profeſ
ſionem prouiſus nequeat haberi pro præ
ſenti à Capitulo, *Garzia loco citato num.*
50. Rota in Oueten. mercedis 12. Decem-
bris 1605. coram tunc R.P.D. Coccino
9 nunc Rotæ Decano meritiſſimo, Niſi for-

tè hoc factum eſſet ex indulto Apoſtolico,non ſolum explicitè concedendo, vt poſſit percipete fructus ante factam fidei profeſſionem,ſed etiam implicitè, nempe ſi paulo poſt prouiſionem concedatur ſibi indultum de percipiendis fructibus in abſentia. Rot. in Carthaginen. fructuũ 19. Februarii 1588.& prima Iulii, & 22. Nouembris eiuſdem Anni coram eodem R.P.D. Coccino.

Quo ad tertiam poenam, nempe quod poſſeſſio adepta non ſuffragetur, præmittendum eſt, quod Concilium ob non fa-
10 ctam profeſſionem non tollit omnino poſſeſſionem, ſed impedit eius effectum quò ad lucrum fructuum, vt bis Sacra Congregatio cenſuit in vna Piſtoricen. & in alia Cremonen. quam ſequitur Rota in ſupra allegata Varmien. canonicatus vigeſima octaua Aprilis, & decima tertia Iun. 1608.& 4.Febr. 1611. coram Illuſtriſs. Domino meo Cardinali Sacrato. Hoc idem etiam tenent Sanch. dicto *lib.2.cap.5.num.* 10. & alii per ipſum relati.

11 Hoc ſtante infertur primo poſſeſſionem adeptam per prouiſum, qui tenebatur facere fidei profeſſionem eſſe manutenibilem etiã poſt tempus præfixum ad faciendam profeſſionem, vt fuit reſolutum in allegata Varmien. canonicatus ſub diebus ſupra citatis:

12 Infertur ſecundo tales poſſeſſores iuuari regula triennali quia Concilium non tollit neque titulum, neque poſſeſſionem præterquam ad effectum lucrandi fructus, vt benè ſcribit *Sanchez. loco cit. ſub num.* 9. & ante ipſum ex mente Sacræ congregationis, *Pariſ. de reſignat. lib.* 10. *quæſt. vlt. num.* 4. *& ſeq.* Quod verum intellige ad effectum ne
13 poſſit moleſtari ſuper titulo, ac poſſit ſe tueri quocumque remedio poſſeſſorio, ſecus verò vt poſſit conſequi fructus, nam cum ad iſtum effectum beneficium poſſeſſionis ſit ſublatum, merito regula non iuuat, vt doctè ſcribit *Nauarr. conſ.* 1. *de ſum. Trinit. & fid. Cathol.* quem ſequuntur *Sanchez. loco citat. num. xi. Emanuel in ſumma tom.* 2. *cap.* 119. *num.* 7. *Ledeſma in ſum. tom.* 2. *tract.* 1. *cap.* 4. *poſt concluſ. x. difficul.* 7. Additur quod regula loquitur quando agitur ſuper titulo beneficii, cauſa autem fructuum nõ eſt ſuper titulo, ſed eſt cauſa prophana, in qua regula non procedit, *Sarn. in regul. de trienn. quæſt. xi. &* 50. *num.* 4. Rota in Placentina applicationum fructuum 28. Iunij 1595. coram Orano.

14 Infertur Tertio talem poſſeſſionem ſuffragari, etiã in remedio reintegrandæ, dummodo ad illud non agatur reſpectu fructuum; Cęterum ſi agatur reſpectu diſtributionum, vel ratione poſſeſſionis in iure votandi ſedendi, vel ſimilia faciendi, poſſeſſio ſuffragatur, quia, vt ſupra dictum eſt, ſuffragium poſſeſſionis non eſt ſublatum, niſi tantum quo ad fructus quærendos.

DE IVRE

Digitized by Google

DE IVRE PERSONARVM EXTRA ECCLESIÆ GREMIVM EXISTENTIVM.

Liber Secundus.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum nō reperitur niſi in eccleſia.*
2 *Inter iudæos reperitur matrimonium.*
3 *Iudæus, & laicus in caſu neceſſitatis baptizare poſſunt.*
4 *Iudæi an gaudeant immunitate eccleſiaſtica, & n.13.verſ.Tertium argumentum.*
5 *Si debeat eligi ad officium fidelis, & deuotus Eccleſiæ, poteſt eligi iudæus.*
6 *Iudæi non ſunt in Eccleſia.*
7 *Baptiſmus ianua ſacramentorum.*
8 *Matrimonium dupliciter conſideratur.*
9 *Sacerdotium reperitur tantum in Eccleſia.*
10 *Sacerdotii appellatione continetur omne Sacramentum.*
11 Iud*æus ſi ordinaretur character non imprimeretur.*
12 *Matrimonium iudæorum poſt conuerſionem quomodo efficitur ſacramētum. & num. 13.*
14 *Miniſter in Sacramentis non conſideratur vti inſtrumentum Eccleſiæ, ſed vti inſtrumentum Dei.*
15 Iud*æus non poteſt eſſe miniſter in Sacramentis vbi adhibetur tanquam inſtrumentum Eccleſiæ.*
16 Iud*æus non poteſt conſtituere procuratorem ad reſpondendum in baptiſmate proca.*
17 *Fidelis, & deuotus quis dicatur.*

CAP. I.

An Iudæi ſint in Eccleſia.

1 IVdæos eſſe in Eccleſia ex infracriptis ſuaderi poſſe videtur. Primo, quia Sacramenta non reperiuntur, niſi in Eccleſia, *cap. quia ex ſola 24. quæſt.1. c. extra Catholicam.1. quæſt.* 1. at inter iudæos
reperitur aliquod Sacramentum, ergo iudæi ſunt in Eccleſia. Minor probatur, quia inter iudæos reperitur matrimo-
2 nium, *cap. de infidelibus de conſang. & affinit.* matrimonium autem magnum eſſe Sacramentum teſtatur *Paul. ad Epheſios cap. 5. eſtque diffinitum in Sacro Trident. Concilio Seſſ. 24. can. primo.* Corroboratur *ex cap gaudemus §. ſuper quo taliter de diuort. Vbi Summus Pontifex Innocentius Tertius, diſerte inquit Sacramentum coniugii apud fideles, & infideles exiſtere;* Et eidem confirmat *Honor. 3. in cap. fin. de tranſac. & ibi Abb. ante n.4. verſ. item*
3 *nota.* Secundo quia iudęus poteſt tēpore neceſſitatis baptizare, ſicuti laicus, *cap. à quodam iudæo, & cap. Romanus Pontifex de conſecrat diſt. 4. Doct. commun. in cap. quanto, de conſuetud.*
4 Tertio, quia iudæi gaudent immunitate Eccleſiaſtica, ſecundum opinionem, quam nos veriorem eſſe diximus infra eodem libro cap.12. Ergo ſunt in Eccleſia, alias non tueretur exiſtentes extrà eam, quia de his, qui foris ſunt nihil ad nos, dicto *cap. gaudemus de diuort.*
5 Quarto, hoc ſuaderi poteſt ex traditis per *Anchar. conſ. 271. nu. 4. verſic. Quarto ſi dicamus,* vbi quod ſtante conſtitutione, vt nullus poſſit eligere ad officium, niſi eum, qui ſit fidelis, & deuotus Eccleſiæ, ſi quis eligat iudæum in loco habitantem non incidit in poenam à Conſtitutione impoſitam, & Anchar. ſequuntur *Barbat. conſ. 63. col. 2. lib. 4. Rol. conſ. 35.*
6 *num. 41. & 42. lib. 2.* Quibus parum obſtan. dicendum eſt iudæos in Eccleſia nō eſſe, hoc enim perſpicue pronunciauit *Paul. ad Corinth. c. 5. in illis verbis. Quid enim mihi de his qui foris ſunt iudicare?* Quod eſſe generaliter dictum de iudæis, & de infidelibus omnibus, expreſſum ha-

bemus *in cap. gaudemus extra de diuort. & cap. multi 2. q. 1. & in l. nos reddentes. §. manifeſtum C. de Summa Trinit. & fide Cathol.* Quorum locorum auctoritate ſuffulti hoc in ſpecie firmant *gloſ. In cap. de Terris Verb. perſoluendas, in fine de iudeis, Bart. in l. prima num. tertio, & ſeq. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Io. Andr. in cap. quod ſuper his, de voto, & vot. redempt. & in capit 1. in principio de cogn. ſpir. eodem libro. ibique Anchar. num. 1. Geminian. in princ. et num. 4. Franc. num. 4. Prapos. in rubr. ext. de cogn. ſpirit. num. 1. Bellam. in cap. 1. num. 2. 30. quaeſt. 1. Alex. de Neuo in cap. contracto num. 12. de cognat. ſpir. Turrecrem. in cap. ita diligere nu. 13. 30. q. 3. Roman. conſil. 155. ad fin. Alex. conſ. 13. ſub nu. 21. lib. 7. Socci. in cap. cum ſit generale ſub num. 23. de foro compet. Bart. Soccin. conſil. 72. num. 1. ante med. lib. 2. Ferrett. conſil. 37. num. 19. Felin. cap. iudei el 2. num. 2. verſ. & de hac materia extr. de iudais. Riminald. iun. conſ. 72. nu. 29. lib. 1. & conſil. 119. quod incipit, quaritur de tribus lib. 2. Rol. conſil. 35. num. 38. lib. 2. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 18. tit. 2. ante num. 39. Laderb. conſil. 128. nu. 2. lib. 1. plene Illuſtriſſimus Bellarminus in 3. controuer. gen. libro tertio, cap. 3.* Ratio eſt ſolida, & inconcuſſa, quia cum
7 careant baptiſmate, quod eſt ianua omnium Sacramentorum, *cap. cum itaque de conſecrat. diſt. 4. cap. 1. et cap. veniens de presbyter. non baptiz. gloſ. fin. in cap. 4. de conſuet.* Cõſequens eſt, vt omnes, qui baptiſmi gratiam non ſunt aſſequuti, in Eccleſia dici non poſſint, *c. maiores de bapt.*
8 *c. firmiſſime de conſecr. diſt. 4.* Ad cõtraria reſpondetur, & quoad primum, matrimonium poteſt dupliciter conſiderari, primo vti naturæ contractus, & remedium concupiſcentiæ, & vti ſignum rei ſacræ non conferentis gratiam, & hoc modo reperitur etiam inter iudęos, *Doct. in 4. ſent. diſt. 39. art. 1. ibique præſertim Sot. in prima concluſ.* Alio modo poteſt conſiderari vti Sacramentum inſtitutum à Chriſto; & hoc modo non reperitur niſi
9 inter Chriſtianos: Etenim cum Sacerdotium ſit tantum in Eccleſia, *cap. tranſlato de conſtit. et 2. q. 7. §. quod de his propè fin. verſ. Hinc eſt*, & Sacerdotij appellatione contineatur omne Sacramentum quo gratia confertur. *Lap. Abb. Io: Andr. et Anchar. in d. cap. tranſlatio*, inde reſultat, vt extra Eccleſiam nullum reperiri poſſit
10 Sacramentum, *cap. plerumque §. hinc eſt 2. quaeſt. 7. d. cap. tranſlato vbi* Ioan. *Andr. num. 2. et 3. Card. num. 2. Imol. num. 8. Anchar. in fin.* Palud. *et Capreol. in 4. ſent. diſt. 26. quaeſt. vnica art. 6. ad ſecundum Cupreſ. in repet. cap. oportebat art. 9. num. 48. pag. mihi 61. Barrad. qui hoc pluribus explicat ad Sacr. hiſto. to. 1. lib. 1. c. xi. et lib.*
11 *2. cap. 20.* Quod verum eſt adeo vt ſi iudæus ordinaretur Sacramentum vtique non imprimeretur, quia eſt omnium Sacramentorum incapax, *Abb. antiq. in d. c. tranſlato n. 1. ibiq; Io. Andr. n. 3. Card. nu. 2. Imol. nu. 9. et iterum Card. in c. 1. §. vna vero verſ. et ſic de ſumma Trinit. Soccin. in c. ſicut iudai nu. 9. de iudais Marqu. de iu-*
12 *dais par. 2. cap. 6. num. 4.* Addunt nonnulli, quod matrimonium iudęorum (quia non habet ſuum ſignificatum, ex quo non poteſt denotare vnionem inter Chriſtum, & Eccleſiam) etiamſi ad fidem conuertantur non prius efficitur Sacramentum quam iterum inter ſe contrahant in facie Eccleſiæ, vt viſum eſt *Paludano et*
13 *Capreolo loco ſupra citato.* Quamquam contrarium in hac parte ſcilicet quod ad hoc, vt efficiatur Sacramentum, ſufficiat quod permaneant in antiquo contractu, & mutuum conſenſum quocunque ſigno viſibili, etiam nuda copula declarent, magis communiter recipitur à patribus latè *per illuſtriſſimus Bellarm. relatis tom. 1. tit. de matrim. quibus adduntur Enriq. de matrim. lib. 11. cap. 8. num. 1. ad fin. et cap. 15. num. 3. Nauar. conſil. 4. tit. de pact. et conſil. 2. ad fin. de conuerſ. infidel. Vega in Summa de Eccleſia lib. 4. caſ. 13. et 319. Sanch. de Matrim. lib. 2. diſput. 9. num. 5. de qua relatius Deo dante dicemus infra cap. ſeq.*
14 Secundum argumentum tollitur ſi cõſideremus quod miniſter in Sacramentis miniſtrandis non conſideratur vti inſtrumentũ Eccleſiæ, ſed vti inſtrumentũ Dei, *D. Tho. d. quaeſt. 39. art. 3.* ideoque licet poſſit in caſu neceſſitatis miniſtra-

re

re Sacramentum baptiſmi, ſi intendat facere quod facit Eccleſia, tamen non dicetur inſtrumentum Eccleſiæ ſed Dei.
15 Hinc eſt qui vbi in hoc Sacramento miniſter adhibetur in re inuenta per Eccleſiam, iudæus non poteſt eſſe miniſter, nam videmus quod iudæus non poteſt conſtituere procuratorem ad reſponden
16 dum pro eo in fonte baptiſmatiſmatis, *c.cum paruulis de conſecrati diſt.4. Rom. ſing.55.qui incipit, Et in eadem cæna*, *Alciat. in l.1. in fine, ff. de verb. oblig. ibiq; Ripa num.36.*

Tertium Argumentum, præterquàm quod nititur aſſumpto valdè controuerſo, adhuc non eſt bona conſequentia, iudæi gaudent immunitate Eccleſiaſtica, ergo ſunt in Eccleſia, quia *infra c.*12.pluribus oſtendemus immunitatem Eccleſiaſticam non eſſe inuentam iure Eccleſiaſtico poſitiuo, ſed de iure Diuino.

Quartum Argumentum laborat æquiuoco. Nam dum Doctores exaduerſo allegati loquuntur de fideli, & deuoto Eccleſię non accipiunt Eccleſiam, prout eſt corpus militans ad ſimilitudinem Eccleſiæ triumphantis, ſed vti eſt Princeps in temporalibus, quo ſenſu etiam iudæi poſſunt dici fideles, & deuoti quamdiu
17 pacificè viuunt, nam ad iſtum effectum ſufficit ſi non ſint rebelles, & alijs impedimentum non præſtent, *l. Seruos ff. de manumiſſ. teſtam. & l. Vtrum §. 1. ff. de reb.dub.l.cum* Pater *§. rogo, & l. quidam in princ.ff.de legat.*2. Refutatis ergò contrarijs remanet firma Concluſio iudæos non eſſe in Eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Coniuges per matrimonium efficiuntur ſocii diuinæ, & humanæ domus.*
2 *Societas non cadit inter fidelem, & infidelem.*
3 *Salamonis cor Mulierũ cauſa deprauatum.*
4 *Matrimonium inter fidelem & infidelem caret bono prolis & Sacramenti.*
5 *Prima coniugii fides eſt gratia Caſtitatis.*
6 *Contrahere matrimonium cum infideli eſt proſtituere cum Gentilibus membra Chriſti.*
7 *Impedimentum diſparitatis fidei, & diſparitatis cultus quomodo conſideretur in matrimonio contracto inter fidelem, & infidelem.*
8 *Matrimonium fidelis cum infideli non baptizato quo iure ſit vetitum.*
9 *Cathecuminus an poſſit contrahere matrimonium cum infideli.*
10 *Matrimonium contractum a fideli cum infideli punitur pæna adulterii.*
11 *Quilibet de populo poteſt accuſare matrimonium contractum a fideli cum infideli.*
12 *Filii nati ex fideli & infideli non legitimantur per ſubſequens matrimonium.*
13 *Baptizatus ficte ſi contrahat cum fideli an matrimonium ſubſiſtat.*
14 *Coacte baptizatus recipit Sacramentum baptiſmi, ſi coactio non fuerit abſoluta.*
15 *Eccleſia non iudicat de occultis.*
16 *Chriſtus dando buccellam Iudæ male recipienti contulit Sacramentum.*
17 *Fidelis contrahens matrimonium cum infideli ficte baptizato, ſi baptizatus fictè ſe transferat ad loca infidelium, an fidelis poſſit contrahere matrimonium.*
18 *Matrimonium fidelis cum infideli non baptizato, licet ſit prohibitum iure diuino, tamen non eſt irritum iure diuino, neq; iure Naturali, & quare.*
19 *Fidei diſparitas licet impediat finem matrimonii, tamen non tollit omnino.*
20 *Exempla fidelium, qui nupſerunt infidelibus.*
21 *Matrimonium fidelis cum infideli non baptizato non dirimitur certa lege Eccleſiæ.*
22 *Matrimonium inter fidelem, & infidelem non baptizatum licet non ſit irritum expreſſa lege Eccleſiaſtica, eſt tamen irritum conſuetudine Populi Chriſtiani.*
23 *Conſuetudo* Populi *Chriſtiani irritandi matrimonium inter fidelem, & infidelem late probatur.*
24 *Matrimonium fidelis cum infideli baptizato, an ſit licitum vel irritum.*
25 *Eccleſia poteſt ex rationabili cauſa diſpen*

ſare

ſare vt infidelis contrahat cum fideli.
26 *Copula Carnalis inter fidelem, & infidelem fediſſima.*
27 *Copula inter fidelem & infidelem qua pœna punitur.*
28 *Inter fidelem & infidelem non poßunt contrahi ſponſalia etiam per verba de futuro, extende vt in num. 29.*
30 *Coniux conuerſus ad fidem an poſſit petere Thori ſeparationem extende vt in num. 31. & 32.*

Inter Fidelem, & Iudęum an poſſit Matrimonium conſiſtere.

CAP. II.

INter Fidelem, & Iudæũ non poſſe Matrimoniũ cõſiſtere probat *Teſt. in c. fin. 28. q. 1. l. nemo C. de Iudæis* D. *Tho.* *quem cæteri cõmuni cõſẽſu ſequũtur in 4. ſen. diſt. 39. quæſt. vnica art. 1. Turrecrem. in cap. ſi quis gentilis 28. quæſt. 1. Bellarm. in controuerſ. tit. de matrim lib. 1. cap. 23. Bero. in cap. 1. num. 187. de conſt. cum aliis infra allegandis.*

1 Cuius rei multiplex eſt ratio, Prima quia coniuges per matrimonium efficiuntur Socij diuinæ, & humanæ Domus, *l. 1. ff. de rit. nupt. l. 4. C. de crim. expilatæ*
2 *hæred.* quæ Societas inter fidelem, & infidelem dari non poteſt, *c. caue 27. quæſt. 1. Oldrad. conſil. 333. in principio Turrecrem. in d. cap. ſi quis 28. quæſtione prima.*

Secunda quia periculum eſt, ne cor fidelis per iudæum auertatur à cultu Diuino, *Deuter. cap. 7. Regum 3. cap. 11.*
3 & docet caſus Salomonis Viri ſapientiſſimi, cuius cor mulierum alienigenarum opera, cum quibus matrimonium contraxerat deprauatum, ad Idola deflexit, *c. Salomon. 32. q. 4.*

Tertia quia in tali matrimonio deficit bonum prolis, quæ non ita facile poteſt educari in cultu Diuino, cum quilibet filios nitatur in ſua Religione educare.
4 Deficit etiam bonum Sacramenti, tum quia tale matrimonium non poteſt habere ſignificatum coniunctionis Chriſti cum Eccleſia, tum etiam quia non poteſt eſſe Sacramentum cum infideli, *Turrecrem. in d. cap. ſi quis gentilis ſub num. 2. verſ. 3. deficit 28. q. 1. cum aliis allegatis in proxime præcedenti cap. num. 9. & ſeq.*

Quarta quia, vt inquit *D. Ambroſ. lib.*
5 *1. de Patriarcha Abraham. cap. 9.* Prima coniugii fides caſtitatis gratia eſt, ſi Idola colat, quorum prædicantur Adulteria, Si Chriſtum neget quis præceptor, & remunerator pudicitiæ?

Quibus rationibus permotus *D. Cy-*
6 *prianus in Sermone de lapſis*, inquit, iungere cum infidelibus vinculum matrimonii, eſt proſtituere cum Gentilibus membra Chriſti. Ne tamen in hac materia errore Sermonis labi contingat, noſſe primum oportet duo eſſe impedimenta, quæ affinitatem quandam ad inuicem habent, Alterum diſparitatis fidei, alterum vero diſparitatis cultus. Primum militat quoties matrimonium contrahitur inter fidelem, & infidelem non baptizatum; cu-
7 iuſmodi ſunt iudæi, Turcæ, Saraceni, & coeteri huiuſmodi. Alterum verò militat inter fidelem, & infidelem baptizatum, veluti inter Catholicam, & Hereticum, Schiſmaticum, vel Apoſtatam; *Ita* D. *Tho. & alii loco citato, Turrecrem. in d. c. Si quis gentilis ſub num. 2. in ſolutionem ad 3. & in cap.* Caue, *num. 1. 18. q. 1. Caiet. in repet. ad limina 30. q. 1. §. 4. nu. 423. quæſt. 169. Marquard. de iudeis par. 2. cap. 3. num. 15. & 16. Mozzius de contractibus tit. de matrim. ſub rubr. qui poſſint contrahere matrimonium Verſ. Aliud, & tertium eſt* Caput. His ita prælibatis ad plenam huius materiæ declarationem infraſcriptæ Concluſiones ſunt conſtituendæ.

8 Prima matrimonium fidelis cum infideli non baptizato non eſt vetitum iure naturali Diuino, ita concludit, *Turrecr. in d. cap. ſi quis ſub num. 1. & 2. 28. quæſt. 1. Sot. & Palud. in 4. ſent. diſt. 39. quæſt 1. Couar. de ſponſal. par. 2. cap. 6. §. 11. n. 1.* Probatur Primo, quia de iure naturæ ante legem ſcriptam legimus quod Iacob con-

Digitized by Google

contraxit cum filiabus Laban quæ erant Gentiles, *Geneſ.cap.* 29.& Ioſeph cum Azeneth Egypriaca, *Geneſ.c.*41.*& Moyſen* cum Aethyopiſſa, *Exodi c.* 2. Probatur ſecundo, quia matrimonium de iure naturæ maxime ordinabatur ad multiplicationem generis humani, immo datum erat præceptum de multiplicatione, nec erat certus determinatus modus multiplicandi.

Secunda Concluſio, matrimonium fidelis, cum iudæo, ſeu cum alio infideli eſt vetitum, non ſolum humano iure (vt minus recte cenſet *Couar.loc.cit.*) ſed, & Iure Diuino, ita fatentur *Sot.in* 4.*ſent. diſt.*39.*quæſt. vnica art.*1.*col.*4.*vers. Apparet ergo, Illuſtriſs. Bellarm. in controu. de matrim. lib.*1.*cap.* 23. *in prima propoſ. Petr.Ledeſma de matr.quæſt.*59.*art.*1.*dub.* 3. *Vega in ſum. tom.* 2.*cap.* 34.*caſu* 136. *Sanch.de matrim.lib.*7.*diſput.*71.*num.*5. Probatur primo, quia Deuter.lib. 1.cap. 7. Deus prohibuit Populo ſuo matrimonia iungere cum Gentilibus: Et quamuis præceptum illud ſit iudiciale, & ſolos iudæos propriè obligauerit, ſubijcit tamen cauſam moralem, quæ obligat omnes, inquit enim, quia ſeducent filium tuum, nè ſequatur me, & vt magis ſeruiat Diis alienis, hoc idem repetitur 3. Regum cap. xj. addens, certiſſime enim auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos alienos. Probatur ſecundo, ex *D. Paul. ad Corinth.* 1.*cap.*7. *Mulier, inquit, ſi dormierit vir eius liberata eſt à lege Viri, cui autem vult nubat tantum in Domino.* quem locum de matrimonio cum infidelibus non contrahendo intelligũt *D.Hieron.in* Iouinianum *lib.*1.*Tertul. lib.*1.*ad Vxorem, vt idem Couar. loco cit. fatetur.* Tertio probatur ex eodem *D.Paulo quarto ad* Corinth. *cap.* 6. *Nolite iugum ducere cum infidelibus, quae enim participatio iuſtitiae cum iniquitate: aut quae ſocietas lucis ad tenebras, aut quae pars fideli cum infideli.* Qui locus qualitercumque exponatur probat hanc opinionem, Nam ſi exponatur, prout illum exponit *D. Hieron.loco cit.* de matrimonio cum infidelibus non contrahendo habemus intentionem fundatam. Si vero exponamus prout illum exponit *Theophilactus, & alii* communiter, nempe vt debeat intelligi generatim de quocunque commercio cum infidelibus vitando, vtique probabit hanc concluſionem à fortiori, nam ſi interdicitur commercium cum infidelibus, certe multo, fortius erit interdictum Coniugum, in quo eſt coniunctiò ſumma, & indiuidua, cap. de infidelibus de conſang. & affin. l.1.*ff.de rit. nupt.* §.1.*inſtit.de patr.pot. in principio.*

Tertia concluſio, matrimonium fidelis cum iudæo, ſeu alio infideli eſt vetitum non ſolum de iure Diuino, ſed etiam de iure Canonico, & Ciuili, *vt eſt textus in cap. Caue, & cap. non oportet, & cap. fin.* 28. *quæſt.* 1. *& vtrobique Turrecrem. & in l. nè quis chriſtianam,* C. *de Iudæis, ibique* Alberic. *& Fulgoſ. in leg. prima ff. de rit. nupt. & in princ. tit. inſtit. de patr. pot. verb. indiuiduam, ibique Faber. ſub num.* 4. *verſic. in ea gloſa, Aretin. ſub num.*8. *Verſ. proſequor,* Calder. *in cap. fin. de condit. appoſ. ibique* Alex. *de Neuo num.* 11. Couar. *de ſponſal. par.*2.*cap.*6. §. 11. *num. primo, Abb. in cap. quanto, in* 1. *not. de diuort. Marqu. de iudæis par.*2.*cap.* 3. *ſub num.* 13. *verſic. Quid autem ſi fidelis, Mozz. de contractibus tit. de matrim. ſub rubr. qui poſſunt contrahere matrimonium, ſub nu.*35. *verſic. Aliud, & tertium caput eſt, & eſt omnium communiſſima concluſio, vt liquet ex late relatis per Sanche. d. lib.*7.*diſp.*71.*ſub num.*7. *Hac tertia Concluſio.*

9 Extenditur Primo, vt procedat non ſolum in iudæo, ſed etiam in Cathecumeno, quia ad hoc vt impediatur matrimonium, ſufficit quod deficiat Sacramentum Baptiſmi, ita probat expreſſe *Teſt. in d. cap.* Caue 28.*quæſt.* 1. *ibi ſi Chriſtiana ſit non eſt ſatis, niſi ambo initiati ſitis Sacramento baptiſmatis, ibique Turrecrem. num.* 1. *& iterum Turrecrem. in d. cap. ſi quis ſub num.* 2. *Verſic. Et ideo non tenet,* 28. *quæſt.* 1. *cum aliis quos copioſe refert Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſput.*71.*nu.* 2. *& dicam infra tit. de Cathecum. cap.*1. *num....*

Extenditur ſecundo vt procedat etiã ſi matrimonium contrahatur ſub condi-

tione

tione quod iudæus debeat effici Chriſtia-
nus, nam nihilominus matrimonium eſt
nullum, ita ſcribunt *Faber.in §.nupta au-
tem ad fin.verſic.in ea gloſ.dum dicit quem
ibi ſequuntur Aretin.ſub num.8.verſic.pro
ſequor. Vide quæ infra dicam in decima
Concluſione.*

10 Extenditur tertio, vt matrimoniũ a fi-
deli contractum cum iudæo, vel alio infi-
deli puniatur pœna adulterii, *l. ne quis
chriſtianam, vbi Salic.&Fulgoſ. C. de iu-
daeis, Oldr. d. conſil.33.in principio, Corn.
conſil.114.in principio, & num.8.lib.pri-
mo alios latè referunt Decian. tract. crim.
lib.5.cap.12.num.2. in fine, & num. 23.
Menoch. de arb.caſ.290. in principio, Fa-
rinac.de delictis carnis quaeſt.136.num.1.
& 39.*

11 Etenditur Quarto, vt huius criminis
accuſatio ſit publica, ad eo vt competat
cuilibet de populo, vt in *d. l.ne quis Chri-
ſtianam, vbi Doct.communiter de iudeis.*

12 Extenditur Quinto, vt filii nati ex
Concubina iudæi, vel infideli per ſubſe-
quens matrimonium non efficiantur le-
gittimi, quia de tempore, quo fuerunt
ſuſcepti, non poterat cum ea conſiſtere
matrimonium, C*ouar.de ſponſal.cap.*8. §.
2.*num.6.par.2. Aloyſ.de Leo in l.1. num.*
10.C.*de iudeis*. Qua ratione quandoque
in facti contingentia in cauſa magni mo-
menti pro veritate conſultus, reſpondi,
filium natum ex Petro, & eius Ancilla
infideli, quam deinde ad fidem conuer-
ſam, idem Petrus deſponſauerat, non eſſe
ſucceſſibilem ad hæreditatem, in qua vo-
cabantur filij eiuſdem Petri nati ex legi-
timo matrimonio.

13 Extenditur Sexto, vt procedat etiam-
ſi iudæus ſit baptizatus, ſed ficte, vt cen-
ſuit *Sanch. d.lib.7.diſp.71. nu.*3. Ducitur
quod ficte baptizatus re vera eſt infide-
lis, quia baptiſmum non ſuſcepit, vt per
*Innoc.in cap.1.circa fin.ſub nu. 5. verſil.
ſecus eſſet, eodem tit.* dum inquit quod ſi
baptizatus non intendit baptizari, etiam-
ſi petierit baptiſmum, tamen baptiza-
tus dici non debet, cum non ſolum ba-
ptizantis intentio, ſed baptizati quoque
fides, & intentio requiratur. Contrarium
in hac ſexta extenſione, & rectius cen-
ſuerunt *Archid. in c. non oportet, ſub num.
3.28.quaeſt.1.ibique Bellam.num. 3. An-
charan.quaeſt.famil.2. per tot. Marquar.
de iudaeis par. 3. cap. 2. num.* 8. Quorum
opinio manifeſte probatur, *Primo in cap.
ſicut ficti prima, q. 1.* dum inquit, Sicut fi-
cti veraciter non ficte recipiunt, nec eorũ
baptiſma reprobatur Sic. *&c. & in c.3.
§.Item quaeritur verſic. propter quod inter
inuitum extr.de baptiſm.*ibi, *ſicuti is, qui
ficte ad baptiſmum accedit, caracterem
ſuſcipit chriſtianitatis, impreſſum, & ipſe
cogendus eſt ad obſeruantiam fidei chri-
ſtianæ*, etiam hanc eandem opinionem
probat *Marq.de iudeis pa.3.num.* 8.

Secundo probatur *in c. de iudaeis 45.
diſt. vbi* Iudæi etiam coacte baptizati re-
14 cipiunt Sacramentum baptiſmi, & ad il-
lius obſeruantiam compelluntur, dum-
modo coactio non fuerit abſoluta, & ibi
declarat *gloſſ. in verb. coacti*. Ergo tanto
magis ſimulans, in quo videtur ineſſe ma-
ior voluntas, quam in coacto.

15 Tertio, quia Eccleſia non iudicat de
occultis, *cap. vt noſtrum, vt Eccleſiaſt.be-
nef.ſiue diminut.confe. cap. tua nos §.licet
de ſimon.cap.à nobis el 2. §. nos igitur, de
ſent.excom.cap.tua. de ſponſal.* At baptiza
tus quamuis, ficte tamen eſt baptizatus
in facie Eccleſiæ; Ergo hoc ſufficit, vt il-
16 lum admittat ad Sacramenta. Sic Chri-
ſtus bucellam iudæ male recipienti dan-
do contulit Sacramentum, *cap. quod qui-
dam. 1. q. 1. & in §.ſed ne Auguſtinum, &
in §.ipſa enim ſolus eadem cauſa et q.* Non
obſtat, quod ficte baptizatus re vera ſit
infidelis, quia hoc procedit quo ad Deum
non aut quo ad Eccleſiam, quæ neſcit ni-
ſi de manifeſtis iudicare ex allegatis, ex
quibus. Deducitur quod ſi fidelis ma-
trimoniorum contraxerit cum infideli
17 ficte baptizato, licet poſt baptiſmum
taliter baptizatus recedat, & conferat ſe
ad loca infidelium, tamen non poterit fi-
delis cum alio ante matrimonium con-
trahere antequam Eccleſia fuerit certio-
rata de morte huius infidelis ficte bapti-
zati, vt bene in facti contingentia reſ-
pondit *Anchar. d. quaeſt. 2.nu. 4.*

18 Quarta Concluſio, matrimonium fi-
delis cum iudæo, vel alio infideli non

bapti-

baptizato, licet ſit prohibitum iure Diuino, tamen ſi contrahatur non eſt irritum iure Diuino, neque naturali. Quod non ſit irritum iure naturali admittunt omnes, propterea quod illo iure neque eſt prohibitum matrimonium fidelis cum infideli, vt ſupra dixi in prima Concluſione. Quod non ſit irritum iure Diuino affirmant *Sot. in 4. ſent. diſt. 39. q. vnica art. ſecundo, ibique* Durand. *q. 1. num. 8. Riccard. q. 1. art. 1. & eſt communis Theologorum, quos poſt Bellar. in contr. de matr. lib. 1. cap. 23 late refert* Sanch. *d. diſp. 71. num. 7. verſ. Et ideo huius ſententiæ; quam ex noſtris ſequuntur Calder. in cap. fin. de condit. oppoſ. Alex. de Neuo ibidem num. 11. Couar. de ſponſal. par. 2. cap. 6. §. 11. num. 1. Matiento recopilat. lib. 5. tit. 1. rubr. gloſ. 1. num. 159. Mozzius de contract. tit. de matr. rubr. qui poſt. matr. contrahere num. 27. Vgolin. de Sacram. tit. de matr. cap 19. nu. 6.*

19 Mouētur primo, quia licet fidei diſparitas impediat aliquo modo finem matrimonii, non tamen omnino tollit, nam proles ex tali matrimonio poteſt educari in fide, quamuis difficilius, quam ſi vterque Coniux eſſet fidelis.

Secundo, quia loca allata ad probandum eſſe prohibitum Coniugium inter fidelem, & infidelem, licet probent prohibitionem, non tamen probant illud eſſe irritum, & clarum eſt in materia matrimoniali ad irritandum actum non ſufficere prohibitionē, niſi etiā irritetur, vt probat *Teſt. in cap. meminimus, & cap. conſuluit, qui clerici, vel vouentes cap. rurſus eod. tit.*

20 Tertio probatur exemplis, legimus enim in lege ſcripta quod Eſter nupſit Aſſuero Regi Perſarum Ethnico, *Eſter c. 2.* & Salomon cum filia Pharaonis Egyptiaca, *Reg. 3. cap. 3.* & in lege gratiæ hæc matrimonia fuiſſe frequentiſſima, ſcribunt *D. Hieron. lib. 1. in* Iouinianum, *D. Auguſt. lib. de fid. & oper. cap. 9.* Nec ideo irritata fuiſſe quamuis culpa vacare non exiſtimarentur. Item Monica, quamuis ſancta, virum habuit paganum; Et Clotildis Chriſtiana nupſit Clodoueo Regi Francorum Ethnico, vt refert *Greg. Turonen. lib. 2. cap. 28.* Vtraque autem pia erat, & Virum ad fidem conuertit, non poteſt autem dici, vt tam piæ feminæ licet contrahendo culpam contraxiſſent, permanendo tamen in perpetua fornicatione vixiſſent.

21 Quinta Concluſio, matrimonium fidelis cum iudæo, vel infideli non baptizato non dirimitur certa aliqua lege Eccleſiæ, quia licet multas leges Eccleſiaſticas, & Ciuiles ſupra attulerimus, per quas tale matrimonium prohibetur: nulla tamen reperitur lex expreſſa, quæ contractum irritet, vt animaduertunt *Sot. in 4. ſent. diſt. 38. q. vnica art. 2. concluſ. 5. verſ. hæc autem, D. Card. Bellarm. in controuerſ. de matr. lib. 1. cap. 23. ante tertiam propoſitionem verſ Iam vero, quod non ſit cultus, Veracrux in ſpecul. part. 1. art. 32. dub. 1. concluſ. 4. Enriquez de matrim. lib. 12. cap. 23. num. 3. in fine. Lopez Inſtruct. tit. de matrim. cap. 53. not. 6. Sanch. eod. tract. lib. 7 diſp. 71. ſub num. 8.*

Sexta Concluſio, matrimonium inter
fidelem, & Iudæum, vel infidelem non
22 baptizatum, licet non ſit irritum certa,
& expreſſa lege Eccleſiaſtica, eſt tamen irritum moribus, & conſuetudine Chriſtiani populi, quæ vim legis habet, vt communi conſenſu firmant omnes Doctores modo relati. Quod conſuetudine tale matrimonium irritetur, probatur, nam ab annis (vt minimum dicam) quatuor centum, & vltra Magiſter ſent *lib. 4. diſt. 39. & Gratian. 28. q. 1. & deinceps* Theologi omnes, & Canoniſtę hanc rem veluti exploratam, & a maioribus per manus acceptam tradiderunt. Quod autem talis conſuetudo vim legis habeat in Eccleſia, probatur, *in cap. traditione cap. ridiculum, cum quatuor ſequen. 12. diſt. §. ex non ſcripto Inſt. de iure natural. l. de quibus ff. de leg.* vbi Iulianus Iuriſconſ. Inueterata inquit conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur, nam cum ipſe leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quā quod iudicio Populi receptæ ſunt merito, & ea quę ſine vllo ſcripto populus probauit tenebunt omnes. Nam quid intereſt ſuffragio populus voluntatem ſuam declarat, an rebus, ipſis, & factis, & D.

Auguſt.

Digitized by Google

Auguſt. in c. illa 11. *diſt.* inquit illa autem quæ non ſcripta, ſeu tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe ſeruantur, datur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis Conciliis ſtatuta retineri. Hinc plura in legibus ciuilibus reperiuntur, quæ nulla certa lege, ſed ſolius conſuetudinis auctoritate probantur, cuiuſmodi, eſt vt parentes pro filiis ſuis impuberibus teſtamenta faciant, *l. 2. ff. de vulg & pupill.* & vt prodigi, qui agnatis carebant bonis ſuis interdicatur, *l. 1. ff. de curat. fur.* Et vt arrogatus omnia bona ſua faciat arrogãtis, vt in princ. *tit. inſtit. de acquiſ. per arrog.* vt delegatus delegare non poſſit, *l. more maiorum, ff. de iuriſdic. omn. iudic. l. 1. §. qui mandatam, verſic. verius ff. de offic. eius* vt parricida certa quadam pæna plecteretur, de qua *in l. pœna 9. ff. ad l pomp. de parricid.* Similiter, & in Eccleſia multa ſunt à Sãctis Patribus nobis per manus tradita, quæ ſcripto probare non poſſumus, quæ enumerat *D. Baſilius nobis relatus in cap. Eccleſiaſticarum* 11. *diſt. quaque*, vt idem inquit ſi attentaremus parum æſtimare, Religio magnum detrimentum eſſet latura. Quod vero talis conſuetudo Eccleſiæ irritandi matrimonium inter fidelem, & infidelem ſit ſatis rationabilis, probatur exemplo antiquæ legis, in qua impedimentum dirimens ſaltem inter certas rationes, veluti cum Chananeis, propterea quod erant maxime obſtinati, & auerſi à Deo, ita quod non erat tanta ſpes de illorum conuerſione, vt docet *Turrecrem. in d. c. ſi quis* 28. *q.* 1 *ſub num.* 2. *& verſic. bis habitis*. At eadem ratio hodie militat in ceteris infidelibus, quia multorum ſeculorum vſu, Eccleſia illorum obſtinationem eſt experta, Ergo prudenter admodum maiores noſtri taciris moribus introduxerunt, vt irritum eſſet matrimonium cum infidelibus, quia ratio quæ olim dirimebat, erat obſtinatio Chananeorum, quę cum hodie militet æqualiter quo ad omnes infideles, merito quo ad omnes debet æqualis obſeruantia, *l. illud ff. ad leg. Aquil.*

24 Septima Cõcluſio, matrimoniũ fidelis cũ fideli baptizato, veluti cum hæretico, ſchiſmatico, vel Apoſtata, eſt illicitum, nõ autem irritum, & ſic peccat fidelis tale matrimonium contrahendo, ſed illud non eſt irritum iuxta ea, quæ dicemus Deo Duce infr. in cap. . . . num. . . . vbi de hæretic. agemus. Ex quibus defluit etiam Concluſio, quod poſſit Eccleſia
25 ex rationabili cauſa diſpenſare, vt fidelis contrahat cum infideli, *Bellar. loc. cit. in 4. propoſ. Sanch. d. lib. 7. diſp. 71. nu. 10.*

26 Octaua Concluſio, inter fidelem, & iudæum, aut aliàs infidelem foediſſima reputatur quæcunque carnalis commixtio, quamuis fornicaria, & nulla matrimonij figura conſiderata, quod patet maxime ex eo quod Phinees iudæum cum Madianitide coeuntem interfecit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, *Num. cap. 25. cap. nos ſi competentur, §. bis ita reſpondetur, verſic. tunc. 2. q. 7.* Quinimo talis commixtio vſque adeo damnata reputatur, vt præceptum ſit, vt vtriuſque ſexus infideles qualitate habitus publice diſtinguantur ad hoc vt per velamen erroris excuſari non poſſint, *cap. in nonnullis, de iudæis*.

27 Hinc hoc delictum committentes modo pæna mortis, modo alia pæna extraordinaria plectuntur, perpenſa negotii, & perſonarum qualitate, iuxta caſus, quos benè diſtinguit *Menoch. de arbitr. caſ. 290. Marq. de iudeis par. 2. cap. 3. Roland. conſil. 35. ſub num. 46. verſic. 2. non obſtat lib. 2. Decian. tract. crim. cap. 12. Farinac. de delictis carnis q. 139.* quibus additur *Caball. reſolut. crimin. caſ. 4. Doct. in l. nè quis Chriſtianum C. de iudæis*, ad quos breuitatis cauſa in facti contingentia Lectorem reiicio.

28 Nona Concluſio inter fidelem, & infidelem neque poſſunt contrahi ſponſalia per verba de futuro, quia ſi inter eos eſt interdictum matrimonium, vtique per antecedens neceſſarium cenſetur interdicta ſponſalia, *l. oratio ff. de ſponſal. ibique Bald. in antiqua lectura cap. fin. de Clerico excommunicato*.

29 Quod eſt limitandum, ne procedat, quando ſponſalia contrahuntur ſub expreſſa conditione, ſi infidelis conuertatur ad fidem, quia tunc ceſſante diſpari-

tate Religionis, vel cultus de tempore matrimonii ſponſalia recte conſiſtunt, etiamſi ſint contracta tempore quo matrimonium non poterat contrahi, *argum.l. quis officium 38.ff.de rit.nupt.* Et hoc modo debet intelligi, *Aloyſius de Leo in l. 1.nu.58.C.de iudæis*.

30 Decima Concluſio, Coniux conuerſus ad fidem, non tenetur amplius cum infideli cohabitare, ſed poteſt petere thori ſeparationem, ita *Teſt.in cap.iam nunc, & cap.ſic enim recedere 38.q.1. Card. in cap. gaudemus nu.1.de diuortio, ibique Alex.de Neuo num.4.verſic. & ex hoc, Præpoſ. in cap. quanto ſub nu. 5. verſic. aut conuerſus ad fidem de diuort. & ibi Boich. nu. 2. Turrec.in cap.ſi quis 28.q.1.ſub n.2.& 3. ar.2.Caeta. in repet.c. Ad limina 30.q. 1. §.4.q.171.nu.425.Ang. in Summ. verb. matrimonium 3.impedimento 10.nu.3.Silueſt.in verb.matrimonium 8.q.10.dicto 5. Aſtenſis in Summa c. 22. nu. 49.Couar. de ſponſal.par.2.cap.6.§.11.nu.2. & cap. 7.§.4.nu.5.Matiento recopill.lib. 5.tit. 1. in verb. gloſ.1. num. 160.* Ex Theologis hãc eandẽ opinionẽ profitẽtur plures longa ſeriæ relati per *Sanch. de matr. lib. 7. diſput.73. nu.7.* Et licet de tempore primitiuę Eccleſię, & ſexcentis proximis conſequentibus Annis propter frequentem infidelium conuerſionem, quæ tunc fiebat, ex Concilio Apoſtoli ad *Corinth.1. cap.7.* laudabilis eſſet habitatio Coniugis fidelis cum infideli, quando habitare volebat ſine Creatoris contumelia, vt declarat D. *Auguſt. in d.cap. iam nunc, cum ſeq. 28. q. prima*, Tamen ſuccedentibus temporibus vſu comprobatum eſt non modicum peruerſionis periculum imminere fideli ex ſimultanea habitatione cum infideli, & propterea conſuetudine Eccleſiæ receptum eſt, ac præceptum inductum, ne coniux ad fidem contrauerſa permittatur cum infideli cohabitare, *vt in c.iudæi 28.quaeſt. 1. D.Thom.in 7.ſent. diſt. 39. q. vnica, artic. 3. ad ſecundum, Turrecrem.in d.cap.ſi quis 28.q.1.art.2.n. 3. in ſolutione ad ſecundum, Boich. in cap. quanto num.2.de diuort.Silueſt.loco citat. Durad. Riccard. Gabr. & alii quos refert, & ſequitur Sanchez loco cit. num. 12.* Neque hic mos Eccleſiæ aduerſatur in aliquo conſilio D.Pauli, quia nedum conſilia, ſed etiam præcepta poſſunt tractu, vel ſucceſſu temporis neceſſitate id ſuadente variari, vt *in capitulo non debet, de conſang. & affinit. capitulo ſciendum, 28. diſtin. capitulo quia ſancta, §. verum 63. diſtiu.capitulo alma mater, de ſenten. excommunicat. libro ſexto, ibique Couarru. parte ſecunda, in princip. numero ſecundo*.

31 Extenditur mos iſte dupliciter, primo vt procedat etiamſi fidelis poſt conuerſionem ad fidem, copulam exercuerit cum coniuge infideli, nam hoc non obſtante poterit ab illo diuertere, ex quo non eſt in ſua poteſtate remittere iniuriam, quæ infertur fidei, vt bene concludit, *Sotus in dicta diſtin.39. quaeſt. vnica artic. tertio, ad ſecundum, quem ſequitur Sanchez loco citat. nu.8.*

Secundo extenditur, vt procedat etiamſi ſubeſſet aliqualis ſpes conuerſio-
32 nis, *Sotus loco citato, Barthol. Ledeſm. de matrim. dub. 55. ad fin. Vega in ſumma tomo ſecundo, capitulo 34. caſu 143. Ludouic. Lopez inſtruct. parte, ſecunda, titulo de matrimonio, dub. 53. poſt tertiam Concluſ. Sanchez loco citato, numero decimo tertio*.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi non ligantur conſtitutionibus Eccleſiaſticis.*

2 *Prouiſiones Eccleſiaſticæ proſunt tantum illis, qui Chriſtianam legem profitentur.*

3 *Pontifex vti pontifex in eius prouiſionibus non præſumitur de iudæis cogitare.*

4 *Statutum relatum ad perſonas non ligat forenſes.*

5 *Iudaei licite contrahunt in gradibus humanæ legis prohibitis, extende vt num.6.*

7 *Intellectus l.nemo iudæorum C. de iudæis.*

8 *Lex ciuilis lata propter bonum publicum poteſt in aliqua parte ſtatuere ſuper matrimoniis inter infideles contrahendis.*

9 *Matrimonia contracta inter iudæos in gradibus humana lege prohibitis poſt eorum conuerſionem ad fidem non ſeparatur.*

10 *Filii iudeorum nati ex matrimoniis cõtra-Ƈis in gradibus humanæ legis prohibitis, etiam poſt conuerſionem ad fidem reputantur legitimi.*

11 D*iſpoſitio Concilii Tridentini ſeſſione* 24. *de reformatione non habet locum in matrimoniis iudæorum.*

12 I*udæi poſt conuerſionem ad fidem non tenetur de nouo contrahere coram Parocho, & teſtibus.*

13 I*nfideles clam contrahentes peccant contra ius naturæ.*

14 D*iſpoſitio Concilii Tridentini non habet locum inter iudæos declara vt num.* 15.

ARGVMENTVM.

An iudæi ligentur Conſtitutionibus Eccleſiaſticis quæ feruntur ab Eccleſia pro Regimine eccleſiaſtico dirigendo.

CAP. III.

1 IVdæos non ligari Conſtitutionibus quæ ab Eccleſia feruntur ad dirigendum regimen ſpirituale, docemur ex *Teſt. in cap. gaudemus vbi gloſ. in verb. Conſtitutionibus extra de diuort. ibiq; Abb. & reliqui, et iterum Teſt. in cap. fin. qui filii ſint legit. & in cap. multi 2. q. 1. & in l. nos reddentes C. de ſumma Trinit. & in c. de infidelibus de conſang. & affin. quorum iurium auctoritate hoc tradunt gloſ. in cap. 1. de conſtit. & in clem. 1. verb. principiis de teſtib. Io: Andr. in cap. quod ſuper his de voto. Alber. in rubr. C. de iudæis nu. 1. Fel. conſ. 30. n. 17. & ſeq. Rom. conſ. 155. in fine. Soccin. in c. cum ſit generale nu. 23. verſic. Et hæc procedunt, de foro comp. Bero. in c. 1. nu. 155. de conſt. Natt. in c. quamuis col. 5. de pact. in 6. Iaſ. in l. 3. §. curare nu. 3. ff. de Iur. Iur. Brun. in tract. ſtantibus maſcul. art. 6. nu. 60. circa med. Sanch. de matr. lib. 6. diſput. 1. nu. 3. Surd. conſ. 121. ſub nu. 6. et 18. Rimin. Iun. conſ. 119. quod incipit quæritur de tribus, n. 11. lib. 2. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 21. tit. 8. nu. 59.* Sunt enim prouiſiones, ac remedia Canonica adinuenta in vtilitatem Eccleſiaſtici Populi, *Clem. Paſtoralis in princ. de ſent. excom.* Et cum Iudæi extra Eccleſiam ſint, vt ſupra probatum eſt *hoc eodem lib. cap. 1.* ſequitur quod vbi Pontifex fert Conſtitutionem pro regimine ſpirituali dirigendo, illa quidẽ non niſi Chri-
2 ſtianæ legis Profeſſoribus prodeſſe debet, *l. 1. cum Authen. ſequen. C. de hæret.* Additur quod Pontifex procedẽs vti Pontifex,
3 non poteſt videri de iudæis cogitaſſe, pro pterea quod nõ præſumitur conſulere voluiſſe extraneis à fide Chriſti, prout dicimus de ſtatuto quod relatum ad perſonas
4 non ligat forenſes ex præſumpta ſtatuentis voluntate, *l. vltima ibi æquum quippe eſt, C. de ſum. Trinit. plene* Rol. *conſ.* 24. *n.* 17. *lib. 3. Tiraq. qui alios refert de primog. q. 44. nu. 4. Rot. dec. 673. nu. 2. par. 1.* Deducitur ergo Primo, quod gradus per Canonicas Conſtitutiones vetiti in matri-
5 moniis contrahendis non vindicant ſibi locum in matrimoniis inter iudæos, ſed ipſi licitè contrahunt in gradibus per Canones prohibitis, *cap. de infidelibus de conſang. et affin. cap. fin. qui fil. ſint legit. cap. fin. de diuor.* Innoc. *in cap. ſuper his, de voto, Floria. in l. 4. ff. de his, qui ſunt ſui, vel aliẽ. iur. Barb. conſ. 13. lib. 4.* Fel. *in c. ad hæc in 2. not. de iudæis,* Brun. *in tract. ſtantib. maſcul. art. 6. ſub nu. 57. verſic.* Ad hoc facit.
6 *Marquar. de iudæis par. 2. cap. 4. num. 9.* Quod procedit, ſiue verſemur in gradibus conſaguinitatis carnalis, ſiue ſpiritualis, nam iudæi contrahunt etiam cum Commatre, *Archid. in cap. peruenit 30. q. 1. Alber. in rubric. C. de iudæis in principio. Barbat. d. conſ. 13. nu. 2. Clar. in §. iuſtus nu. 12.*

7 Contra prædicta videtur *Teſt. in l. nemo iudæorum, C. de iudæis,* vbi ad litteram præcipitur, vt nemo iudæorum morem ſuum in coniunctionibus retineat, nec iuxta legem ſuam nuptias ſortiatur, nec in diuerſa ſub vno tempore coniugia conueniat. Cuius teſtus timore *Petr. de Bellapert. et Cin. in leg. in celebrandis. C. de nupt. Salicet. in d. leg. nemo* exiſtimarunt non poſſe iudæos in gradibus humana lege prohibitis matrimonia contrahere.

Digitized by Google

te. Verum quia habemus aperta iura de iure Canonico, quibus docemur poſſe contrahere in gradibus humana lege prohibitis, vt in *d.cap.de infidelibus*, cum aliis allegatis,& in dies videmus eos intra præſcriptos gradus contrahere,ideo ab eorum diſpoſitione recedendum non eſt, cum in hac materia ſit ſtandum diſpoſitioni Sacrorum Canonum,*cap.per venerabilem qui fil. ſint legit. d. cap. gaudemus,de diuor.* nec ſit attendenda diſpoſitio legis ciuilis, *vt poſt Ang. & Barbat. ſcribit* Clar.*in d.S.inceſtus nu.*12.Niſi forte lex ciuilis eſſet lata propter bonum publicum, nempe nè numerus Hebræo-
8 rum nimium excreſceret, & ob id caueret, ne poſſent, niſi poſt certam ætatem, vel vltra duos pro qualibet familia matrimonium contrahere: in his enim caſibus Princepspoſſet in hac materia diſponere, *Sanch.de matr.lib.*1.*diſp.*1.*nu.*8. Ceterum in reliquis veriſſima eſt Concluſio Iudæos,& infideles poſſe contrahere intra gradus humana lege prohibitos.

9 Deducitur ſecundo,quod matrimonia contracta per iudæos in gradibus humana lege interdictis poſt conuerſionem ad fidem non ſeparantur, *d. c. gaudemus in princip.de diuor.d.cap.de conſang.& affin. cap.ſi quis gentilis* 18.*q.*1.

10 Deducitur tertio, quod proles iudæorum nata ex coniunctionibus intra gradus humana lege prohibitos, etiam poſt conuerſionem ad fidem,legitima reputatur,*cap.fin.qui fil.ſint legit.vbi not.Cardinalis,Butr.& Præpoſ. in princip.Abb.ſub num.*4.

11 Deducitur Quarto quod licet ex decretis *Sacri Trident.Concilii Seſſ.*24.*de reform.* plura ſint obſeruanda in contractu matrimonii,veluti, quod fiat in Eccleſia coram Parocho, & teſtibus præcedentibus denunciationibus, & benedictione tamen illa non habent locum in matrimoniis contractis inter iudæos,quia illa omnia inſtituta ſunt, vt concomitētur Sacramentum matrimonii a fidelibus contrahendi; *Veracrux in prima par.Specul. art.* 2.*concluſ.*3.*Ledeſma de matr.dub.*61. *Vega lib.*4.*Summ.caſ.*133. *Matienzo lib.* 5. *recōpillat.tit.*1.*gloſſ.*1.*nu.*134.*Sanch.loco*
12 *proxime cit.nu.*2.Quinimmo poſt conuerſionem ad fidem, non eſt opus quod iterum contrahant coram Parocho, & teſtibus,ex quo non contrahunt de nouo, ſed perſiſtunt in iam contracto, Ita *Nauar. conſil.* 4. *de pact.ſecundum antiquam impreſſionem,in poſteriori autem conſ.* 2. *de conuerſ.in fid.Emanuel Roderic. in Sum. lib.*4.*caſ.*113.*&* 379.*Sanch. de matr. lib.* 2.*diſput.*9.*nu.primo*,ſubdentes quod & ſi bene facerent ſi poſt conuerſionem Eccleſiæ benedictionem reciperent, tamen ad id eſſent cogendi non ſunt. Et ego quantum experientia aſſequi potui in hac vrbe rerum Sacrarum magiſtra, & in qua per ſummam Dei bonitatem dietim ex alienigenis ſectis ad Chriſti fidem conuettuntur nuſquam vidi ante baptiſmum coniugatos, poſt conuerſionem benedictionem recipere:fateor tamen,quod ſi iudæi, vel alii infideles clam contrahant,
13 læthaliter delinquunt contra ius naturæ, quia clandeſtinum matrimonium ex natura rei continet in ſe grauia mala,& præſertim quia cædit in detrimentum prolis, & pacis, vt poſt alios docent, *Veracrux in Specul.par.*1.*art.*10.*concluſ.*2.*Matienzo lib.*5.*recōpillat. leg.*1.*gloſ.*1.*num.*2.*Sanchez de matrim. lib.*3.*diſput.*3.*num.*8. *reprobato Ledeſm. qui contrarium tenet dub.* 45. *art. quinto*, Et pari ratione deducitur quinto, quod quamuis ex eiuſdem Concilii decreto eadem *Seſſ.*1.6.inter raptorem, & raptam, quandiu in poteſta-
14 te raptoris manſerit, nullum poſſit conſiſtere matrimonium, nec non, & raptor ipſe,ac omnes illi auxilium,conſilium, & fauorem præbentes ſint ipſo iure.excommunicati, ac perpetuo infames omniumque dignitatum incapaces, ac propterea raptor teneatur mulierem raptam, ſiue eam in vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter, arbitrio iudicis dotare,*vt in capitulo 6.ſeſſ.* 24. Ab hac tamen pœna immunes ſunt iudæi veluti, qui Eccleſiaſticis Conſtitutionibus non ligantur. Poſſet tamen contra eos in fa-
15 cti contingentia procedi iuxta diſpoſitionem *leg. vnicae,C. de raptor.Virg. & in leg. raptores mulier. colum.* 9. quia continent diſpoſitionem iuris ciuilis, quæ

reſpicit bonum ciuile, cui, & Hebręi, & reliqui infideles ſubduntur *l.iudæs* C. *de iudæis*.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio ſpiritualis non contrahatur inter iudæos, extende num. 4. vſque ad 8.*

2 *Cognatio carnalis,vt contrahatur,requirit proceſſionem ab eodem ſtipite.*

3 *Iudæus baptizatus, quare confert ſacramentum, leuans autem de fonte baptiſmatis non contrahit cognationem ſpiritualem.*

9 *Publica boneſtas non contrahitur inter iudæos.*

10 *Cognatio Legalis inter iudæos non contrahitur.*

ARGVMENTVM.

An inter iudęos contrahatur cognatio ſpiritualis, vel legalis, aut impedimentum publicæ honeſtatis.

CAP. IV.

1 NEgatiuam opinionem ex noſtris tenẽt *Io. Andr. in regul. ex eo* 28. *de reg. iur. lib. 6. nu. 4. in Mercur. quem ſequuntur Anchar. nu. 1. Gemin. in princ. & num. 4. Card. in rubr. de cogn. ſpirit. ibique Præpoſ. num. 1. & ſeq. Butr. in c. nobis nu. 10. de* Iurepatr. *Alber. in l. ſi quis alumnam, C. de nupt. Alex. conſ. 157. ſub nu. 2. verſ. Circa tertium lib. 5. Alex. de Neuo in cap. contracto nu. 12. eod. tit. Boich in cap. veniens nu. 1. eod. tit. Turrecrem. in c. Ita diligere nu. 3. 30. q. 3. Lambert. de iurepatr. lib. 1. quæſt. 7. art. 3. nu. 24. Brunell. de ſponſ. concl. 20. nu. 18. Nauar. in ſumma cap. 22. nu. 36. & conſil. 3. tit. de baptiſ. Silueſt. in ſumm. verb. matrimonium* 8. *q. 7. Matiento recompill. lib. 5. tit. primo, rubr. gloſ. 1. nu. 169. Galleſ. in tract. de cogn. ſpir. cap. 8. nu. 4. Vrſil. ad Afflict. dec. 151. nu. 4.* Ex Theologis etiam hanc eandem opinionem probant *D. Thom. in 4. ſent. diſt. 41. q. 1. art. 3. ad 3. ibiq. Durand. q. 1. n. 9. ad finem, D. Anton. in ſumma par. 3. tit. 1. cap. 15. §. 3. col. 3. aliique plures, quos refert, & ſequitur Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 60. num. 7.*

Prędictis refragari videtur, quod iudęus poteſt conferre baptiſmum, *cap. Romanus 23. cum plurib. ſeq. de conſecr. diſt.* 4. Ergo, & contrahere compaternitatem, quę videtur neceſſaria ſequela baptiſmi, *cap. nam concupiſcentiam de conſtit. l. Oratio ff. de ſponſal.* Sed reſponſio eſt in promptu, pro cuius intelligentia ſciendum quod ſicuti ad carnalem cognatio-
2 nem inter aliquos contrahendam deſideratur proceſſio vtriuſque ab eodem ſtipite ſecundum carnalem propagationem, *l. 1. ff. de grad. cognat.* ita ad ſpiritualem requiritur proceſſio vtriuſque ab eodem ſtipite, nempè a Chriſto, *cap. abſtulit 12. q. 2. cap. ad menſam 11. c. debitum de bigam.* per quę iura ſic in propoſito ſcribit, *Io: Andr. in d. reg. ex eo non debet nu. 3. ad fin. & nu. 4. de reg. iur. lib.* 6. Hoc ſtante mirum non eſt, ſi quando iudęus baptizat, confertur Sacramẽtum
3 baptiſmatis, quando verò leuat de fonte baptiſmatis, non contrahit cognationem ſpiritualem, quia vt idem *Io: Andr.* inquit dum baptizat gerit typum, & perſonam Dei, *cap. ſicut Chriſtus, & cap. intra 1. q. 1. cap. à quodam, cum ſeq. de conſecrat. diſt.* 4. cuius creatura eſt etiam infidelis; Suſcipiens autem ſiue leuans gerit typum, & perſonam Eccleſię, cuius cum creatura non ſit meritò infidelis non poteſt actum ex eius perſona gerere, *cap. in baptiſmate de conſecrat. diſt.* 4. Remanet ergo firma concluſio iudęum eſſe cognationis ſpirtualis incapacem quę extenditur primo, vt procedat non ſolum quando infidelis leuat de fonte baptiſmatis, ſed etiam quando ipſemet baptizat, vt docent omnes *Doct. ſupra citati.*

4 Extenditur ſecundo, vt procedat non ſolum reſpectu parentum baptizati, ſeu leuati, ſed etiam reſpectu eiuſdem baptizati, nam neque cum ipſo infidelis baptizans contrahit cognationem ſpiritualem, adeo vt inter infidelem baptizantem, ſeu leuantem, & fidelem baptizatum, ſeu leuatum, poſtquam infidelis fuerit ad fidem conuerſus poſſit matrimoniũ conſi-

ſtere,

Digitized by Google

tere, *Alex.de Neuo in d. cap. contracto n. 14. de cognatione ſpirit. Gallego de cognat. ſpirit. cap.8.n.15.*

5 Extenditur tertio,vt procedat non ſolum in iudæo,ſed etiam in Cathecumeno, quia cum adhuc non procedat ab eodem ſtipite Chriſto per ſpiritualem regenerationem, eſt cognationis ſpiritualis incapax.*Ita Sot. in 4. ſent. diſt.42.q.1. art. 3. Ledeſma de matrim. q. 56. art. 1. poſt princ. & art.3.col. penult. aliiq. quos refert, & ſequitur Sanchez loco cit.n.9.*

6 Extenditur quarto, vt procedat ſiue iudæus baptizet,ſiue leuet ſolus, ſiue ſimul cum Chriſtiano, nam nihilominus iſta ſocietas non facit vt iudæus contrahat cognationem ſpiritualem,*Io.Andr.in d.reg. ex eo tantum,in fine,de reg. iur. lib. 6. Sanchez loco cit.n.*10. ſubdentes quod licet non contrahat cognationem infidelis, contrahit tamen fidelis, quia in hac materia non vitiatur vtile per inutile.

7 Extenditur Quinto,vt ſi contingat iudæum, vel infidelem deinde ad fidem conuerti, nihilominus ex actu geſto in infidelitate non incipiat habere locum cognatio ſpiritualis,*Alex. de Neuo in d. cap. contracto n. 13. de cogn. ſpir. Sotus, & Ledeſma, quos refert, & ſequitur Sanchez d. lib. 7. diſput. 60. num.* 11. *&* 15. *Gallego in tract. de cognat.ſpir. c.8. num.* 14.*Ludou.Lopez inſtruct.par.2.c.51.col.6.*

8 Extenditur Sexto,vt procedat non ſolum in cognatione ſpirituali actiua, ſed etiam in cognatione ſpirituali paſſiua,ita vt ſiue infidelis baptizet,aut leuet filium fidelis,ſiue fidelis baptizet, aut leuet in baptiſmate filium infidelis ipſe non contrahat cum baptizante, ſiue leuante cognationem ſpiritualem, ita ex Theologis tenent *Durand.in 4. ſent.diſt.4 2. q.1.n. 9. ad fin.Sot. ibidem q. 1.art.2.col.penult. Verſ. poſtrema ex his,Ledeſma,Vega, Palatius, & alii quos refert, & ſequitur Sanchez de matr.lib.7.diſput.60. n.* 14.

Ex noſtris hanc eandem opinionem ſequuntur *Bellam. in cap.1. n. 2. 30. q. 1. Alex. de Neuo in cap.contracto num.13.de cognat.ſpir. Boich.in cap. veniens num. 1. eodem tit. Gallego in tract. de cognat.ſpir. cap.8.num.*11. Contrarium tenens *Gloſ. in c. 1.in verb. ex lauacro 30. q.1. & ibi Archid. n.3.& iterum Archid. in c.1.n.1. de cogn.ſpir.lib.6.Præpoſ. ibidem q. 2.n.2. & q.3.n.3.D.Ant.in 3. par. tit.1.c.15.S. 3. col. 3. Roſell. in Summa in Verb. impedimentum imped.6.n.26.Ang.in verb.matrimonium 8. q. 7.dict. 12. Caiet. in rep. c.ad limina 30. q.1.S.4. & q.151.n. 398. Veracrux in 1.par.Specul.art.56.concl.6. Viual.in Candelab. Sacram. par.1. vbi de matrim.n.* 263.

Prior tamen opinio eſt verior,quia cũ cognatio ſpiritualis conſiſtat in quadam relatione perſonarum,neceſſario requirit ꝙ adſit perſona,cui poſſit relatio fieri,*l.1. ff.de tut.l.1.ff.de his qui ſunt ſui vel alien. iur.*quo fit vt ſi ex parte vnius nõ põt cõſiſtere, neq; conſiſtere poteſt ex parte alterius, quia deſtructo vno ex correlatiuis, deſtruitur,& alterum,*l.fi.C.de indict.iud. toll.ibiq. Bar. Salicet. Ang. & Caſtr. Iaſ. in l. qui condemnare num. 9.ff.de rei iud. vbi teſtatur de communi, ipſumq. ſequuntur Curt.Iun.conſ. 6.num.1.Felin.in proœm.decretal.n.5.cum aliis quos refert, & ſequitur Gabr.tit.de legibus concl.3.n.56.*

9 Extenditur Septimo,vt ſicuti inter iudæos non contrahitur cognatio ſpiritualis,ita neq.contrahitur publica honeſtas, quia, & hoc idem impedimentum Eccleſiaſticis Conſtitutionibus eſt introductũ, vt *ex communi Doctorum conſenſu ſcribit, Sanchez d.lib.7.diſput.68.num.2.*

10 Extenditur Octauo,vt ex eadem ratione inter iudæos non habeat locum impedimẽtum cognationis legalis,adeo quod eo non obſtante poſſint contrahere matrimonium,*Veracrux in Specul.par.1.art. 60. in fine,Bartholom. Ledeſma de matr. dub.47.concl.1. Vega in ſum.tom.1. c.10. caſu 1.Sanch.de matr.lib.7.diſp.63.n.22.*

SVMMARIVM.

1 *Affinitatis impedimentum proueniens ex matrimonio conſumato an contrahatur inter infideles.*

2 *Affinitas ex copula coniugali non irritat matrimoniũ iure naturæ,ſed eccleſiaſtico.*

3 *Affinitas proueniens ex matrimonio conſumato eſt quid naturale.*

4 *Amicitiæ cauſa duplex.*

5 *Affinitatis impedimentum prouoniens ex matrimonio rato contrahitur etiam inter Infideles.*

6 *Affinitas proueniens ex actu fornicario an contrahatur inter infideles, & num. 7. cum ſeq.*

8 *Affinitas de iure ciuili non contrahitur niſi ex legitimis nuptiis.*

9 *Copula ſiue coniugalis, ſiue fornicaria efficit duo in carne vna.*

10 *Conſanguinitas proueniens ex fornicatione, eſt vera conſanguinitas.*

11 *Concubinæ Dauid ab Abſalone cognitæ quomodo a Dauide tractatæ.*

12 *Copula quamuis fornicaria naturalem pudorem inducit.*

13 *Affinitas de iure ciuili conſideratur reſpectu hereditatum, non matrimonii.*

14 *Infidelis cognoſcens mulierem fornicariè, ad fidem conuerſus non poteſt ducere in vxorem, conſanguineam dictæ mulieris.*

15 *Fidelis cognoſcens feminam fidelem, vel infidelem contrahit affinitatem etiam cum vxore dictæ feminæ infidelis.*

ARGVMENTVM.

An inter Iudæos contrahatur impedimentum affinitatis.

CAP. V.

NE contingat errore labi, nonnulli diſtinguendi ſunt ca-
1 ſus.

Primus, ſi loquimur de impedimento affinitatis prouenĩetis ex matrimonio conſumato, & in tali caſu, *Enriquez de matr. lib. 11. c. 3. n. 5.* cenſuit impedimentum non contrahi, & ob id eum qui tempore infidelitatis conſumauit matrimonium cum Vxore, poſſe poſt baptiſmum ducere Sororem Vxoris.

2 Ducitur autem hac ſola ratione, quia affinitas ex copula coniugali, quamuis habeat fundamentum in re, tamen non irritat matrimonium iure naturæ vel Diuino, ſed ſolo iure Eccleſiaſtico, quod non ligat infidelem, *c. gaudemus de diuor. c. laudabilem qui fil. ſint legit.* ſed hæc opinio ſimul cum eius illatione apertè confunditur per Text. *in c. fi. de diuor.* vbi infidelibus ad fidem conuerſis præcipitur ne poſtquam ad fidem venerint ducant in Vxorem relictam fratris ſui, quod certè Eccleſia non præciperet, ſi impedimentum affinitatis ex matrimonio conſumato proueniens, eſſet ſimplex eius inuentum, nec aliquid haberet naturalis foederis. Contrarium ergo docent *D. Tho. in 4. ſenten. diſt. 41. quæſt. vnica art. 1. q. 1. in corpore, Durand. ibidem q. 1. n. 7. Palud. q. 1. art. 1. n. 10. concl. 2. Sot. q. vlt. art. 1. D. Anton. in 3. par. ſummæ tit. 1. c. 11. in ſi. prin. Victoria, Veracrux, Ledeſma, & alii, quos refert, & ſequitur* Sanchez *de*
3 *matr. lib. 7. diſp. 65. n. 4.* Mouentur Primo quia affinitas proueniens ex matrimonio conſumato, eſt quid naturale ad exemplum conſanguinitatis, quia eſt fundamentum naturalis cuiuſdam amicitiæ, & coniunctionis, Si enim ſecundum Diuinam ſententiam ego & Vxor mea ſumus vna caro profectò mihi, & illi, mea ſuaq; parentela, & propinquitas vna efficitur, vt inquit *D. Greg. nobis relatus in c. 3. 35. q. 5.* Et quod hoc procedat ex iure naturæ, patet, tum quia Adam ſolo inſtinctu naturæ ductus dixit, erunt duo in carne vna, *Gen. c. 2.* tum etiam quia teſte *Ariſt. Ethic. 8. c. 11.* duplex eſt naturalis amicitiæ cauſa, Altera quæ per carnis propa-
4 gationem deſcendit; Altera vero per carnis vnitatem, & coniunctionem accedit ad eandem generationem, qualis in copula coniugali reperitur. Tum denique quia experientia ipſa docet apud quantumuis barbaras nationes conciliari naturalem quandam amicitiam ex matrimonio inter conſanguineos Coniugum, ac ipſos Coniuges, & ob id ſunt nomina naturalia quædam impoſita ad ſignificãdam hanc affinitatis cognationem, vt Socer, Socrus, priuignus, nurus, gener, nouerca, vt in *l. non facile §. ſed quoniam, ff. de gradib. affin.*

5 Secũdus eſt caſus, ſi loquimur de impedimento affinitatis prouenientis ex matrimo-

trimonio rato,non conſumato, & in tali etiā caſu inter infideles contrahi affinitatem docent *Ledeſma de matrim. par. 2. quæſt. 57. articolo, tertio, colum. 2. verſic. ideo dico, Veracrux in append. ad ſpecul.dub.pen.concl. 2.Sanch. de matrim. lib. 7. diſput.65. nu. 6.*militant enim eædem rationes, quæ militant in matrimonio conſumato, et propterea eadem debet eſſe diſpoſitio,*l.illud. ff. ad l.Aquil. l.adigere §.quamuis ff.de iurepatr.* An autem prædicta procedant quando matri. monium eſt nulliter contractum, dic vt mox infra dicam quando affinitas contrahitur ex actu fornicario.

6 Tertius eſt caſus,ſi loquimur de impedimento affinitatis prouenientis ex actu fornicario,;& in hoc duæ ad ſunt Doctorum ſententiæ, Altera, quæ affirmat etiam inter infideles habere locum affinitatis impedimentum,quam ſupponunt *Io: Andr.in cap.1.num.3.de conuerſ. inſid.ibique Butr.ſub nu.2. Cardinal. num. 1. oppoſ. 1.* dum inquiunt per baptiſmum tolli peccatum adulterii,ſed remanere affinitatem ortam ex eo, & hanc eandem ex Theologis ſequitur *Card. Bellar. de matrim.Sacram.controu.4.cap.30.verſic. Denique affinitas.* Contrariam opinionem tuentur *Nauar.conſil.7. tit.de ſponſ. & conſil.12.num.2. & 3. tit. de conſang. & affin.ſecundum poſteriorem aditionem. Victoria in ſumm.tit.de matr.lib. 11 cap. 1.num.2.Sanch.eod.tract.lib. 6. diſp. 65. num.9.*

Ducuntur Primo, quia fornicarius complexus non tribuit exercentibus illum mutuam corporum poteſtatem, prout tribuunt iuſtæ nuptiæ; neque conciliant inter vtriuſque conſanguineos mutuam beneuolentiam, ſeu charitatem, quæ eſt fundamentum affinitatis, ſed magis gignit inter eos odia, & diffidia.

7 Secundo quia filius non inclinatur naturaliter ad exhibendam reuerentiam fœminæ ab eius patre cognitæ, quinimmo magis ducitur ad eam deſpiciendam, ergo nullum naſcitur vinculum naturale. Hinc videmus, quod perſonis coniunctis affinitate per copulam coniugalem ſunt nomina quaſi naturalia affignata, de quibus in *d.l.nō facile §.ſed quoniam ff.de grad.affin.* non tamen reperimus illa impoſita perſonis coniunctis affinitate per copulam fornicariam.

8 Tertio quia iure ciuili Romanorum, ex illicitis complexibus non oritur affinitas,ſed tantum ex legitimis nuptiis, vt in *d.l.non facile §.affines, & §.ſciendum ff.de grad.affin.* quod quidem ſignum eſt euidens,impedimentum non prouenire ex iure naturæ, quia aduerſus illud ciuilis lex non diſpoſuiſſet, *§.ſed naturalia inſt. de iure natu.* Quibus non obſtantibus,& ſi vtriuſque opinio ſit probabilis, tamen prima mihi probabilior videtur. Primo quia nulla ratione ex copula coniugali contrahitur affinitas, niſi quia, per eam duo efficiuntur in carne vna, *Gen. ſecundo,Marc. 19. Matth. 10.* At hoc idem reperitur in copula fornicaria,

9 quia teſte *D.Paulo ad Corinth. 1. cap. 6.* qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur, & erunt duo in carne vna, Ergo ſicuti ex copula coniugali inter infideles contrahitur affinitas, pari ratione ex copula fornicaria,*l.illud ff. ad l. Aquil. l.adigere §.quamuis ff. de iurepatr.*Secundo quia conſanguinitas proueniens ex

10 complexu fornicario eſt vera, & propria conſanguinitas,nam in ea viget naturalis pudor,*l. adoptiuus 14. §. vnde nec vulgo quaſitum,ff.de ritu nupt.l.& nihil intereſt 54 ff. eodem tit.* ergo eadem ratione affinitas, quia conſanguinitas & affinitas paribus greſſibus ambulāt,*c.1.& tot.tit. extr. de Cōſang. & affin.*Tertio,quia legi.

11 mus *lib.2.Regum cap.20.*decem Concubinas Dauid quas filius eius Abſalon violauerat,incluſas ab eodem Dauide fuiſſe, vt in uiduitate viuerent, & nuſquam amplius ab eo fuiſſe, cognitas. Quod certe non feciſſet, niſi iure Diuino, aut naturali quodā pudore ad hoc ſe ad ſtrictum putaſſet. Quarto facit *teſt.in cap.nec eam 35.q.5.*vbi æqualiter, inquit, inceſtuoſum eſſe coitum, & abominabilem Deo, & Hominibus,ſi quis ducat aliquam, quæ vxor fuit proprii conſanguinei, vel quæ ab eo illicite eſt cognita, & licet videatur loqui cum chriſtianis, tamen pari

ficat

ficat vtrumque coitum, illumque aſſerit
eſſe Deo,& Hominibus abominabilem,
ſignum euidens, quod eius prohibitio
non deſcendit ſimpliciter ab homine, &
ſic ab eccleſię conſtitutione, ſed etiam à
Deo. Quibus ſic ſtantibus non obſtant
Argumenta exaduerſo deducta; Non
enim obſtat primum, quia licet ſit ve-
rum non tribui ex fornicario comple-
xu mutuam corporum poteſtatem, neque
ex ea cauſari charitatem, negari nihilo-
minus non poteſt quin actus ille mutuæ
12 commixtionis naturalem pudorem non
inducat, qui ſolus ſufficit ad inducen-
dum impedimentum, *d. l. nec adoptiuus* §.
vnde nec vulgo quaſitam ff. de ritu nupt.
Minus obſtat ſecundum, quia licet non
inclinetur ad reuerentiam obſequialem,
ducitur tamen naturali pudore, ne ſe com
miſceat illi, quę ſuo eſt commixta con-
ſanguineo. Demum non obſtat tertium,
13 quia ius ciuile Romanorum non conſi-
derat affinitatem ad effectum matrimo-
nii contrahendi, ſed reſpectu deferen-
darum hęreditatum, ideoque mirum non
eſt, ſi conſiderat tantum affinitatem pro-
cedētē ex legitimis nuptijs, quia illę ſo-
lę quò ad hęreditates attendūtur, *l. 3. ff.
de iur. dot. l. 6. C. de inceſt. nupt.* §. *ſi aduer-
ſus ea inſt. de nupt.* Remanet ergò firma cō
cluſio impedimentum affinitatis proue-
niens ex actu fornicario habere locum
14 etiam intet iudæos: ex qua deducitur
primo, quod ſi quis tempore infidelitatis
aliquam fornicariè cognouit, ad fidem
deinde conuerſus non poteſt ducere eius
conſanguineam in gradu prohibito, vt
concludunt (licet per diuerſa media) *Ve-
racrux in Spec. par. 1. art. 5. concl. 3. & 4.
Vega in ſum. tom. 2. c. 34 caſu 129. quic-
quid in contrariū ſcripſerit Sanch. loco cit.
n. 10. verſ. At verius eſt.* Deducitur ſecun-
do quod ſi fidelis rem habeat cum fideli,
15 vel infideli foemina, & illa habeat ſoro-
rem infidelem contrahit affinitatem
cum illa ſorore infideli, quam ad fidem
cōuerſā ducere nequit, etiāſi ſit nata lō
ge poſtquam primam Sororem cogno-
uit, vt concludit, & recte *Sanch. loco cit.
nu. 12. verſ. Attendendum eſt contrarium.*

SVMMARIVM.

1 *Cenſurarum pene non habent locum inter iudaos, extende vt num. 2.*

3 *Cap. ſi quis ſuadente* Diabolo *17. q. 4. non habet locum in iudais.*

4 *Bulla Coena non habet locum in iudais.*

5 *Cap. omnis vtruſque ſexus, & cap. cum infirmitas de panit. & remiſſion. non habet locum in iudais.*

6 *Cap. quamquam de Vſur. lib. 6. an habeat locum in Iudais.*

7 *Iudaus an poſſit euangelica denunciari, & num. 9. cum ſeq.*

8 *Exceptio non numerata pecunia poſt biennium an habet locum in iudais.*

11 *Denunciatio Euangelica ſit ad finem vt quis corrigatur.*

12 *Denunciationem contemnens qua pana punitur.*

13 *Denunciatio eſt introducta ex verbis Euangelii.*

14 *Denunciari euangelica an poſſit chriſtianus ad inſtantiam infidelis.*

15 *Contractu inualidato ex parte excommunicati dicitur inualidatus ex parte non excommunicati.*

16 *Actor impetrando vt cauſa conuentionis tractetur ſummariè, debet etiam tractari ſummarie cauſa reconuentionis.*

18 *Qua tendunt in conſequentiam non conſiderantur.*

19 *Curia Cardinalis Vicarii concedit monitoria ad inſtantiam Iudaorum contra chriſtianos.*

ARGVMENTVM.

An pęnæ Cenſurarum habeant locum in iudæis, cuius occaſione diſputatur An iudæi poſſint Euangelicè denunciari, & An chriſtianus poſſit Euangelicè denunciari ad inſtantiam iudæi.

CAP. VI.

CVm Cenſuræ ſint remedia Canonica, & ſpiritualia, & Canonica remedia non habeant locum inter iudęos, & fuſe traditum eſt ſupra cap. 2. inde conſequenter reſul-

Digitized by Google

1 reſultat cenſurarum pœnas non habere locum in iudæis,ſed in quibus eſſet cum aliis agendum pœna excommunicationis,cum iudæis agitur pœna pecuniaria, vel interdicitur illis commertium Chriſtianorum, *cap.& ſi iudæos, cap. poſtulaſti,& cap.ad hæc extra de iudæis cap.quanto, & cap.poſt miſerabilem extra de Vſur. cap.decernimus de decim. cap. multi* 11. *q.* 1.*gloſ.in cap.iudæi,ſiue Saraceni, verb.permittantur, ibique Hoſtienſ. Butr. & Abbas de iudæis Arcbid.in cap.ſi quis*, 17. *q.* 4. *Collect. in cap. Ad audientiam, de ſent. excom.Gemin.in cap. Romana,§. in vniuerſitatem,ſub num.* 10. *verſ.Item baptizatam,& ibi Franc.in verſ.in gloſ.eodem tit.lib.6.Soccin.in cap. mulieres num.* 26. *cum ſeq. verſic. Quinto quæro, & in cap. relatum num.* 4. *extra eodem tit. Abb. in cap.nouit.num.*32.*&* 55.*de iudæis, & ibi Dec.num.*136.*Marquar.de iudæis par.*2. *c.*5.*ſub n.*4.*lib.* 1.*Tiraq.de primog.q.* 66. *num.*33.*Nauar.de iubil.not.* 31.*num.*4. *verſic.An autem,vbi teſtatur de communi, & in Manual.cap.*27.*nu.*13. Quod procedit, ſiue excommunicatio feratur à lege,ſiue ab homine,nam vtroque caſu lata in infidelē eſt nulla,veluti lata in perſonam incapacem, *Gemin. & Franc. loco cit.Abb.in c. ab excommunicato ſub num.* 9. *verſic. item poſſe exemplum,de reſcript.*

2 [The margin number 2 stands beside "cedit" in the line above.]

3 Hinc in iudæis non habet locū diſpoſitio *cap.ſi quis ſuadente* 17.*quæſt.*4. *vt eſt text.expreſſus in cap.poſtulaſti* 14.*extr. de iudæis Arcbid.in d.cap. ſi quis ſuadente, Collectan. d. cap. ad audientiam, de ſent. excom.Soccin.in cap.peruenit nu.* 28. *cum ſeqq.verſ.*7.*principaliter eod.tit. Brun. in tract.ſtantibus maſculis art.* 6. *num.* 58. *Marquar. loco cit.ſub num.* 5. *Vgolin. in tract.de cenſuris Pontifici reſeru. par.* 1.

4 *cap.* 9 *ſub num.* 2. *verſic. hinc iudæus.* Et pari ratione in eis neque locum habet diſpoſitio Bullæ Cœnæ, idem *Vgolin. in tract.de cenſuris d.cap.*9.*per tot.* Neque locum habet diſpoſitio *cap.omnis vtriuſque ſexus de pœnit.& remiſſ.* quia licet illa diſpoſitio ſit vniuerſalis reſtringitur tamen ad ſubiectos, & capaces iuxta *trad. per Butr.in cap.*1.*num.* 12. *de conſtit.* Ne-

5 que diſpoſitio *cap. cum infirmitas eodem tit. de pœnit. & remiſſ.* Sicuti etiam lo-

6 cum in eis non habet diſpoſitio *cap. quāquam de vſur. lib.* 6.*Ancharan.in cap. ea quæ fiunt quæſt.*6.*de reg. iuris.lib.*6. *Florian. in l. vlt. C. de iudæis,Soccin. conſil.* 70.*per tot. lib.* 1. *Anan. in cap.ſuper his col.prima de iudæis,Franc.Aret.conſ.*157. Licet in hac re contrariū teneant *Gem. in cap.primo, de vſur. lib.* 6.*Bal. Cardin. Dec. & alii quos refert Tiraq. de primog.*

7 *q.*67.*num.*31. Dubitari tamen contingit Primo An iudæus poſſit euangelice denunciari,& duo ſolent conſiderari caſus; primus quando infidelis peccat contra legem euangelicam, vel Eccleſiaſticam, & in tali caſu concludunt omnes non poſſe denunciari,ita ſupponit *Abb in cap. nouit num.* 3. *verſic. ſed credo, de iudic. Barbat.ibidem num.*32.*Dec.num.* 14.*ſub num.* 3. *vbi teſtatur de communi Marquar. de iudæis par.* 2.*cap.* 5.*ſub num.* 5. *verſic.item denunciari Mantic.de tacit.& ambig.lib.*18 *tit.*2.*ſub num.* 38.*verſic. Il-*

8 *lud vero*, vbi hanc ratione intulit exceptionem non numeratę pecuniȩ poſt biēnium non habere locum inter infideles, propterea quod qui ad eam admittitur cum onere probationis, admittitur per Euangelicam denunciationem, quæ inter eos locum non habet.Secundus eſt ca

9 ſus quando infidelis peccat cōtra legem naturæ, vel contra legem in moralibus,& tunc denunciari poſſe cenſuit *Abb.quam. uis dubitatiue loco ſupra citato* cui adhere re vidētur *Fel.ibidem n.*1.*Alciat.ſub n.* 4. *verſ.ſed tu conſidera.* Mouetur autē Abbas quoniam in iſtis caſibus Eccleſia habet iuriſdictionem in omnes infideles iuxta *trad.per Innoc.in cap. quod ſuper his de vo-*

10 *to, & voti redempt.* Contrarium tenet *Barbat. in d. cap.nouit,num.* 32. *quem ſequitur Dec.ibidem num.*14.*cum ſeq.d.cap.* 5.*& eſt communis,vt teſtatur Alciat. loco cit.ſub num.*3.*verſic.contrarium,& nu.*

11 5.Et hæc mihi verior videtur,primo,quia denunciatio fit ad finem vt quis corrigatur,& ſaluetur,*cap nouit de iud.* quæ ratio non poteſt habere locum in infideli, quia ſiue corrigatur, ſiue non niſi per baptiſmi ianuam ingrediatur, ſemper eſt in

12 damnatione, *cap. maiores de baptiſm.* Se

cun-

cundo,quia pœna contemnentis denunciationem Euangelicam in extremo eſt, vt ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus *d.c.nouit*, quæ poena eum nequeat applicari Infidelibus, quia abſq. denunciatione tales habentur, merito non poteſt applicari diſpoſitio, *l. ſemper in Ciuitate,* *§. Sed enim, ff. de iure immunit. l. 1. vbi Bar. ff. ne quid in loco public. cum aliis per*
13 *Franc. Becc. conſ. 53. n. 9.* Tertio quia denunciatio eſt introducta ex verbis Euangelij, *Matthai* 18. *& habetur in d. cap. nouit §. ſed cum Dominus:* Diſpoſitio autem Euangelica non arctat infideles, quia de his, qui foris ſunt nihil ad nos, *c. gaudemus de diuort. cap. nemo, de poenit. diſt.* 1. Non obſtant contraria, & præſertim non obſtat Primũ, quia nõ eſt bona conſequẽtia Eccleſia habet in aliquibus caſibus iuriſdictionem contra infideles, ergo põt contra eos procedere poenis infidelibus nõ proportionatis, ſed debet procedere poenis proportionatis prout procedit in *c. & ſi iudaeos, & in c. poſtulaſti de iudaeis.*

14 Secundo Dubitatur An ad inſtantiam iudæi, aut alterius infidelis poſſit Euangelicè denunciari Chriſtianus ad effectum, vt infideli reſtituatur, quod ſuũ eſt, vel pro habendis teſtium reuelationibus. Negatiuam opinionem tenet *Alciat. in d. cap. nouit ſub num. 5. Verſ. Aut loquimur in ea, quæ ſit, extra de iudiciis Lazar. licet de Alciato non meminerit Canon. quæſt. ſect. 1. q. 9. num.* 2. Ducuntur quod iudæus non debet eſſe melioris cõditionis quam Chriſtianus, *l. die ſabbati C. de iudæis,* At ad inſtantiam Chriſtiani non poteſt denunciari iudæus, vt proxime concluſum eſt, Ergo.

15 Hinc inualidato contractu ex parte excommunicati dicitur etiam inualidatus ex parte non excommunicati, ne contingat excommunicatum effici melioris conditionis, *Soccin. in cap. ſacris nu.* 464.
16 *de ſent. excom.* Et actor impetrando vt cauſa ordinaria conuentionis tractetur ſummarie, cauſa reconuentionis debet etiam tractari ſummarie, *gloſ. in clem. ſæpe verb. voluerit de verb. ſignif. Bald. in cap. à nobis de except.* Et ſimiliter ſi actor obtinuit Commiſſionem, vt in cauſa ciuili reus debeat comparere perſonaliter, tenetur etiam ipſe perſonaliter comparere, *Gemin. in cap. 1. de dol. & contum. lib. 6. Felin. in prohem. decretal. §. Gregorius nu. 8. & in cap. primo ſub num. primo de reſcr.* Quibus non obſtantibus contrarium mi-
17 hi verius videtur. Primo quia talis denununciatio, vt ſæpè dictum eſt ſit principaliter, vt denunciati conſcientia purgetur; quo fit vt fidelis non debeat hoc beneficio carere, licet in conſequentiam tendat in fauorem iudæi, vel alterius infi-
18 delis, quia emolumenta quæ tendunt in conſequentiam à lege non conſiderantur, *§. legatarii inſtit. de teſtam. l. qui teſtamento in princ. ff. eod. l. dotalibus C. de teſtibus Put. deciſ.* 15. *num. 2. lib.* 3. Præterea ſi aliqua ratione perſona iudæi in hac denunciatione conſiderantur, nulla alia eſt, niſi vt eorum bona ab inuaſoribus defendantur; hoc autem facere conſueuit Eccleſia, etiam ſub poena excommunicationis, vt in *cap. ſicut iudaei, 9. de iudaeis.* Ter-
19 tio in hanc opinionem non parum impellor, quod Curia Illuſtriſſimi vrbis Vicarii pro damno in bonis paſſo decernere conſueuit monitoria etiam ad inſtantiam iudæorum, quæ obſeruantia habet vim legis *cap. conſuetudo prima diſtinct. l. de quibus ff. de legib.* Ad contrarium reſpondetur ex deductis in primo Argumento huius partis, ex quo patet Chriſtianum ex eo quod nunciatur, & non nunciat, non ideo effici deterioris conditionis.

Nec faciunt ſimilia ad eius corroborationem allata, quia illa bene procedunt quando ex parte vtriuſq. adeſt capacitas, ſecus vero vbi ex parte vnius adeſt incapacitas, vt bene probat *Teſt. Inſtit. tit. de legit. patr. tutel. verſic. quia plerumque.*

SVMMARIVM.

1 *Recenſentur Doctores negatiuae opinionis.*
2 *Recenſentur contrarium tenentes, diſtingue vt num.* 3.
4 *Iudaeus non eſt capax irregularitatis prouenientis ex iure poſitiuo.*
5 *Iudaeus an ſit capax irregularitatis prouenientis ex homicidio voluntario.*

6 *Irre.*

6 *Irregularitas proueniens ex homicidio voluntario eſt de iure diuino, contrarium, num. 7.*

7 *Recenſentur exempla eorum qui tam in vetere quam in nouo teſtamento fuerunt homicidæ, & tamen fuerunt tolerati in ſacerdotio.*

9 *Papa habet poteſtatem diſpenſandi ſuper homicidio voluntario, licet raro ſoleat, & quo modo vt num. 10. & 11.*

12 *Dauid quare fuit prohibitus templum ædificare.*

13 *Infidelis per homicidium quamuis voluntarium non incurrit irregularitatem.*

14 *Ex homicidio imprimitur in homine quidam ſanguinis horror*

15 *Infidelis contrahit impedimentum bigamiæ.*

16 *Mulier deflorata ante baptiſmum non efficitur irregularis, ſed impeditur a conſecratione.*

17 *Homo per baptiſmum efficitur noua creatura.*

18 *Occidens plures homines ante baptiſmum, ſuperueniente baptiſmo purgatur omnis infamia, & irregularitas.*

19 *Infidelis an contrahat irregularitatem ex homicidio licito, & num. 20.*

21 *Infidelis an contrahat irregularitatem prouenientem ex bigamia, & num. 22.*

ARGVMENTVM.

An Iudæus ſit capax irregularitatis.

CAP. VII.

1 NOn eſſe capacem tenent *Cardin. in Clem. 1. q. 12. ſub num. 13. verſic. et quod dixi de homicid. Præpoſ. in cap. gaudemus §. qui autem colum. vlt. in princ. verſ. Nam primo poteſt dici, de diuor. & ibi Boich. ſub nu. 19. verſ. et hanc ſententiam ego, & hanc ſequi videtur Alex. de Neuo ibidem ſub num. 12. verſic. ſed con-*
2 *tra hoc, circa med.* Contrarium defendit, *Soccin. in c. Ad audientiam ſub num. 8. de homicid. & hanc ſupponere videntur fere omnes Doct. in cap. gaudemus ad fin. de diuort. et in cap. 1. cum duobus ſeqq. 28. q. 1.* Vbi diſputant, An per baptiſmum tollatur irregularitas, fruſtrà enim de hoc quęrerent, niſi eſſet contracta, quia priuatio præſupponit habitum *cap. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub. leg. decem. de verb.*
3 *oblig.* Pro opinionum ergo concordia nõnulli ſunt diſtinguendi caſus. Primus, ſi loquimur de irregularitate proueniente ex defectu perſonæ, veluti quia cæcus, ſurdus, vel mutus, aut aliter inhabilis, & hanc irregularitatem contrahere poteſt etiam iudæus, & infidelis, quia ſemper remanet deformitas, quæ ipſum impedit, *Soccin. in cap. Ad Audientiam num. 8. de homicid.*

4 Secundus eſt caſus ſi loquimur de irregularitate proueniente ex iure poſitiuo, & eam contrahere non poteſt iudæus, quia non ſubiacet legibus Eccleſiaſticis, *Card. Præpoſ. Boich. et alii relati ſupra cap. 3. num. 1.* Quibus additur *Abb. in cap. gaudemus de diuort. ſub nu. 17. circa med. verſ. item iſta irregularitas.*

5 Tertius eſt caſus, ſi loquimur de irregularitate proueniente ex homicidio voluntario iniuſto, nempe facto mediante peccato, & in hoc caſu quod eam contrahere poſſit etiam iudæus, & quilibet infidelis cenſuit *Abb. in cap. ad audientiam num. 2. uerſic. ſed certe, de homicid. quem ſequitur Anan. ibidem num. 1. ſub num. 6.*
6 Mouentur autem hac ſola ratione quod talis irregularitas eſt de iure Diuino, Cui ſubduntur etiam infideles *d. cap. gaudemus de diuort. & ibi præſertim Alex. de Neuo* Hinc Prophetam Deo dilectiſſimũ prohibitum fuiſſe templum ædificare, *Reg. 2. cap. 7. cap. tabernaculum de conſecr. diſt. 1.*

At hac ratione attenta, contrarium eſt dicendum, nam ſecundum receptiorem opinionem irregularitas quantunque ex homicidio voluntario procedens, non eſt
7 inſtituta, & formata iure Diuino, ſed de iure poſitiuo Eccleſiaſtico, Sic enim fatentur Innoc. *in cap. ad audientiam de*

ho-

homicid. ibiq. Felin.*n.*2. *Verſ. ſed aduerte,*
Card. in Clem. 1. *ſub num.* 13. *de homi-*
cidibiq. Anchar. *num.* 10. *&* *Vital. num.*
62. *Bellam. conſil.* 14.*num.*4.*Boich. in*
cap. gaudemus ſub num. 19. *de diuort.*
Abb. *in hoc ſibi parum conſtans,in cap. ego*
enim in fine de iur. iur. Maiol.de Irregu-
lar. lib. quinto , capitulo 51. *ſub num.*
ſecundo.
8 Probatur Primo, quia in veteri teſta-
mento Moyſes Aegyptium Hebræo iniu
riam inferentem occidit,*cap. non in infe-*
renda 23. *q.* 3. & tamen tabernaculum
Domino præcipiente fecit, & vaſa vten-
ſilia ad cultum explendum ſacrauit,*Exo-*
di 31.*n.*7. *cap.*1. *de conſecr. diſt.* 1 & fuit
ſummus Sacerdos, *cap. per venerabilem,*
qui fil. ſint legit. Item Samuel Propheta,
& Sacerdos, occidit Agar Regem Ama-
lech, *Reg.*1.*cap.*15. & tamen toleratus fuit
in Sacerdotio Phinees etiam qui fuit Sa-
cerdos, & Sacerdotis filius occidit Iſrae-
litam,qui rem habuerat cum *Madianita,*
num. 25. & nihilominus perſeuerauit in
Sacerdotio. In nouo etiam teſtamento
Paulus ante baptiſmum homicida fuit, &
tamen poſtea factus eſt Apoſtolus, *cap. ſi*
poſt ordinationem §. *è contra* 50. *diſt.* &
Petrus Malcho auriculam amputauit, &
tamen fuit primum Eccleſiæ caput, *cap.*
fundamenta de elect.in 6.Hinc Doct.com
muni calculo fatentur Papam ſuper ho-
9 micidio voluntario habere poteſtatem
diſpenſandi, quia hæc irregularitas eſt
inſtituta iure Eccleſiaſtico poſitiuo,licet
ad rationem, & mentem iuris Diuini,
gloſ. in cap. ſicut dignum,§. *penult. verb.*
conſilium, verſ triticum, de homicid. ibi-
q. Hoſtienſ. ſub num. 16.*verſ. niſi per Pa-*
pam, Io. *Andr. num.* 19. *Ancar. num.* 13.
*Butr.num.*27.Abb. *nu.*12. *verſ.ſed Hoſt.*
*vbi teſtatur de communi,*Imol.*in cap. niſi*
cum pridem, ſub num. 24. *de renunciat.*
& ante eos Archid. 51. *diſtin. in ſumma*
*num.tertio, Specul.lib.*1. *in tit. de diſpen-*
*ſat. num.*63. *Soccin. in cap. continebatur,*
num. tertio, de homicid. Anchar. *in clem.*
prima, num. 10. *de homicid.Felin. in*
cap. fin. in fine de maior. & obed. Anan.
in d. cap. Sicut dignum , §. *Inſuper el ſe-*
cundo, num. nono, & decimo, de homi-
cid. Bonifat. de Vital.in d. Clem.*prima,*
num. 62. *de homicid. Silueſt. in ſumma*
verb. irregularitas verſ.fin. Maiol. de Ir-
*regul. lib.*5.*cap.* 51. *ſub num.* 2. fatentur
tamen omnes præcitati Doct. Papam ſu-
per homicidio voluntario raro conſue-
10 uiſſe diſpenſare; Idq. nonniſi conſulta
primum Congregatione Sacri Concilij
Tridentini, vel ſaltim deputatis aliqui-
bus Cardinalibus, qui cauſis maturè
perpenſis reſpondent ſupplicationem
eſſe, vel non eſſe ſignandam, vt pluries
in Signatura Sanctiſſimi ſum expertus.
11 & procedit ſiue homicidium ſit publi-
cum, ſiue occultum, *cap. fin. de tempor.*
ordin. Butr. in d. cap. ſicut dignum num.
27. id quod etiam cautum eſt nouo iure
*Concilii Trident.ſeſſ.*14.*cap.*7.*de Reform.*
Non obſtat quod Dauid fuerit a Domi-
no prohibitus templum ædificare, quia
vt eleganter conſiderat *Imol. in d cap. ni-*
12 *ſi cum pridem,* §. *perſonæ, num.* 22. *&*
23. *de renunciat.* illa fuit repulſa ſpecia-
lis, quæ non proceſſit per viam legis,
ſed ad inſtructionem Eccleſiæ, ſcilicet
vt ipſa Dei exemplo, viros ſanguinum
modo a ſacris repellat, prout Dominus
repulit Dauidē,modo ferat,vt Dominus
tulit Moyſen, Petrum, & Paulum, & I-
mol.ſequitur, *Felin.in cap ad audientiam*
*ſub num.*2. *verſ. nec procedit de homicid.*
13 Quare dicendum quod verè, & realiter
quilibet infidelis per homicidium,
quamuis voluntarium non dicatur in-
currere irregularitatem, quia irregulari-
tas eſt nexus, & impedimentum indu-
ctum lege Eccleſiaſtica, quæ, vt ſæpè di-
xi, non afficit infideles, *d. cap. gaude-*
mus, de diuort. Ex ipſo tamen facto im-
14 primitur in homine quidam ſanguinis
horror, qui illum repellit a Sacris, *cap.*
*fin.*15. *quæſt. prima, Archid.* 51. *diſtin. in*
princip. ſub num. 5. *verſ. quidam etiam*
dixerunt. Præpoſ. in c. gaudemus §. *qui*
autem col.penult.circa fin.verſ.in contra-
rium facit, de diuort. ibiq. Abb *ſub n.*17.
verſ.ſed dubium. Exemplū habemus in bi
gamia cuius irregularitatem cōtrahit ēt
infidelis, non quia ipſe canonicis legi-
bus ſubdatur, ſed quia ex contractu du-
plicis matrimonij amiſit,quod requiritur
ad

Digitized by Google

15 ad ſignaculi Sacramentum, *cap. 2. in fine 28. q. 3.* Similiter deflorata ante baptiſ-
16 mum, non efficitur irregularis, ſed impeditur à conſecratione propter defectum Sacramenti, *gloſ. in c. 2. verb. conſecrari, et in c. 3. verb Inter peccata 26. diſt. Alex. de Neuo in c gaudemus S. fin. de diuort.*

Verum quia per baptiſmum homo ef-
17 ficitur noua creatura, *cap. ferrum, 50. diſt.* merito hic horror, qui ex facto naſcitur, per baptiſmum purgatur, ita tenent *gloſ. in cap. 3. verb inter peccata Verſic. Vnde ſi aliquis 26. diſtinct.* ſubdens quod ſi aliquis occidit mille homines ante baptiſ-
18 mum, baptiſmo ſuperueniente omnis infamia, & irregularitas tollitur, & iterum *gloſ. in capitulo ſi quis Viduam, in verb. poſt baptiſmum 50. diſt. Doct. communiter in c. gaudemus de diuort. et ſignanter Hoſt. num. 17. & 18. Io: Andr. nu. 22. Butr. ſub num. 21. verſ. quidam eſt effectus peccati, Abb. ſub n. 17. Verſ. item iſta irregularitas, Card. in d. Clem. 1. q. 12. nu. 13. de homic. ibi Anchar. nu. 10. Vital. nu. 78. Archid. in c. deinde 26. diſt. Maiol. de irregul. lib. 5. c. 51. ante nu. 11. verſ. propter diſpenſationis, & abſolutionis remedium.*

Quartus eſt caſus, ſi loquimur de irregularitate cõtracta ex homicidio licito,
19 cuiuſmodi eſt illud, quod committitur tanquam iudex, vel miles, & in hoc pari ratione crederem non poſſe formaliter dici, quod infidelis contrahat irregularitatem, ſed contrahit horrorẽ illum, qui afficit perſonam. An autem hic horror purgetur per baptiſmum Doctores non concordant, nam *gloſ. in d. c. 3. verb. inter pec-*
20 *cata in fin. 26. diſt.* tenet non purgari, quia baptiſmus remittit peccata, & ſequelam peccati, non autem ea, quæ ſine peccato committuntur *c. ſi quis Viduam. 50. diſt.* & hoc idem tenent *Hoſt. Io: Andr. & Butr. in cap. gaudemus de diuort.* Sed *Vgo Tancred. Calder. Card. in d. c. gaudemus, tenent contrarium*, Et eandem ſequuntur *Abb. ibidem ſub nu. 17. Alex. de Neuo ſub num. 12. verſic. ſed contra hoc*, quod mihi etiã verius videtur, quia huic infideli non obſtat Conſtitutio Eccleſiæ, ſed horror tantum qui baptiſmate purgatur, vt ſupra dictum eſt.

Quintus eſt caſus, ſi loquimur de irregularitate proueniente ex bigamia, & in hoc concordant omnes, quod etiam infidelis incurrat irregularitatem biga-
21 miæ, ita eſt deffinitum ab Innocentio 3. *in Epiſt. 22. cap. 2. cuius diſpoſitio refertur in cap. ſi quis viduam 50. diſt.* vbi licet laicus duxerit Vxorem ſiue ante baptiſmũ, ſiue poſt baptiſmum, non admittitur ad clerum, quia eodem vitio videtur excluſus, hoc etiam repetitur *in cap. Deinde 26. diſt. idem cenſuit D. Auguſt. nobis relatus in cap. 2. ead. diſtinct.* Quo fit vt duplex matrimonium à iudæo, vel ab alio infideli ante baptiſmum, & aliud poſt baptiſmum contractum, inducit bigamiam, *d. cap. ſi quis viduam 50. diſt. cap. 2. & 3. 26. diſt. cap. 2. & 3. 28. q. 3. Doct. communiter in ſaepe cit. cap. gaudemus de diuort. alios refert late Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 83. nu. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Artifices infideles non ligẽtur ſtatutis prohibentibus in certis diebus exercen. artem.* Declara *vt num. 2.*
3 *Hebraei in vrbe tenetur obſernari f. ſta Chriſtianorum. extende vt nu. 4.*

ARGVMENTVM.

An ſtatutum prohibens Artifices in certis feſtis artem exercere compræhendat artifices iudæos.

CAP. VIII.

IVdęos in hac Statuti prohib.tione non cenſeri comprehenſos, probat
1 *Bald. conſil. 112. Statuto cauetur li. 4.* quem ſequitur *Surd. conſil. 120. ſub num. 18. Verſic. & reſpectu ſolemnitatum, & numero 19.* Vbi hac ratione concludit iuramentum præſtitum

à iudæo die feſto in contractu eſſe vali-
dum, quæ Bald. concluſio comprobari
poteſt, quia ſtatuta, in iis quę cultum reſ-
piciunt, non afficiunt infideles, *l. ſpado-
nem* 17. §. *Conſtitutiones ff de excuſ. tut.*
2 *& in l. 3. §. eis qui ff de Decur.* Ceterum
hanc concluſionem intelligas, niſi ſtatu-
tum vlterius procedat, & ſpecifice de iu-
dæis, vel de infidelibus loquatur, tunc
enim poſſunt ad feſtorum obſeruantiam
arctari, non quia ſtatuentes velint per fe-
ſtorum obſeruantiam eorum ſaluti con-
ſulere, ſed ne per exercitium nobis videā-
tur illudere, *cap. quia, & cap. in nonnullis*
§. *diebus, de iudæis*. Quo fit vt cum in
3 Vrbe ex peculari Conſtitutione *Pauli* 4.
*quæ eſt tertia in ordine, & incipit Cum ni-
mis abſurdum* §. 2. Iudęi obligentur ad
obſeruantiam feſtorum, quę ſeruat Eccle
ſia, merito ad illa tenentur.

Et cũ generaliter in Terris Chriſtiano-
rum ſub ſimili conditione recipiantur,
ideo ex rationabili conſuetudine rece-
4 ptum eſt, vt infideles apud nos commo-
rantes ad feſta ſeruanda teneantur, vt de
conſuetudine teſtatur *Bertach. in tract.
de Gabell. par.* 7. *q.* 1. qui erranter loco
Baldi allegat Federicum de Sen. vt ani-
maduertit *Tiraq. de primog. q. 67. nu. 33.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi an teneantur ſoluere decimas perſo-
nales.*
2 *Decimæ perſonales ſunt de Iure Diuino
contrarium, nu. 3.*
4 *Decimæ perſonales debentur intuitu labo-
rum.*
5 *Infideles tenentur ad ſoluendas decimas
reales.*
6 *Solutio decimarum realium an fiat tan-
quam de decima formali an vti de one-
re annexo.*
7 *Infideles tenentur recognoſcere Deum vti
ſupremum Dominum.*
8 *Præceptum de decimis realibus ſoluendis eſt
de iure Diuino poſitiuo, quod fuit datum
tantum populo Iſraelitico non cæteris ho
minibus.*
9 *Oldradus conſ 91. & Abb. in cap. de terris
de decim. reprobantur.*
10 *Eccleſiæ ſacræ occupatæ ab infidelibus de-
ſinunt eſſe ſacræ reſpectum miniſtro-
rum non reſpectu ſui.*

ARGVMENTVM.

Præceptum de decimis perſonali-
bus ſoluendis An habeat locum
in iudæis.

CAP. IX.

SI quærimus de decimis perſona
libus negatiuam ſententiam
1 probat *gloſ. in c. de Terris in fi-
ne de decim. quam ibi probat
Butr. ſub nu. 2. verſ. vel oppono, Suarez de
Religione tom. 1. lib. 1. cap. 16. nu. 4. verſ.
in qua diſtinctio, vbi teſtatur de communi
Sot. de iuſt. & Iur. lib. 6. quæſt. 4. art. 4.* Con
trarium tenent *Gloſ. in c. quanto, ſub figu-
ratione caſus, in fine de vſur. & in c. deci-
ma 16. q. 1. quam ſequitur Anchar. in d. c.
de terris ſub nu. 1. eod. tit. de decim.* Abb. *ſub
nu. 6. Rebuff. de decim. q. 5. de decim. q. 5.*
2 *ſub nu. 11.* Nituntur, quoniā decimæ per-
ſonales ſunt de iure Diuino, iuxta *opin.
Innoc. in c. fin. Paroch.* qui miratur nõnul-
los Theologos tunc iuniores aſſerere de-
cimā perſonalem non eſſe de iure Diui-
no, quod quidem ius Diuinum æque af-
ficit fideles, & infideles, *cap. gaudemus de
diuort.* Verum hæc ratio retorquetur in
contrariũ. Primo, quia quod decima per-
ſonalis non ſit de iure Diuino, ſed poſiti-
uo, aduerſus *Innoc. tenent Card. in c. 1. de
decim. qui dicit hanc opinionem communẽ,*
3 *Henriq. in c. peruenit, & in c. à nobis. nu. 1.
eod. tit. Fel. in c. cauſam de preſcript. quot
addendo Theologos eiuſdem ſententiæ aſſer-
tores ſequitur Azor. moral. Inſtit li. 7. c. 34.
q. 6. Bellarm. in controu. tit. de* Cleric. *lib. 1.
c. 25. circa fin. verſ. 45. error, & verſic. Ad
argumentum reſpondemus.*

Secundo mouentur, quia infidelis ha-
bitando domum, impedit ne ibi habitet
Chriſtianus, & conſequenter fraudat Ec-
cleſiam decima perſonali, quam eſſet per
ceptura, ſi in ea Chriſtianus habitaret, &
ideo cogi poteſt ad hoc intereſſe ſatisfa-
ciendum. Huic argumento facilis dari po
teſt reſponſio ex iis, quæ mox infra dicē-
tur *n. 4. Quare Abb. in d. c. de Terris nu. 6*

ibiq;

Digitized by Google

ibiq;Boich.in principio, cenſuerunt litem fœdere diſtinctionis ſic eſſe dirimendam quod aut quærimus, An debeantur ab infidelibus decimæ perſonales per modũ decimarum,& procedat opino *gloſa in d. c.de Terris*,quia infideles non ſunt de cor pore Eccleſiæ,& præceptum de ſoluendis decimis perſonalibus; vt ſupra dictũ eſt, non eſt de iure Diuino. Aut vero quærimus An teantur ad eas per modum intereſſe,& tenentur,*vt in c.4. §.fin. de vſur.* vbi decernitur iudæos compellendos ad ſatisfaciendum Eccleſiis pro decimis, & oblationibus debitis, quas à Chriſtianis de domibus, & poſſeſſionibus percipere conſueuerunt,antequam ad iudæos quocumque titulo perueniſſent,vt ſic Eccleſiç conſeruentur indemnes: quam opinio nem probant *Hoſtienſ.in d.c. de Terris, & in d.c.quanto vbi,Butr.nu.6.Rebuff. in d. q.5.nu.*11. Hanc diſtinctionem in ſecundo eius capite improbant, & *iure Sot. & Suarez loco cit.* quia nullo iure cauetur, quod infideles teneantur ad decimas per ſonales per modum intereſſe, nam *text. in cap. quanto*, *§ fin.* cuius auctoritate præcitati Doctores nituntur,nõ loquitur de perſonalibus, ſed de realibus: inquit enim iudęos eſſe cogendos ad ſatisfacien dum Eccleſiis, pro debitis, quas à Chriſtianis de domibus,& poſſeſſionibus, percipere conſueuerunt antequam ad iu dæos perueniſſent. Ecce quod loquitur de decimis,& oblationibus, quæ ſoluuntur reſpectu poſſeſſionum, & domorum, non reſpectu perſonarum.

Deinde quia hæc diſtinctio neq;in ratione habet fundamentum, nam ille prætextus,quod Eccleſia fraudetur, non eſt ſolidus quia decima perſonalis debetur intuitu laborum, *c.Ad Apoſtolicæ,& c.ex tranſmiſſa,de decim.c.decimæ* 16.*q*.1. Ergo hac ratione poſſet Eccleſia Parochialis intereſſe prætendere,à quocunq;nobili fideli non laborante,vel induſtriam nõ exercente,propterea quod ſi Nobiles ibi non habitarent, poſſent in illis domibus habitare Artifices,vel alii induſtrioſi homines,in quibus poſſet Parochialis decimam recipere. Et pari ratione cum Clerici ad perſonales decimas non teneant, *c.2.de decim.* Eccleſia parochialis petere poſſet decimas ratione intereſſe,quia vbi Clerici habitant, poſſent habitare induſtriã exercentes.Hęc autem, & ſimilia admittere ridiculũ eſſet,ergo etiam eſt ridiculum reſpectu infidelium, quia data inſtantia corruit argumentum,*c.ſicut vrgeri q.1.gloſ.in l.creditor vbi Iaſ.ff.de nou. oper.nun. Vaſquez de ſucceſſ.progreſſ.lib.2. §.18.nu.59.* Quare non eſt recedendum ab opinione *gloſa in d.cap. de terris*, quæ mihi probatur ex præcitato *c.ex tranſmiſ ſa,de decim.* vbi ſummus Pontifex de decimis perſonalibus loquens, inquit, quia fidelis homo de omnibus, quæ licitè poteſt acquirere, decimas erogare tenetur, ſi fidelis,ergo à contrario ſenſu infidelis ad eas non tenetur. Quo verò ad decimas reales infideles teneri eſt *tex. in d.cap. de*
5 *Terris, de decimis, & in c. quanto §.final. de vſur.& vtrobique Doctor.communiter gloſ. in cap. tua nobis verb. prætextu de vſur.Oldrad.conſ.*91.*Mantua. conſ.*188. *col.* 2. *Rebuff.in tract. de decim. queſt.* 5. *nu.*11.*Monet.eodem tract. par.*5. *nu.* 38. An autem iſta decimarum ſolutio, quæ
6 fit ab infidelibus, fiat vti de decima formali,An verò vti de onere annexo dubitari poteſt.Si quidem quod fiat tanquam de decima vera,& formali,ſuaderi poteſt ex eo, quod decimarum realium ſolutio eſt de iure Diuino, *cap. tua nobis de decimis*, Ergo obligantur etiam infideles, quia ipſi tenentur recognoſcere Deum,
7 vt ſupremum Dominum, & hanc ſequi videntur *Oldrad.conſil.*91.*Mantua. conſ.* 188.*colum.*2. *Abb.in d. cap. de Terris ſub num.* 5. Ceterum, quod ſolutio fiat vti de onere, innuere videtur,*gloſ. in d. cap. de terris de decim.*dum rationem aſſignat, quod ad eum ſpectat fructuum onus ad quem ſpectat fructuum perceptio, & hoc etiam ſcribit *Abb. ſub nu.4.verſ.& hoc ideo*, vt dixi, & ſequitur *Suarez de Relig. lib.* 1. *cap.* 16. *à num.* 6. *vſque ad num.* 13. Pro qua opinione facit non parum *text. in cap. quanto §.fin. de vſur.* dum inquit cogendos eſſe iudæos ad ſatisfaciẽdum Eccleſiis pro decimis, & oblationibus debitis, quas à Chriſtianis de domibus,& poſſeſſionibus percipere con-

 ſueue-

ſueuerunt,antequam ad iudæos deuenif-
ſent, vt ſic Eccleſiæ conſeruentur indem
nes,nam ſi vult cogi ad ſatisfaciendum
de poſſeſſionibus, ex quibus decimæ per.
cipi conſueuerunt antequam ad iudæos
deueniſſent, ergo fit ex eo quia res tran
ſit cum onere ſuo, vt ibi declarat *gloſ. in*
verb.deueniſſent, non autem quod infide
les teneantur ad decimas reales, quia ſi
hoc verum eſſet quod tenerentur, coge.
rentur vtique de poſſeſſionibus differen-
ter. Ad contrarium reſpondet *Suarez lo.*
*eo citato num.*8. *&* 11.præceptum de de-
8 cimis realibus perſoluendis eſſe quidem
de iure diuino poſitiuo, quod non fuit da
tum omnibus hominibus, ſed Populo Iſ.
raelitico, & conſequenter hodie non ex-
tenditur niſi ad fideles. Hinc infertur
non eſſe probandam opinionem *Oldrad.*
conſ.91.& Abb.in d.cap.de Terris ſub nu.
9 5.in ea parte in qua dicunt omnes infide-
les vbicumque degant teneri ſoluere de.
cimas reales,& iure ad eas ſoluendas poſ
ſe compelli. Et ſi tunc conuertantur te.
neri in conſcientia ad perſoluendas om.
nes decimas,quas in fidelitate non ſolue.
runt, vt docet *Suarez loco citato num.* 8.
Præſertim quia idem *Abb.loc.cit.* fatetur
quod in tali caſu deberet cum eis miſeri.
corditer agere.

Poteſt tamen Oldrad.opinio procede.
re in terris,quæ prius fuerant Chriſtiano
rum,& Eccleſia per erectionem Eccleſia
rum in iis ius exigendi decimas nacta eſt,
poſteà ve ro fuerunt ab Infidelibus occu.
pata, nam per talem occupationem Ec.
cleſia non amittit ius ſuum, quia Eccle.
ſiæ quamuis ab infidelibus occupatæ
10 licet deſinant eſſe ſacræ reſpectu mini-
ſtrorum, quibus Viduatæ remanent, *l.*
cum loca ff.de relig.et ſumpt.fun. tamen
non deſinunt eſſe Eccleſiæ ſacræ reſpe.
ctu ſui, *glo.in Clem.in pleriſque verb.Chri*
ſtiano de elect.quam ibi ſequuntur Cardin.
nu.5.Vital.nu. 17.*et* 18.

SVMMARIVM.

1 *Obſeruantia iuramenti dicitur de iure diui no.declara vt num.3.*
2 *Iuri diuino ſubduntur fideles, et infideles.*
4 *Donatio inter coniuges etiam iuramento vallata,non habet locum inter infideles.*
5 *Pacta de non ſuccedendo,et refutationes inter infideles etiam iuramento firmata non valent.*
6 *Lex ciuilis validans actum propter iuramentum, habet locum etiam inter iudæos.*
7 *Diſpoſitio auth. Sacramenta puberum,habet locum etiam inter iudæos.*
8 *Diſpoſitio l.ſi quis maior,habet locum etiam inter iudæos.*
9 *Inſinuationis defectus in contractu inter iudæos,non ſuſtinetur iuramento.*
10 *An hoc idem procedat quando iudæus dat Chriſtiano.*
11 *Iudæus non debet eſſe melioris conditionis quam Chriſtianus.*
12 *Iudæus iurans Chriſtiano per Chriſtum, tenetur ad obſeruantiam iuramenti.*

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio Canonica validans contractum contra diſpoſitionem iuris ciuilis propter iuramentum, an habeat locum in contractibus initis inter iudæos.

CAP. X.

NOn habere locum
cenſuit *Corn.in l.*
pactum, quod tali
col.2.verſ.6. limi-
ta C. de pact. &
conſ. 163.*num.*7.
*lib.*1. *& conſ.* 37.
num. 4 *ad fin. lib.*
4.*Soce.conſil.*65.*num.* 14.*verſ.poſtremo,*
*lib.*1.*& conſ.* 66. *n.*32. *verſ. ſecundus ef.*
fectus eodem lib. Tiraq. de primog. q. 66.
num. 32.*cum aliis infra alleg. num.* Ve-
1 rum huic obſtat, quod obſeruantia iura-
menti dicitur de iure Diuino, *cap. & ſi*
Chriſtus de iure iur. Imol. conſ. 1. *col.* 4.
*verſ.item non videtur bona Alex.conſ.*59.
*n.*4.*verſ.item quia lib.*1.*Curt.Sen.in auth.*
Sacramenta *puberum,n.* 67. C. *ſi aduerſ.*
*vend.Anan.in cap.fin.n.*8.*&* 10.*de iudæis*
*Abb.conſ.*39.*n.*2.*lib.*1.*Soc.Iun.conſ.*125.
*n.*9.*& ſeq.lib.*3.*Surd.qui alios refert conſ.*
2 122.*nu.* 27.*lib.* 1. Conſtat autem Diui-
nis

Digitized by Google

nis legibus æque ſubeſſe fideles, & iudæos, *capitulo gaudemus, de diuort.* Sed hæc obiectio facili negocio tollitur, licet enim obſeruantia iuramenti ſit de iure,
3 Diuino, tamen de iure Diuino non eſt, quod actus nullus firmetur iuraměto, ſed hoc eſt introductum de iure poſitiuo ex diſpoſitione *cap. cũ contingat, de iureiur. & c.licet mulieres eod.tit.lib.6.& c.quamuis de pact.eod.lib.vt eleganter delarat Bero.in c.1.nu.195.verſ.vel ſecundo dicamus de conſt.* quod ita cum ſit deducitur.

Primo quod donatio inter Coniuges, quia eſt à lege ciuili reprobata, *tot. tit. ff. & C.de donat.* inter viuum, & vxorem, licet inter Chriſtianos firmetur iuraměto,
4 hoc tamen non procedit inter infideles, vt ſcribunt, *Socc.conſ.65.nu. 14.verſ.poſtremo lib.1.& conſ.66.nu.32.verſ.ſecundus effectus eod.li. Marq.de Iudeis par.2.c. 8.nu.8.Tiraq.de primog.q.66.n.32.* Et pari ratione deducitur ſecundo quod refu-
5 tationes, & pacta de non ſuccedendo, quę inter alios validantur iuramento, *c.quamuis de pactis lib.6.* non validentur, ſi fiant inter iudæos, *Corn. in l.pactum quod tali col.2.verſic. 6.limita C. de pact.& iterum conſ. 163.nu.7.lib.1. & conſ. 37.n.4.ad fin.& nu.5.lib.4.Socc.conſ.65.n.14.verſ. Poſtremo lib.1. Guliel. de Bened. qui teſtatur de communi in c.Rainutius verb. duas habens filias n. 289.de teſt.Marq.de iudais part.2.cap.8.nu.7.Tiraq.de primog q. 66. nu.21.Mantic.de tacit.et ambig.lib.21.tit. 8.nu.58.verſ.3.ſupradicta ſententia,& n. 59.vbi reprehendit Gabr.tit.de donat.cõcl. 3.n.26.contrarium tenentem.* Dixi de diſpoſitione Canonica validante actum con
6 tra diſpoſitionem iuris ciuilis, quia ſecus eſt quando lex ciuilis validat actum propter iuramentum, tunc enim illa diſpoſitio afficit etiam iudæos, *Io.Andr.in c.gaudemus col.4.verſ.in gloſ.3. de diuort. Bald. in auth.Sacramẽta puberum §.item Sacramenta, C.ſi aduerſus vendit c.fin.nu. 7. de iudais. Ruin.conſ.159.nu.11. lib. 5. Socc. conſ.66.nu.32.& ſeq.lib.1.Socc. iun.conſ. 125.n.6.lib.3.Cagnol.in probem.ff.n.26. quos refert, et ſequitur Surd.conſil. 122.nu. 24.et ſequen.lib.1. Quibus accedunt Imol. Anchar.et alii infra allegandi,* Et ratio eſt, quia quoties lex ciuilis firmat actum propter iuramentum, tunc conſiderat iuramentum prout actum ciuilem, ſeruandũ ab omnibus ſubditis, qui ſuis legibus ſubduntur, & conſequenter ligat etiam infideles, qui legibus ciuilibus obligantur, *l. Iudai C. de iudais, Io.Andr.in d. c. gaudemus col.4.verſ.in gloſ. 3. de diuort. Anan. in c.fin.n.7.ad fin.de iudais, Socc.Iun.conſ. 125.nu.6.vol.3 Surd.d.conſ.122.nu.25.*
7 Hinc infertur Primo quod ex quo lex ciuilis mandat ſeruari puberum Sacramenta, *auth.Sacramenta pub. C.ſi aduerſus vend.* illius diſpoſitio locum habet etiam inter iudæos, *Bal.Imol.Rom.Curt. Sen.Ancar.Aluar. Barb. Bertrand.et alii, quos refert Tiraq. de primog. q. 66. num. 29.* Et licet idem nu.28.referat alios contrarium tenentes, illorum tamen opinio ex ratione ſupra allata ſatis erronea detegitur, cum non faciant differentiam inter iuramentum inductum à lege Canonica & inductum à lege ciuili.
8 Infertur ſecundo quod infidelis veniens contra contractum iuratum, incidit in pœnas *l.ſi quis maior C.de tranſa.Corn. conſil. 107.nu. 3. lib.3. Tiraq. de primog. q.66.num. 16.Socc.iun.125.lib.3.Surd. conſ.122.nu.23.*
9 Infertur tertio quod defectus inſinuationis in contractu inter iudæos, non ſuſtinetur ex iuramento, *Caſtr.conſ.90. nu. 2.lib.2.Tiraq.d.q Surd. loco cit.num. 6. quibus addendus eſt Berous in cap.1.num.*
10 *195.cum ſeq.de conſt.* Dubitari ſolet, An hoc idem procedat, quando iudęus donat Chriſtiano, *et Paul.de Caſtr.d.conſil. 90.lib. 2.* eſt in ſententia defectum inſinuationis iuraměto ſuppleri, quě ſequuntur *Ruin.conſ.159.nu.10.et ſeq.lib.5.Fel. conſ.30.nu.21.Bero in d. c.1.nu.195.verſ. Ratio eſt de conſt. Surd. d. conſil. 122. num. 33.* Mouentur duplici fundamento primo quod hoc fiat non ex eo, quia iudęus ſubdatur conſtitutionibus Eccleſiaſticis, ſed quia iuramentum non ſeruando, hominem lædit chriſtianum, argumento eorum, quę *ſcribit gloſ.in c.poſt miſerabilem verb.denegari verſ.ſed contra de vſur.* Sed vt verum fatear hæc ratio non vndequaque placet, nam Chriſtianus

E 3 non

non offenditur ex eo quod iudæus con. traueniat iuramento, ſed quia fidem fal. lit *arg.l.1.ff de pact.cap.primi,et c.* Anti. *gonius extr. de pact.* vnde vis non debet fieri in iuramento, ſed in fide decepta.

11 Mouentur ſecundo, quia iudæus non debet eſſe melioris conditionis quam chriſtianus *l.die Sabbati. C.de iudæis.* At in donatione chriſtiani defectus inſinua· tionis ſuppletur iuramento, quia ipſe legi bus canonicis ligatur, ergo. At hoc argu. mentum &c tollitur ex traditis ſupra *c.6. nu...* vbi in ſimili planū fecimus chriſtianū non effici deterioris conditionis infideli, ſi ipſe ad eius conſcientiam purgandam afficiatur lege Canonica in his, in quibus non afficiuntur infideles.

Ceſſantibus ergo rationibus, non eſſet inconueniens contrariam ſequi ſenten· tiam ſed ſuppoſita opinione Caſtr. eam extende, vt procedat ſiue iudæus iuraſ-

12 ſet Chriſtiano per Deum, ſiue per Chri- ſtum, nam vtroque caſu tenetur ad obſer- uantiā, *Bar. in probe.ff.nu.3.quem ibi ſe- quuntur* Parpal. *&* *Cagnol. num. 26. Io: Andr.in cap.fin.num.10. verſ. Adde præ- dictis, de iudæis. Aretin.in probem.inſt.co. lum.3. verſic.et pro hoc facit.* Alexan.in l. 3.§.iurari *num. 7. ibique Iaſ. num.9.ff.de* Iureiur.*Crot.in rubric.ff.de nou.oper nunc. num.25. Marq.de iudæis par. 2. cap. 8. num.12. Lamberteng.de contr.in fin.num. 64.Surd.conſil.122.nu.34.& ſeq.vbi teſta tur de veriori, & communi, & reſpondet argumentis, quæ in contrarium poſſunt af- ferri.*

SVMMARIVM.

1 *Summaria collige de argumento.*

ARGVMENTVM.

Iudęus an ſit capax iuriſpatronatus.

CAP. XI.

NOn eſſe capacem cenſuerunt, *Gloſ. per illum text. in cap. fri- gentius verb. qui Chriſtianis, & in cap. quicunque fidelium 17. q. 7. Butr. in cap.à nobis nu.9. ibique Abb.num. 3.de iurepatr. & ante eos Io: Andr. ibidem, & Archid. in cap.filiis in princip. & in d. c. frigentius, Barbat.in cap.quanto,in fine de iud. Stepha.Gaeta.in repet.cap.fin col.43. de elect. lib. 6.* Paul. *de Cittadin. de* Iure- *patr.par.3.q.5. & 9.in prima cauſa,Lam- bert.eod.tract.lib. 1.par. 1.q. 7.principal. art.3.per tot.pag.mihi 63. Sanch. de matr. lib. 7. diſput. 60.ſub nu. 7. verſic.ſecundo quia infidelis Iulian. Viuian.in prax. iur. patr.par.1.lib.2.cap.6. num.5.* Si tamen de facto iudæus fundaret Eccleſiam (quod credendum non eſt) teneretur eo caſu eam dotare, non ſecus ac tenetur do- tare filiam ad fidem Chriſtianam conuer- ſam, & Eccleſia eſſet liberæ collationis, *idem Lamb.loco cit.par.1.lib.1.q.5.art. 8. num. 1. & 2.pag. 36. Viuian. loco citato num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi an gaudeant immunitate Eccleſia ſtica, & num.2.extende vt num.11.li- mita num.14.*

3 *In materia immunitatis eſt ſtandum iuri canonico.*

4 *Eccleſia non prodeſt iis, qui ſub eius lege vi- uere recuſant.*

5 *Immunitas Eccleſiaſtica probatur in vete- ri teſtamento, ac eſt de iure Diuino.*

6 *Eccleſia probibet iudæis vim inferri.*

7 *Immunitas Eccleſiaſtica eſt conceſſa reſpe- ctu loci, non autem perſonarum.*

8 *Immunitas conceſſa loco comprebendit e- tiam iudeos.*

9 *In Eccleſia hebræorum gaudebāt immuni- tate eccleſiaſtica, non ſolum fideles, ſed e- tiam infideles.*

10 *Aduenarum, & Peregrinorum appella- tione in ſcriptura ſignificatur Gentiles.*

12 *Lex loquens generaliter, debet generaliter intelligi.*

13 *Iudeus percutiens Clericum punitur ea- dem pœna, qua Chriſtianus.*

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An iudęus gaudeat immunitate eccleſiaſtica.

CAP. XII.

1 NEgatiuam opinionem tuentur,
gloſ. Bart. & Salicet. in l. 1. C.
de iis qui ad Eccleſ. confug. &
iterum gloſ. in §. publicorum
auth. de mand. princip. Cin. in l. præſenti in
prima quæſt. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.
Oldrad. conſ. 54. num. 3. Anan. in cap. 3.
num. 4. de iud. Abb. in cap. inter alia, num.
7. de immunit. Eccleſ. quorum opinionem
communem dicit Marſil. in l. ex Senatus
conſulto num. 10. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.
Couar. var. reſol. cap. 20. num. 11. lib. 2.
Clar. in §. fin. quæſt. 30. num. 16. Marquar.
de iud. par. 1. cap. 8. Decian. in tract.
crim. lib. 6. cap. 26. num. 2. quibus addi poſſunt
Paz in praxi to. 1. par. 5. §. 3. num.
106. Io. Franciſc. Leon. in theſaur. for. Eccleſ.
cap. 13. num. 30. Alex. Ambroſ. de immunit.
Eccleſ. cap. 8. num. 8. verſ. cuius
tamen contrarium, ſecundum quã ſeruari
Auenioni teſtatur Rebuff. in tract. de immunis.
Eccleſ. gloſ. 2. num. 22. Aloyſ. de leo
2 in l. 1. num. 14. C. de iudæis. Contrariam
opinionem quod quinimò etiam iudęi
& infideles gaudeant immunitate Eccleſiaſtica
probat gloſ. in d. cap. inter alia
de immunit. Eccleſ. ibiq; Io Andr. num. 8.
Archid. & Io. de Fantut. in cap. definiuit,
17. q. 4. Gulielm. de monte, Land. Anchar.
& Imol. in clem. 1. de pœnit. & remiſſ. &
ibi etiam Vital. num. 8. Marſil. in l. vnica
num. 14. C. de rapt. Virg. Boer. decis. 110.
num. 4. Rimin. Iun. conſ. 119. num. 6. lib.
2. Tiraquell. de primogen. q. 65. num. 8.
quamuis vere noſci non poſſit, cui ille magis
adhereat, & hanc inſpecto Doctorum
cumulo receptiorem appellat Couar. var.
reſol. cap. 20. num. 11. lib. 2. Franc. Suarez
de virt. & ſtatu relig. lib. 3. cap. 10.
num. 9. & 11. verſ. Ideoq. probabiliorem,
quam nouiſſime latè defendit Marius Italia
in tract. de immun. Eccleſ. cap. 3. §. 3.
numero 32. vbi ſubdit hanc opinionem
præualuiſſe coram Regia Cæſarea Maieſtate
Carolo Quinto, cum apud eundem hoc
negotium ventilaretur ad conſultationem
Epiſcoporum Indiarum. Vides lector, inſpecto
Doctorum cumulo rem eſſe prorſus
incertam, Par eſt ergo, vt rationes
hinc inde expendamus. opinio negatiua
nimirum, quod non gaudeant immunitate,
tota nititur in tex. l. 1. C. de his, qui ad
Eccleſ. confug. qui quidem dum pronunciat
iudæos, qui reatu aliquo, vel debitis
fatigati ſimulant ſe Chriſtianæ legi, velle
coniungi, vt ad Eccleſias confugientes
euitare poſſint crimina, vel pondera debitorum,
eſſe arcendos, ſatis ſupponit eos
non ante Eccleſiaſtica immunitate gaudere,
quã ſint Chriſtianæ legi coniuncti.

Huius textus timore Doctores, qui diuerſam
ſequuntur ſententiam communiter
reſpondent, hac in re ſtandum non
3 eſſe diſpoſitioni iuris ciuilis, ſed Pontificij:
pertinet enim ad honorem, & reuerentiam
exhibendam locis Sacris, quorum
cura ad Pręlatos Eccleſiaſticos ſpectat,
& ideo eorum leges ſunt attendendæ,
gloſ. in cap. inter alia, de immunit. Eccleſ.
vbi Abb. num. 24. & iterum gloſ. in
cap. ſicut antiquitus 17. q. 3. Fulgoſ. in l. fideli
C. de his qui ad Eccleſ. confug. Faber
in §. ſed hoc tempore inſt. de his, qui ſunt
ſui, vel alieni iuris, Alex. conſ. 143. col. 2.
& 3. lib. 7. refert alios late Farinac. quæſt.
28. num. 7. Hæc reſponſio aliquibus non
probatur, propterea, quod non reperitur
lex Canonica, quæ iudæis, vel infidelibus
tribuat templorum immunitatem,
quo caſu ſtare debemus diſpoſitioni iuris
ciuilis, cap. inter alia, in princip. de immun.
Eccleſ. cap. 1. §. quia vero, de nou. oper.
nunciat. Quibus replicare poſſumus
ſatis eſſe, quod (vt infra probabitur) ſit
textus veteris legis, vel ratio ex iure Pontificio
deſumpta, cum plus attendi debeat
ratio legis, quam expreſſa diſpoſitio,
cap. ſolita, de maior. & obed. cap. præcipimus,
12. quæſt. 1. gloſ. in cap. conſuetudo
1. diſt. Surd. decis. 19. num. 1. Et licet hæc
reſponſio ſufficiens videatur, tamen, vt
quid mihi ſubueniat circa illius textus
intelligentiam breuiter exponam, ſupponendum
eſt primum, quod ille textus
non prohibet, ne iudæi confugientes ad

Ec.

Eccleſiam poſtquam delictum admiſe-
rint, vel æs alienum contraxerint, non
defendantur, ſed præcipit, ne ad baptiſ-
mum recipiantur, antequam debita vni-
uerſa reddiderint, vel fuerint, innocen-
tia demonſtrata purgari, quæ verba clarè
demonſtrant ibi non præcipi quod infi-
deles non defendantur, ad quid enim
egerent immunitate poſtquam fuerint
probati innocentes, & debita perſolue-
rint. Et quamuis, dum inquit iudæos ſi-
mulanter ſe velle Chriſtianę legi coniun
gi, vt euitare poſſint crimina, vel ponde-
ra debitorum eſſe arcendos, ſupponere
videtur eos dum in iudaica prauitate
perſiſtunt Eccleſiaſtica immunitate non
gaudere, hoc tamen euenit, non quia verè
gaudebant, ſed quia non vulgaris erat
opinio, quam defendebat, D. Hierony-
mi quod infidelis per baptiſmũ adeo ef-
ficeretur nouus homo, vt ei neque deli-
cta ante commiſſa poſſent obeſſe, *vt in c.
1. 26. diſt. et in cap. 1. 28. q. 3.* Contra
quam opinionem licet eſſent, *D. Aug. et
D. Ambr. vt in cap. 2. et 3. eadem diſt. 26.*
nihilominus veriſimile ſatis eſt diſpoſitio
nem *d. l. 1.* proceſſiſſe ad tollendam eam
dubitationem, qua ducti, poterant iudæi
4 ſimulare petere baptiſmum. Præterea
pro hac opinione circumferri ſolet ratio,
quod iuri conſonum non videatur, vt Ec
cleſia proſit iis, qui ſub eius lege viuere
recuſant *argumento. l. 1. cum auth. ſeq. C.
de haretic.*

Cui rationi reſpondere dupliciter poſ-
ſumus, primo conſiderando. quod immu-
nitas Eccleſiaſtica non eſt ſimpliciter in-
5 uenta per Conſtitutiones Eccleſiaſticas,
ſed longe antea probata in veteri teſta-
mento, *Num. cap. 35. Ioſue cap. 20.* vbi
ex Diuino præcepto ſtatutas legimus ſex
Ciuitates in ſubſidium eorum, qui nolen-
tes fuderint ſanguinem. Quibus, & aliis
locis permotus, *Igneus in l. 1. nu. 26. ff. ad
Sillan* cenſuit, & merito immunitatem
Eccleſiarum eſſe de iure Diuino, quem
ſequuti ſunt *Rebuff ad leg. reg. tit. de im-
munit. Eccleſ.* quicquid in contrarium ſcri
pſerit *Couar. d. cap. 20. verſ. ſecunda con-
cluſio*, cuius opinio à ceteris improbatur,
præſertim cum hæc res videatur termi-
nata per *Concil. Trident. Seſſ. 25. cap. 20.
ibi Dei ordinatione, et canonicis inſtitutis*.
Accedit quod apud Gentiles etiam tem-
pla, araſque Deorum fugientibus fuiſſe
præſidium conſtat ex pluribus congeſtis
per eundem *Couar. d. cap. 20. var. reſolut.
num. 2. verſic. tertia concluſio*, *Anaſtaſ.
Germon. de* Sacrorum *immunit. lib. primo
cap. 15.* Cum ergo immunitas non ſit ſim
plex inuentum Eccleſiæ, ſed ex veteri te-
ſtamento, & Gentilium inſtitutis reperi-
tum, non crederem dici poſſe Eccleſiam
non eſſe tutelam his qui ſuis legibus non
viuunt, quia circumſcriptis Eccleſiaſticis
Conſtitutionibus remanet immunitas ec-
cleſiaſtica, iure Diuino, & Gentium inſti-
tutis comprobata.

Secundo reſpondetur, non eſſe omni-
no inconueniens quod Eccleſia pro re-
ctionis ſuæ brachium etiã iudæis, & infi-
delibus apud eam commorantibus exten
dat, in cuius rei comprobationem aliis
omiſſis, liceat vnum tantum locum affer-
re, *Leuit. cap. 19* vbi Dominus loquens
filijs Iſrael. *Si habitauerit (inquit) aduena
in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos,
nõ exprobretis ei, ſed ſit inter vos quaſi indi
gena, & diligetis eum quaſi voſmet ipſos,
fuiſtis enim, & vos aduena in Terra Aegy
pti.* Hinc Eccleſia iubet vt nullus præſu-
6 mat iudęos ſine iudicio terrenæ poteſta-
tis occidere, vulnerare, ſeu bonis ſpoliare,
vel in ſuis feſtiuitatibus moleſtare, aut cę
meterium inuadere, *vt in cap. ſicut iudai,
extra de iudais*. Pro opinione verò affir-
matiua infraſcripta argumenta perpen-
duntur, Primo, quod immunitas concedi-
tur, non reſpectu perſonarum delinquen-
tium, ſed propter honorem, & reuerentiã,
7 quæ locis ſacris, & Diuino cultui debe-
tur, *l. præſenti verſ. ipſis ſeruata locis re-
uerentia*, C. *de his qui ad Eccleſ. confug.
cap. reum, cap. frater, cap. definiuit 17. q. 2.
Archid. in cap. quaſitum 13. q. 2.* Abb.
*in cap. ſanè num. 1. verſ. item quia ipſa
Eccleſia de celebr. miſſ. addentes ad Rom.
ſing. 339. Couar. loco cit. num. 6.* Vbi au
tem immunitas conceditur loco, tunc
complectitur etiam iudæos, & infideles
ibi habitantes, *l. ſpadonem*, §. *iam autem
de excuſ. tutor. Alex. conſ. 57. num. 6. lib.*

5. &

5.& conſ.99.in fine lib.6.& conſ.13.lib. 7.Soccin.conſ.86.nu.8.lib.4.& conſ.62. lib.1.Dec.in cap.conſuluit el 3.nu.2.de appel. Corn. *conſil.260.lib.3.Aym.conſil. 73.ſub nu.26.Anan.Aretin.Iaſ.Marſ. et allii quos refert, & ſequitur Tiraq.de iure primog.q.66.nu.4.Vrſill.ad* Afflic.*dec.151. num.4.* Huic argumento conſueuit reſ-
ponderi,quod licet immunitas ſit conceſ
ſa reſpectu loci,habet tamen aliquem reſ-
pectum, & rationem ad perſonas, ſi qui-
dem videmus, quod publici latrones, &
nocturni depopulatores Eccleſiaſtica im-
munitate non gaudent, *cap. inter alia de immunitate Eccleſiaſt.* qui tamen gaude-
re deberent, ſi in concedenda immunita-
te ſolus locus fuiſſet conſideratus.Sed li-
cet hæc reſponſio ſpecioſa videatur,ſi ta
men pendatur,facili negotio remouetur;
publici namque latrones, & nocturni de
populatores, arcentur ab Eccleſiaſtica
immunitate, non contemplatione per-
ſonæ, ſed cauſæ, non enim omnes de-
linquentes defenduntur ab Eccleſia, ſed
illi tantum qui nolentes,& neſcii per im-
prudentiam deliquerint,*Deuter.cap.35.* I*oſue cap.*20.quo fit, vt cum latrones, &
cœteri huiuſmodi delinquant ex indu-
ſtria,& malitia, merito ab Eccleſia non
defenduntur. Reliquum eſt, vt quid ip-
ſe verius exiſtimem,exponam.Mihi veriſ
ſima videtur affirmãtium opinio. Primo
ex ratione ſupra deducta, nempe quod
priuilegium immunitatis ſit locale. Se-
cundo quia in Eccleſia Hebrçorum gau-
9 debant Eccleſiaſtica immunitate non ſo-
lum fideles,ſed etiam infideles,ergo mul-
to magis gaudere debent in Eccleſia
Chriſtianorum, in quam eſt translata
lex, & Sacerdotium in formam excel-
lentiorem, *cap.translato, vbi Butr. & reliqui de conſtit. D. Tho. 1. 2. quaſt. 102.art.4.ad tertium.*Aſſumptum proba
tur *Num. cap.35. De ipſis (inquit) Vrbibus,quæ ad fugitiuorum ſubſidia ſeparantur,tres erunt Tranſiordanem, & tres in terra Canaan:tam filiis Iſrael, quam Aduenis, & Peregrinis,vt confugiat ad eas, qui nolens ſanguinem fuderit. Idemque reperi-*
10 *tur Ioſue cap.* 20. Patet autem Aduena-
rum, & Peregrinorum appellatione in
ſcriptura Sacra ſignificari Gentiles, quo-
ties ponuntur ad differentiam filiorum
Iſrael,*Reg.cap.8.Exod.cap.12.Leuitici c. 17.& 19.& 24.* Vides ex his hanc opi-
nionem veteris legis auctoritate,valida
ratione, Caroli Quinti deciſione, & fre-
quenti Doctorum calculo probari, ab
eaque propterea in facti contingentia nõ
recedas.Quinimmo eam extende,vt pro-
11 cedat, ſiue delictum ſit patratum a iu-
dæo contra iudæum,vel alium infidelem,
ſiuè ab infideli contra chriſtianum, nam
dummodo verſemur in caſibus,in quibus
cœteri gaudent immunitate Eccleſiaſti-
ca,gaudebit etiam infidelis,quia vt patet
ex prædictis, immunitas eſt conceſſa pro
fidelibus,& infidelibus,nec vlla ſit diſtin
ctio quando delictum admittitur contra
fidelem,& infidelem, quo caſu neq; à no-
bis fieri debet,*l.1.§.generaliter ff. de le-*
12 *gat præſt.l.3.in fine ff.de off.Præſid.* Præ-
terea facit,quod iudæus,& infidelis per-
cutiens Clericum punitur eadem poena,
13 qua punitur Chriſtianus, excepta pęna
excõmunicationis, quæ in ipſum cadere
nõ poteſt,& vtrumq. probatur *in c.poſtulaſti 14.extra de iudæis.* Cæterum ean-
dem Concluſionem ſingulariter declara,
vt procedat in illis infidelibus tantum,
qui habitant inter nos, & nobiſcum ver-
ſantur, ſecus de exiſtentibus in eorum
terris,quia iſti immunitate non gaudent,
vt aperte probatur, I*oſue cap. vigeſimo, ad fin.verſ.hac* Ciuitates, *inquit enim, hæ Ciuitates conſtitutæ ſunt cũctis filiis Iſrael, & Aduenis,qui habitant inter eos*, ex qui-
bus verbis patet qualitatem habitationis
eſſe inductiuam immunitatis,cum ſit ex-
plicata per relatiuum, qui,de cuius natu-
ra eſt, vt inducat qualitatem ſeparantem
ab aliis, *l.ſi fuerit, & l.ſi cognatus ff.de reb. dub.quæ.*qualitate ceſſante, ceſſat immu-
nitas *l.ſemper in Ciuitate §.id eſt ff.de iure immunit.* Ex quo infertur,quod ſi infide-
les accedant ad Terras Chriſtianorum,
14 non gratia habitandi,ſed prædandi, diri-
piendi,ſiue furandi homines, vel bona,
vel alia qualibet ex cauſa, & à Chriſtia-
nis perſequuti ad Eccleſias confugiant,
non poterunt defendi Eccleſiaſtica im-
munitate,quia iſti nõ habitant inter nos,
&

Digitized by Google

& omni odio digni ſunt arg. eorum, quæ traduntur *in cap. ita quorundam, & in c. quod olim, de iudæis.*

SVMMARIVM.

1 *Piæ cauſæ priuilegio an gaudeant relicta a iudæis piis locis.*
2 *Legatum relictum pro redemptione captiuorum exequitur per Epiſcopum.*
3 *Intellectus in l. nulli, §. quod ſi teſtator C. de Epiſcopis, & clericis.*

ARGVMENTVM.

Relicta à iudæis pijs locis, an gaudeant priuilegio piæ Cauſæ.

CAP. XIII.

DVplex eſt Doct. opinio, Altera eſt aſſerentium talia relicta non poſſe dici ad pias cauſas, ſed de illis eſſe iudicandum tanquam de prophanis, cum relinquentes non ſint de Vnitate Eccleſiæ,
1 quam opinionem probant, *Bart. in l. 1. nu. 36. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Lap. *alleg. 125. ſub num. 2. verſ. & non ſolum in iſto caſu, Anchar. conſ. 429. num. 2. Butr. conſ. 28. verſ. non obſtat, & verſ. in hoc caſu, & conſ. 25. ad fin.* Laderch. *Imol. conſ. 128. num. 2.* Contrarium ſentit, *Bald. in d. l. 1. num. 38. verſ. Sexto quæritur, C. de ſacroſ.* Eccleſ. *quem ſequitur Bero. in cap. 1. num. 172. de conſt. & in conſ. 28. num. 36. lib. 3.* vbi nulla facta mentione, Bart. inquit, doctrinam, Bald. eſſe communiter a reliquis receptam, quamuis ego facta diligentia neminem reperire potui, qui de materia loquatur excepto *Andrea de Bejettis, qui in d. l. 1. num. 63. & 65.* vix dignoſci poteſt, cui ſententiæ
2 magis adhæreat. Mouetur autem, *Bald. ex tex. in l. nulli, §. quod ſi teſtator C. de Epiſc. & Cler. vbi legatum, aut fideicommiſſum relictum pro redemptione captiuorum, et ſic ad pias cauſas, exequitur per Epiſcopum, etiam ſi ſit relictum a Teſtatore Barbaræ Nationis.* Verum hic text. faci-
3 li negotio remouetur, nam verba illa *Barbaræ nationis*, non accipiũtur pro infideli, ſed pro Natione incognita, *vt ibi declarat, gloſſ. & apertè colligitur ex ſequentibus verbis textus, dum, inquit, & de eius patria aliqua emerſerit ambiguitas,* & clarius apparet *ex trad. ibi per eundem, Andr. de Baſſett in d. l. 1. num. 65. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Ideo Laderch. *loco cit.* cenſuit eſſe distinctionem adhibendam, vt ſiquidem verſemur in legato relicto a iudęo alteri iudęo, vel infideli, tunc procedat opinio Bart. quia cum vterque ſit extra communionem Eccleſiæ, non poſſunt frui priuilegijs indultis propter Chriſti amorem, *Aut priuilegium. C. de hæretic.* Si verò legatum relinquatur a iudæo Chriſtianis, tunc dici poſſit legatum pium, & mereatur priuilegia piæ cauſæ, quia quamuis non dicatur pium reſpectu teſtatoris, dicitur tamen pium reſpectu vſus, idemque ante ipſum cenſuit, *Andr. de Baſſett. in d. l. 1. num. 65. C. de Sacroſ. Eccleſ.*

Mihi tamen Bart. opinio abſolutè verior videtur, propterea quod fauor tribuitur voluntati teſtatoris, qui tanquam extra Eccleſiam exiſtens, huius fauoris dignus non eſt, *vt Butr. conſiderat d. conſ. 28.* Si quis tamen adhærere velit opinioni Bald quocunq; caſu aliqua ratio pietatis poſſet conſiderari in teſtamẽto iudęi, tunc ius exequendi nunquam pertineret ad eorum Synagogam, ſed ad Epiſcopum, etiam ſi diſtributio fieri deberet inter pauperes iudæos, vel alios infideles, vt bene conſiderat Laderc. *d. conſ. 128. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Error eſt iudeorum aſſerere veterem legem eſſe perpetuam.*
2 *Præcepta ceremonialia, atque iudicialia poſt Chriſti mortem non habent amplius vim obligandi, niſi reperiantur lege Euangelica, vel poſitiua confirmata.*
3 *Iudei ligantur iure comuni.*
4 *Item diſpoſitione ſtatuti.*
Item Conſuetudine, locorumque degunt,

extende

extende , vt numero 14.
5 *Conſuetudo Bulgari habet locum etiam in teſtamento iudæi .*
7 *Ius patriæ poteſtatis eſt proprium Ciuium Romanorum .*
8 *Iudæi habent filios in poteſtate .*
9 *Filii familias iudæorum teſtari nõ poſſunt .*
10 *Diſpoſitio Senatus conſulti Macedoniani, habet etiam locum in iudæo .*
11 *Impedimentum duplex vbi adeſt, vno remiſſo, cenſetur remiſſum & aliud .*
12 *Iudæus pater admittitur ad defenſionem filii in cauſa capitali .*
13 *Iudæus præſcribit rem Chriſtiani .*
15 *Conſtitutio quod deliquens puniatur certa pæna habet locum etiam in iudæo .*
16 *Statutum vt fiat compromiſſum inter conſanguineos habeat locum etiam inter iudæos .*
17 *Inuentarii beneficium habet locum etiam in iudæis .*
18 *Iudæi in ordinatoriis iudiciorum ligãtur iure Ciuili .*
19 *Statutum de duabus conformibus, habet locum etiam in iudæis .*
20 *Aegidiana Conſtitutio habet locum etiam in iudæis .*
21 *Iudæi in ordinationibus contractuum ligantur iure Ciuili .*
22 *Solemnitas requiſita in contractib. mulierum vel minorum habet etiam locum inter iudæos .*
23 *Inſinuatio requiritur etiam in donationibus iudæorum.*
24 *In ordinationibus teſtamentorum an iudæi teneantur obſeruare ſolemnitates iuris Ciuilis .*
25 *Iura loquentia de ſuitate habent locum etiam in teſtamento iudæi.*
26 *Ius Ciuile ita demum vendicat ſibi locũ in iudæis , ſi materia ſit eis proportionabilis .*
27 *Statutum permittens mulieribus teſtari de dote pro Anima, non habet locum in muliere iudęa.*

ARGVMENTVM.

An , & quomodo iudæi teneantur legibus, quæ feruntur ab Eccleſia pro regimine politico dirigendo cuius occaſione diſputatur an iudęi habeant filios in poteſtate, & an diſpoſitio legis communis ſit ſeruanda inter Hebræos in ordinationibus iudiciorum , contractuum ; & teſtamentorum .

CAP. XIV.

Præfari primum oportet inter præcipuos iudæorum errores, hunc connumerari ; veterem ſcilicet legem
1 eſſe perpetuam , & vſque ad finem mundi duraturam , hoc enim errorem eſſe in fide grauiſſimum , docent *D. Aug. contra Priſcillianiſtas , cap. 5. & in Exod. quæſt. 43. & 124. D. Hier. in Ezechiel. cap. 32. Liran. Exod. cap. 15. Barrad. ad Sacram hiſtor. lib. 2. cap. 20. tom. 1. lo. de Salas de legib. diſp. 23. ſect. 2.*
2 Item pręfari oportet poſt Chriſti mortem ceſſaſſe ſimul , & ſemel non ſolum pręcepta cerimonialia, ſed etiam iudicialia, ita vt de per ſe non habeant amplius vim obligandi , niſi quatenus reperiuntur in lege Euangelica, vel poſitiua confirmata , *D. Thom. quem ibi cæteri omnes communi ſuffragio probant* 1. 2. *q.* 104. *art.* 3. *&* 2. 2. *q.* 87. *art.* 1. *D. Anton. in* 1. *par. tit.* 14. *cap.* 6. *in princ. verſ.* 3. *differunt, Marſil. Ficin. de relig Chriſtiana , cap.* 34. *Paul. Ritius de Chriſtiana veritate tract. 2. par. 3. c. 3. & ex antiquioribus Tertullian. in lib. aduerſus iudæos, Origen. in Exod. homil. 10. Vaſq. Illuſtr. q. 180. c. 2. & quæſt. 182. cap. 9. Sot. de iuſt. & iur. lib. 2. quæſt. 6. concluſ. 3. in princ. Valentia diſp. 7. q. 7. puncto 7. & eſt communis opinio, de qua teſtatur Salas de legib. q. 103. tract. 14. diſp. 22. ſect. 3. in princ. & ante verſ. de præceptis autem , Barrad. ad Sacram hiſt. loco cit.* ex noſtris, etiã hoc idem ſcribunt *Imol. in l. 3. ſub num. 9. verſ. ſed tu adde , & num. 10. ff. de teſtamen. ibiq. Franc. Aretin. ſub num. 4. col. 2. verſ.*

Digitized by Google

verſ. ſed iſta ratio parum vrget, ff. de te-
ſtamentis, & iterum, Imol. in cap. fin. nu.
8. de conſuetud. Card. conſ. 2. ad fin. Bel-
lam. conſ. 28. col. 2. verſ. ad partem con-
trariam, Alex. conſ. 13. num. 19. verſ. præ-
terea præcepta lib. 7. Barbat. conſ. 29. col. 1.
lib. 2. Iaſ. in l. qui ſe Patris, num. 25. C.
vnde lib. Dec. in cap. conſuluit in ſecun-
do notab. de appell. Tiraquell. de retract.
in præfat. num. 8. & 9. & ſequen. Roland.
conſilio 45. num. 46. libro ſecundo. His
præuia quadam inſpectatione prælibatis,
ſit conſtituta Conclusio iudæos teneri
legibus, quæ feruntur ab Eccleſia pro
regimine politico dirigendo, quia cum
lex antiqua, quæ erat eorum propria, &
peculiaris, iam ceſſauerit, ſequitur, vt
ipſi inſpectantibus ad regimen politicū,
teneantur iiſdem legibus, quibus tenen
tur cœteri ſubditi, ita docet, tex. in l. iu-
3 daei communi, & l. nemo iudaeorum, C.
de iudæis, gloſ in cap. ius Quiritum 1.
diſt. Innoc. in cap. quod ſuper his de voto,
Bald. in l. ſpadonem, §. iam autem, ff. de
excuſ. tut. Alex. conſ. 75. ſub num. 6. lib.
5. Roman. Barb. Caſtr. Soccin. & alii quos
refert, & ſequitur Tiraq. de primog. quaeſt.
66. num. 19. Pariſ. conſ. 2. num. 9. lib. 4.
Marq. de iudaeis, par. 2. cap. 1. ſub. num.
9. lib. 43. Surd. deciſ. 133. num. 2. Haec
Concluſio.

Extenditur Primo, vt procedat, ſiue
lex ſit lata immediate ab Eccleſia, ſiue
ſit lata a Populis ſibi ſubiectis, per viam
legis municipalis, vel ſtatuti, nam iu-
4 dæi ligantur ſtatutis locorum quæ habi-
tant, gloſ. in d. cap. ius Quiritum 1. diſt. &
in cap. post miſerabilem, verb. Princeps,
de vſur. Io. Andr. Butr. & reliqui in cap.
gaudemus, de diuort. Alex. Soccin. Barb.
& alii ſupra relati, quibus addi poſſunt,
Rol. conſ. 25. n. 25. lib. 2. Becc. conſ. 84. n.
7. Ladercb. conſ. 115. num. 3. lib. 1. Sunt
enim Hebræi de Populo Ciuitatis, quam-
uis non ſint de populo Eccleſiæ, l. Chri-
ſtianis, C. de pagan. Auth. de quaeſtor. in
princ. gloſ. in cap. miſerabile de elect. Bar.
in l. Hoſtes, ff. de capt. Bal. l. de pace Con-
ſtantiae, verſ. nos Romanorum num. 13.
Soec conſ. 70. num. 3. liq. 1. Natt. conſ. 62.
circa n. 8. cum altis, Becc. d. conſ. 84. n. 6.

Et conſequenter ſiue Princeps, ſiue Ci-
uitas conſtituat, ſemper præſumitur vo-
luiſſe conſulere iudæis, in illa parte, in
qua vti Ciues conſiderantur, Bald. in l. 3.
§. haec verba, ff. de neg. geſt.

Extenditur Secundo, vt procedat non
ſolum in lege ſcripta, ſed etiam in conſue
tudine, iudæi enim ligantur conſuetudi-
nibus locorum, quæ degunt, vt tradunt
multi, quos pleno calamo, ſuo more re-
fert, Tiraq. de primog. quaeſt. 66. num. 1.
& 2. quibus adduntur Roch. de Curte in
cap. fin. de conſuetud. a num. 752. vſq. ad
num. 757. Anton. Piagg. in eod. tract. q. 8.
n. 106. Molſeſ. ad conſuetud. Neapolitan
par. 2. q. 32. Rota in Romana alimento-
rum 2. Ianuarij 1621. coram R. P. D.
5 Manzanedo. Hinc conſuetudo Bulgari
locum habet in teſtamento iudæi ſicuti
in teſtamento Chriſtiani, vt tradit Pau-
lus de Monte Pico, in l. Titia. §. Titia
q. 20. num. 62. ff. delegat. 2. Marq. de iu-
daeis par. 2. c. 2. ſub n. 7. verſ. immo, etiam
Surd. de alimentis, tit. 2. q. 15. n. 76.

Extenditur Tertio, vt procedat, etiam
in legibus, quibus Eccleſia ipſa regimi-
6 ne politico vtitur per viam approbatio-
nis, cuiuſmodi eſt diſpoſitio iuris ciuilis,
quam Sacri Canones imitari non dedi-
gnantur, cap. 1. de nou. oper. nunc. Iudæi
enim in terris Eccleſiæ degentes, Defi-
ciente Conſtitutione, Statuto, ſeù con-
ſuetudine loci, ligantur diſpoſitione iu-
ris communis, d. l. iudaei communi C. de
iud. l. nemo iudaeorum, C. eod. tit. gloſ. in
cap. ius Quiritum 1. diſt. Bald. in l. ſpa-
donem, §. iam autem, ff. de excuſ. tut. cum
aliis relatis ſupra nu. 3. Vnde deducitur,
7 quod cum ius patriæ poteſtatis ſit pro-
prium Ciuium Romanorum, l. 3. ff. de
his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris inſtit. de
patr. poteſt. in princ. circumſcripto ſtatu-
to, vel conſuetudine loci, quæ contra-
rium diſponat, iudæi de iure habent fi-
8 lios in poteſtate, gloſ. in cap. iudaeorum,
29. q. 1. Bald. in l. nam, & Ciuium, ff. de
his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris Hoſt. Io. An
dr. Butr. Anch. Card. et Abb. in c. 2. de con-
uerſ. infid. Calder. conſ. 3. nu. 2. de iudaeis
Anan. in c. & ſi iudaeis, col. vlt. extr. eo. tit.
Rom. Alex. & Franc. Aret. in l. multum
in.

Digitized by Google

intereſt, ff. de verb.oblig. Card.Alex. in c.
qui ſincera 45. diſt.Dec.in c.conſuluit il 3.
n.3.& 4. de appell. Afflict.dec.151.col.1.
in fi.Tiraq.de primog.q.66. n. 2.& 3.Pi.
cus in l.qui ſe Patris n.8.C.vnde lib.& hãc
dicunt communem , & magis communem
Alex.conſ.13.n.11.lib.7. Rol.conſ.35.n.
29.lib.3.Marq.de iudæis par.3.c.4.n.10.
Aſcan. de patr. poteſt.quicquid in contra.
rium ſenſerit Archid.in d.c.qui ſincera 45.
diſt. Qua ratione Bald.in l.nam,& Ciuili
n.3.ff.de his qui ſunt ſui , vel alieni iuris ,
9 ſcriptum reliquit filios iudæorum non
poſſe teſtari,impediente iure patriæ pote
ſtatis,& idem Bald.in l.1. verſ. & nota e.
tiam contra,ff.ad Macedon.ſcribit diſpo-
ſitionem illius Senatus Conſulti habere
locum in perſona iudæi mutuantis filio
fam.non ſecus ac in Chriſtiano , & Bald.
ſequuntur Marq.in tract.de iudæis par.1.
c.1.n.4.Tiraq.d.q.66.n.13.Foller.in cõſt.
10 Regni,tit.de iudæis n.12.in princ.idq;mi
hi , videtur veriſſimum,nam licet in iu-
dæis , per quandam conniuentiam tole.
rentur vſuræ , hæc tamen tolerantia non
debet extendi eovſq; vt ipſi poſſint im.
pune fęnerari cum perſonis de iure pro.
hibitis , quia vbi adeſt duplex impedi.
mentum vno remiſſo , non cenſetur re-
11 miſſum aliud,c.paſtoralis, vbi gloſ. de pri-
uileg.c.ex tuarum de aut.& vſu pallii,Ge
min.conſ. 33. n. 8. Rota in Cauſa inter-
amnen.bonorum 5. Maii 1603. corã tunc
R.P.D. Ludouiſio, nunc S.D.N. Gregorio
XV. & propterea hoc priuilegio non ob.
ſtante teſtamentum eſſe nullum,quia pri
uilegium ſuſtulit impedimentum mate-
riale bonorum,nõ autem perſonale.Hac
etiam ratione ductus Cepolla conſil. 75.
in criminalibus, reſpondit Patrem iudæũ
12 admitti ad defenſionem filii in cauſa ca.
pitali,quod etiam ſupponit pro conſtan-
te Corn.conſ.107.viſo themate , & tenore
lib.3.Et Barb. conſ. 25.in 1.dub.lib.1.cen
ſuit Matrem iudæã poſſe eſſe tutricẽ filiorũ.
13 Deducitur ſecundo iudæum poſſe prę
ſcribere rem Chriſtiani,gloſ.in c.porro 16.
q.3. quã dicit ſingularem,Rom.conſ.489.
& ſing. 80. qui incipit iudæus , & iterum
gloſ.in l.ſi fur.§. 1.verb.vſucapere , & ibi
Imol.ff.de vſucap.Archid.in c.de rebus 12.
q.1.Franc.Aretin.in l. multum in fi.ff.de
verb.oblig.Cepoll.Bald. Ripa, Felin.& a-
lii,quos refert , & ſequitur Tiraq.d. q.66.
num.6.Marq. de iudæis par.2.cap. 2.n.3.
Et hæc quo ad tertiam extenſionem.

Extenditur quarto,vt procedat,ſiue di
ſpoſitio legis , ſtatuti , vel conſuetudinis
14 ſit odioſa,ſiue fauorabilis, Barb.conſ.29.
lib.3.Corn.conſ.260.in fi. lib.3.Pariſ.cõſ.
2. n.29. lib.4.Aſin.in praxi,§.4. c.7.n.5.
15 cum aliis per Surd.d.dec. 133. n.2. Vnde
cõſtitutio, quod delinquens puniatur cer
ta pęna,habet locum in iudæo delinquẽ.
te,vt late probat Alex.cõſ.99.lib.6.Barb.
conſ.63.lib.4.Soccin.conſil.62.et 71.lib.1.
16 Tiraq.loc.cit.n.19. Et ſtatutum de cõpro
mittendo inter conſanguineos habet lo-
cum etiam inter hebręos , Blanch.de com-
prim.q.3.nu.47.verſic. Hebræi,Surd. loco
citato, nu.2. Item diſpoſitio auth. C.com.
de ſucceſſ. habet locum etiã inter Iudęos,
vt ibi tradit Bal. paulo ante fin. Tiraq. de
17 primog.q.66.num.13. Et beneficium in.
uentarij à iure communi conceſſum,pro.
deſt etiam iudęis, idem Bald. conſil.383.
quæritur vtrum,lib.1.Tiraq. loc.citato.

Extenditur quinto , vt multo magis
procedat in ordinatoriis iudiciorũ , nam
in illis iudæi litigantes corã iudice Chri-
ſtiano,tenentur ſeruare ordinem iudicii ,
18 in quo litigant, d. l. iudæi communi , ibi
adeant ſolemni more iudicia, C. de iudæis ,
Cepol.conſ.75. quod incipit Pater in crim.
Corn.conſil.180. num.13. verſic.et quod
in ſucceſſ. lib.2.Bero.conſil.28. nu.61. lib.
3. vbi inquit , quod hoc tenent omnes ,
Natt.conſ.621.n.9.Coraſ.in l. hæres inſti-
tuti n.6. C.de impub. et aliis ſubſt. Cam-
peg.de dote par.5. q. vlt. ſub n.1. verſ. nec
obſtat Lamberteng.de contract. gloſ. 2. n.
79. Surd.d.deciſ.133.n.4. Vnde ſtatutum
19 de duabus conformibus exequutioni de.
mandandis habet locum etiam inter He.
bræos,Rota apud Seraph.dec. 988. n.1.
20 Et pari ratione inter eos locum habet
cõſtitutio Egidiana , cum & illa reſpiciat
ordinem iudiciarium atq; reſpiciat regi-
men politicum in terris Eccleſię imme-
diate ſubiectis,Mohed.dec. 5.de conſt.Rot.
dec.185.par.3.et dec.183.lib.3.eadem par.

Extenditur ſexto, vt procedat etiã in
ordinationibus contractuum,nam inſtru
mentum inter iudæos confectum requi-

rit ſolemnitates iuris communis, vel ſtatuti, aut conſuetudinis loci, in quo eelebratur non ſeeus ac requiruntur inter Chtiſtianos, *Bar. Butr. & Felin. quos refert Tiraq. de primog q. 66. n. 12.*

22 Vnde ſolemnitas requiſita in contractibus mulierum, vel minorum, eſt ſeruanda etiam inter Hebræos, alias contractus eſt nullus, *Bertrand. conſ. x. vol. 2. par. 1. Laderch. conſ. 115. num. 3. late Lambert. de contract. gloſ. 2. n. 77. & ſeq.*

23 Et in donationibus iudæorũ excedentibus quingentos aureos, requiritur inſinuatio, *Caſtr. conſ. 60. viſa quadam ſcriptura lib 2.*

24 Extenditur Septimo vt procedat etiam in ordinationibus teſtamentorum, nam & in illis tenentur Hebræi ſeruare ſolemnitates de iure communi, vel municipali requiſitas, non autem proprium eorum titum, vt ex facto interrogatus reſpondit, *Caſtr. conſ. 377. quod incipit, ad primum videtur dicendum in 1. dubio lib. 2. Ang. conſ. 94. cum lis, & quæſtio, col. 4. vbi deducit uullitatem teſtamenti cu inſdam Hebrai relinquentis legatum filio abſq; tit. inſtitutionis Alex. conſ. 161. in princ. lib. 2.* vbi quod ſi iudæus præterit filios, vel nepotes ex filio præmortuo, teſtamentum redditur nullum, *Bero. conſ. 28. num. 13. & 18. & 21. & 26. & 37. lib. 3. vbi num. 63.* inquit ſic Bononiæ communitet conſueuiſſe fieri. Contrarium in omnibus contentis in hac ſeptima limitatione tenet, *Natt. d. conſ. 621. n. 81. verſ. quod ſi vera ſunt præmiſſa lib. 3. & per tot.* vbi etiam defendit valere teſtamentum Hebræi celebratum coram duobus, vel tribus teſtibus inquiens hoc eſſe cautum de iure Moſaieo, quod eſt obſeruandum intet iudæos, quando in cauſa non adeſt Chriſtianus, quod ante ipſum ſcripſetat, *Alexand. conſilio ſexto, num. quarto lib. ſexto.* Præcedens tamen opinio eſt verior ex his qnæ dicemus infra in ſequenti capite caſu quarto numero. Quibus accedit, quod iura loquentia de ſuitate in ſubſtitutione fideicommiſſaria, & compendioſa habent lo-
25 cum etiam inteſtamento Hebræi, *Alex. conſil. 161. num. 2. lib. 2. Bero. d. conſ. 28. num. 2. lib. 3.*

Limitatur pcincipalis eoncluſio cum ſuis extenſionibus, ne procedat quando
26 materia non eſt proportionabilis iudæis, tunc enim diſpoſitio legis noſtræ non attenditur, *gloſ. in clem. 1. verb. cenſurarum de vſur. Io. Andr. in cap. quod ſuper his, de voto Bald. in l. ſpadonem, §. tam autem ff. de excuſ tut. Gem. in c. 1. §. fin. de vſur. lib. 6. Felin. in cap. iudæi el 1. ſub n. 4. de iudæis, Iaſ. in l. 1. n. 9. C. de eden. Tiraq. d. q. 66. n. 19. Molfeſ. ad conſuet. Neap. par. 2. q. 2. num. 5. & 6. cum ſeq.* Qua ratione credo quod leges ſiue communes, ſiue municipales, permittentes mulieribus dotatis teſtari de aliqua parte pro anima, non habent locum in muliere Hebræa, quia materia animæ non eſt illi propoitionabilis, cum de his, quæ foris ſunt nihil ad nos *c. gaudemus, vbi Doct. de diuort. cum vulg.*

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio iuris Hebraici contraria iuri Ciuili quando ſit inter iudaeos ſeruanda & n. 7. & 10. & 15.*

2 *Ordinationes Rabinorum non ſunt inter iudaeos ſeruandae.*

3 *Iudaei non poſſunt condere neque legem, neq. couſuetudinem legi contrariam, declara vt uum. 5.*

4 *Inducere couſuetudinem contra legem, eſt iuriſdictionis.*

6 Berous *conſ. 2. lib. 1. declaratur.*

8 *Stante ſtatuto quod iudaei teneantur obſeruare ſtatuta loci, tenentur ad eorum obſeruantiam, etiam in caſibus in quibus lex Moſaica diſponit contrarium.*

9 *Generis expreſſio operatur expreſſionem ſingularum ſpecierum.*

10 *Lis quando agitatur inter* Chriſtianum, *& iudeum attenditur diſpoſitio iuris ciuilis, etiam ſi in contrarium adſit prouiſio legis Moſaicae.*

11 *Clericus vbi eſt in cauſa, illa eſt decidenda ſecundum Canones, etiam ſi in contrarium diſponat ius* Ciuile.

12 *Succeſſio iudaei quando de illa diſputatur inter filios quorum aliqui ſunt iudæi, et alii ad fidem conuerſi an ſit regulanda ſecundum diſpoſitione iuris ciuilis vel legis Moſaicae.*

13 *Lis quando eſt inter ſolos Hebraeos an ſit regulāda ſecūdū ius ciuile, vel Maſaicū.*

Lex

Digitized by Google

14 *Lex Moſaica , eſt lex peculialis hebreorum.*
15 *Lex ſpecialis derogat generali.*
16 *Lex humana non habet efficaciam contra legem diuinam.*
17 *Eccleſia tolerat iudeos in eorum ritibus.*
18 *Hęreditas iudei defuncti abinteſtato ſine filiis debetur matri.*
19 *Præcepta iudicialia in morte Chriſti ceſſerunt reſpectu omnium gentium , & ſpecialius reſpectu hebræorum.*
20 *Ius hebræorum reperitur per legem ciuilẽ reprobatum, præter quam in ceremenialibus.*
21 *Præcepta iudicialia non reſpiciunt cultum ſed modum politicè viuendi.*
22 *Dictio tantum eſt taxatiua.*
23 *Lex Moſaica veluti extinta non habet amplius vim obligandi.*
24 *Dictio in æternum in ſeriptura quomodo accipiatur.*
25 *Lex vetus etiam hodie aliquo modo poteſt dici perpetua.*
26 *Princeps concedens priuilegium non abdicat de ſe poteſtatem mutandi illud.*
27 *Pilatus quomodo dederit iudaeis facultatem Chriſtum iudicandi.*
28 *Eccleſia quare tolerat iudaeos in ritibus, & Cerimoniis non autem in iudicialib.*

ARGVMENTVM.

An quando in vno eodemque caſu concurrunt diſpoſitio iuris hebraici, & iuris noſtri, quæ contraria diſponant ſit ſeruanda inter iudæos diſpoſitio iuris noſtri, vel hæbraici.

CAP. XV.

NOnnulli ſunt diſtinguendi Caſus. Primus , quando verſamur in iure Hebręorum non compræhenſo in lege Moſaica, ſed introducto ex conſuetudine, vel
1 ordinationibus inter eos , & in tali caſu ſeruandam eſſe legem Moſaicam aſſerere videtur, *Cald.conſ.2. tit. de conſuetud. quatenus firmat valere conſuetudinem inter Hebraeos , qua periti legis Abrahae poſſint ſcribere teſtamenta , & teſtamentis taliter ſcriptis adhibeatur plena fides , & Cald. ſequuntur , Salic. in conſ. quod incipit, Mahaſias hebraeus , cuius verba refert Corn. conſ.65. lib. 2. Barbat.conſ.76. Illud in medium col.pen.lib.3. Natt. conſil. 621.nu.4. & in l. hac conſultiſſima, §.ex imperfecto, n.60.C.de teſtam. Marq.de iudaeis 1.2. cap. 4.num.8. Bero.conſ. 2. nu. 1. & ſeq. lib. 1.* Contrarium in facti contingentia reſpondit *Senatus Mantuanus apud Surd.deciſ. 133.per tot. & praeſerrim ſub n.21.verſ quinto etiam reſpondetur*, vbi quod iura omnia dicentia ius Hebræorum eſſe ſeruandum inter Hebræos , ſunt intelligenda de lege Moyſi,
2 non autem de ordinationibus Rabbinarum , & hanc eandem opinionem *Rota probauit in Cauſa Romana praelationi 20.Nouembris 1609.coram R.P.D.Ottembergo*, vbi hac ratione fuit reſolutum ſuper iure inquilinatus, quod ipſi vocant Gazarka eſſe ſeruandam ius noſtrum, nõ autem interpratationes Rabbinorum. Probatur hæc opinio , nam vt ſupra diximus in capite præcedenti , n.1 cum in Chriſti morte lex vetus tanquam impleta expirauerit, non ſolum quo ad cerimonialia, ſed etiam quo ad iudicialia , inde reſultat, vt Hebræi remanſerint priuati
3 poteſtate faciendi legem , *cap. translato vbi Doct.de Conſtit. Fulgoſ.in l. 1. in fin. C.de iudaeis Berous conſ.28.nu. 51.lib. 3.*

Ideoq; ſicuti nequeunt facere legem , ita neque inducere conſuetudinem legi repugnantem , tum quia par eſt legis virtus , & conſuetudinis, *l.die quibus, ff. de legibus, §.ex non ſcripto inſt. de iure naturali , c.conſuetudo diſt. Fulgoſ. & Bero. loco cit.* Tum etiam quia inducere conſuetudinem , vel facere ordinationem con-
4 tra legem, eſt iuriſdictionis, *Bart.in l.omnes populi ſub.n.3.verſ. 1.caſu ibiq. Iaſ. n. 22.verſ.tu dic ff.de iuſt.& iur. Innoc.in c. cum acceſſiſſent aute n. 3. de conſt.* & conſtat iudæos eſſe iuriſdictionis incapaces , *l.fi.C.de iudaeis Bero. qui ſic argumentatur in ſpecie d.conſ.28.n.31.lib.3.* In vno tãtũ caſu poſſet procedere opinio , Cald. & eorum, qui ipſum ſequuntur, nempè quãdo conſuctudo , vel ordinatio iudęorum

5 reperiretur tacitè, vel expreſsè approbata ab habente facultatem faciendi legē, tunc .n. eſſet ſeruanda non obſtāte quod in contrariū adeſſet diſpoſitio iuris cōmunis,it a probat *tex. in l. fi. C. de teſtam.* vbi in teſtamentis condendis inter ruſticos ſeruatur eorum conſuetudo, quia eſt ſpecialiter a Princi pe probata, facit *teſt. in c. eum a eceſſiſent, de conſt.* per quæ iura ſic ſcribit, *Bart. in l. omnes Populi ſub n. 3. verſ. primo caſu, ff. de iuſt. & iur. Bero. d. conſ. 28. num. 51. lib. 3.* In his etiam ter-
6 minis procedere poteſt opinio, *Bero. conſ. 2. lib. 1.* dum tenet quod licet de iure emptor non teneatur ſtare locationi, vt in *l. emptorem, C. locati*, hoc tamen non procedit inter Hebræos,inter quos ex eorum conſuetudine tenetur ſtare locationi, nec alias eius opinio probari poteſt, nam ex prædictis patet nullam ab eis poſſe induci conſuetudinem, quæ vim legis habeat, vel deroget legi, vt tenet idem, *Bero. conſ. 28. num. 33. & 34. lib. tertio.*

Secundus eſt caſus,quādo verſamur in iure compræhenſo in lege Moſaica, ſed diſpoſitio iuris Moſaici reperitur repro-
7 bata per contrariam diſpoſitionem iuris communis, vel municipalis ſpecialiter in perſona iudæorum, & tunc ſeruandum eſſe ius noſtrum, non autem legem Moſaicam, ſcribunt *Cald. conſ. 10. verſ. non obſtant contraria, & conſ. 30. tit. de teſtamentis, Alex. in l. 1. nu. 32. ff. ſi cert. pet. Felin. in c. iudæi, el 2. n. 5. verſ. in aliis autem de iudæis. Barbat. conſ. 15. num. 1. lib. 1. Roech. de Curte in c. fi. q. 15. de conſuet. Ferrar. cautel. 24. n. 2. Tiraq. de primog. q. 66. n. 22. & 23. & 34. Marq. de iudæis par. 2. c. 4. n. 20. Rota in Romana ſucceſſionis Hebræorum 11. Maii 1611. coram Illuſtriſs. Card. Lancellotto.* Qua ratione cre-
8 do, quod Hebræi habitantes in loco, in quo viget lex,ſeu ſtatutum expreſſum, (prout viget Romę) quod teneantur ad obſeruantiam ſtatutorum vt Conſtitutione *Pii IV. 47. quæ incipit, Vniuerſis, & ſingulis, in §. inſuper volumus, & Pii V. quæ incipit Romanus Pontifex, in §. ſtatuta* ſit inter eos in omnibus caſibus diffinitis per ſtatutum ſeruanda diſpoſitio ſtatutaria, etiamſi in illis adeſſet diſpoſitio contraria legis Moſaicæ, quia cum generaliter ſit diſpoſitū quod teneantur ſeruare ſtatuta, eſt perindè,ac ſi eſſet diſpoſitum in quolibet ſtatuti ca-
9 pite ex reg. quod, expreſſio generis continentis ſpecies, operatur perindè ac ſi ſingulæ ſpecies eſſent expreſsè, *l. ſi chorus, ff. de legat. 3. Federic. de Senis conſ. 84. in princ. Bald. conſ. 1. num. 5. verb. ratio lib. 3. Ancbar. conſ. 3. n. 4. in fine, verſ. Sicut enim, Natt. conſ. 613. num. 3. plenè Beer. conſ. 80. n. 7.*

Corroboratur hæc opinio ex his, quæ ſcribit *Surd. d. deciſ. 133. n. 8. verſ. 6. in decreto*, vbi ea ratione potiſſimum tenet in illo caſu eſſe ſeruandum ius commune quia aderat decretum Ducale quod mādabat reddi ius Hebræis his modis,& formis,quibus redditur Chriſtianis.

Tertius eſt caſus, quando lis agitur inter Chriſtianum,& Hebręum, vel aliquo modo Chriſtianus eſt in cauſa, & tunc attenditur diſpoſitio iuris ciuilis, quantumcunq; in contrarium adſit ſpe-
10 cialis prouiſio legis Moſaicæ, *ita teſt. in l. ſi qua inter 14. C. de iudæis, Calder. conſ. 30. circa fin. verſ. nec obſtat de teſtamentis, Alex. conſ. 6. n. 2. lib. 6. Natt. conſ. 621. ſub n. 10. verſ. Sed reſpicitur. Tiraq. qui alios refert d. q. 66. n. 22. verſ. Nec obſtat, & n. 23.* Similiter quando Clericus eſt in
11 cauſa, licet illa ventiletur coram iudice laico, tamen in cauſa decidenda attenduntur iura Canonica, non autem ciuilia,quamuis ſecus ſit quo ad ordinatoria, *Gramm. deciſ 29. n. 14. Soccin. in c. 2. nu. 20. de mut. pet. Doct. in c. 1. de nou. oper. nunc. & in c. conqueſtus, de foro comp. cum aliis per Carpan. ad ſtat. Mediol c. 44. nu. 96. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effectu 1. num. 793.*

An autem ſi agatur de ſucceſſione iudei inter filios,vel conſanguineos, quorū
12 aliqui ſunt iudæi,& aliqui Chriſtiani ſit attendenda diſpoſitio legis Moſaicæ,vel iuris communis, conſulas *Tiraquell. loco citato à numero 35. cum pluribus ſequentibus*, cuius dicta tamen probare non audeo, cum apud me non modicam patiantur difficultatem, tum ex prædictis,

tum

tum etiam ex iis, quæ infra Deo dante
ſumus dicturi in ſequenti caſu.

Quartus eſt caſus, quando negotium
ventilatur inter ſolos hebræos, & repe-
ritur ſpecialis deciſio legis Moſaicæ, cui
aduerſatur ſtatutum, vel ius commune
13 diſponens contrarium, non ſpecialiter
in perſona iudæorum, ſed generaliter in-
ter omnes, cuiuſmodi eſt ius ſucceden-
di ab inteſtato, in quo reperitur ſpecia-
lis deciſio in lege Moyſis, *Num. cap.*
27. cui aduerſatur diſpoſitio iuris ciui-
lis, quæ generaliter loquens, diſponit
contrarium, & in iſto caſu duæ ſunt opi-
niones.

Prima, quod ſit ſeruanda diſpoſitio le-
gis Moſaicæ veluti lex propria, & pecu-
liaris Hebræorum, in qua fuerunt *Cal-
derin. dicto conſilio* 10. *de conſtit. & con-
ſilio* 30. *tit. de teſtamen. Bald. Anchar.
Salicet. Fulgoſ. Florian. Alexand. Corn.
Barbat. Iaſ. Felin. Gozzadin. Viglius, &
alii, quos latè refert & ſequitur Tiraquel.
loco citato num.* 22. *cum ſequen. quibus
adduntur Natta dicto conſilio* 621. *num.*
3. *Ruin. conſil.* 4. *lib.* 2. *cum aliis relatis
per Surd. dicta deciſ.* 133. *num.* 1. *& hanc
opinionem Rota probauit in allegata Ro-
mana ſucceſſionis hebræorum die* 11. *Maii*
1611. *coram Illuſtriſſimo Cardinali* Lan-
cellotto.

Contrariam opinionem tenent *Bald.
Imol.* Fulgoſ. *Corn. Anan. Soccin.* Ruin.
*Natt. Marſil. Alexand. & alii ab eodem
Tiraquell. relati loco citato num.* 21. *qui-
bus adduntur Brun. in tractat. ſtantibus
maſculis, art.* 6. *a num.* 55. *cum plurib.
ſequentibus*. Res quidem Lector, vt vi-
des, inſpecto Doctorum calculo, eſt pror-
ſus incerta, par eſt ergo, vt rationibus
hinc inde ſubductis rei veritatem aſſe-
quamur. Pro opinione aſſerentium eſſe
attendendam legem Moſaicam, affer-
tur Primo, quod lex Moſaica eſt propria,
14 & peculiaris iudæorum, quæ derogat le-
15 gi generali ſicuti ſtatuta derogant iuri
communi, *l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.
l. de quibus, ff. de legib.*

Secundo, quia Dominus voluit hanc
legem filiis Iſrael eſſe perpetuam, *Num.
cap.* 27. *ibi, Eritque hoc ſanctum filiis Iſ-
rael lege perpetua*, ideoque non poteſt
16 humana lege mutari, quia lex humana
non habet efficaciam contra legem Diui-
nam, *cap. lex imperatorum, & cap. non
licet,* 10. *diſtinct. clem. ne Romani, de
elect. Doct. in l. fin. C. ſi contra ius, vel
vtil. public.* Hinc Iudæi apud Ioannem
cap. 18. *&* 19. petentes Chriſtum Cruci
affigi propriarum legum petierunt ob-
ſeruationem, dicentes: *Nos legem habe-
mus, & ſecundum legem noſtram debet mo-
ri*, quibus Pilatus reſpondens ait: *Acci-
pite eum vos, & ſecundum legem veſtram
iudicate eum*; quaſi quod eorum actus
non debeant niſi propria ipſorum legem
17 terminari. Demum quia Eccleſia tole-
rat iudæos in eorum ritibus, & ceremo-
niis, *cap. qui ſincera,* 45. *diſtinct. cap. ſicut
iudæi, de iudæis, l. die ſabbathi, & l. iu-
dæos, C. eodem tit.* Ergo tanto magis de-
bet tolerare, vt vtantur eorum legibus
in actibus humanis, & hoc argumentum
pro hac parte dixit efficaciſſimum, *Natt.
dicto conſil.* 621. *num.* 8.

Quibus non obſtantibus, ſententia
dicentium eſſe ſeruandam diſpoſitionem
municipalem, quatenus adſit, alias eſſe
ſeruandam diſpoſitionem Iuris commu-
nis apud me potior eſt, & verior, & vti
veriorem eam in facti contingentia pro-
bauit Rota in eadem Romana ſucceſſio-
nis Hebræorum 1. Iunii 1612. coram
Reuerendiſſimo D. Coccino Rotæ Deca-
no, in qua recedendo à deciſis coram Il-
luſtriſſimo Lancellotto, fuit reſolutum
hæreditatem iudæi ab inteſtato defuncti
ſine filiis, deberi Matri ſecundum diſpo-
ſitionem iuris ciuilis *in auth. defuncto, C.
ad Tertull. & in* §. 1. *inſtit. eodem*, quæ
Rotæ deciſio.

Probatur primo, quia cum præcepta
iudicialia iam ceſſauerint in morte Chri-
ſti, non habent amplius vim obligandi,
vt vtrumque probatum eſt ſupra in capi-
te præcedenti, *num.* 1. *&* 2. Nec dicatur
ceſſaſſe reſpectu Chriſtianorum, vt in-
quit *Natt. conſ.* 621. *ſub num.* 4. *verſ. re-
ſpondetur Maran. in ſpec. par.* 3. *verb. iudi-
cii tela, n.* 49. hic enim eſt error maximus,

19 nam lex per mortem Chriſti, ſicuti fuit
impleta reſpectu omniũ; ita ceſſauit quo
ad omnes, quinimò ſpecialiter, & propriè
ceſſauit quo ad Hebræos, quia ipſis erat
magis data, quam alijs *D. Thom. 2. 2. q.
98. art. 4. & 5. ibique Valent. diſp. 7. q.
7. puncto 2. Sot. de Iuſtit. & iur. lib. 2.
quaſt. 1. art. 3. Barrad. ad ſacram hiſtor.
tom. 1. lib. 1. cap. 12. Ioan. de Salas loco ci
tato, diſp. 22. ſect. 3.*

Secundo, quia eatenus ius hebræorum
eſt ſeruandum inter eos, quatenus non
reperitur per leges noſtras reprobatum,
vt teſtantur ijdem *Calder. & alii relati*
20 *ſupra in ſecundo caſu num. 7.* At repe-
ritur reprobatum in omnibus, præterquã
in ceremonialibus, ergo. Minor proba-
tur *per teſt. in l. ſpadonem, §. iam autem, ff.
de excuſ. tut. vbi formaliter, inquit, iudæos
a tutelæ onere non excuſari: Conſtitutiones
enim noſtræ in iis tantum eos ſine moleſtia
eſſe iubent, per quæ eorũ cultus inquinatur,*
ſi in iis tantũ, in quibus inquinatur eorum
cultus, Ergo in ceremonialibus tantũ tole
rantur, non autem in iudicialibus tũ quia
in illis non inquinatur cultus, nam præ-
cepta iudicialia non reſpiciunt cultum,
21 ſed modum politicè viuendi, D. *Thomas,
Barrad. Sala, & alii, loco citato.* Tum
22 etiam quia dictio, *tantum*, eſt taxatiua,
quæ includit expreſſum, & reliqua ex-
cludit, *l. qui aliena, §. libertos, ff. de neg.
geſt. l. qui ſella, §. qui actum, ff. de ſeruit.
ruſt. præd.* Hoc idem probat *teſt. in l. 3.
in fine, ff. de decur. ſecundum communem
intellectum, ibi neceſſitatem impoſuerunt,
quę eorum ſuperſtitionem non lęderet.* Ex
his patet reſponſio ad Argumenta pro
diuerſa opinione formata, non enim ob-
ſtat primum, quia fatemur legem Moſai-
cam fuiſſe propriam, & peculiarem iu-
23 dæorum, verum quia iam eſt extincta, nõ
habet amplius vim obligandi, *§. hunc igi-
tur, in prima Conſtitut. Cod. ibique Alber.
Bartol. in l. fin. ff. de falſis, plene Dec. in
cap. 1. num. 37. de conſtitutionib. Aretin.
in §. in perſonam, ibique Iaſ. num. 13. in-
ſtit. de act.*

24 Ad ſecundum reſpondetur dupliciter,
Primo, vocem illam, *In aeternum, in
ſempiternum*, & ſimilia, in ſacra Scriptu
ra non ſignificare durationem inceſſan-
tem vſque ad finem ſæculi, ſed plerum-
que durationem diuturnam, & longæuã,
vt probant *Diuus Auguſtinus contra Pri
ſcillianiſtas cap. 5. & in Exod. quaeſt. 43.
& 124. Diuus Hieronymus in Ezechiel
cap. 31. Liran. Exod. cap. 15. Barrad.
tom. 1. lib. 2. Ioan. de Salas diſput. 23.
ſect. 2. in reſpon. ad primum argumentum,*
Vbi ergò dicitur, quod Dominus voluit
legem illam eſſe filiis Iſrael perpetuam,
debet intelligi longo tempore duratu-
ram, prout durauit bis mille annis, ita
reſpondent *Diu. Auguſt. & alii ſupra
citati.*

25 Secundo reſpondetur, quod etiam ho
die lex vetus, quamuis ſit antiquata, ta-
men aliquo modo, poteſt dici perennis, &
perpetua, quo ad omnia eius præcepta,
ſiquidem reſpectu præceptorum mora-
lium ſeruabitur vſque ad finem ſæculi, cũ
ipſa ſit lex à natura mentibus hominum
inſculpta, quæ omnes vbique gentes æ-
qualiter amplectitur, *cap. ius naturale,
1. diſt. inſt. de iure naturali gent. & ciu.
in princ. Barrad. loco citato, verſic. Aeter-
na item lex*, & ante ipſum *Gratian. in cap.
fin. §. his itaque 6. diſt. Abb. in cap. finali
ſub num. 3. verſic. Pręcepta moralia, de
conſuetud. Ibiq. Imol. num. 7. Maranta
par. 3. verb. iudicii tela, ſub num. 47.*
Reſpectu verò præceptorum ceremonia-
lium, poteſt etiam dici perpetua ſaltim
in ſenſu ſpirituali, quia quod per illa
ſignificabatur eſt perpetuum in Eccleſia,
quæ licet reſpiciat ritus ſecundum litte-
ram, tamen illa conſeruat ſecundum ſpi-
ritum, vt conſiderat *Barrad. Abb. &
alii locis citatis.*

Cæterum reſpectu iudicialium poteſt
etiã dici perpetua, ſaltim ex parte legis,
nempe quia, vt inquiunt *Barrad. & Salas
loco citato*. ſuapte natura erat apta ſem-
per populum obligare, ex quo non
erat lata ad aliquod tempus definitum,
non tamen poteſt dici perpetua reſpectu
legiſlatoris, quia ipſe legem ſemel fa-
ctam mutare potuit, prout mutauit. Ete-
nim ſi potuit animam ſuam ponere, &
reſu-

Digitized by Google

reſumere eam , *Io.cap.* 10. *cap. in quadam de celebr. miſſ.* multo magis potuit
vnam legem abrogate,& aliam inducere
cap.translato de conſt.
26 Corroboratur, qnia Princeps licet le-
gem faciat,aut priuilegium tribuat , nuſ-
quam tamen abdicat à ſe poteſtatem , vt
mutato rerum ſtatu non poſſit aliter face
re, *cap. dudum, §. nos igitur, de prabend.*
27 *lib.*6.Illud verò quod dicitur iudęos pe-
tiiſſe à Pilato obſeruantiam propriæ le-
gis , & Pilatum illam conceſſiſſe ſecun-
dum propriam eorum legem iudicandũ ,
ad rem minimè facit, tum quia *Caiet. ibi*
intelligit Pilatum dediſſe facultatem iu-
dicandi ſecundum legem veterem reſtri-
ctam eo modo quo eam Romani reſtrin-
xerant. Tum etiam quia in omnem euen-
tum de tempore quo fuit facta Iudęorum
petitio , & tradita licentia , durabat lex
Moſaica,non enim Chriſtus ad huc mor-
tuus erat, et clarum eſt legem veterem
ceſſaſſe,quando Chriſtus apud *Io.*19.ex-
clamauit, dicens Coſumatum eſt, D.*Th.*
1.2.*q.*103.*art.*3.*Ad primum,& ſecundum*
*Hieron.*Durand. *Riccard. Palud.* Bonau.
& alii latè relati à Io. *de Salas diſput.* 23.
*ſect.*5.Ex eo ergo quod iudæi poterint,&
Pilatus conceſſerit legis obſeruantiam ,
non infertur aliquid , quod ad rem no-
ſtram facere poſſit, quia tunc lex Moſai-
ca vigebat, & conſequenter erat ſeruan-
da etiam in concurſu legis Romanorum,
quia illa erat propria,& peculiaris Popu-
li iudaici , quæ derogabat legi generali ,
ad *trad in l. omnes Populi ff. de iuſt. iur.*
Vltimum Argumentum quod Nattæ ,
aliſque nonnullis vim maximam iniecit,
facillime remouetur,negando conſequẽ-
28 tiam,Eccleſia enim tollerat iudæos in
ritibus , & ceremoniis eorum , quia
in eis olim figurabatur veritas fidei no-
ſtræ, & inde ſaltim prouenit hoc bonum
quod teſtimonium nobis perhibetur ab
hoſtibus, qui repræſentant nobis in figu-
ra,quod credimus in veritate , D.*Tho.*2.
2.*q.*10.*art.*1.*Soc.in c.conſuluit de iudaeis,*
*ibiq; fel.nu.*5.Hęc autem vtilitas non cõ-
ſequeretur ſi iudæi tolerarẽtur in iudicia
libus , quia licet illa præcepta in conſe-
quentiã eos diſponebant ad cultum reli-
gionis, tamen principaliter ſpectabant ad
politicam gubernationem, ſecũdum quã
decet , quod iudæi exiſtentes apud Chri
ſtianos vtantur legibus , quibus vtuntur
alii *l.communi C.de iudaeis.*

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Gregorii xiii. iuris congrui eſt lata ad vrbis ornatum.*
2 *Ius retractus concordat cum lege Moſaica.*
3 *Conſtitutio iuris congrui non habet locum inter hebraeos.*
4 *Ius retractus non competit habenti vtile dominium.*
5 *Neque quando pactum de retrouendendo venditur alteri.*
6 *Legis qualitas vbi deficit , deficit legis diſpoſitio.*
7 *Iudaeis non competit ius praelationis in venditione inquilinatus.*
8 *Ius inquilinatus eſt quid iuris.*
9 *Praelatio an competat iudaeis in venditione inquilinatus vigore ſtatuti vrbis lib.* 1.*cap.*110.
10 *Rei appellatio eſt generalis.*
11 *Comunio datur etiam in iuribus.*

ARGVMENTVM.

An Conſtitutio Gregorij xiij. quæ eſt 20. in ordine Bullarij ſuper iure congrui locum habeat inter Hæbreos.

CAP. XVI.

PRo affirmatiua dici poteſt ,
quod cum iſta Conſtitutio ſit
1 lata à Pontifice vt à Principe
temporali, & ad vrbis ornatũ,
ratio videtur cõmunis tam Hebreis, quã
Chriſtianis , vnde ſuccedit regula,quod
vbi militat eadem ratio,eadẽ debet con-
ſtitui, *l. diſpoſitio l. illud ff. ad l. Aquiliã, l. adigere §. quamuis ff. de iurep.* Præterea ,
et ſecũdo quia dicta Cõſtitutio videtur
concordare cum lege Moſaica,ſi quidem
legimus *Leuitici cap.* 25.quod ſi quis poſ-
ſeſſio-

Digitized by Google

ſeſſionem vendiderit, eius propinquus poteſt illam redimere, & idem repetitur *Ioſue cap.4.& Hieremiae cap.32.* Ex qui-
2 bus locis planè intelligimus, ius retractus etiam ex lege Moſaica iudæis conuenire; ideoque abſurdum non eſſe, quod ad eundem ſtatum Principis beneficio reponantur, cum facilis ſit repoſitio ad legem antiquam, *l.lege C. de legit.haered. Anan. in cap.iudaei el.2.ſub. nu.13. uerſ.ex quibus uidetur poſſe de iudaeis.* Et in terminis quod ſtatutum retractus vigore vicinitatis compræhendat etiam iudæos, firmat *Marquar.part.2.cap.2.num.6.* Re tamen diligentius perpenſa in terminis Conſti-
3 tutionis Gregorianæ contrarium reſpondendum arbitror, prout etiam quandoq; in facti contingentia interrogatus reſpondi, hac vna ratione ductus, quod prędicta Conſtitutio, locum habet tantum in rebus ſolis, & ſic in immobilibus, & quæ loco circumſcribuntur, *ut patet in §.6.ibi, at ſi quis domum, fundum, ſolumuè habens, & in §.8.ibi, ſed & cum aliqua domus, ſiue fundus, aut ſolum, & fuit ample reſolutum in Rota in Cauſa Romana retractus 31. Ianuarii 1605. coram olim R.P.D. Iuſto,* vbi hac ratione cenſuerunt
4 Patres in vim huius Conſtitutionis non competere ius retrahendi vtili domino in venditione directi dominii, & iterum *in Romana retrouenditionis 20.Decemb. 1613.corã Illuſtriſſ.D. meo Card. Sacrato,* vbi hac eadem ratione Patres reſponderunt ius retrahendi in vim iſtius Conſtitutionis non habere locum ſi quando pactum de retrouendendo alteri venda-
5 tur. At iudæi in ditione Eccleſiaſtica degentes omnino prohibentur res ſoli, ſeu bona immobilia poſſidere, *ex dicta Conſtitutione Pii Quinti, 7. in Bullario qua incipit, Romanus Pontifex,* ergo Conſtitutio Gregoriana in eis locum habere non poteſt ex reg. quod vbi
6 deficit qualitas à lege requiſita, deficit legis diſpoſitio, *l.ſemper in Ciuitate, ff. de iure immun.l.1.§.præter ait ubi Bart ff. ne quid in flum.publ.cum vulg.* Et ex eadem ratione alias reſpondi in vim Con-
7 ſtitutionis prædictæ non poſſe iudæos prætendere ius prælationis in venditione inquilinatus, quod ipſi vuulgari vocabulo iuriſdictionem ſeu gazaka appellant, ſi quando, illud à Conſorte venderetur, quia, vt proxime dictum eſt conſtitutio prædicta non habet locum in Iuribus, & conſtat inquilinatum eſſe quid iu-
8 ris, & facultatis habitandi, *l.Actilius Regulus ff. de donat.l. habitatores, ff. locati Bald.conſ.234.ſub num.1.verſ. alio modo lib.1.* Crederem tamen prælationem in venditione huius inquilinatus quando fit à conſorte prætendi poſſe vigore Statuti Vrbis *lib.1.cap.*110.cum ſtatututum
9 prędictum latius pateat, quam Conſtitutio Gregoriana, quippe cũ non loquatur de rebus immobilibus, prout loquitur cõſtitutio, ſed ſimpliciter de re, cuius appellatio eſt generalis, *l.1.ff.ſi cert.pet.* & velu-
10 ti talis apta eſt comprehendere, nedum res corporales, ſed etiam iura, & actiones *l. rei appellatione la 2. ff. de verb. ſignif.§.vnic.inſt.de reb.corpor.& incorpor. Doct.in l.1.vbi præſertim Dec.nu.40.& ſeq.in 3.lectur.ff.de reb. credit.* Huic accedit, quod ſtatuentes moti videntur ex cauſa vitandæ diſcordiæ, quę regulariter oriri ſolet inter Cõſortes, quę quidẽ cauſa æque militare videtur in iuribus, ſicuti in rebus corporalibus, cum ẽt in iuribus
11 detur communio, *l. Pomponius, vbi gloſ. & Bal.ff. de rei vendic.* & conſequenter eadem in vtriſque debet eſſe diſpoſitio, *vulg.leg illud ff.ad leg.Aquil.l.adigere, §. quamuis ff. de iurep.l.à Titio in princ. ff. de uerbor. oblig.* Et hanc opinionem probaſſe videtur *Rota in ſæpe allegata Romana prælationis 20. Nouẽbris 1609. coram R.P.D.Ortembergo.* Competit tamen Hębreis ius inquilinatus, de quo infrà dicemus, *in cap.ſequenti.*

SVMMARIVM.

1 *Ius inquilinatus non reperitur diſpoſitum in Pentatecho.*
2 *Interpretationes rabinorum non ſunt attendendæ.*
3 *Ius inquilinatus inter hebreos quid ſit.*
4 *Ius inquilinatus an ſit reſtrictum ad hebreos permanere uolentes in locatione, an uero debeat extendi in locatione do-*

mus

Digitized by Google

mus contigua.
5 *Ius inquilinatus eſt contra ius.*
6 *Ius inquilinatus an competat hebrais poſt batiſmum.*
7 *Ius inquilinatus computatur inter iura.*
8 *Iura quæ non reſpiciunt ritus competunt etiam hebræis poſt baptiſmum.*
9 *Honoris adeptio non aufert ſed confirmat priſtina iura.*

ARGVMENTVM.

De iure inquilinatus inter Hebræos.

ÇAP. XVII.

IVs inquilinatus inter Hebręos,
peculiari quodam eorum vo-
1 cabulo iuriſdictio, ſeu gazaka
nuncupatur, de quo nihil re-
peritur in Pentateucho diſpoſitum, nam
licet Rabbini illud deſumere nitantur *ex
Deutor. cap. 27. ibi maledictus, qui tranſ-
fert terminos proximi ſui*, nihilominus
longe alium eſſe ſenſum illius *text. pro-
bant ibi Nicolaus Liran. & Toſtatus*,
quorum auctoritatem eſſe ſequendam
2 neglectis Rabbinorum Commentis reſ-
pondit in facti contingentia *Rota in Ro-
mana Praelationis* 20. *Nouembris* 1609.
coram R.P.D. Ortembergo. eſt ergo ius
3 quoddam introductum conſuetudine,
cui Rabbinorum extraneæ interpretatio
nes cauſam dederunt, per quod domus
Chriſtiani, in qua iudęus habitat non af-
ficitur aliqua ſeruiture reali, ſed obligat
tantum perſonaliter Hebræos, vt non
poſſint ingredi ad habitandum domum
quam alter Hebręus prius eſt ingreſſus,
quod quidem ius, vſu, ac neceſſitate
exigente fuit confirmatum dęcreto Ca-
meræ Apoſtolicę. Circa hoc ergò ius
inquilinatus, quęritur primo An ſit
4 reſtrictum ad Hebræos permanere
volentes in locatione, an vero debeat
extendi ad volentes præferri in locatio-
ne alterius domus contigue. quęſtio fuit
quandoq; in vrbe inter Hebræos pecu-
niis, & fauoribus pollentes per varia Tri-
bunalia agitata, tandem negotio ad Ro-
tam delato vtraq; parte acerrime infor-
mante, fuit reſolutum tale ius inquilina-
tus, quamuis Cameræ Apoſtolicę decre-
to confirmatum, reſtringi ad Hebræos in
eadem locatione permanere volentes,
nec eſſe extendendum in locatione al-
terius Domus, ità in *d. Romana Prælatio-
nis 20. Nouembris 1609. coram R.P.D.
Ortembergo*. Ratio autem reſolutionis po-
tiſſima fuit, quia ius iſtud inquilinatus
eſt contra ius, nam de iure quilibet po-
5 teſt locare domum ſuam cui vuult, *arg.
l. dudum C. de contrah. emptio, l. falſa C.
commun. rerum alien.* quæ iura licet lo-
quantur in venditione, vindicant tamen
ſibi locum in locatione, cum ab vno va-
leat argumentum ad aliud, *l. 1. ff. de con-
trah. empt. l. Item ſi precum ff. locati*, &
conſequenter non debet extendi, ſed eſt
intra ſuos terminos reſtringendum,
*Rom. conſ. 107. nu. 1. Pariſ. conſ. 82. num.
4. & ſeq. lib. 3. Rol. conſ. 63. num. 6. lib. 1.
cum aliis congeſtis per Tiraquel. de retract.
conſang. in præfato nu. 60.*

Quæritur ſecundo An hebręus bapti-
zatus poſſit vendere ius inquilinatus?
Dubiū facit, quia huiuſmodi ius cōpetit
6 Hebręis vti hebręis, ideoque per conuer-
ſionem ad fidem videtur extingui, *arg.
cap. in nonnullis de Iudeis, & in l. eius qui
ff. ſi cert. pet.* Quo non obſtante contra-
rium, eſt veriſſimum, ius enim inquilina-
tus computatur inter iura, *l. Aquilius Re-
7 gulus ff. de donat. l. habitantes ff. locati
Bald. conſ. 234. ſub num. 1. verſ. alio mo-
do lib. 1.* Iura autem in hebręis quando
non reſpiciunt ritus, competunt etiam
8 poſt baptiſmum, vt notat eleganter *Abb.
in cap. primo nu. 2. de iudæis*, quibus facit,
quod per aſcenſum ad maiorem ſtatum,
& dignitatem non cenſentur ablata ſed
9 magis confirmata priſtina iura *l. 3. C. de
Silentiar. lib. 12.* & ſic in facti contingen
tia quandoque reſpondi, & obtinui pro
pupillis quibuſdam hebræis ad fidem
conuerſis.

SVMMARIVM.

1 *Ritus iudeorum, qui tendunt in opprobrium fidei non ſunt ferendi.*
2 *Opprobria Chriſti diſſimulare nō debemus.*

3 Inſi-

Digitized by Google

3 *Infideles ferendi non ſunt vt in die paſſionis ornatius incedant.*
4 *Lex ritualis non eſt attendenda quando eſt contraria legi primitiuæ iudæorum.*
5 *Lex Ciuilis non obligat iudæos in eorum ritibus, declara vt num. 16. & 17.*
6 *Matrimonii contractus pertinet ad ritum.*
7 *In matrimoniis contrahendis inter hebræos quae lex ſeruetur.*
8 *Patruus inter hebræos ducit neptem ex fratre in vxorem.*
9 *Filii duorum fratrum vel ſororum inter hebræos contrahunt matrimonium.*
10 *Compar inter hebræos contrahit cum commatre.*
11 *Libellus repudii datur inter hebræos.*
12 *Iudæus facto repudio tranſit ad ſecunda vota.*
13 *Repudiatio inter hebræos fit coram eorum ſacerdote, non coram Epiſcopo.*
14 *Præſtatio iuramenti eſt de ritualibus.*
15 *Circa modum præſtandi iuramentum inter iudæos eſt obſeruanda lex Moſaica.*

ARGVMENTVM.

An quando diſpoſitio legis ciuilis, vel Canonicæ pugnat cum lege rituali iudæorum, ſit inter iudæos in concernentibus ritus, & cerimonias, ſeruanda lex ciuilis, vel Canonica, An vero lex ritualis.

CAP. XVIII.

1 TRes ſunt diſtinguendi caſus; Primus quando ritus iudæorum tendunt in opprobrium Chriſtianæ fidei, & tunc ſiue adſit, ſiue non adſit lex ciuilis, aut Canonica pugnans cum lege rituali non ſunt ferendi iudæi in talibus ritibus *text. in cap. in nonnullis* §. *in diebus autem, & cap. quia ſuper his, vbi Doctor. de Iudæis, & in cap. quanto* §. *ſi enim, & cap. gaudemus* §. *qui autem de diuort. Clem. Vnica eod. tit. iudæos C. de iudæis Bald. conſ. 316. verſic. 8. lib. 1. Brun. in tract. ſtantibus maſcul. art. 6. num. 60. verſic. item iudæi, Marant. in ſpecul. par. 3. verſic. iudicii tela num. 60.* Ratio eſt,
2 quia illius opprobrium diſſimulare non debemus; qui probra noſtra deleuit, *d. cap. in nonnullis* §. *illud autem de iudæis.*

Item quia nobis fidelibus eſſet verendum, ne Diuinam indignationem incurreremus ſi ea perpetrari pateremur, quæ fidei noſtræ confuſionem inducunt, cap.
3 & ſi iudæos, de iudæis. Qua ratione ferendi non ſunt, vt in diebus lamentationis, & Dominicæ paſſionis, ornatius incedant, autem aliter Chriſtianis, lamentationis ſigna exhibentibus, illudant; *d. cap. in nonnullis* §. *in diebus*, Et pari ratione ferendi non ſunt, infideles vt Maumethi, vel alterius infidelis nomen Chriſtianis audientibus extollant, & verba in illius honorem publicè profiteantur, *d. Clem. Vnica de iudæis.*

Secundus eſt caſus, quando ritus non tendunt in contemptum Chriſtia-
4 næ fidei, ſed obuiant primitiuæ legi iudæorum, & tunc non eſt attendenda lex ritualis, ſed lex noſtra, *ita Bald. conſ. 428. ſub nu. 5. verſic. niſi iſta conſuetudo lib. 5.*

Tertius eſt Caſus, quando ritus neq; tendunt in contemptum fidei Chriſtianæ, neq; obuiant primitiuæ legi, & tunc leges noſtræ ſiue ciuiles, ſiue Canonicæ
5 non obligant iudæos in his, quæ tendunt contra eorum ritus & ceremonias, *vt eſt text. in d. l. ſpadonem* §. *iam autem ff. de excuſat. tut. & in l. 3.* §. *eis qui, ff. de decur. in illis enim Eccleſia conſueuit iudæos tolerare, cap. qui ſincera 45. diſt. cap. ſicut iudæi, de iudæis, ibique Abb. & reliqui l. die Sabbati, & l. iudæos C. eod. tit. l. circumcidere ff. ad l. Cornel. de Sicar. Bal. conſ. 428. num. 5 lib. 5. & conſil. 316. ad fin. verſic. ſi ergo iudæus lib. 1. Pariſ. conſ. 2. lib. 4 Natt. conſil. 621. num. 8. port. imol. conſil. 4. num. 5. Bero. conſil. 28. nu. 10 & 72. lib. 3. Puratt. conſ. 152. nu. 57. lib. 2. Brun. in tract. ſtantibus maſculis art. 6. ſub nu. 57.*

Vnde deducitur primo quod licet de iure ciuili ſit ſtatutum, vt nemo iudæo-
rum

ium iuxta legem ſuam nuptias ſortiatur
l. nemo C. de iudaeis, tamen quia contra-
ctus matrimonii pertinet ad ritum, Bald.
d. conſ. 428. ſub num. 5. verſic. cum quan-
6 tum eſt in matrimoniis lib. 5. Merito licet
de iure ciuili ſit cautum, vt iudæi de-
beant contrahere matrimonium ſecun-
dum ritum noſtrum, vt in l. nemo iudæo-
rum C. de iudæis, nihilominus quia in ri-
tibus tolerantur, in illo contrahendo in-
7 ter Hebræos ſeruatur lex Moſaica, cap.
fin. qui filii ſint legit. cap. fin. de diuort. c.
de infidelibus de conſang. & affinit, Ar-
chid. in cap. peruenit 30. q. 1. Alber. in rubr.
C. de iudæis in princ. floria. in l. 4. ff. de his
qui ſunt ſui vel alieni iuris, Alex. conſ. 6.
ſub n. 7. verſic. Corroborantur, lib. 6. Barb.
conſ. 13. lib. 4. felin. in cap. ad hæc el 2. de
iudaeis, Marquar. in tract. de Iudaeis par.
2. cap. 4. num. 9. Brun. in tract. ſtantibus
marcul. art. 6. ſub num. 57. verſ. ad hoc fa-
cit Natt. d. conſil. 621. ante num. 8. lib. 3.
Dec. in l. conditioni in 2. notab. C. de inſtit.
& ſubſt. Maranta in ſpecul. par 3. nu. 58.
Clar. in §. Inceſtus num. 12. quicquid in
contrarium ſcriptum reliquerint Petrus de
Bellapert. & Cin. in l. in celebrandis C. de
nupt. Salic. & fulgoſ. in d. l. nemo C. de iu-
daeis. Hinc inter eos Patruus ducit in
8 vxorem neptem ex fratre, & ex ſorore,
Hoſtien. in ſummma tit. de Iudaeis §. In
quibus tolerentur verſ. Item permittitur
Felin. Florian. & Barbat. locis ante cit.
Item, & filij duorum fratrum, vel ſoro-
9 rum contrahunt intereſſe Io. Andr. in
cap. litteras de reſt. ſpol. Marq loco cit. Nec
non, & Compar contrahit cum Comma
tre, Archid. in d. c. peruenit circa med. verſ.
10 in ea gloſ. ibi 30. q. 1. Alber. in d. rubr. de
iudæis, Barbat. loco cit. Dant etiam inter
11 ſe iudæi libellum repudii, Io. Andr. in c.
de infidelibus num. 5. de conſang. & affin.
ibiq; Cad. nu. 4. Anchar. nu. 4. Butr. nu. 9.
Abb. nu. 6. Alex. de Neuo nu. x. Praepos.
nu. 5. verſ. Item nota, Bald. conſ. 428. per
tot. lib. 5. quod reperitur duplicatum inter
conſil. flor. conſil. 18. Alex. conſ. 72. nu.
2. lib. 2. Sot. in 4. ſent. diſt. 33. q. 2. art. 2.
concl. 2. Sanchez de matr. lib. 5. q. 12. nu.
1. & 2. Tiraq. de primog. q. 66. ſub. num.
25. Adeo quod valet matrimonium con-
tractum inter iudæos, pacto expreſſo, vt
liceat dare libellum repudii, nec tale pa-
ctum inter eos vitiat matrimonium, vt
contra Gloſam tenet Abb. in cap. de infi-
delibus num. 6. de conſang. & affinit.

Quinimo ſubdit Bal. loco cit. poſſe iu-
dæum impune facto repudio tranſire ad
12 ſecunda vota, & ipſum ſequuntur Mar-
quar. part. 2. cap. 4. num. 10. Natt. d. conſ.
621. ante num. 8. Tiraq. d. q. 66. num. 25.
13 Et cum iſta repudiatio ſit de concer-
nentibus ritus, merito fieri debet coram
Sacerdote iudæorum, non autem coram
Epiſcopo, vt eleganter probat Bald. d.
conſ. 428. num. 4. lib. 5. vbi ita explicat di
cta per innoc. in cap. gaudemus in gloſ. de
diuort.

14 Deducitur ſecundo quod cum præſta
tio iuramenti ſit de ritualibus, ideo circa
modum præſtandi inter iudeos eſt ſer-
uanda lex Moſaica, Speculi tit. de iura-
15 mento calumnia §. reſtat. columna fin.
verſic. ſed pone iudeus, Maranta in ſpe-
cul. part. 3. n. 50. quem ſequitur Mandoſ.
ad Rom. conſ. 155. in fine verſic. tu vero
conſidera. Hæc ſecunda deductio.

Declaratur primo, vt procedat quan-
do quæſtio eſt principaliter ſuper ritu,
quando vero eſt incidenter, tunc licet
debeat iudicari ſecundum legem Moſai-
cam, tamē iudicium eſt noſtrorum Iudi
16 cum vt in caſu, de quo per Bald. d. conſ.
428. ſub. num. 5. verſic. niſi aliae cauſae in
ciderentur lib. 5.

Declaratur ſecundo, vt quando ſu-
per intellectu legis Moſaicę diſcordat
interpretatio Doctorum Chriſtianorū,
17 & Rabbinorum, ſit attendenda interpre-
tatio Chriſtianorum, Rota in d. Romana
Praelationis 20. Nouembris 1609. coram
R. P. D. Ortembergo.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio cap. 1. de uſuris lib. 6. an habeat locum inter hebraeos, & nu. 8.*

2 *Vſurae ita ſunt prohibitae hebraeis ſicuti chriſtianis.*

3 *Perſonae quas nectit paritas aequitatis non ſunt in diſpoſitione iuris ſeparandae.*

4 *Eccle-*

4 *Eccleſia diuerſimode tolleras vſuras in iu-
daeis, & in Chriſtianis.*
5 *Papa non poteſt diſpenſare, ut Chriſtiani
exerceans uſuras.*
7 *Vbi uiges duplex ratio una ceſſante, ſi re-
manet alsera, remanet iuris diſpoſisio.*
9 *Impedimentum ubi eſt duplex uno relaxa-
so non intelligitur relaxatum aliud.*
10 *Princeps ſecularis an poſſit concedere iu-
daeis licensiam fenerandi.*

ARGVMENTVM.

An diſpoſitio Cap. primi de vſur. lib. 6. comprehendat etiam Hebræos.

CAP. XIX.

AFfirmatiuam opinionem ante
omnes probauit *antiquus Do-*
1 *ctor Laurentius de Rodupbis in
cap. conſuluit q. 176. de vſur.
qui ſubdit ita fuiſſe conſultum in Ciuitate
Florentiae, Gemin. in d. cap. 1. §. fin. nu. 6.
verſic. vbi dubitari, de vſur. lib. 6. Alex.
conſil. 75. ſub num. 8. lib. 5. Felin. in cap.
quia col. fin. Verſ. & quia iſta ratio, de iu-
daeis, Dec. in cap. 1. ſub num. 90. verſic.
Sed prædictis non obſtantibus, de probas. &
in l. 1. ſub num 13. ad fin. & num. 14. C.
de eden. Rol. conſ. 35. nu. 44. li. 2.* Cuius
opinionis hoc vnum eſt fundamntum,
quod ſecundum veram, & receptam opi-
2 nionem, vſuræ æque ſunt prohibitæ He-
bræis, & Chriſtianis, vt probat *teſt. ubi
plenè Doctor. in cap. poſt miſerabilem, de
uſur.* At diſpoſitio *d. cap. primi* principa-
liter intendit auferre commoditatem
fœnerãdi, vt patet *ibi, quo minor fœnera-
toribus aderit foenerandi commoditas, eo
magis adimetur fœnus exercendi libertas,*
3 Ergo ita habebit locum in iudæis, ſicuti
in Chriſtianis, quia perſonæ, quas nectit
paritas equitatis, & identitas rationis
non ſunt quò ad iuris diſpoſitionem ſe-
parandæ, ſed æqualiter ſub illa diſpoſi-
tione includendæ, *l. illud ff. ad l. Aquil.
l. 1. §. interdum, ff. de fonte, l. ſi poſtulauerit
§. ratio ff. ad l. Iulia. de adult. latiſſime
Fran. Venereus in tract. de fænore Iud. lib.
2. art. 1. vſque ad 4.* Sed hoc argumen-
tum in quo totum fere huius opinionis
fundamentum conſiſtit, facili negocio
remouetur; fateor enim vſuras æque iu-
dęis, & Chriſtianis eſſe prohibitas iure Di
uino, ſed Eccleſia diuerſimode eas fert
4 in vno, & in alio populo: ſi quidem in
Chriſtianis eas omnino improbat, &
reiicit, *cap. 1. & toto tit. de vſur.* vſque
5 adeo vt nec ex ſummi Pontificis priui-
legio, aut diſpenſatione fieri poſſit, vt
Chriſtianis liceat foenus exercere, *Iaſ. in
repet. l. cunctos populos num. 35. C. de ſum.
Trin. & fid. Cathol. Alciat. Pererg. lib.
6. cap. 20. in fin. Menoch. lib. 2. praeſ. 10.
num. 46.* In hebræis vero eas tolerat, ve-
luti in perſonis, de quibus nihil ad nos,
non ſecus ac tolerantur in Ciuitatibus
lupanaria ad maiora mala vitanda, vt
poſt alios latè probat *Franc. Venereus lo-
co cit lib. 2. cap. 21.* Non ergo bene ſequi-
tur argumentum, vſuræ ſunt in vtroque
Populo æque prohibitę, ergo d. diſpo-
ſitio æqualiter habet locum in omnibus
tum quia ex prædictis patet nullam
adeſſe, neque æquitatis, neque rationis
paritatem, tum etiam multo magis, quia
nemo eſt ex ijs, qui Chriſtianam Religio
nem profitẽtur, qui inficietur hebręis ex
nouo teſtamento obſoletas iam ceremo-
nias, & antiquos ritus prohiberi, & ta-
men Eccleſia eas ad huc patienter tole-
rat, *cap. 1. cap. iudei, & toto tit. extr. de iu-*
6 *daeis.* Quare contrariam opinionem in
facti contingentia probauit *Flor. de ſan-
cto Petro in l. fi. C. de iudeis, quem ſequitur
Alex. in hoc parũ ſibi conſtãs conſ. 6. n. 10.
lib. 6. Barb. conſ. 16. n. 17. lib. 4. Socc. conſ.
72. circa med. lib. 1.* Argumenta autem
quibus ducũtur ſunt duo, Primum, quod
mens illius Conſtitutionis tota videtur,
vt velit prouidere animabus mutuan-
tium; *vt patet ex illis verbis, vſurarum
voragini, quæ animas deuorat, & faculta-
tes,* quæ quidem verba tanquam poſi-
ta in prohemio demonſtrant rationem
finalem, *l. fin. ff. de hæred. inſt.* At huiuſmo
di ratio non poteſt habere locum in he-
bræis, de quibus nihil ad nos, *cap. gaude-
mus, de diuort. cap. qui ſincera 45. diſt.* er-

go. His accedit, ꝙ Pōtifex per totā illā Cō
ſtitutionē infligit poenā excōicationis,
cuius nō ſūt capaces iudæi, *c. et ſi iudaeos,*
& c. poſtulaſti, et c. ad hæc de iudaeis. Sed
hæc Argumēta facili negotio poſsūt tol-
li; Nō. n. obſtat Primū; quia mēs Conſtitu
tionis nō ſolū eſt cōſulere animabus mu-
tuantiū, ſed ēt facultatibus eorū, qui mu-
tuū accipiūt, vt ſatis indicant verba illa,
quæ animas deuorat, & facultates, & ideo
quāuis in iudæis ceſſet vna ratio, tñ rema
j net alrera, quæ operatur, vt remaneat ea-
dē diſpoſitio §. *affinitatis Inſt. de nupt.*
Minus obſtat ſm̄, quia, ſi recte illa cōſtitu
tio intueatur, poena excōis non fertur in
hebręis, ſed in chriſtianis locantibus do
mos ad foenerandū, & propterea dici nō
poteſt, quod poena nō congruit hebræis.
Præterea quatenus diceremus pænam il-
lam ferri in Hebræos, tamen reſpectu he-
bręorum excommunicatio non operare-
tur niſi tantū priuationem ab hominum
cōmercio, *c. & ſi iudaeos extra de Iudaeis,*
& ſic excommunicationem per indire-
ctum *gloſ. in clem. 1. verb. cenſura de vſur.*

Quare crederē hanc litē poſſe foedere
cōciliationis cōplanari, vt ſi quidē verſe-
mur in partibus, in quibus iudæi ex ſpe-
8 cifica Principis permiſſione recepti ſint, ī
illis quidē nō vēdicet ſibi locū diſpoſitio
d. c. 1. quia ſi eos princeps in ciuitate ad-
mittit, vtiq; per neceſſariū antecedēs per
miſsū videtur ſubditis, eis domos locare
ēt ad foenus exercēdū, ad exēplū Sinago
garū, & aliorū rituū, quæ eis tolerātur *c. 1.*
et c. iudæi, de iudæis, l. die Sabbati C. eod. tit.

Si vero loquamur de iudæis alienige-
nis, qui quamuis in Ciuitate aliqua de
cauſa verſētur, tñ adhuc ibi à principe nō
ſunt admiſſi ſpecialiter, & in tali quidem
caſu crederē ſine dubio diſpoſitionē *d. c.*
1. habere locū ēt in locantibus domos he
bręis, ex rationibus adductis in ſolutione
argumētorū huius vltimæ opinionis. Hęc
diſtinctio ex verbis eiuſdē textus mihi
aperte probatur in illis verbis, alienige-
nas, & alios nō oriundos &c. quæ liquido
demōſtrant Summū Pōtificē nō loqui, ni
ſi de Aduenis, & exteris, nō autē de oriū
dis vel de receptis. Et ſi fortaſſe quiſpiam
obiiciat, quod poſtquam permittitur he-
bræis in Ciuitate diuerſari, deberent illis
per neceſſariū antecedēs omnia illa, quæ
cōceduntur hebræis *d. c. 1. et c. iudæi, de iu*
daeis; Reſpōdeo hebręis nōdū formaliter
receptis, ſed quibus mercimonii, vel ne-
gotii cauſa permittitur diuerſari in Ciui-
tate, cōcedi quidē illa quæ reſpiciūt com
merciū, & cōuerſationē, veluti quia poſsūt
mercari, & impune cōuerſari, nō tñ cōce-
dūtur illa quæ reſpiciūt eorum cęremo-
nias, quia recipiūtur tanquam aduenæ,
& peregrini, nō tanquam ciues, vnde non
poteſt hebræus in loca in quo alii iudæi
nō eſſent recepti, erigere ſinagogam, quia
ex permiſſione, quod poſsēt commorari;
nō vidētur ēt admiſſi ritus publici, & ce-
rimoniæ *arg. tex. in l. 2 pen. et fin. C. de iu-*
daeis, et Cæli col. & facit ꝙ quando iudæi
prohibētur à principe in eius ditione con
9 uerſari tūc in eis duplex cōcurrit impedi-
mentū, Alteiū, vt nequeant diuerſari, alte
rū vero, vt nō poſſit eorū ritus celebrare,
quo fit vt quando per indulgentiam rela
xatur primū impedimentū, non cenſetur
remiſſum ſecundū, *c. paſtoralis vbi gloſ. de*
10 *priuil. c. ex tuarum et tuarum de auctor.*
& vſupall. Gem. conſ. 33. nu. 3. An autem
princeps ſecularis poſſit cōcedere iudęis
facultatē foenerandi conſulas in facti cō
tingētia *Theſ. dec. 57. Alex. de Neuo conſ.*
100. et nos latius Deo dāte alibi dicemus.

S V M M A R I V M.

1 *Iudaei interſe litigātes, aequaliter iudicātur.*
2 *Lex reſpicit iudaeos interſe litigantes aequa liter.*
3 *Iudaeus litigans cum chriſtiano, an debeat iudicari ſecūdū rigorem, vel aequitatē.*
4 *Aequitas vbi reſpicit merita cauſae complectitur etiam iudaeos.*
5 *Aequitas reſpiciens perſonam, ſi ſit in iure ſcripta ſeruatur etiam inter iudaeos.*
6 *Aequitas eſt lex naturalē rationē ſequens.*
7 *Aequitas ſcripta habetur pro iure cōmuni.*
8 *Aequitas ad fauorem hebraei ſi concurrat cum rigore ſcripto ad fauorem chriſtiani, rigor praefertur.*
9 *Maritus non poteſt ab vxore conueniri niſi in quantum facere poteſt, limita niſi maritus ſit iudaeus, & vxor chriſtiana.*
10 *Priuilegia perſonalia nō praeſumuntur per leges indulta perſonis cōſtitutis extra eccleſiam.*
11 *Iudaeus litigans poteſt recuſare iudicē ſuſpectum.*

12 *Praeſcriptio an procedat de rigore, vel aequitate.*
13 *Iudaeus praeſcribit rem chriſtiani.*
14 *Praeſcribi nō poteſt res eccleſię ab Infideli.*
15 *Iudaeus ex capite laeſionis reſtituitur.*
16 *Mora purgatur per Iudaeum.* (*norũ.*
17 *Iudaeus pauper admittitur ad ceſſionē bo.*
18 *Iudaeus gaudet benefic. auth. hocniſi, C. deſolut.*
19 *Terminus triginta dierum dilationis ad ſoluendum, competit etiam iudæo.*
20 *Iudæus delinquens tenetur pæna ſtatuti.*

ARGVMENTVM.

An iudęi ſint iudicandi ſecundum rigorem, vel æquitatem iuris.

CAP. XX.

SI cauſa ventilatur inter plures iudæos, concordãt omnes eos
1 eſſe iudicandos ſecundum diſ poſitionem iuris communis, eo modo quo ſeruatur inter plures chriſtianos ſimul litigantes, ſiue diſpoſitio nitatur in rigore, ſiue in ęquitate, ita poſt alios concludit *Aym.conſ.73.n.25.Maſc. de probat.cōcl.944.n.9.* Ratio alia nō eſt,
2 niſi quia legis diſpoſitio reſpicit iudęos ęqualiter, & inter eos nullam facit differẽtiã, *l.nemo exterus, et l.ſi qua inter chriſtianos, C.de iudæis, Bart. in l. generaliter §. fin.ff.de iur. Anan.in c.cũ ſit.C.eod. Natt.*
3 *conſ.621.n.11.* Si vero cauſa vẽtilatur inter iudęũ, & chriſtianũ, ardua eſt, plenaq; diſſenſionis cōcertatio. Nã quod ſint iudicandi ſecundum rigorẽ cenſuit *gloſ. in c.2.verb.ſeueritate de iudæis, ibiq;* Socc.in *fine; Archid.in c.Pagani 2.q.7.Iaſ.in l.et ſi poſt tres in 2.not.ff.ſi quis caut.& in l.ſi inſulā in 2.notab.ff de verb.obl.Io.à Sãcto Blaſ.in l.bonæ fidei C.de iureiur. Corſet.in c. interpoſita, §.ſane, poſt princ. de appell. Socc.conſ.62.n.17.li.1.* Cōtrariam opinionẽ, quod vbicũq; viget æquitas, illa ſit ſeruanda tã inter iudæos, quã ẽt inter chriſtianos, tenent *Fel.in d.c.2.n.5.de iudæis, Rol.conſ.35.n.53.li.2.Foller.in Conſt.Regni tit.de iudæis à n.15. vſq; ad n. 22.Tiraq.de primog.q.06.n.7.Natta conſ.620. per tot.et præſertim n.17. &* hanc quãuis ſub dubio probare videtur *Aym.conſ.73. ſub n.25.* Sũt qui diſſidentes Doctorũ opiniones nitãtur fœdere diſtinctionis complanare, nẽpe, vt ſi loquamur de ęquitate nō ſcripta, procedat prior opinio, Si vero loquamur de æquitate ſcripta, tũc potior ſit opinio ſecũda, ita cōcordare nituntur *Ripa in d.l.ſi inſulam, n.10.ff.de verb.obl. quē ſequitur, Marq de iudæis par. 2. c.5. ſub n.7.Laderch cōſ.97. n.4.* Ego pro reſolutione tres arbitror diſtinguẽdos caſus.

Primus, vbi æquitas reſpicit merita, ſeu qualitatẽ negotii, & tũc ſiue ſit, ſiue non ſit ſcripta, eſt iudicandum ſecundum
4 æquitatem, nã vbi æquitas eſt talis, ab ea nō receditur, ex qualitate perſonæ, in quã illa confertur, nō obſtante quod perſona ſit extra Eccleſiæ gremiũ conſtituta, *vt eſt teſt.inſignis in c.cũ inter §.inquiſitioni, verſ.vnde in talibus de except.* vbi ẽt ſubditur ratio, nempe quia in tali caſu, nō inſpicitur fauor perſonæ, ſed iudicantis.

5 Secũdus eſt caſus, quãdo æquitas reſpicit perſonã, ſed eſt æquitas in iure ſcripta, & tunc regulariter iudæi debent iudicari ſcđm ęquitatẽ in iure ſcriptam, quia cũ ęquitas in iure ſcripta, nihil aliud ſit, quã
6 lex naturalem rationẽ ſequens, *Bal.in l. oēs populi, n.19.ff.de iuſt.& iur.Dec.cōſ. 36.n.41.lib.1.* habetur pro iure cōi quo iudæi vtũtur, *l.iudæi, C.de iudæis, Rol. cōſ. 35.nu.52 lib. 2. Surd. de alimentis tit. 2. q.15.n.75. Rota in Rom. alimentorũ 11. Ianuarii 1621.corã R.P.D. Manzanedo.*

8 Limitatur iſte caſus, ne procedat quãdo ſimul cum ęquitate ſcripta ad fauorẽ Hebręi, cōcurret rigor ſcriptus, qui aſſiſteret Chriſtiano, tũc.n.eſſent iudæi iudicãdi ſecundũ rigorẽ, *vt in caſu, c. 2. in fine*
9 *de iudæis*; Vnde licet de ęquitate ſcripta vir non poſſit conueniri ab vxore, niſi in quantum facere poteſt, *l.maritũ ff. ſoluto matr.* hoc tamẽ nō procedit, quãdo maritus eſt iudæus, & mulier eſt effecta chriſtiana, quia tunc æquitas cōcurrit cũ rigore ſcripto, ꝙ aſſiſtit Chriſtianæ, *Bald. nouell.de dote par.11.nu.4.5.verſ. & idẽ.*

Tertius eſt Caſus, quando ęquitas reſpicit perſonã, & non eſt in iure ſcripta, & tunc crederem iudęos nō eſſe iudicãdos ſecundum ęquitatem, ſed ſecundum iuris rigorẽ. Moueor, quia vbi æquitas non eſt ſcripta, neq; cohęret negotio tunc remanet ſimplex priuilegiũ perſonale *arg. l.*
10 *1.ff.de conſt.Princ.* & comperti iuris eſt,

men-

mentem legis non eſſe priuilegia ſua
communicare perſonis extra Eccleſię
gremium conſtitutis , l. generaliter C. de
Epiſc.et cler.l. 1 .cum auth.ſeq.C.de haret.
§.nos volentes Auth.de priuileg. dot. Ex
hac caſuum diſtinctione .
11 Deducitur primo, quod cum æquitas
non patiatur,vt quis cogatur coram ſuſ-
pecto iudice litigare,l.Iulianus 17.ff.de
iudic.merito etiam iudæus poteſt recuſa
re iudicem ſuſpectum,cum talis ęquitas
reſpiciat merita negotii , d.cap.cum in-
ter,§.inquiſitioni de except.
12 Deducitur ſecundo , quod ſiue dica-
mus pręſcriptionem eſſe introductam
de rigore iuris contra æquitatem natu-
ralem, vt tenuit gloſ. in c.cum ius gene-
rale.1.diſt.Azor.in ſumm.C.pro empt.col.
1.Bald.in l.Ancill. num. 11. C.de furt.
Angel.& Alex.in §.poſſeſſio quoq;§.&
ſi poſſeſſio,ff.de acquir.poſſ.Natt.cōſ. 620.
num.7.ſiuè,quod verius credo,ſit intro
ducta naturali ęquitate ſuggerente.pro
pter bonum publicum,vt ſit aliquando
litium finis, & ne dominia vagentur in
incerto,vt cenſuerunt,Io.Andr.Anchar.
& Franch.in cap.poſſeſſor.de regul.iur. li.
6.Abb.& Fel.in rubr. de præſcript.par.
1.q.5.Couar.in d. c. poſſeſſor par.3.nu.1.
Vaſq.illuſtr.quæſt.cap.51.ſemper verum
13 erit quod cum ius commune approbet
præſcriptionem, poteſt etiam iudęus
pręſcribere rem Chriſtiani gloſ. in c.por.
ro verb.In cauſa , & ibi Archid. 16. q. 3.
Rom.conſ.489.num. 3.& ſing. 80. quod
incipit,Si iudæus,et iterum gloſ.in l.ſi fur.
§.1.verb.vſucapere,& ibi Imol.ff.de vſu.
cap. Aret. in l. multum intereſt in fine ff.
de verb.oblig.Cepoll.conſ.75. n... Iaſ. in
rubr. ff. de iuſt.& iur. num. 10.Ripa in
l.ſi inſulam n.10. verſic facit ſecundum,
Felin.ff.de verb.oblig.Balb.de præſcript.
par.1.q.5.principali in fine.Felin.in cap.
2.num.5.verſic.præterea poteſt de iudæis,
Tiraq.de primog.q.66.nu.6. Marquard.
de iudæis,par.2.cap.2.num.3.Natt.conſ.
14 620. num. 7. Hæc ſecunda deductio
declaratur , ne procedat in re Ec-
cleſiæ, nam eam iudæus vel aliter infide
lis præſcribere non poteſt,gloſſ.per illum
teſt.in d.cap.porro 16.q.3. verb. in cauſa
Roman.d.conſil.489.nu.3.
15 Deducitur tertio, quod cum reſtitu-
tio ex capite lęſionis detur de æquitate
ſcripta , vt in l. 1.ff.de minor. Quod iu-
dæus minor ex capite læſionis reſtitui
tur in integrū,ſicuti reſtituitur chriſtia-
nus, Corn.conſil.260.in fine lib.3.Crau.
conſ. 73. num. 26.verſic.alibi ſcribit,Ti-
raq.loco cit.nu.8.
16 Deducitur quarto , quod cum pur-
gatio moræ admittatur de æquitate ſcri
pta,in l.ſi ſeruum,§.ſequitur. ff. de verb.
oblig.Iudæus admittitur ad moræ purga
tionem,Felin.in d.cap.2.ſub num. 5. Ti-
raq.loc.cit.nu.7.verſic.Et ex hac, Ripa
in d.l.ſi inſulam,num.11.ff.de verb. obl.
ibique Crott.nu... Natta conſil.620.nu.
19.Rota in d. Romana alimentorum co.
ram R.P.D. Manzanedo .
17 Deducitur quinto,quod cum pauper
debitor ad euitandas carceres admitta-
tur ad bonorum ceſſionem ex ęquitate
ſcripta, in l. 1. C. qui bonis cedere poſſint ,
quod etiam iudæus admittitur ad bono-
rum ceſſionem , vt ample probat Natta
conſil. 620. per integram conſultationem
Rota in d. Romana alimentorum cui ſuf.
fragatur quo ſcribit Bald. in l. vlt. poſt
princ. C.eod. tit. qui bonis cedere poſſint .
18 Et pari ratione deducitur 6. iudæum
gaudere remedio,Auth. hoc niſi C.de ſo.
lut.cum & illa in æquitate ſcripta fun-
detur;Theſaur.dec.158.Surd.dec.30.
19 Deducitur ſeptimo, quod cum facul.
tas ſuſcipiendi terminum triginta die.
rum procedat ex æquitate ſcripta,in con.
ſtitutione reformatoria Pii V. vt Rota reſ-
pondit in Romana Saluiani 28. Nouem.
bris 1611.& 17. Februari 1612. coram
Illuſtriſſimo D.meo Cardin.Sacrato,quæ
eſt deciſ. 376.par. 2. tom.1.in recentior ;
quod terminus prædictus concedi po.
teſt etiam iudæo , & ſic in dies in Vrbe
in Tribunali A. Cameræ practicatur .
20 Deducitur Octauo, quod ſtante
ſtatuto , per quod pro crimine admiſſo
modificatur pæna impoſita de iure com
muni , ſi iudæus delinquat,debet puniri
pæna Statuti;non autem pæna impoſita
de iure, vt late probat Roland.d.conſ.35.
lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & ſumptus litis debentur iudaeo pauperi litiganti cum Chriſtiano ad vniuerſitatem bonorum. extende vt n. 3. & 4. limita vt num. 5.*
2 *Alimenta pauperi litiganti ad vniuerſitatem bonorum debentur de iure.*
3 *Surd. de alimentis tit. 2. queſt. 20. num. 6. & 9. reprobatur.*
4 *Iudaeo paupero litigantium cum fiſco, debentur alimenta.*
5 *In decernendis alimentis perpēduntur fructus rei ad quam agitur.*
6 *Iudaeo pauperi agenti actione perſonali non debentur neque ſumptus, neque alimenta.*
7 *Iudaeo pauperi carcerato ad inſtantiam Chriſtiani, an debeantur alimenta.*
8 *Facultates conceſſe Viſitatoribus carcerũ, non comprahendunt iudaeos.*
9 *Alimenta pauperi carcerato debentur ex diſpoſitione iuris.*
10 *Iuris diſpoſitio eſt equaliter ſeruanda inter chriſtianos, & iudaeos, niſi aliter reperiatur expreſſum.*
11 *Iudaeus admititur ad morae purgationem, & ceſſionem bonorum, & ad alia.*
12 *Conſuetudo chriſtianorum habet locum etiam in iudaeis.*

ARGVMENTVM.

Iudæo pauperi litiganti cum Chriſtiano an debeantur alimenta.

CAP. XXI.

NE contingat errore labi ttes ſunt conſiderandi caſus; Primus, quando iudæus agit contra Chriſtianum, & lis eſt ſuper omnibus bonis, ſiue ſuper maiore
1 parte bonorum, & tunc concurrente paupertate, & præſumptione boni iuris, debentur illi non ſolum alimenta, ſed etiam ſumptus litis. Moueor primo, quia alimenta, & ſumptus in tali caſu debentur ex mera, & ſimplici diſpoſitione iuris communis, quę com
2 pręhendit etiam iudæos, *l. iudaei*, C. *eod. tit. cum aliis late congeſtis ſupra eod. lib. cap.* 14. Quod procedat ex ſimplici iuris diſpoſitione probatur *in l. fin.* C. *de ord. cogn. & in l. ſi inſtituta ff. de in officioſo teſtamento* quorum diſpoſitio non fundatur in qualitate perſonę, cui ſumptus, & alimenta præſtantur, ſed quia ſtante præſumptione Iuſtitię, decernuntur tanquam ex proprio patrimonio, vt poſt alios quos late refert, declarat *Surd. de alimentis tit. 2. quaeſt.* 120. *ſub nu. 6. &* 9. quibus adduntur *Felin. in cap. ſi qui teſtium num. 9. de teſtib. Molin. de primog. lib. 2. cap. 16. num. 30. Milaneſ. dec. 56. num. 3. et 47. Decian. reſponſo 66. num. 2. lib. 2 Cephal. conſ. 127. num. 10. Riminald. iun. conſ. 255. num. 2. lib. 3. Affl. dec. 10. num 2. Creſcent. deciſ. 8. de iudic. Verall. deciſ. 20. num. 2. lib. 1. Seraph. dec. 1098. num. 2. Roza dec. 748. num. 1. & ſeq. par. 2. tom. 2. in recentior; vbi vide quae requirantur ad inducendam praeſumptionem boni iuris.* Et quatenus diceremus in tali caſu deberi ex æquitate, adhuc quia æquitas eſt ſcripta, & reſpicit merita cauſę illa quidē procedit etiam in Hebræis ex late traditis in proxime præcedenti capite. Et hæc concluſio extenditur, vt procedat, ſiue agatur ad vniuerſitatem bonorum, ſiue ad
3 res particulares, quia nihilominus concurrentibus paupertate, & præſumptione iuſtitię, debentur alimenta, & ſum-
4 ptus litis, *vt reprobato Surd. loc. cit. reſpondit Rot. d. dec. 748. nu.* 5. Extenditur ſecundo, vt procedat, etiamſi iudæus litigaret cum fiſco *ex traditis per Surd. loc. cit. num.* 15. Eadem Concluſio.

Limitatur, ne procedat quando res, ad quam hebręus agit non eſſet fructifera, quia tunc nō deberentur neq; alimen-
5 ta, neq; ſumptus litis, *Rot. d. dec. 470. nu. 6. par. 2. tom. 1. in recentior.* Ratio eſt, quia in decernendis alimentis, & ſumptibus litis perpendūtur fructus rerum ad quas agitur, *d. l. fin. §. nam ſi tales* C. *de ord. cognit. Bal. in l. voluntatis num. 4.* C. *de fideicommiſ. Angel. in l. quibus bonis num. 2. ff. de ceſſione bonorum, Roman. conſil. 110. num. 31. verſ. Praterea Alexander,*

conſ.

conſil.77. nu. 5. lib.5. ideoque fructibus
non exiſtentibus non remanet ſubiectũ
iuxta quod debeat fieri menſuratio, *ex
reg. l. eius qui in Prouincia ff. ſi cert. pet.*

Secundus eſt caſus, quando iudæus
expetitur contra Chriſtianum actione
perſonali pro aliquo credito, & tunc nõ
6 debentur neq; ſumptus, neque alimenta,
quia ſi in tali caſu non debentur Chri-
ſtiano, vt probat *teſt. in l. imperatores,
vbi ſignanter Bal. ff. de tutela ration.
diſtrab. Aret. in cap. ſi quis teſtium col. 3.
in fine, verſic. tertia Concluſio, de teſtibus,
ibique Felin. ſub num. 9. Lupus in cap. per
veſtras, §. 39. col. 2. in fine, Surd. loco cit.
num.* 14. vtique tanto minus debentur
hebræo.

7 Tertius eſt caſus quando iudæus de-
tinetur in carceribus pro dibito ad in-
ſtantiam chriſtiniani, & hic quidem ca-
ſus bis fuit in curia magna doctiſſimo-
rum contentione diſputatus, ſi quidem
qui aſſerebant iudęo non eſſe alimenta
ſubminiſtranda, mouebantur potiſſimũ,
qui licet chriſtianis carceratis debean-
tur alimenta, alias poſſint excarcerari,
per carcerum Viſitatores, iuxta
conſtitutionem Pij V. 68. *in ord.* §. 3.
& conſtitutionem reformatorium Pauli
V. *in* §. 24. *num.* 24. nihilominus duo
8 ſummi Pontifices, videlicet Clemens
VIII. & Paulus V. declararunt diſpoſitio
nem dictarum conſtitutionum in ea par
te in qua diſponunt carceratis pro debi
to ciuili eſſe à creditoribus alimenta
ſubminiſtranda, alias poſſint per carce-
rum viſitatores liberari, non habere lo-
cum in iudæis.

9 Qui vero tuebantur alimenta eſſe eis
ſubminiſtrãda, nitebã tur primo quia ali
menta carceratis debent à creditoribus
ſubminiſtrari ex diſpoſitione iuris com-
munis, *gloſ. in l. fin. verb. agnoſcere C. de
erogat. milit. annonæ, lib. 12. ſpecul. in tit.
qui filii ſint legit. §. fin. nu. 20. Aret. in §.
fin. in fine, Inſt. de act. Guido Papæ deciſ.*
211. *num.* 2. *Affl. deciſ.* 71. *num.* 1. *&*
2. *Pontan. de alim. cap.* 11. *num.* 7.
*Surd. eod. tract. tit. 1. quæſt. 71. nu. 21. &
ſeq. Far. in praxi quæſt. 27. num* 149.
Diſpoſitio autem iuris communis
eſt ſeruanda equaliter inter chriſtia-
10 nos, & iudæos niſi in caſibus in quibus
reperitur ſpecialiter expreſſum contra-
rium, *Ripa, in l. inſulam num.* 10. *ff. de
verb. oblig. Felin. in cap. 2. num. 5. de iu-
dæis Becc. conſ. 84. num. 5. Surd. dec. 133.
num.* 3.

11 Secundo nitebantur quia ſi pauper
iudæus admittitur ad ceſſionem bono-
rum, item, & ad moræ purgationem,
nec non, & ad beneficium *auth. hoc niſi
C. de ſolut.* & ad ſuſceptionem termini,
vt probatur eſt §. in proximi præcedenti
capite, à quarta, deductione vſque ad fi-
nem, vtique æquius eſt illi carcerato
omnique alio auxilio deſtituto alimen-
ta ad vitæ præſcriptum ſubminiſtrari,
argumento, *l. 1. ff. de bonis damnat.*

Tertio plures recenſebantur caſus in
quibus pauperibus iudæis, per credito-
res chriſtianos fuerant alimenta ſubmi-
niſtrata, ex quibus inferebatur alimen-
ta deberi ſaltim de conſuetudine quæ
ius conſtituit etiam inter hebræos, *Ri-
12 minal. conſil.* 275. *num.* 47. *Surd. dec.*
133. *nu.* 14. *cum aliis congeſtis ſuper eod.
lib. cap. 14. num. 4. &* 5.

Negotio tandem ad Rotam delato,
lis fuit fædere diſtinctionis complana-
ta, vt ſi quidem alimenta petantur per
hebræum à viſitatoribus carcerum vi-
gore ſuarum facultatum, non ſint eis ali
menta ſubminiſtranda; Si vero petantur
ab aliis Iudicibus ex diſpoſitione iuris
communis, tunc debent alimenta de-
cerni, & ſubminiſtrari, vel iudæus eſt
excarcerandus, vt in Romana alimen-
torum, 11. *Ianuarii* 1621. *coram R.P.D.
Manzanedo.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæus, & infidelis eſt incpax iuriſdictio-
nis inter chriſtianos ſiue iuriſdictio ſit
ordinaria, ſiue delegata, vt num.* 5.
2 *Intell. l. generaliter §. fin. ff. de decur.*
3 *Chriſtiani apud gentiles vocabantur iu-
dæi.*
4 *Zaſii opinio reprobatur.*
6 *Iudæus eſt incapax iuriſdictionis etiam
inter ipſos iudæos.*

7 *Iudaeus eſt incapax iuriſdictionis inter chriſtianos,etiam in cauſis quae ſpectant ad ſuperſtitionem ſua ſecta.*
9 *Iudaeus, & infidelis inter chriſtianos non poteſt eſſe defenſor Ciuitatis.*
10 *Iudaeus poteſt eſſe ratiocinatur priuatorum,non tamen ciuitatis.*
11 *Iudaeo committens offitium publicum committit ſacrilegium,limita, vt n.* 12

ARGVMENTVM.

An iudæi in Terris Chriſtianorum habitantes ſint capaces iuriſdictionis inter Chriſtianos.

CAP. XXII.

AFfirmatiua opinio probari videtur *ex text.in l.generaliter, §.fin.ff.de decur. vbi Vlp.eos inquit, qui iudaicam ſuperſtitionem ſequũtur,Diui Seuerus,& Antoninus honorem adipiſci permiſerunt.* Huic accedit,*Zas.in rubr.ff.de iuſt. & iur. num.* 2. *vbi cenſet infidelem poſſe eligi in Regem, & imperatorem inter chriſtianos,quamuis non poſſit eligi in imperatorem Romanorum ,propterea quod ipſe eſt peculiaris Eccleſiae d fenſor,*Nam, vt ipſe inquit de Regibus clare patet in illis nationibus, vbi Reges Chriſtiani non ſunt. De imperatore, Iulianus quamuis Apoſtata,
1 præfuit tamen imperio.Quibus non obſtantibus contraria opinio,nempe quod iudæus,& infidelis ſit prorſus cuiuſcunque iuriſdictionis, & poteſtatis incapax inter Chriſtianos eſt *text.in cap.* 1.*inſine, & cap.cum nimis, & cap. pen. de iudaeis cap.nulla* 54.*diſt.cap.conſtituit* 17. *q.*4. *& in l.fin. C. de iudaeis,quorum iurium auctoritate hoc tradunt Bar. in rubric.ff.de iuſt. & iur. num.* 1. *ibique Iaſ. num.*2.*&* 8.*Anchar.conſ.*27.*nu.*2.*Alex. conſil.*75.*ante num.*2.*lib.*5.*Barbat.conſ.* 63.*col.* 2. *lib.*4.*Roland.conſil.* 35. *num.* 41. *lib.* 1. *Crot. in rubr.ff.de nou. oper. nunc num.*9.*et ſeq.* Brun.*in tract.ſtantibus maſculis art.*6.*ſub num.*60.*verſic. et quod iudaei.*Hoc etiam peculiari ordinatione Sancitum eſt in Regno Neapolitano, *vt habetur in libris Capitulorum Regni cuius tenorem refert* Foller.*in conſt. Regni tit.de iudais.*Ratio autem eſt,quia nimis videtur abſurdum vt blaſphemus Chriſti, in Chriſtianos vim poteſtatis exerceat,*d.c.cum nimis de iudaeis,c.praeſenti* 54.*diſt.*nec æquũ videtur,vt illi efficiantur Superiores quos obſtinata perfidia diro ſubiecit iugo ſeruitutis,*cap.* 1. *de iudaeis.*Ad contraria reſpondetur, &
2 quo, *ad text.in d.l. generaliter, Azo.in ſumma C.de iudaeis col.*2.*poſt.med.*cenſuit illud proceſſiſſe ex priuilegio ſpeciali illorum imperatorum,& idem cenſuit,*Crot.in d.rubr.ff.de iuſt.et iur.nu.*12. quæ interpretatio ſatis iuuatur ex verbo illo permiſerunt,de cuius natura eſt, vt importet diſpenſationem, *cap. primo de aetate, et qual.lib.*6.*gloſ.in c. litteras de filiis Presbit.Dec.conſ.*542.*n.*8. Addunt *Accurs,Bar. et reliqui in d l.generaliter,* quod in omnem euentum,cum diſpoſitio illius text.ſit poſita in pandectis, illi cenſetur derogatum per diſpoſitionem *d.l.fin.C.de iudaeis,*cum vltima derogẽt prioribus,iuxta tradita *in l. pacta nouiſſima C.de pact.*Iſtæ præfatorum Patrum interpretationes licet improbandæ non ſint, verior tamen apud me eſt ſenſus *Alciati lib.* 3. *diſput cap.*8.quo loci pluribus demonſtrat Vlpian.ibi,ſub iudæo-
3 rum,& iudaicæ ſuperſtitionis vocabulo, non de iudæis, ſed de Chriſtianis ſenſiſſe, propterea quod Gentiles,qualis erat Vlpianus,religionem Chriſtianam tunc ex iudæis naſcentem, iudaicam ſuperſtitionem appellabant, vt conſtat *ex Tacito,Plinio,* & alijs quos allegat, quibus addi poſſunt integræ lucubrationes impij illius Apoſtatarum Principis Iuliani,cui licet Chriſtianũ nomen eſſet notiſſimum, in eoque à teneris annis eſſet inſtitutus; nihilominus poſt Apoſtaſiã contractam,vt Gentiles etiã in hac parte imitari videretur, Chriſtianos ſemper Galileos appellabat, eo quia chriſtum profitentur, qui Galileus erat. Et licet non ignorem aduerſus hunc Alciati intellectum nonnulla ſcripſiſſe *Marquardum de iudaeis par.*2.*c.*6.*n.*36.

ni-

nihilominus in illorum refutatione non
inſiſto,cum quilibet etiam mediocriter
verſatus animaduertere facile poſſit,
Marquardum Alciati ſenſum non fuiſſe
4 aſſequutum. Quod vero attinet ad ſcri-
pta *per Zaſ.* eius opinio in ea parte, in
qua contendit, quod pręter Romanum
Imperatorem infidelis poteſt eligi Rex,
aut Imperator inter Chriſtianos aucto-
ritate iurium nuper allegatorum, & cō-
muni omnium ſcribentium calculo re-
futatur,adeo vt electio de infideli facta,
ſit nulla ipſo iure, vt præter allegatos
eſt,*Teſt.in c.Venerabilē, §.nunquid enim
de elect. Clem. Rom. in princ. de iureiur.
ibiq; Card.in 2.not.gloſ.in l.ſpadonem §.
iam autem verb.cultus de excuſ.tut.*Ne-
que argumenta quibus Zaſ.vtitur aliud
concludunt quam primum in Regibus,
qui dominantur in partibus infidelium,
Secundum vero quod Iulianus reti-
nuit imperium poſt Apoſtaſiam, quod
quidem argumentum non pertinet An
potuerit eligi,ſed an fuerit Imperio pri-
uatus. Firma ergo ſit Concluſio iudæū,
& infidelem eſſe incapacem iuriſdictio-
nis inter Chriſtianos, quæ extenditur.

Primo, vt procedat, ſiue iuriſdictio
ſit ordinaria,ſiue delegata,vt de primo
5 *eſt teſt. in l. fin.C.de iudæis*, *Auth.iuſiu-
randum, quod præſtatur ab his, verb.
Chriſtianum collat.2.ibiq.Bart.& iterū,
Bar.& Fulgoſ. in l. fin. C. de poſtulando
idem* Bar. *conſ.* 16. *viſo quodam proceſſu
circa fin.lib.2.Alex.conſ.75.ante nu. 2.
lib.5.Camerar. in cap. imperialis, verb.
iudæus*, De ſecundo vero ſcribit *Alber.
in d.l fin.C. de iudæis,Iacob.de Nigris in
rubr.ff.de offic.eius, cui eſt mand. iuriſd.
num.*13. qui remouet argumenta, quæ
poſſent in contrarium afferri: *Hoyeda
de incompatib.par.1.ſub nu. 1. circa fin.*

Extenditur ſecundo, vt procedat, ſi
ue lis ſit inter ſolos Chriſtianos, ſiue ſit
inter Chriſtianum,& infidelē, vt apertè
6 probat *text. in l. ſi qua, C. de iudæis,
ibi, ſi qua inter Chriſtianos, & iudæos.*

Extenditur tertio,vt procedat etiam
quando lis eſt inter ſolos iudæos, vel a-
lios infideles,quia nihilominus non poſ
ſet infidelis inter eos procedere in for-
7 ma iudicii,vt eſt *text. expreſſus in d.l.iu
dæi 6.C.de iudæis*, qui ſine controuer-
ſia loquitur in cauſis,quæ vertuntur in-
ter ſolos iudæos,vt animaduertunt *Fer-
rar.caut. 24.Cepoll.conſ. 75.col. 2. in
princ.verſ.Sed veritas, Surd. deciſ.* 133.
*num.*4. & ratio eſt, quia iudicium coa-
ctiuum, ſiue exerceatur inter fideles ſi
ue inter infideles ſemper eſt iuriſdictio
nis, qua infideles ſūt prorſus incapaces,
l.penul. C.de poſtul.cum aliis ſupra alleg.

Extenditur quarto, vt procedat ſiue
verſemur in cauſis, quæ ad forum,& le
ges pertineant, ſiue quæ ſpectent ad ſu-
perſtitionem iudæorum, vel infidelium
8 *iuxta teſt. in l. iudæi 7. C. de iudæis.*
Quem tamen intelligunt *ibi* Bar.*& Ful
goſ.* vt procedat,quando cauſæ,quæ per
tinent ad ſuperſtitutionē,veniunt exa-
minandę incidenter,veluti ſi agatur de
validitate,vel inualiditate matrimonii,
ſecus ſi principaliter, quia tunc exami-
nātur per eorū Rabinos,ſeu Superiores.

Extenditur quinto, vt infidelis inter
Chriſtianos neq.poſſit eſſe defenſor Ci
uitatis, vel conſequi alium Patriæ hono
9 rem, *d.l.fin.C.de iudæis Anchar. conſ.
271.de titulis criminum,n.2.Barb. conſ.
63.col.2.lib.4.Rol.conſ 35.num.41.lib.
2. Iaſ.in rubr.ff.de iuſt.& iur.n.8. Crot.
in rubr.de nou.oper.nunc ante n.12.*

Extenditur ſexto, vt iudæus, vel in-
fidelis inter Chriſtianos neque poſſit
eſſe Gabellarius iurium Fiſcalium, *vt
fuit conſtitutum in concilio Matiſconenſi
1.c.13.tom.2.conſil.& in cap. penult. de
iudæis,vbi dicitur,quod ſi contingat Prin
cipem vendere gabellas iudæis, debet ipſe
10 Princeps deputare Chriſtianum,per quem
ſine Chriſtianorum iniuria infideles iura
fiſcalia conſequi poſſunt, ibiq; hoc adno-
tant Doct. & præſertim Abb. Guttierez,
de Gabell.q.132. n.5. vbi variis Catho-
licorum Regum legibus apud Hiſpanos
ait eſſe diſpoſitum.* Et eadem ratione
crederem, quod quamuis iudæus poſſit
eſſe ratiocinator priuatorum, vt *in l.
ſpadonem, §. iam autem, ff. de excuſ.
tutor.* tamen non poteſt eſſe Ratiocina-
rius Ciuitatis neq. Fiſci,tū quia hoc eſt
11 munus publicum, *Bar.in l. 1. §. cura
carnis*

carnis ff.de offic.Præf. Vrb. & in l.1.ff. Nauta,Caupon. & Stabul. Garz. de expenſ.& melioram,cap.24.nu. 26.Franc. Munnoz.de ratiocin.admin.cap.8.nu.5. cuius publici muneris infideles, ſunt prorſus incapaces,*d. l. fin. C.de iudæis, cap.nulla officia 54. diſt.* Tum etiam quia anctoritate officii muniti, poſſent Chriſtianis iniuſtitias plurimas inferre, quod eſt contra *Teſt. in l.fin.C.de iudæis, & in d.cap.penul.extr.eod. tit.*

Ext enditur ſeptimo, vt committens officium publicum iudęo,vel infideli inter Chriſtianos, debeat nedum puniri,
12 ſed dicatur ſacrilegium committere, *cap.nimis §.Sacrilegii 17.q.4.Anan. in d.cap cum ſit,ante num.3.de iudæis.* Prædicta declarantur ne procedant in officiis, & adminiſtrationibus rerum concernentium ad ipſos iudæos *l nemo exterus,C.de iudæis,*& ita procedere poteſt opinio Florian.de Sancto Petro,quem refert,*Anan. in cap. cum ſit ſub num. 1. verſic.Ex quo infertur, & verſ. Et quod inter ſe,de iudæis. Abb.ibidem,nu. 1. Iaſ. in rubr.ff.de iuſt.& iur.num.8.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi non poſſunt eſſe arbitri neceſſarii inter Chriſtianos.*
2 *Iudæus non poteſt eſſe arbiter volũtarius.*
3 *Infamis poteſt eſſe arbiter.*
4 *Iudæi reiiciuntur a iuriſdictione inter Chriſtianos reſpectu cauſæ, et reſpectu perſonæ.*
5 *Argumentum a Contrario ſenſu, eſt validum in iure.*
6 *Ab arbitrio, vt quis repellatur ſufficit, vt ſit indecentia.*
7 *Laicum arbitrari in cauſis ſpiritualibus decet.*
8 *Arbiter non habet iuriſdictionem formalem ſed effectiue.*
9 *Arbiter in Procedendo debet ſeruare ordinem iudicii.*
10 *Laicus non poteſt arbitrari in cauſa Eccleſiaſt. reſpectu honeſtatis.*
11 *Compromiſium fatum, in iudæum, & Chriſtianum an valeat.*
12 *Compromiſſum factum in Chriſtianum, et iudæum, cum clauſulam inſolidum ſuſtinetur in perſona Chriſtiani.*
13 *Compromiſſum factum Chriſtiano, & iudæo quorum vnuſquiſque debeat iudicare an ſit nullum.*
14 *Laicus cum auctoritate Superiore, poteſt arbitrari ſimul cum clerico in cauſa ſpirituali.*
15 *Magis dignum trahit ad ſe minus dignũ.*
16 *Compromiſium factum in liberum, & ſeruum, vitiatur in totum.*
17 *Incapacitas ſocii quando vitiet.*
18 *Iudæus inter Chriſtianos, an et quomodo poſſit eſſe arbitrator.*
19 *Deportatus poteſt eſſe arbitrator.*
20 *Excommunicatus poteſt eſſe arbitrator.*

ARGVMENTVM.

An iudæus poſſit eſſe Arbiter inter Chriſtianos.

CAP. XXIII.

NE contingat errore decipi, plures ſunt diſtinguendi caſus. Primus ſi loquamur de Arbitrio neceſſario, & citra controuerſiam dicē-
1 dam eſt iudęum non poſſe eſſe Arbitrum, quia tales Arbitri dicuntur habere iuriſdictionem,cuius iudæi,& infideles in Terris Chriſtianorum ſunt incapaces, *Bar. in l.fin. C.de iudæis,ibique Bald.in 2.notab. Aretin. & Iaſ. quos refert, & ſeq. Marq.de iudæis par.2.cap.6. num.24. Foller.in Conſt. Regni tit.de iudæis num. 24.*

Secundus eſt caſus, ſi loquimur de Arbitro voluntario, & compromiſſum eſt factum tantum in perſona iudęi, &
2 tunc quod neq; poſſit eſſe Arbiter voluntarius tenet *Fulgoſ. in l.ſi qua in fin. C.de iudæis, Io. Bapt.in tract. de Arbitr. lib.4.cap. 9. verſ. quid de iudæo, & cap. 17.verſ.Sed ego clarè,Blanch. de compromiſſ q. 2. num. 20. Marquar. de iudæis par.2.cap. 6.n. 23.* Licet enim, vt ipſi in-

Digitized by Google

2 inquiunt Arbitri non habeant iuriſdi-
ctionem,negari tamen non poteſt,quin
ſimilem quandam habeant poteſtatem,
cum arbitria ſint redacta ad ſimilitudi-
nem iudiciorum, *l. 1. & l. quamuis, &*
l. idem Pomponius, §. 1. *ff. de recept. arb.*
Contrariam opinionem tenet, *Specul.*
tit. de arbitr. ſub num. 10. *verſ. idem iu*
dæo, Bart. conſ. 16. *viſo quodam num.* 1.
verſ. nam iudæi lib. 2. Ducuntur Pri mo
auctoritate, *Teſt. in l. iudæi* 17. C. *de iu-*
dæis, Verum ille Teſtus (ſit pace tan-
torum Patrum dictum) non meruit alle
gari, quia manifeſtè loquitur inter iu-
3 dæos, & ſic inter infideles. Secundo
quia etiam infames poſſunt eſſe Arbitri
voluntarii, *l. pedius, vbi gloſſ. & Doct.*
ff. de recept. arbitr. Huic etiam Argumẽ-
to poſſumus reſpondere negando pari-
tatem ſiquidem Catholicus, quamuis
4 infamis repellitur reſpectu perſonæ, in-
fidelis vero repellitur non ſolum reſpe-
ctu perſonæ, ſed etiam reſpectu cauſę,
dum non deceat infidelem Cauſas age-
re Chriſtianorum, *Aeg. l. fin. C. de poſtu-*
lan. & c. 1. extra de Arbitr.

Quare veriſſima mihi videtur ſenten-
tia Fulgoſ. Primo, per *teſt. in l. iudæi*, qui
cum permittit iudæos inter iudęos poſ-
ſe eſſe Arbitros, ſatis videtur à contra-
rio ſenſu firmare, quod nequeant eſſe
Arbitri inter Chriſtianos: valet enim
5 argumentum à contrario ſenſu. *l.* 1. §.
huius rei, ff. de offic. eius, & in materia
prohibitoria reſpectu infidelium, *Corn.*
conſil 65. *licet in hac ſub num.* 1 *lib.* 2.

Secundo, quia ad effectum, vt quis re
6 pellatur ne poſſit eſſe Arbiter in aliqua
cauſa, ſufficit quod indecens ſit, vt ipſe
in tali cauſa arbitretur, *cap. contingit*, 8.
de arbitr. vbi hac ſola ratione laicus repel
litur ne poſſit eſſe Arbiter in cauſis ſpiri-
7 *tualibus, quia indecens eſt, vt in talibus*
cauſis laicus arbitretur, & hoc ibi decla-
rat Abb. ſub num. 1. *verſic. vltimo nota,*
& latius in cap. per tuas, ſub num 3. *verſ.*
nec obſtat, eod. tit. Io. Bapt. de Arbitr. lib.
4. *cap.* 17. *verſ. Sed ratio, Blanch. de*
compromiſſ. q. 2. *principali num.* 64. *verſ.*
Non obſtat lex. At nemo negabit inde-
cens eſſe vt iudæus, vel alter infidelis ar
bitretur in cauſa fidelis. Ergo. Minor
probatur dupliciter.

8 Primo, quia licet Arbiter non habeat
iuriſdictionem formaliter, tamen eam
habet effectiue, tum quia in proceden-
do debet ſeruare ordinem iudicii, *Bald.*
9 *in l.* 1. *ff. de recept. arbiter.* Tum etiam
quia ſententia debet exequi per iudicẽ,
d. l. iudæi 7. *in fine, de iudæis, l. cum antea,*
C. *de arbitr. ibique Balb. Abb. in dict.*
cap. per tuas, ante num. 2.

Secundo probatur, quia indecens re-
putatur, quod laicus arbitretur in cauſa
ſpirituali, *d. cap. contingit, de arbitr.* Ergo
indecẽtius reputari debet, quod iudęus,
& infidelis arbitretur in cauſa fidelis;
10 Conſequentia probatur, quia laicus
prohibetur arbitrari in cauſa ſpirituali
reſpectu honeſtatis, non autem reſpe-
ctu incapacitatis, *Abb. in d. cap. per tuas,*
ſub num. 3. *verſ. Non obſtat, de arbitr.*
Infidelis verò prohibetur reſpectu inca-
pacitatis, *argum. l. fin. C. de iudęis, & l. fi.*
C. de poſtul.

Tertius eſt caſus, quando compro-
miſſum eſt factum in perſona vnius Chri
ſtiani, & alterius iudęi, & in tali caſu
quod iudęus inter chriſtianos nõ poſſit
eſſe Arbirer ſimul cum alio chriſtiano
ſentire videtur, *Ioannes Baptiſta in d.*
tractatu de Arbitr. lib. 4. *cap.* 17. *num.* 2.
11 Contrarium tenet *Bart. d. conſil.* 16. *lib.*
2. Mihi duo videntur diſtinguere caſus.
Primus, quando factum eſt compromiſ-
ſum in chriſtianum, & iudæum cum clau
ſula, inſolidum, & tunc licet vitietur in
12 perſona iudæi, tamen ſubſiſtit in perſo
na fidelis, quia eſt perinde ac ſi fuiſſet
totaliter tributum arbitrium fideli, *l.*
13 *pedius* 7. §. *in ſeruum iuncta, l. ſeq. ff. de*
recept arb. l. non diſtinguemus, §. *cum in*
plures, ff. de recept. arbitr. Secundus eſt
caſus quando compromiſſum eſt factũ
in chriſtianum, & iudæum, qui omnes
debent dicere ſententiam, & tunc pro
opinione Bart. perpendi poteſt, *teſt. in*
cap. per tuas, §. *quod autem, de arbitr.*
vbi licet laici non poſſint arbitrari ſoli in
14 *cauſis ſpiritualibus, tamen poſſunt cum*
auctoritate Superioris iuncti ſimul cum
Clerico, quia in tali caſu non poteſt dici

ſim.

ſimpliciter compromiſſum auctoritate ſcri bunt gloſ. in cap. contingit verb. ſpiritualibus, ibiq. Abb. num. 4. de Arbit. Hoſt. in ſumma tit. de arbitr. ſub num. 6. verſic. ſecus ſi laicus Anchar. *conſil. 98. quod incipit iſtam quæſtionem in prin. Roman. conſil. 299. num. 4. Soccin. conſil. 168. colum. penult. verſic. in caſu autem noſtro Aretin. Barb. & Felin. in cap. 2. de iudiciis, Blanch. de compromiſſ. quæſt. 2. perſonali ante num. 65.*

Pari ergo ratione poteſt arbitrari in fidelis ſimul cũ fideli, quia in dignitas infidelis abſorbetur a dignitate fidelis. Coeterũ pro opinione Io. Bap. facit *Teſt. in l. pedius 7. §. in ſeruum, ff. de recept.*
16 *arbitr. vbi compromiſſum factum in liberum, & ſeruum, propter incapacitatem ſerui vitiatur in totum*. Sic ergo debet vitiari cõpromiſſum factũ in fidelẽ, & iu dæum propter incapacitatem iudæi. Ego hanc opinionem puto veriorem, hac vna ratione ſuffultus, nimirum, quia quando incapacitas prouenit propter honeſtatem ſimpliciter, tunc incapacitas vnius non vitiat, ſed abſorbetur ab alio tanquam magis digno, vt in caſu
17 *d. cap. per tuas, de arbitr.* Quando vero incapacitas prouenit reſpectu perſonæ, tunc incapacitas vnius vitiat totum, vt *in d. §. in ſeruum, ita Abb. in d. cap. per tuas num. 3. Lanfranc. de arbitr ſect. 2. §. hactenus num. 24. verſic. octauo quæro, Io. Baptiſta d. cap. 17. num. 2. Blanch. de compromiſſ. d. quæſt. 2. num. 65.* Cum ergo incapacitas iudæi in arbitrio proueniat non ſolum reſpectu honeſtatis, ſed etiam reſpectu perſonæ, vt ſupra conclu ſum eſt, merito eius perſona fideli adiun cta vitiat compromiſſum.

18 Quartus, & vltimus eſt caſus, ſi quærimus, an iudæus inter Chriſtianos poſſit eſſe arbitrator, & quod eſſe non poſſit, tenuerunt *Camill. Borell. in tract. de compromiſſ. §. 1. gloſſ. 4. num. 105. Ant. Henriguus in tract. de fideiuſſ. cap. 8. nu. 120.* Contrarium tenet *Bart. d. conſil. 16. num. 1 lib. ſecundo.* Mouetur triplici ratione.

Primo, quod etiam Deportati, (qui
19 amittunt omnia, quæ ſunt iuris ciuilis,) *l. 2. §. 1. ff. de poenis, l. amiſſione, ff. de capit. dimin.* poſſunt eſſe Arbitratores, *l. ex facto §. ex facto. ff. ad Trebell. l. cum Pater. §. hæreditatem, ff. de legat. 2.* Ergo multo magis infideles apud nos habitantes, qui retinent ea, quæ ſunt iuris ciuilis, *l. iudæi 7. C. de iudæis.*

Secundo quia licet iudæis interdicantur publica officia, *d. l. iudæi, & l. fin. C. de poſtul.* retinent tamen, ea, quæ ſunt facti, prout ſunt arbitramenta, *l. ſed ſi in ſeruum, §. ſi quis iudex, ff. de arbitr. d. l. ex facto, §. ex facto.*

Tertio quia plures prohibentur eſſe iudices, & arbitri, qui non prohibentur eſſe arbitratores, cuiuſmodi ſunt iudex, & infamis, *l. pedius vbi glo. ff. de arbitris glo. in l. ſed ſi in ſeruum, §. ſi quis iudex. ff. eodem.* Ego veram arbitror opinionem Bart. non quidem ſimpliciter, ſed cum temperamento, dummodo arbitramentum non feratur per uiam ſententiæ, ſiue laudi, ſed uti mediator, ſeu Proxeneta, alias militarent in Arbitratore rationes, quæ militant in arbitro, & iudice. Ducor ex his, quæ in ſimili tradit *Io. Andr. in cap. dolo, de reg. iur. lib. 6. quem ſequitur Blanch. de compromiſſ. quæſt. §. perſonali ſub num. 9.* ubi, quod cum arbitrament um ſit facti, poteſt Excommunicatus eſſe arbitrator, ſi arbitramentum non feratur per uiam laudi, ſeu ſententiæ ſed uti
20 ſimplex mediator, uel Proxeneta, ex cuius ordinamento partes ad inuicem componerent, ita quod actus firmaretur ex ipſarum partium compoſitione.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus non poteſt inter chriſtianos exercere officium Aduocati.*
2 *Iudæus audens exercere munus* Aduoca*ti punitur exilio.*
3 *Iudæus coram iudice iudæo, ſeu infideli poteſt exercere officium Aduocati.*
5 *Iudæus poteſt pro ſe ipſo cauſam agere.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

An iudæus poſſit inter Chriſtianos exercere officium Aduocati.

CAP. XXIV.

Non poſſe iudæum inter Chriſtianos exercere officium
1 Aduocati, docemur, *ex l. fin. C. de poſtul. quæ eſt repetita in l. nemo* 15. *C. de Epiſcop. Aud. & vtrobiq. Bart. Bald. Salicet. Fulgoſ. & reliqui, cap. nemo el* 1. *de poenit. diſt.* 1. *Bart. in l.* 1. *num.* 12. *C. de nouo Cod. facien. Bald. in l. prouidendum n.* 1. *verſic. Item qui non eſt fidelis, C. de poſtul.*

Extenditur Primo, vt ſi iudæus, vel infidelis audeat exercere munus Aduocati, ab officio remotus, punitur poena
2 perpetui exilii, & confiſcationis bonorum, *d. l. fin. C. de poſtulan. ibi ſtylum proſcriptionis, ac perpetui exilii ſpecialiter ſuſtinebit*. Quinimo ſi Iudex paſſus fuerit iudæum ſub eius adminiſtratione, Aduocationis officio fungi, punitur cõfiſcatione meditatis bonorum, & poena exilii per quinquennium, *d. l. fin. verſ. ſcituris etiam cum aliis alleg.*

Limitatur Primo ne procedat ſi quando caſu aliquo (qui tamen apud chriſtianos contingere non ſolet) iudicium
3 agitaretur coram iudice infideli: nam coram illo poteſt iudæus, & alter infidelis Aduocati officio fungi, *Salic. in d. l. fin. C. de poſtul.*

Limitatur ſecundo, ne procedat in cauſa propria ipſius iudæi, quia ſi habeat legum peritiam, non prohibetur pro ſe ipſo cauſam, agere ſecundum
4 *Marq. d. cap.* 7. *num.* 3. *verſic. Concludit par.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus non poteſt conſequi gradum Doctoratus.*
2 *Iudæus non poteſt conſequi gradum Doctoratus, etiam quod polliciatur ſe non exerciturum.*
3 *Medicus, vt quis dicatur, non requiritur Doctoratus.*
4 *Iudæus callens medicinam, per priuilegium Principis poteſt exercere.*
5 *Licentia promouendi ad Doctoratum, in iure ciuili, vel canonico iudæo non conceditur.*

ARGVMENTVM.

Iudæus an poſſit adipiſci gradu doctoratus.

CAP. XXV.

Negatiuam opinionem firmant *Bart. in fine C. de iudæis, vbi teſtatur ſic in facti contingentia*
1 *de illo Anno reſpondiſſe, & in d. l. fin. C. de poſtul. & in l.* 1. *C. de nouo Cod. facien. num.* 12. *Hoſt. in ſumm. tit. de iudæis num.* 5. *Anchar. in clem.* 2. *de magiſtris Abb. in cap. cum ſit in princ. de iudæis, & in cap. propoſuiſti in fine de probat. & in cap. iudex num.* 4. *de teſtib. Anan. in d. cap. cum ſit num.* 5. *de iudæis Iaſ. in rubr. ff. de iuſt. & iur. num.* 4. *Felin. in cap.* 1. *num.* 4. *de iudæis Dec. qui teſtatur, de communi conſil.* 161. *num.* 2. *verſic.* 3. *conſiderandum, Guidop. deciſ.* 388. *quæ incipit. Quo vero ad Doctores, num.* 9. *Marq. de iudæis par.* 2. *cap.* 7. *nu.* 1. *Rom. ſing.* 105. *num.* 1. *Foller. in conſt. Regni tit. de iudæis, num.* 25. *& ſeq.* Ratio eſt, quia Doctoratus eſt dignitas, cuius iudæi ſunt incapaces, *Bart. in d. l. fi. C. de iudæis.*

Et hoc quidem procedit Primo, etiamſi iudæus polliceretur ſe non exerciturum munus Doctoris, quia ad effectum vt repellatur, ſufficit quod conſe-
2 quatur poteſtatem Doctoratus, *Abb. in d. cap. propoſuiſti in fine de probat. quem ſequitur Marq. de iudæis loco cit.* Procedit 2. etiam in Doctoratu in medicina *Anan. in rubr. extr. de iudæis num.* 5. Et licet apud nos non deſint iudæi, &
3 alii infideles, qui medicinam exerceant inter eos, hoc tamen fit, quia vt quis dicatur medicus non requiritur Doctoratus, cum etiam Serui medici eſſe poſſint

ſint, *l. 1.§.nec autem* C. *de comm. Seru. manumiſs. Bald. in l. Sciendum verſ.dictum in fine, ff. de adil. edict. Marquar. loco cit. num.9.*

Verum quia Reipublicæ intereſt, ne quilibet imperitus medicinā exerceat, & ſub medicinæ velamine plurimos perimat impune, *l. 2.* C. *de profeſſ. & medic.lib.10.ibiq.* Bar. *Oldr.conſ.* 18.*in*
4 *princ.* ideo praxis inoleuit vt ſi quando iudæus in arte medica valeat, ſoleat princeps ex gratia relaxare iuris habenas, illiq;cōcedere licētiam,vt poſſit in medicina doctorari, vt teſtātur *Staph.de grat. tit.de prorog.expect. Mand.de ſign. litt.grat.ſub rubr.licētia Doctorādi,verſ.*
5 *iudæis concedi*, ſubdens iudæis non concedi licentiam, vt poſſint promoueri ad legum doctoratum, & tantominus vt doctorari valeant in iure Pontificio, propterea, quod leges ad Dei obedientiam præſertim diriguntur, ideoq; ſacratiſſimę vocantur, *l. leges ſacratiſſimæ* C.*de legib.l.1.* S.*proinde* C. *ne filius pro Patre*.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus non poteſt eſſe* Procurator *Principis.*
2 *Neque Medicus Principis.*
3 *Procuratoris officiorum an ſit vile.*
4 Iudæus *non poteſt exercere officium Procuratoris priuati in curia principis.*
5 Procuratores *in curia* Romana *dicuntur militare in curia principis.*
6 Procuratoris *officium in curia* Romana *Eſt honeſtiſſimum.*
7 Procuratores *plures in curia ad magna officia aſſumpti.*
8 Procuratoris *officium in curia* Romana *non exercent niſi Doctores.*
9 Iudaeus *non poteſt eſſe procurator neque in curia* Romana *neq; extra.*
10 Iudaeus *exilio damnatus ex quo audebat in vrbe exercere munus procuratoris.*
11 *In prouincia Marchiae an, & quomodo* Iudaei *poſſent fieri procuratores.*

ARGVMENTVM.

An iudæus poſſit eſſe Procurator.

CAP. XXVI.

SI loquimur de procuratore principis, eſt indubitata concluſio iudæum, non poſſe procuratorem eſſe, tum quia ta-
1 lis procurator dicitur habere dignitatem, *l. nemo praefectus C.de dignit.lib.12.§.fin. vbi notatur inſt.de except. Foller. in conſt.regn.tit. de iudaeis n.* 34. tum etiam quia ſi iudæus non poteſt eſſe gabellarius, vel exactor iurium fiſcalium, *cap.fin. de iudaeis*, tanto minus poteſt eſſe illorum protector,& Defenſor, argumento 4. *et 5. multo magis* C. *de ſanct. Epiſcop.* Ad-
2 ditur quod iudæus non poteſt eſſe medicus principis, *Bart.in l.1.C.de Comit.Archi.lib.12.Anan.in rubr.de iudaeis Foller. loco cit.n.* 45. Ergo tanto minus procurator, cum officium Medici reſpiciat perſonam principis vti priuatam, officium vero procuratoris vti publicam. Si vero loquimur de procuratore priuato iudæum non prohiberi exercere officium procuratoris, ſcriptum reliquit, *Bal. in l.ſpadonem,§.iam autem ff.de excuſ.tut.quem ſequuntur Anan.in d.rubr.de iudaeis num.* 8. *verſic. ex quo infert Soecin.conſil. 62.num.14.lib.1.*

Sed hæc opinio non modicam de iure patitur difficultatem, veluti quæ tan-
3 tum ea nititur ratione, quod officium procuratoris ſit vile, quam rationem plerique merito impugnant, & nouiſſimè, *Vincent. Mancin. in tract.de iuramento par.3.art.1.a num.15.vſque ad fi.*
4 *ad quem lectorem reiicio*. Et quicquid de hac controuerſia ſit, certum eſt ex omnium ſententia recipi,eam non procedere in ijs, qui munus procuratoris exercent in curia principis, quia cum illam vilibus, & infamibus ingredi non liceat,pręſertim ad munus aliquod

exer.

exercendum, *l. ſed & miles, §. ſed ignomi-*
nia, ff. de excuſ. tutor. inde reſultat, vt
qui tale munus exercent nequeant viles
reputari, *Bald. in rubr. de offic. iud. ante*
fin. & iterum in l. reum criminis in fine,
C. de procur. Io: Lupi, in cap. per veſtras, §.
9. num. 8. Et pari ratione non procedit
in Procuratoribus illuſtrium perſona-
rum, *Bald in l. Caſſius, num. 6. ff. de Se-*
nat Tiraq. de Nobil. cap. 30. num. 4. &
6. Quamobrem cum procuratores in
5 Romana Curia militent in curia Ponti-
ficis, qui eſt ſummus omnium in Terris
Princeps, & vt plurimum gerant cau-
ſas procerum, & Magnatum ex to-
to terrarum Orbe huc aduentantium,
merito non ſolum iudæi, & infideles ab
hoc munere repelluntur, ſed tale offi-
6 cium apud omnes honeſtiſſimum repu-
tatur, adeò vt in honoribus aſſequen-
dis nemini ſint ſecundi, nam vt alios
ante noſtra tempora mittam, qui ex
hoc ordine celſas ſibi coaptarunt ſe-
des Dignitatum, vel intra paucos an-
7 nos plures, & vidimus ad ampliſſi-
mos honores euectos, in quibus tam
laudabiliter diuerſantur, vt exoptan-
dum planè ſit plures ex hoc ordine, ad
honores aſſumi. Ex alio etiam officium
procuratoris in Romana curia exiſtima
tur honeſtiſſimum Ad illud enim non
niſi Doctorea laureâ inſigniti accedunt,
8 eorumque officium proprium eſt iudi-
ces tantum in facto inſtruere, reliquum
verò Cauſſæ pondus Sollicitatoribus re
linquunt, adeo quod non immeritò ora
tores, Cauſarumque patronos eos ap-
pellat eruditiſſimus Comprouincialis
9 meus, *Grauat in add. ad Veſtr. lib. 2. cap.*
18. Ad remigitur redientes dicendum
eſt iudæum, neque in curia Romana,
neque in aliis Tribunalibus, vbi cauſæ
cum dignitate pertractantur fungi poſſe
10 munere procuratoris, & ob id nu per
vidimus iudæum quendam exilio ab
Vrbe mulctatum, propterea quod auſus
fuerat apud nonnullos, iudices procu-
ratoris officium ſibi deſumere. Et hæc
eo fortius procedunt in prouincia Mar
chiæ, vbi per peculiares conſtitutiones
11 iudæus neque in cauſa ciuili, vel crimi-
nali, vel mixta, vt Sindicus, Procurator, vel defenſor, pro alio admittatur, ſed repellitur omnino, etiamſi pro iudæo quantumcunque ſibi coniuncto, vel ſocio interueniat, Et quicquid per iudæum alieno nomine in iudicio factum fuerit, non valet ipſo iure, vt in Conſtitutionibus *lib. 5. cap.* 10. poſſunt tamen fieri procuratores ad effectum ſubſtituendi chriſtianos, & non alias, *vt in iiſdem Conſtitutionibus loco. cit. Cap. vndecimo.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæus inter chriſtianos non poteſt eſſe notarius.*
2 *Notarius non dicitur habere dignitatem.*
3 *Notarius fungitur officio publico.*
4 *Notarius dicitur iudex carthularius, & habere iuriſdictionem voluntariam.*
5 *Notarii fides magna.*
6 *Notario actuario adhibetur maior fides, quam tabellario.*
7 *Notarius Principis habet dignitatem.*
8 *Iudæus poteſt eſſe notarius inter iudæos.*
8 *Conſuetudo hebræorum vt teſtamenta ſcribantur per Rabbinos.*

ARGVMENTVM.

An iudæus inter Chriſtianos poſſit eſſe Notarius.

CAP. XXVII.

NEgatiuam opinionem tenēt *Ang. in Auth. iuſiurandum quod præſtatur ab his Iaſ. in rubric. ff. de iuſt. & iur. num. 5. & in rubric. de nou. oper. nunc. num. 7. Marquardus loco cit. nu. 5.* Contrarium tenet *Anan.*

in cap.cum ſit ſub num. 5. verſ. ſecus in
1 *aliis tabellionibus, de iudaeis*. Prima tamen opinio receptior,& verior videtur, nam etſi Notarius non dicatur habere dignitatem,*l.vniuerſitas,& l.ſi quis pro-*
2 *curationem*, *C.de decur.lib.* 11. *Bar. in l. fin.C.de tabell.lib.* 10.negari tamen non poteſt, quin fungatur officio publico,
3 *cap.cum dilectus de fid. inſtr. cap.cum P. Tabellio eod. tit. Couar. pract. quaeſt. cap.* 19.*ſub num.* 5.*col.* 8. *verſ ſed & ſi dare. mus*. qui etiam ex pluribus probat Notariatus officium eſſe honeſtum. Hinc eſt quod Notarius dicitur Iudex Cartularius habens iuriſdictionem volunta-
4 riam,*gloſ. in l.* 1. *verb.Pro Tribunali circa ſin.ff.d. iudic.& in l.fin. C. vbi, & apud quem,& in l.rem non nouam,C.de iudic.* cuius iuriſdictionis infideles inter Chriſtianos ſunt incapaces, *Iaſ. in rubr. ff. de nou. oper. nunciat.ſub num.*3. Praeterea magna eſt fides, quae tribui-
5 tur Notario,*cap. illud de praeſumpt. cap. ad audientiam de praeſcript.* haec autem fides dari nullatenus poteſt infideli qui
6 nullam fidem habet, *cap. non poteſt* 2.*q.* 7.Et haec indubitate procedunt in Notario actuario, cui maior fides adhibetur, quia creditur illi ſine teſtibus,*cap. quoniam contra de prob.* & aſſiſtit iudicibus a Principe deputatis, ob quod reputatur honeſta perſona, *Couar.loc.cit. verſ.ſecunda concluſio,Menoc.conſ.* 552. *quod incipit*, *Reſpondendum num.* 8. *lib.* 6.*& ante eos Io. de Platea in l.* 1. *ad fin. C.de tabular.*Rota *deciſ.* 505.*num.*5.*par.* 1.*tom.* 2. *in recentior.* Et maiori ratione procedit in Notario principis, quia di-
7 citur habere dignitatem,*l.*1.*C.de mand. Princip.Bar.in l.* 1.*C.de dignit.lib.* 12. *et in l.eadem*, *§.* 1.*ff. ad l. Iuliam repetun. Bald.in cap.* 1. *de feud. guar. Anan. in d. rubr.de iudaeis ſub num.*5.*verſ.nec etiam poſſit*, *Marq.d.cap.*7.*n.*6.*ad fin.verſ.tanto minus*. Praedicta declarantur, vt procedant inter Chriſtianos, nam inter iudaeos, vel infideles poteſt iudaeus, & infidelis ſaltim tanquam Scriba tale offi-
8 cium exercere, *Iaſ. in d. rubric. de nou. oper.nunc ſub nu.*3.*verſic. Reſpondetur*, *Marquardus*, *de iudaeis par. tertia capitulo ſeptimo*, *numero ſeptimo*.

9 An autem valeat conſuetudo inter Hebraeos,quod Periti legis Abrahae habeant poteſtatem ſcribendi teſtamenta, & teſtamentis taliter ſcriptis adhibeatur plena fides alibi opportunius dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Iudaei non poſſunt habere ſeruum chriſtianum*, *extende vt num.*3.*& ſeq.*
2 *Filii libera non debent famulari filiis ancillae*.
4 *Baptizari volens non poteſt eſſe ſeruus iudaei*.
5 *Seruus iudaei confugiens ad eccleſiam vt baptizetur*, *efficitur liber*.
6 *Iudaeus recuſans dimittere ſeruum chriſtianum*, *compellitur ad dimittendum per Epiſcopum*.
7 *Seruus emptus a iudaeo mercimonii cauſa*, *ſi intra tres menſes non fuerit expoſitus venalis*,*efficitur liber*.
8 *Tres menſes praefixi ad vendendum quando incipiant*.
9 *Pretium duodecim ſolidorum*, *an ſit pretium rationabile*,*vel voluntarium*.
10 *Iudaeus non poteſt habere famulum chriſtianum*, *neque nutricem*, *neque obſtetricem in domo*.
11 *Iudaeus retinens nutricem chriſtianam punitur ab inquiſitoribus haeretica prauitatis*.
12 *Princeps ſaecularis non poteſt habilitare Iudaeum vt poſſit habere ſeruum*, *aut nutricem chriſtianam*.
13 *Aſſignatur ratio propter quam iudaei non poſſunt habere ſeruum*, *aut nutricem Chriſtianam*.
14 *Princeps ſaecularis non poteſt derogare bit quae reſpiciunt decorem chriſtianae dignitatis*.
15 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum iudaeo vt poſſit habere ſeruum vel nutricem chriſtianam*.
16 *Epiſcopus nō poteſt diſpenſare contra ius.*
17 *Iudaei an extra domum poſſint habere nutricem chriſtianam*.
18 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare vt iudaeus habeat obſtetricem extra domum*,

&

& quid in caſu neceſſitatis,num. 19.
20 *Elemoſynam poſſumus iudaiſ facere.*
21 *iudaeus poteſt habere ſeruum aſcripti-tium chriſtianum in conſequentiam ru ris.*
22 *Io.de Platea, & Surd.reprobantur.*
24 *Seruis aſcriptitiis qua onera poſſunt a iu daeis imponi.*
24 *Chriſtianus poteſt conſtruere edificium ad vtilitatem iudaei.*
25 *Chriſtianus poteſt deferre merces iudaei ad nundinas, & num.* 27.
26 *Tabiena, & Sanchez reprobantur.*

ARGVMENTVM.

Iudæus an poſſit habere Seruum, vel Nutricem, aut famulum Chriſtianum, cuius occaſione expenditur ſenſus cap. fin. de iudæis.

CAP. XXVIII.

Egulariter iudæi ſeruos Chriſtianos habere non poſſunt, ita docemur ex *cap.* 1.
1 *&* 2. *& cap. ad haec, & cap. & ſi iudaeos & c ſi.de iudaeis, cap.conſuluit el* 3. *vbi gloſs. Abb. Dec.& reliqui de appell.cap.generalis,* §. *hoc tunc, & cap. mancipia,& cap. praeſenti* 54.*diſt. l.vnica, C.ne quis chriſtianum mancip. l. Deo nobis C. de Epiſc. & cleric.* quibus iuribus ſuffulti, idem probant *Foller.in conſt.Regni tit.de iudaeis, num.*8.*Surd.de alim.tit.* 1. *quaeſt.* 18. *n.* 9. Ratio eſt ne filii liberæ filiis famulentur ancillæ, ſed tanquam ſerui a Do-
2 mino reprobati ſe ſaltem per effectum operis recognoſcant ſeruos chriſtianorum, *d.cap. & ſi iudaeos, ſed tit.*

3 Extenditur Primo, vt procddat ſiue ſeruus fuerit olim chriſtianus, ſiue fuerit de recenti,aut nunc baptizatus, *c.ſi quilibet* 54.*diſt.*

Extenditur ſecundo, vt procedat nõ ſolum in baptizato,ſed etiam in eo, qui
4 ſolam voluntatem ſuam declarauerit ſe velle baptizari, *d. cap. fin.ibi baptizari volentem de iudaeis, cap.fraternitatem, cum tribus ſeq.*54.*diſt.*

Extencitur tertio, vt ſi ſerui iudæorum, & aliorum infidelium ex eorum Ancillis nati ad Eccleſias fidei cauſa confugerint, libertate donentur,etiam
5 nullo ſoluto prętio, *d.l. Deo nobis, C.de Epiſcop. & Cler. cap.ſi quilibet* 54. *diſt. Abb. in cap.*1.*ſuq num.*2.*verſic.*1.*caſu de iudaeis.*

6 Extenditur quarto, vt ſi poſt baptiſmum iudæus, vel alter infidelis recuſet dimittere ſeruum chriſtianum,poſſit ad id compelli per Epiſcopum, & ab hac compulſione non detur appellatio,ſiue illa interponatur ab infidelibus, ſiue a principe nomine ipſorũ,vt eſt *text. vbi not. per omnes in cap. conſuluit, el* 3. *de appell.*

7 Extenditur quinto, vt ſi ſeruus aſſeratur emptus ab infideli cauſa mercimonij cunc ſi intra tres menſes fuerit expoſitus venalis,& emptorem non inuenerit,duodecim ſolidis pro quolibet bono ſeruo perſolutis,ſi ille ad Eccleſiã cõfugiẽs ſuã volũtatẽ patefecerit, liber efficitur, *d.c fraternitatem,*§. *hi vero, c.*1.*vbi gloſſ.in verb.datis extra de iudaeis, cap. fin. eodem*. Si vero intra prædictum tempus venalis non fuerit expoſitus, ſtatim atq: declarat ſe velle effici chriſtianum, eripitur in libertatem nullo ſoluto prætio, *d.cap.*1.*& fin.extra eodem d.cap.fraternitatem,*§.*ſi autem poſt.* 54. *diſt.* tribus autem menſibus elapſis inſurgit præſumptio quod fuerit emptus ſeruandi cauſa, contra quam præſumptionem non admittitur probatio in contrarium, vt probat *teſt. in d. cap. fraternitatis in fine* 54.*diſt. & tradit, gloſſ. in d. cap. vlt. in figuratione caſus verſ. nota quod ſi iudaeus Abb. in cap. fin ante num.*1.*verſ.ſed dictum Hoſtien.*
8 *de iudaeis*. Quando autem iſti tres menſes incipiant incurrere vide *Abb. poſt Hoſtienſ. et Io. Andr. in d. cap. fin.*
9 Poteſt hic dubitari? An prætium duodecim ſoildorum præfixum in

H 2 *d.cap.*

d. cap.primo , & fin. de iudaeis, ſit prætium ſtabilitum voluntarie , ita vt temporibus variantibus non mutetur, An vero ſit præ fixum vti prætium iuſtum, & rationabile , a deo,vt variante tempore mutetur , & quidem credo eſſe ſtabilitum vti prætium rationabile ex *text. in d.cap.fraternitatis,§ hi vero*, vbi hæc prouiſio fit ad hoc vt hi, quos huiuſmodi oportet ſeruos amittere, ne forſan vtilitates ſuas irrationabiliter exiſtiment impediri, quod quidē non eſſet ſi prætium duodecim ſolidorum de illo tempore non eſſet iuſtum & ideo crederem hodie loco prætii duodecim ſolidorum eſſe intelligendum prætium iuſtum, & rationabile.

10 Extenditur ſexto, vt non ſolum non poſſint habere mancipia Christiana,ſed neq;famulos in eorum familiari ſeruitio, cuiuſmodi ſunt nutrices,vel obſtetrices in eorum domibus etiam ſub prætextu alendorum puerorum ſuorum, *c. & ſi iudaeos , & cap. ad hac , & vtrobique Doct.eod.tit. de iudaeis*, Felin. *in cap. At ſi Clerici*, §. *de adulteriis col. fin. de iudaeis* Foller. *in conſtit. Regni tit. iudaeis,nu.10. in pragmatica* Caroli *Quinti, Eſt etiam hoc cautum nouo iure per Conſtitutionem Pauli Quarti , quae incipit cum nimis in §.4.*

11 Quinimmo iure nouo iudæus retinens nutrices contra ſacrorum canonum ſtatuta poteſt puniri etiam ab inquiſitoribus hereticæ prauitatis, quia eſt vnus ex caſibus comprehenſis in conſtitutione *Gregorii XIII. 70. quae incipit antiqua iudaeorum*.

Extenditur ſeptimo vt ad prædicta
12 neque poſſint habilitari , aut tueri per
Principem ſęcularem , vt probat *teſt.
in cap. conſuluit dec. 3. de appell.* nam
quod Chriſtiani nequeant eſſe ſerui,
13 nec in familiari ſeruitio iudæorum pro
cedit ex ratióne morali , & reſpiciente
decorem chriſtianæ dignitatis nempe
ne filii liberæ filiis famulentur ancillæ , & per effectum operis ſe agnoſcant
poſt Chriſti mortem in quam coniurarunt , ſeruos eſſe chriſtianorum , *d.
cap.& ſi iudaeos*,cui quidem decori non
poteſt princeps derogare , *argumento
teſt. in cap. ſi diligenti , de foro competen.*

15 Extenditur octauo, vt neque ad hoc
poſſint habilitari per diſpenſationem
Epiſcopi, quia ille non poteſt diſpenſare contra ius , niſi expreſſe , vel tacite
16 permittatur , ita concludit *Card. in
cap.ad hoc, quem ibi ſequitur* Abb. *num.
tertio, Soccin. num. quinto verſ. extra
gloſ.* Fel. *ſub num.3. verſ. Vtrum autem
Epiſcopus , Anan. nu. 6. verſic.ſed nunquid.* Qui omnes addūt rationem,quod
iſta prohibitio tendit ad fauorem fidei,
& diſpenſatio tenderet ad commodum
priuatum infidelis , & hoc idem tenet ,
Dec.in cap. conſuluit il tertio num. quarto de appell. extende tertio , vt neque .

17 Dubitari ſolet Primo An ſaltim extra domum poſſint habere nutrices , per quas ſuos infantes lactari faciant,negatiuam opinionem tenuit *Io.And.in d.c. ad hac , in finalibus verbis , quem ibi ſequitur* Butr. *in fine* Anan.*ſub num.5.& 6.vbi quod ita practicatur, & eum ſequi videtur ibi* Felin.*num.3. verſic. ſed contrarium,Ang. in verb. iudaeos nu. 4.ibique* Silueſter *quaeſt. 2. dicto 3. Armill. num.8. Tabiena quaeſt.4.num.5. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 21. quaeſt. 9. Sanchez ad praecepta Decalogi lib. 2.cap. 31. nu. 19. & 27. Aloyſ.de leo.in l.1.num. 20. C.de iudaeis* . Contrarium tenuit *Cardinalis in eod. cap.ad haec in verſ.oppono ibique Soccin. ſub num. 4. verſ. ſecundus intellectus,Abb. ſub num.2. verſ.Et breuiter , & huius ſententiae fuit gloſ. ibi in verſic. iu eorumdem domibus* , Foller. *loco cit. num. 11.*

Prima opinio mihi videtur verior , propterea quod vltra rationem ſuperioritatis hoc vetitum ſit potiſſimum ratione euitandi familiaritatem inter chriſtianos , & iudaeos, *cap. ad haec , de iudaeis* , quę ratio cum militet etiam extra domum merito,&c.*arg.l.illud, ff. ad l. Aquil.*

18 Dubitari ſolet ſecundo nunquid ſaltem Epiſcopus poſſit diſpenſare vt iudæus poſſit extra domū habere nutricē chriſtianā, affirmatiuā opinionē tenet **Anan.**

Anan.in d.cap.ad baec,in fine verſic.nun.
*quid.*Mouetur, quia cum ſint hinc inde
opiniones non poteſt dici,quod diſpen-
ſet contra ius,vt in ſimili notatur *in cap.*
fin.de appell.lib.6.imol.in cap.ex tuae de
*cler.non reſid.*At hæc ratio mihi non pro
batur, non enim eſt bona conſequen-
tia,hęc opinio eſt controuerſa, ergo ſu-
per illa poteſt Epiſcopus diſpenſare,
nam hoc dato Epiſcopus poſſet ſuper
omni iure controuerſo diſpenſare.Qua-
re contrarium tenent Feliꝗ. *in d.cap.ad*
baec verſic.ſubdit;Aloyſius de Leo *in l.* 1.
num. 24. *C.de iudæis*, Opiniones conci-
liando dicendum eſt opinionem felini
procedere regulariter, opinionem vero
Ananiæ poſſe procedere in caſu neceſſi-
tatis, nempe quando creaturæ infide-
19 lium propter nutricum, in opiam peri-
rent,nam tunc poſſet Epiſcopus diſpen-
ſare,vt conſiderat *Fel. loco cit.* Ad quod
facit qui licitum eſt nobis iudæo face-
20 re elemoſinam, *Gloſ. in cap. in eos verb.*
*nihil conferatur,de haret.*Et quod iudæo
pauperi carcerato tenemur alimenta
ſubmiminiſtrare, vt infra latius dicetur
*eod.lib.cap.*28. Prædicta declarantur pri
mo vt procedant reſpectu ſeruitii perſo-
nalis,ſecus reſpectu realis, Vnde poteſt
iudæus habere aſcriptitium chriſtianum
21 in conſequentiam ruris,quod poſſidet,
cap.2.§.hi vero per quem ita ſcribunt ibi
Gloſ.Abb.Anan.Felin.et cœteri extra de
iudæis. Marquar. in tract. de iudæis par.
2.cap.5.nu.20.Bero. in cap. 1.ſub num.
196. verſic. nec etiam prædictis, de conſt.
Silueſt.verſ. iudæus quaeſt.2.dicto 2.An.
gel.num.2.Azor.Moral.inſt.tom. 1.cap.
22.queſt.8.Sanchez ad praecepta Decalo-
gi lib.2.cap.31.num.21.Quem text.non
22 *animaduertere* Io. *de Platea in l. quem*
madmodum n. 9. verſ.ſed quid ſi vendidi
C.*de Agricol.et conſil.Surd.de alim. tit.*
8.*priuil.*89.*nu.*2.dum ſcribunt non poſ
ſe Iudæum emeræ fundum, cui ſunt aſ.
23 cripti Serui Chriſtiani.Eſt verum quod
non poſſunt iſtis aſcriptitiis imponere
aliquod onus vltra illa,quę peragere de
bent Coloni originarii,*vt in d.cap.*2. Et
parĳ ratione declarantur ſecundo, vt
Chriſtianus non prohibeatur ædificiū
conſtruere ad vtilitatem iudęorum no-
24 biſcum habitantium,*Anan.in d. cap.ad*
*baec ſub n.5.verſ.*Et prędicta intelligit,
25 nec non, & merces eorum equis, vel
curro ad nundinas deferre, & cętera
ſimilia exercere, propterea quod iſta
non reſpiciunt ſeruitium perſonale, ſed
reale Nec eſt probāda diſtinctio, quam
26 ex *Tabiena facit Sanchez loco cit.* An
iudæus ſit præſens, vel abſens,quia ſuf.
ficit quod ſeruitium non tendat in per.
ſonam.

Poſt hæc ſcripta reperi *Fel. Record.*
Pium V.ſub die 12. *Iuliii* 1566.median.
te perſona Cardinalis Vicarii præcepiſ.
ſe ne iudæi baiulorum,aut vectorum, &
aurigarum,ſeu Carretteriorum in oneri.
27 bus portandis,& in curribus,ſeu iumen
tis oneratis ducēdis chriſtianorū opera
vtantur Cui quidem præcepto pe r con.
trarium vſum video derogatum, vel
quia difficilis erat eius obſeruantia,vel
quia forſan derogat io fuerit obten ta.

S V M M A R I V M.

1 *Iudaei filios habent in poteſtate.*
2 *Filii iudaeorum exiſtentes in poteſtate pa.*
tris non poſſunt teſtari.
3 *Iudaeus admittitur ad defenſionem filii in*
cauſa capitali.
4 *Subſtituere poteſt iudaeus filis impuberi.*
bus.
5 *Filius conuerſus ad fidem quoad actus*
filio praeiudiciales nòn eſt in poteſtate
patris,ſecus quoad actus fauorabiles.
6 *Ratio quare filius infidelis non poteſt eſſe*
ſub poteſtate patris infidelis.
7 *Virgo veſtalis erat extra poteſtatem pa.*
tris.
8 *Dignitas liberat a peteſtate patris in prae.*
iudicialibus.
9 *Priuilegium alicui conceſſum non tollit*
abeo fauorem iuris communis.
10 *Iudaeus conuerſus ad fidem retinet ius*
ſucceſſionis.
11 *Item,et ſuitatis,ac ius tranſmiſſionis, e.*
tiam baereditate non adita.

12 *Iudæus conuerſus ad fidem non poteſt exhæredari.*

13 *Aequiparatur ingreſſo in religionem ac debetur illi legitima.*

14 *Statuto ſtante quod morienti ſine liberis in poteſtate, ſuccedat fiſcus, non habebit locum ſi iudæus moriatur cum filio, vel filia ad fidem conuerſa.*

15 *Idem ſi moriatur cum filio effecto Epiſcopo.*

16 *Conuerſo ad fidem debentur alimenta.*

17 *Iudæus poteſt filio ſubſtituere pupillariter, declara, vt nu. 20.*

18 *Subſtitutio pupillaris concernit fauorem pupilli.*

19 *Per conuerſionem ad fidem non amittitur fauor qui ante competebat.*

20 *Subſtitutio Pupillaris eſt teſtamentum filii.*

22 *Hæreditas impuberis eſt diuerſa ab hæreditate patris.*

23 *Conuerſus ad fidem non poteſt teſtari ad fauorem iudæi.*

24 *Qui facit actum nomine alterius debet ſeruare formam quam ſeruare debebatis cuius nomine ſit actus.*

25 *Iudex ſubrogatus tenetur ferre ſententiam cum iiſdem terminis quos tenebatur ſeruare iudex principalis.*

26 *Subrogatus tenetur dare eandem cautionem quam principalis.*

27 *Forma eſt ſeruanda etiam ſi mutetur perſona per quam actus explicatur.*

ARGVMENTVM.

Iudæi an habeant filios in poteſtate, cuius occaſione diſputatur, an, et quomodo iudæi ad fidem conuerſi ſuccedant parentibus, & An pater poſſit pupillariter ſubſtituere filio impuberi ad fidem conuerſo.

CAP. XXIX.

SI loquamur de filiis ad huc per
manentibus in iudaiſmo, tunc
1 licet *Archid. in cap. qui ſincera 45. diſt. ſenſerit iudæos non habere filios in poteſtate, nihilominus contrarium, & verius deſumitur ex c. 2. vbi adnotant paſſim Doct. & præſertim Io. Andr. Card. Butr. Anchar. & Abb. de conuerſ. infidel. Gloſ. in cap. iudæorum 28. q. Bald. in l. item qui in poteſtate ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, Card. in clem. 1. in fine de iudic. Alex. conſ. 71. nu. 2. lib. 2. & in l. multum intereſt. ff. de verb. obl. & conſ. 99. nu. 6. lib. 6. & conſ. 13. nu. 11. lib. 7. Afflict. deciſ. 151. num. 4. Pariſ. qui teſtatur de magis communi conſil. 2. num. 40. lib. 4. Fel. in c. iudæis el 2. nu. 6. de iudæis, præpoſ. in cap. qui ſincera 45. diſt. Soccin. conſ. 62. nu. 12. verſ. ſecundo pro hac parte lib. 1. Dec. in cap. conſuluit el 3. n. 3. & 4. de appell. Picus in l. qui ſe patris nu. 8. C. vnde liberi, Roland. conſil. 35. nu. 29. lib. 3. Marquar. de iudæis par. 3. cap. 4. num. 10. vbi teſtatur de oommuni Nauar. conſ. 4. tit. de conuerſ. infidel. Aſcan. clem. de patr. poteſt. effect. 7. num. 6. Surd. qui etiam de magis communi teſtatur in tract. de alimentis tit. 1. quæſt. 18. num. 6. D. conciuis meus* Philippus *Paſchal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 7. num. 4.*

Vnde deducitur Primo filios iudæo-
2 rum non poſſe teſtari, cum ad hoc impe-
diantur iure patriæ poteſtatis, *Bal. in l. nam, & Ciuium, num. 3. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iurie.*

Deducitur ſecundo Patrem iudæum
admitti ad defenſionem filij in cauſa ca
3 pitali, *Veronen. conſ. 75. in crim. Corn. conſ. 107. viſo themate lib. 3.*

Deducitur tertio iudæos poſſe filijs
impuberibus, & in poteſtate exiſtenti.
bus pupillariter ſubſtituere, cum hic ſit
4 effectus patriæ poteſtatis, *l. 2. ff. de vulg.
& pupill. inſtit. de pupillar. ſubſt. in prin.
l. ſi teſtamento, & l. precibus, C. de im.
puber. & aliis ſubſt. & in ſpecie Rip. in*
5 *d. l. 2. num. 22.* Si vero loquamur de fi-
liis ad fidem conuerſis, aut loquimur
quo ad actus filio præiuditiales, & quo
ad eos non ſunt in poteſtate parentum,
quia per conuerſionem ad fidem rum.
puntur illico vincula Patriæ poteſtatis,
& efficiuntur ſui iuris, *gloſ. in d. cap. iudæorum 28. quæſt. 1. Abb. in d. cap. 2. ſub num. 7. verſ. dic quod per baptiſmum de conuerſ. infidelium, & iterum Abb. in d.*

cap.

cap.ſin num. 3. de hæretic. *Felin.in cap.*
iudaei el 2. ſub num. 6. verſ. ſed per con-
uerſionem de iudaeis Aſcan. loco cit. effect.
77. num. 55. & ſeq. Surd. de alimentis
tit. 1. quaeſt. 18. nu. 4. Vrſill. ad Afflict.
d. deciſ. 151. num. 9. Cuius rei licet
plures ſoleant aſſignari rationes, quas
impugnat *Surd. loco cit.* hæc tamen mi-
hi conſonans videtur, nempe quia Chri-
6 ſtianus non debet eſſe ſubiectus poteſta-
ti illius, de quo ſuſpitio eſſe poteſt, vt il-
lum ad infidelitatis errorem adducere
poſſit, *d. cap. 2. §. cum autem de conuerſ.*
infidel. Item quia ſi filius familias per
patritiatus dignitatem liberatur a patris
poteſtate, *l. fin. C. de conſul. lib. 12. §.*
filius fam. inſt. quib. mod. iuſpatr. pot.
ſol. quis patiatur ſubiici poteſtati infide-
lis, eum quem Chriſtus ſibi delegit in
filium per baptiſmi Sacramentum? *cap.*
quia paſſus de conſecr. diſt. 2. cap. ad hoc
de conſecrat. diſt. 4. Congruit ad hoc ve-
tus Romanorum inſtitutum, apud quos
virgo veſtalis ſimul atque in atrium ve-
ſtę deducta, & Pontificibus tradita erat,
7 eo ſtatim tempore ſine emancipatione,
ac ſine capitis minutione, patris exibat
poteſtatem, *Gell. noct. acticarum. lib. 1.*
cap. 12. Si vero loquamur quo ad effe-
ctum filio vtiles, & proficuos, dicendum
eſt eſſe in poteſtate, *Felin. in d. cap. iu-*
daei, el 2. in fine verſ. illud autem, de iu-
daeis Rip. *in l. 2. num. 22. ff. de vulg. &*
8 *pupill.* Dignitas enim liberat a patria po
teſtate tantum in præiudicialibus, ſecus
in illis quæ illi poſſunt afferre commo-
dum, & emolumentum, *l. nepotes vbi*
gloſ. ff. de bis qui ſunt ſui, vel alieni iuris
Bart. in l. 3. in fine, ff. eod. tit. Bal. in. l.
Deo nobis, §. hoc etiam num. 6. C. de Epi-
ſc. & Cler. & in l. apud hoſtes num. 6. C.
de ſuis & legit. Caſtr. in l. ſub conditione,
num. 2. ff. de liber. & poſthum. Iaſ. in l. 2.
num. 22. ff. de vulg. & pupill. & priuile-
gium conceſſum non tollit ius commu-
9 ne quod affert commodum priuilegiato
vt notatur *in l. 3. §. ſi emancipato, ff. de*
contra tab. Bal. in d. l. apud hoſtes in fin.

Vnde infertur Primo quod iudæus ad
fidem conuerſus retinet iura ſucceſſio-
nis erga Parentes, & reliquos non ſecus
ac prius, quia dignitas adepta per ba-
10 ptiſmum, non debet reddere illum de-
terioris conditionis, *cap. iudaei, el 2. de*
iudaeis, Marquar. par. 3. cap. 2. num. 12.
11 Et pari ratione retinet iura ſuitatis, &
per conſequens ius tranſmiſſionis perpe
tuæ, vt in ſimili de filio effecto Monaco
ſcribit *Bald. in d. l. apud hoſtes nu. 6. & in*
d. l. Deo nobis §. hoc etiam nu. 6. ſubdens
quod ſi moriatur non adita hæreditate
paterna, tranſmittit hæreditatem, *Caſtr.*
in l. ſub conditione num. 2. ff. de liber. &
poſthum.

Infertur Secundo, quod non poteſt
ſub prætextu ingratitudinis à parenti-
12 bus ex hæredari, *l. Deo nobis §. primo C.*
de Epiſcopis, & cler. §. antepen. in fine
Auth. de ſanct. Epiſc. Anchar. loco cit.
nu. 2. ſed tenetur Pater ſibi relinquere
perinde ac ſi Religionem non mutaſſet,
13 *Felin. in d. c. iudaei ſub nu. 2.* quæ omnia
confirmata ſunt ex Conſtitutione *Pau-*
li Tertii 32. quae incipit, Cupientes iudaeos
vbi ſubdit vlterius quod etiam filii fa-
milias, & in patria poteſtate conſtituti,
legitima, & quacunque alia portione
bonorum patrimonialium, aut matrimo
nialium, eis integre, etiamſi contra vo-
luntatem parentum fuerint conuerſi,
etiam parentibus viuentibus debean-
tur, id quod etiam iuris eſſe probant
Ioan. Andr. in cap. iudaei de iudaeis, &
ibi Felin. num. 2.

Infertur Tertio quod ſtante ſtatuto,
vel conſuetudine quod morienti ſine li-
beris in poteſtate ſuccedat filius ſi mo-
riatur iudæus habens filium ad fidem
14 conuerſum, talis filius ad effectum ex-
cludendi fiſcum haberetur in poteſtate,
vt in ſimili de filio, qui exiit patriam po-
15 teſtatem per dignitatem Epiſcopalem
ſcribit *Bart. in d. l. 3. in fine ff. de bis qui*
ſunt ſui, vel alieni iuris Bal. in d. l. apud
hoſtes ſub nu. 6. verſic. conſuetudo C. de
ſuis, & legit. & in ſpecie Felin. *in d. cap.*
iudaei el 2. in fin. de iudaeis Marquar. de
iudaeis par. 3. cap. 4. ſub num. 12. verſic.
vnde ſi extaret conſuetudo.
16 Infertur Quarto quod conuerſus ad
fidem poteſt petere alimenta, *Bal. poſt*
gloſ. in l. mater C. *de iur. dot. Salic. in l. co-*
gno-

Digitized by Google

gnouimus C.*de haeretic.* Felin.*loco cit.*
Item, & filia poteſt petere dotem, *Salic.& Felin.locis ante citatis*.
17 Infertur Quinto pattem iudeum
poſſe ſubſtituere pupillariter filio impu-
puberi,& ad fidem conuerſo, quia cum
talis ſubſtitutio concernat merum fauo-
18 rem impuberis, *l.Iulianus ff. de acquir.
haered.inſt.de pupillar.ſubſt.in princip. in
verbis finalibus, & §.igitur eod. tit. gloſ.
in l. ex tribus C. de inofficioſo teſtamento
iaſ.in l.2.nu.22.ff.de vulg.& pupill.* ta-
lis vtique fauor non tollitur per conuer-
19 ſionem ad fidem, vt in ſpecie firmat
*Rip.in l.2.num.22.quemſequitur Marq.
d.cap.4.ſub nu. 4.verſ. & ex praedictis.*
20 Hoc ego ita demum verum puto,quate
nus ſubſtitutio fiat ad fauorem Chriſtia
21 ni,ſecus ſi ſubſtituatur iudæus.Moueor
quia ſubſtitutio pupillaris eſt teſtamen-
tum filii, *d. §. igitur inſt.de pupill.* atque
22 hæreditas filii impuberis eſt ſeparata
ab hæreditae patris teſtantis,*l.2.§.in he-
reditate,verſ.Si etiam impuberi ff.de hae-
red.vel act. vend.* Ideoque ſicuti filius
23 non poſſet teſtari ad fauorem iudæi, vt
latè probabitur *infra hoc eod lib.cap.39.*
ita neque poteſt pater, qui dum te ſta-
tur pro filio debet ſeruare qualitates,
quas teneretur ſeruare filius, vt in ſi-
mili ſcribit *Bal.in l.ſi puella C.ſi emani-
24 cip.alienat:fuerit*, vbi quod Epiſcopus
ſuccedens loco Exequutoris, qui de
mandato teſta toris debebat diſtribuere
in pauperes cum conſilio prioris prædi-
catorum,tenetur eandem formam ſerua
re, quam tenebatur ſeruare Exequutor,
25 *& Bal.ſequitur* Felin *in cap.cum acceſſiſ-
ſent nu.18.de conſt.*Facit etiam quod iu-
dex ſubrogatus inferenda ſententia
tenetur ſeruare eoſdē terminos ſubſtā
tiales, quos tenebatur ſeruare iudex
principalis in cuius locum eſt ſubroga-
tus *Verall.dec.261.par. 2.* & Quod ſu-
brogatus tenetur dare eandem cautio-
nem quam dare tenebatur principalis,
vt reſpondit Rota *in Romana officii 5.
Iunii 1604. coram Reuerendiſſimo D.*
26 *Coccino Rotae Decano*. Et quod ſuper
bonis ſubrogatis remanet eadem obli-
gatio Cameralis quæ erat in primis vt
cenſuit *Rota in Romana cenſus* 10. *Iunii*
1602 tunc *R.P.D.Ludouiſio,nunc San
ctiſſimo Domino Noſtro, Gregorio XV.*
Et demum facit ratio,quia quando vnus fungitur vice alterius, licet in faciendo ſit mutata perſona,debet tamen eadem forma ſeruari,*Bal.*Felin.*Marſil.&.Barbat.quos refert,& ſequitur Gabr.tit. de regul.iur.concluſ.2.nu.30.*

Licet ergo lex præſtet facultatem patri vt vice filii teſtetur, tamen in teſtamento condendo tenetur ipſe pater induere filii perſonam, ac ſe gerere ita ſicuti filius genere ſe deberet.

SVMMARIVM.

1 *Et 2. Referuntur Doctores vtriuſque partis.*
3 *Opinio Bar. quoad tutelam iudaeorum probatur conſuetudine.*
4 *Iudaus per baptiſmum liberatur à patria poteſtate.*
5 *Familiaritas inter chriſtianū, et iudaeum prohibita.*
6 *Suſpectus pupillo non poteſt eius tutelam gerere.*
7 *Inimicia eſt cauſa ſufficiens vt quis repellatur à tutela.*
8 *Infidelis inimicitias capitales exercet cum Eccleſia.*
9 *Tutela officium eſt pietatis.*
10 *Intell.l ſpadonem §.iam autem ff. de excuſ.tut.*
11 *Excluſus ab officiis publicis, intelligitur excluſus quoad honores,non quoad onera.*
12 *Bannitus ſi deſinat eſſe ciuis, intelligitur quoad honores.*
13 *Priuatus nobilitate intelligitur priuatus quoad ea quae afferunt vtilitatem.*
14 *Priuatus loco,et capitulo,non intelligitur priuatus in his quae ſunt oneris.*
15 *Statuto ſtante quae mercator Vſurarius non habeatur pro mercatore, intelligitur quoad vtilitates.*

ARGVMENTVM.

An iudæus poſſit eſſe Tutor Pupilli Chriſtiani.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXX.

OPinionem negatiuam tuētur *Bar. in rubric. ff. de*
1 *iuſt. et iur. uum. 1. quem ibi ſequū. tur laſ.a num. 12. vſque ad fin. laſ. num. 6. Anan. iu*
rubr. extra de iudæis num. 7. Roman. in l. quæ ſuperſtites ff. de acquir. haered. vt in l pactum num. 11. C. de collat. Anan. iu rubr. de iudæis num. 7. Brun. in tract. ſtautibus maſculis art. 6. ſub num. 60. verſic. & quod iudæi Felin. iu cap. cum ſit ſub uum. 1. verſic. item infertur de iudæis, Soccin. conſil. 70. num. 6. lib. 1. Roias de baret. ſingul. 87. num. 2. Bertach. de gabell. par. 3. quæſt. 8. Couar. in clem. ſi furioſus par. 1 §. 2. ſub nu. 7. verſ. ſed quæ-
2 *ritur*. Contrarium tenent, *Fulgoſ. in d. rubr. ff. de iuſt. & iure uum. 2. verſic. ratio tamen. Rom. ſibi contrarius in l. 3. §. iurari ff. de iureiur. Barbat. conſil. 15. colum. 3. & 4. lib. 1. Crot. in rubr. ff. de uou. oper. nunciat. num. 8. Marquar. de iudæis par. 2. cap. 7. num. 14.* Ducuntur tantum autoritate *text. l. ſpadonem §. Iam autem ff. de excuſat. tut.* 161. Et iudæi, non iudeorum tutores erunt, ſicut, & reliqua adminiſtrabunt. Quo non obſtante non eſt recedendum ab opinione Bart. quæ communi conſuetudine, & iure ipſo probatur. Communi conſuetudine, quia idem Fulgoſ. *in dicta rubric. ff. de iuſt. & iur. in fine* teſtatur opinionem Bart. de
3 conſuetudine ſeruari. Item quia paſſim videmus in Vrbe Infidelibus pupillis ad fidem venientibus tutores dari Chriſtianos, eodemque bonis moribus, & facultatibus pollentes, quæ conſuetudo ſola vim legis haberet, ſi ius ſcriptum deficeret, *l. de quibus ff. de legib. §. ex non ſcripto inſt. de iure natur.*

Iure probatur primo, quia pupillus
4 ſtatim atque efficitur chriſtianus, liberatur vinculis patriæ poteſtatis, quia periculum eſt, ne pater infidelis illu n adducat ad infidelitatis errorem *cap. 2. vbi Doct. de conuerſ. infidel.* Ergo multo magis debet liberari nexibus poteſtatis tutelaris, tum quia poteſtas tutelaris eſt minor, tum etiam quia ſubeſt idē ſubuerſionis periculū. Necrefert ſi dicatur, ad euitandum ſubuerſionis periculum poſſe pupillum educari penes alium, *vt in l. 1. C. vbi pupill. educ. deb.* quia hac ratione attenta, non deberet filius liberari à poteſtate patris, videlicet quia poſſet educari penes alium.

Secundo Si inter Chriſtianum, & iudæum, eſt prohibita familiaritas, *cap. ad*
5 *hæc de iudæis*, ergo tanto magis poteſtas tutelaris, quæ maiorem vim habet, quā habeat familiaritas, *l. in copulandis C. de nupt.*

6 Tertio ſuſpectus alicui non poteſt eius tutelam gerere, *l. 1. & tot. tit. ff. & C. de ſuſpect. tut.* Tutor autem infidelis eſt omnium ſuſpectiſſimus Chriſtiano pupillo, *d. cap. 2. de conuerſ. in fid.*

7 Quarto Ad hoc, vt quis repellatur à tutela pupilli, ſufficit ſi inimicitias geſ-
8 ſerit cum Parētibus pupilli, *l. 3. §. ſi tutor ff. de ſuſpect. tut.* At infidelis capitales inimicitias gerit cum Eccleſia, cuius omnes chriſtiani ſunt filii, *cap. quia paſſus in fin. de conſecr. diſt. 2. c. ad hoc de conſecr. diſt. 4.* Ergo.

9 Quinto officium tutelare eſt officium pietatis, *l. pietatis C. de excuſ. tutor.* at in infideli pietas non inuenitur, ergo.

10 Reliquum eſt, vt reſpondeamus ad *text. in l. ſpadonem §. iam autem*, & quidem *Bart. & reliqui communiter in d. rubr. ff. de iuſt. & iur.* exiſtimant eius diſpoſitionem eſſe antiquatam, & correctam, idemque exiſtimat, *Feliu. in d. cap. iudæi el 2. de iudæis.* Alii, prout *Crot. iu rubr. ff. de nou. oper. nunciat. num. 12.* cenſent illum loqui per viam diſpenſationis. Ego credo Textum illum non tribuere iudæis ius petendi tutelam, ſed tantum explicare, quod illi ab onere tutelari, ſi quando eis deferatur, excuſari non poſſunt, quod recte probant tum verba Text. tum etiam qualitas tituli, ſub quo eſt ſituatus, qui integraliter agit de excuſationibus tutorum; Hoc autem vt rectius liqueat, noſſe oportet, duos eſſe terminos ad inuicem dif-

differentes, Alterum, quod quis ius ha-
beat petendi tutelam, cuiuſmodi ſunt
omnes illi, quibus rutela de iure deſer-
tur, de quibus in, §. *fin. Inſt. de capit. cli-
min.* Alterum quod quis datus tutor à
iudice, vel reſtatore habeat ius ſe excu-
ſandi, prout habere ſolent plures, de
quibus *in tit. de excuſ. tutor.* Modo iu-
dæi, & coeteri, infideles non habent ius
perendi tutelam pupilli chriſtiani ex ra-
tionibus ſupra allegatis, ſed quarenus
aliqua ratione contingat eos à teſtato-
re vel iudice dari tutores, non poſſunt
a dicto onere ſe excuſare, nam licet ſint
inhabiles ad eam petendam, ne videan-
tus inter homines omni exceptione ma-
iores computari, tamen hæc inhabilitas
non tribuit eis priuilegium excuſatio-
nis, quia inhabilitatio odioſa operatur
tantum, vt inhabilitatus non poiſit con-
ſequi honores, & dignitates, non autem
vt excuſetur ab incommodo *Bald. An-*
11 *gel. & Imol. in l. eam quam C. de fidei-
com. vbi quod excluſus ab officiis publicis
intelligitur excluſus quo ad honores, non
autem quo ad onera.*

Hinc licet Bannitus deſinat eſſe ci-
uis, tamen hoc intelligitur quoad vti-
12 litatem, non quoad onera, *gloſ. in l. 2.*
13 §. *nemo ff. de capit. diminut.* Et quod pri-
uatus nobilitate, intelligitur priuarus
quo ad honores, & vtilirates, non quo
ad onera, quia tenetur illa ſubire perin-
de ac ſi priuatus non eſſet, *Bart. in l. 1.
C. de infam. lib. 10. & repet. l. 1. col. penul.
C. de dignit. eodem lib. Rom. in l. ſi quis
in graui* §. 1. *ff. ad* Sillan. *de maleſ. verb.*
14 *Sempronium col. vlt.* facit etiam quod
priuatus loco, & capitulo non intelligi-
tur priuatus iis, quæ ſunt onetis, *Card.
in clem.* 1. *colum.* 7. *de re iudic. iaſ. in d.*
15 *rubr. ff. de iuſt. & iur.* Et ſtante ſtatuto
quod mercator vſurarius non habeatut
pro mercatore intelligitur quo ad vtili-
tates, non quo ad onera *Bald. conſil.*
220. *lib.* 3. Io. *Baptiſta de Sancto Suer. in
repet. l. omnes pupilli num.... ff. de iuſt.
& iur.*

SVMMARIVM.

1 *Infidelis adultus an poſſit ad fidem com-
pelli, & nu. 6. & ſeq.*
2 *Domus Dei eſt Eccleſia.*
3 *Paulus à chriſto coactus venit ad fidem,
Declara, vt num. 15.*
4 *Chriſti actio debet eſſe noſtra inſtitutio.*
5 *Homines non ſunt in ſua mala volunta-
te permittendi.*
7 *Fidem praeſumitur non habere qui ad
eam venit coactus.*
8 *Baptiſmus non debet conferri niſi ei qui
præſumitur habere fidem.*
9 *Fides naturali ratione ſuaderi non poteſt.*
10 *Chriſtus mittens Apoſtolos non iuſſit vt
gentes ad fidem cogerent, ſed vt eos do-
cerent.*
11 *Manſuetudo* Chriſti *quos effectus pepe-
rit.*
12 Chriſti *fides nos docet charitatem, &
manſuetudinem.*
13 *Exempla referuntur quibus conſtat Ec-
cleſiae non expedire infideles inuitos
ad fidem cogere.*
14 *Infideles cogi poſſunt ad fidem per inſtan-
ſtantiam praedicationis.*
16 *Dei arcana ſcrutari non debemus.*
17 *Ab infidelibus baptizatis ad non baptiza-
tos argumentum non procedit.*
18 *Iudaeus recuſans effici chriſtianus non
amittit ius ſuccedendi.*
19 *Mulier iudea recuſans baptizari, non pri-
uatur dote.*
20 *Iudaei non poſſunt bonis ſpoliari eo quia
recuſent effici chriſtiani.*
21 *Iudaei non poſſunt grauari gabellis vt
tedio affecti efficiantur chriſtiani.*
22 *Penſiones domorum inter hebraeos non
poſſunt augeri.*
23 Intell. *cap. cap. iam vero* 23. *q.* 6.
24 Iudaei *nequeunt turbari in celebratione
feſtiuitatum.*
25 *Theodorici Regis edictum quoad iu-
daeos.*
26 Infidelis *petens ſua ſponte baſptizari an
poſſit pœnitere.*
27 *Baptizatus ficte an ſit cogendus ad ob-
ſeruantiam fidaei.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An iudæi licitè poſſint ad fidem ſeu baptiſmum compelli.

CAP. XXXI.

PRo reſolutione
duo ſunt conſti-
tuenda capita,
primum de iu-
dæis adultis, ſe-
cundum de ipſo-
rum infantulis;
Quo ad primum
Scot. in 4. ſent. diſt. 4. diſt. 9. cenſuit reli-
1 gioſè fieri, ſi infideles cogerentur mi-
nis, & terroribus ad ſuſcipiendum ba-
ptiſmum & ad illud poſtea ſeruandum,
ſuffultus, primo ex *Lucae cap.* 14. vbi
2 Dominus Diſcipulis loquens, *Exi (in-
quit) in vias, & ſemitas, & compelle in-
trare, vt compleatur domus mea.* domus
enim eſt Eccleſia, in quam Homines
non intrant, niſi per fidem, *cap. maiores
de Baptiſm. cap. 1. de Sum. Trinit.*
3 Secundo, quia Paulus coactus a
Chriſto venit ad fidem, *Actum, cap. 9.*
Ergo non incongruit quod infideles co
gantur ab Eccleſia, quia omnis Chriſti
actio debet eſſe Eccleſiæ inſtitutio, *cap.*
4 *ſolemnitates el 2. de conſecr. diſt. 1.*
Tertio quia Homines non ſunt in
5 ſua mala voluntate permittendi, ſed ad
bonum cogendi, vt pluribus probat, *D.
Aug. in cap. diſplicet* 23. *q.* 4.
6 Quibus non obſtantibus iudæos in-
uitos ſine peccato ad fidem compelli
non poſſe docent, D. *Tho. 2. 2. q. 10. art.
8. Riccard. in 4. ſent. diſt. 6. art. 3. q. 1.
ibique Palud. diſt. 4. q. 4. Durand. q.
6. Sot. diſt. 5. q. vnic. art. 10. Innoc. in
cap. quod ſuper num. 8. de voto, ibique
Card. in 5. q. & Abb. ſub num. 10. verſ.
ita quod licitè, & iterum Abb. in cap.
ſicut iudaei de iudaeis, Bald. conſil. 316.
ſub num. 4. verſic. quinto iudaei lib. 1.
Bald. Nouell. de dot. par. 11. num. 47.
Natt. conſil. 434. num. 1. & per tot.
Marq. de iudaeis par. 3. cap. 2. num. 8.
Euerard. iun. conſil. 36. num. 3. lib. 1.
& haec omniũ omnis certiſſima, cõmuniq;
conſenſu probata, vt Riccard. & Sot.
locis cit. teſtantur, Pariſ. conſil. 2. nu.
17. cum ſeq. lib. 4.* Pancirol. *conſil.* 101.
*Borgnin. dec. 21. nu. 14. de contract. Aloy-
ſius de Leo in l. 1. nu. 56. C. de iudaeis.*

Probatur autem primo auctoritate
*text. in cap. ſicut iudaei, vbi notant om-
nes extr. de iudaeis, & in cap. maiores, §.
item quaritur de baptiſ. & in cap. qui ſin-
cera, & cap. de iudaeis, 45. diſt. & in cap.
ad fidem 23. quaeſt.* 5. in quibus om-
nibus ad litteram docemur infideles ad
huc non baptizatos ad fidem cogi non
debere. Secundo hoc idem agnoue-
runt Honor. & Theod. Imperatores, *in
l. Chriſtianis C. de paganis, et ſacrificiis
eorum*, dum ſpecialiter demandarunt
omnibus, qui chriſtiani verè ſunt, vt
iudæis ac paganis quiete degentibus,
nihilque tentantibus turbulentum, le-
gibusque contrarium non audeant ma-
nus inferre Religionis auctoritate abu-
ſi. Tertio hoc ẽt probat *Tertullian. ad
ſcapulam in fine, dum inquit, non eſt Reli
gionis cogere Religionem, quae ſpõte ſuſcipi
debet, non vi.* Clemens etiam Romanus
*li. 5. recognit. fidem, inquit, eſſe ſuadendã,
non imponendam.* Quarto probatur ra-
tione, quia qui cogitur inuitus venire
ad baptiſmum non præſumitur habere
7 fidem, *d. cap. ſicut iudaei de iudaeis.* baptiſ
mus autem non debet conferri, niſi ei,
qui fidem habere præſumitur, vt late
poſt alios probat, *Sot. in 4. diſt. 5. q.*
8 *vnic. art. 8. & art. 10. in 3. concluſ. verſ.
hinc ergo* ſubdens, quod eſſet ſacrile-
9 gium Infidelem baptizare, *Natt. conſil.*
434. *num.* 3. Quinto quia fides natura-
li ratione ſuaderi non poteſt, non enim
eſt fides, cui humana ratio probat ex-
perimentum, *cap. in domo de poenit. diſt.
4. c. venit de conſecr. diſt.* 4. ſed opus eſt
ſuaderi, ſupernaturalibus miraculis, ad
quam ſuaſionem non eſt idonea coa-
ctio, ſed adhibenda ſunt media, quæ hu
10 manos animos poſſint conciliare. Hinc
Chriſtus miſſurus Apoſtolos ad Gen-
tes, non iuſſit, vt eas ad fidem per vim
cogerent, ſed vt prædicatione doce-
rent, inquit enim, Prædicate Euange-
lium

eſſet trahendum in conſequentiam, veluti factum à Domino, cui nemo dicere poteſt, cur ita facis, vt bene reſpondet *Turrecrem. loco cit. in reſponſ. ad Secundum, Sot. loco cit. in reſponſ. ad Tertium, cum quibus concordat gloſ. in d. cap. maiores, verb. contrarium de baptiſ. vbi quod quæ Diuino iudicio fiunt in conſequentiam trahi non debent*, nec enim noſtrum eſt arcana Dei ſcrutari,
16 & de illis reddere rationem, *cap. ſi quando, de reſcript.*

Ad tertium reſpondetur, quod ibi D. Aug. loquitur de infidelibus baptizatis, nos autem de infidelibus non baptizatis, inter quos latum eſt diſcrimen; Aliud eſt enim cogi ad ſuſcipiendum nouam fidem, quam nuſquam habuit, aliud ad redeundum
17 ad illam fidem, quam ſemel ſuſcipere placuit, illi enim cogi non poſſunt ex rationibus hactenus deductis; iſti vero cogi debent omnino, ne fides apud eos vilis, & contemptibilis videatur, *cap. quidam de Apoſtat. cap. contra Chriſtianos de hæretic. lib. 6. cap. plerique de conſecr. diſt. 3.* Solutis ergo contrariis remanet firma concluſio iudæos adultos, ad baptiſmum, ſiue fidem licite cogi non poſſe, quæ concluſio ampliatur, vt procedat non ſolum directe, ſed etiam indirecte, ita *Abb. per illum text. in cap. ſicut iudæi ſub num. 3. verſic. Item in. directe de iudæis, Gemin. in capit. qui ſincera num. 1. & 2. 45. diſt. Borgnin. deciſ. 21. num. 16. de contract. Bald. nouell. in tract. de dot. par. 11. num. 47. differ. 11. Euerard. iun. conſil. 36. num. 3. & 5. lib. primo* pro quibus facit *text. in d. cap. qui ſincera, & cap. iudæi 45. diſt. & reg. l. oratio ff. de ſponſal. Vnde*.

Infertur primo, quod iudæus recuſans effici chriſtianum, non perdit agnationem, neque ius ſuccedendi paren-
18 tibus, quia alias eſſet eos ſpoliare argumento, *d. cap. ſicut iudæi, de iudæis & cap. de iudæis 45. diſt.* vide latius infra *lib. 10. cap. 7.*

Infertur ſecundo, quod mulier iudæa, cuius Vir conuerſus eſt ad fidem, ſi recuſet effici chriſtiana, non
19 eſt ſua dote priuanda, quia eſſet eam cogere ad fidem per indirectum, vt cenſuerunt *Bald. nouell. & Euerard. locis ſupra citatis.* Quod quidem eſt accipiendum ad effectum, ne mulier careat emolumentis dotis, & vt inde conſequi poſſit alimenta, non autem vt dos debeat reſtitui mulieri, quia debet deſeruire pro oneribus matrimonii, iuxta ea, quæ bene tradit *Borgnin. deciſ. 21. de contract.* Et pari ratione.

20 Infertur tertio, non poſſe iudæos bonis propriis ſpoliari, vt hac via coacti veniant ad baptiſmum, vt pluribus probat, *D. Aug. in homil. 7. Col. vlt. tom. 10. Text. in d. cap. ſicut iudæi, de iudæis, & in d. cap. de iudæis 45. diſt. vbi hoc expreſſe ſcribunt* Ar. *chidiac. in princip. & Prapoſ. numero ſecundo, verſiculo ſolutio dic quod quadam, Gemin. num. 2. Borgnin. d. dec. 21. nu. 15.*

21 Infertur quarto, quod iudæi nequeunt penſionibus, ſiue vectigalibus extraordinariis grauari, vt illis tedio affecti ad baptiſmum perducatur, quod probatur primo ex *d. c. ſicut iudæi, de iudæis, vbi praecipitur ne quis à iudæis coacta ſeruitia exigat, niſi quae ipſi tempore praeterito facere conſueuerunt*. Ergo ad inſolitas exactiones cogi minime poſſunt. Secundo, quia grauare iudæos extraordinariis exactionibus, nihil aliud eſt, quam eorum pecunias per vim auferre, At hoc eſt prohibitum, *d. cap. ſicut iudæi, ibi, vel ſuas pecunias auferre praeſumat*, Ergo. Tertio probatur ex *Conſtitutione Iulii Papae tertii quae incipit, Vniuerſis, & ſingulis, quae eſt quinta in ordine Bullarii*, in qua hebræis indulgetur ne ab vlla communitate, etiam per viam ſtatuti, poſſint grauari onere extraordinario, ſed quod conſeruetur conſuetudo, neque poſſint cogi ad ſuſcipiendum nouum viuendi

modum,nec ad hoſpitandum equos,vel
milites, niſi id, tam chriſtianis, quam
Hæbræis generaliter imponatur, &
neceſſitas vrgeat. *Quarto ex conſtitu-
tione Pii Papæ 4. quæ eſt 63. & ſingulis*,
per quam Domini domorum exiſten-
22 tium in ſeptis iudæorum locare tenen-
tur iudæis domos pro penſione à Ca-
merario declaranda, quam poſtea
augere non poſſunt,ad hoc ne vltra de-
bitum modum in penſionibus grauen-
tur: Quinto hoc ipſum ſuadetur ex con-
ſuetudine vrbis, in qua hebræi in colle-
ctis non niſi pro proportionabiliter gra-
uantur. Sexto hoc probat in ſpecie
D. *Greg. lib. 4. Regeſtri Epiſt. 50. Ad
Ciprianum Diaconum Rectorem patri-
monii Siciliæ Aloyſ.de Leo in l.1.nu. 65.
& 66.C.de iudæis.*
23 Contra prædicta videtur *text.in cap.
iam vero 23. q. 6. vbi D. Greg. inquit,
quemdam nomine Ruſticum, qui multæ
perfidiæ, & obſtinationis erat tanto pen-
ſionis onere eſſe grauandum, vt ipſa exa-
ctionis poena compellatur ad rectitudi-
nem feſtinare*, & per illum text. hoc in-
nuere viſi ſunt ibi *Arch.& Præp. ille ſub
nu. 1. hic vero ſub nu. 2. verſ.non obſtat
Marq.de iudæis par.3.cap. 2. verſ. qua-
dam eſt coactio.*

Sed vt idemmet *Archid. & Præpoſ.
& ante eos gloſ.*ibi animaduertit, Ruſti-
cus ille, de quo D. Gregor. loquitur,
erat chriſtianus baptizatus, & in hære-
ſim lapſus, vel alias contumax, & in
delicto perſiſtens, & propterea ab eo
non bene deſumitur argumentum ad
infidelem non baptizatum, de quo nos
in præſentiarum loquimur,cum illum
Eccleſia cogere poſſit, & debeat *c.1.2.et
3.23. q.6.* hunc vero cogere nullatenus
debeat, *cap. de iudæis 45. diſt.cum aliis
allegatis.*
24 Infertur Quinto,quod iudæi in Ciui-
tate nequeunt in ſuarum feſtiuitatum
celebratione perturbari,neque poſſunt
chriſtiani eorum cemeterium occupa-
re,ex quo eſſet eos per indirectum co-
gere ad baptiſmum,vt probat *tex. in d.
c.ſicut iudaei iuncto principio cum S.nul-
lus extr.de iudæis, & in l. nullus C. eod.
tit.ibi,non facile eorum Synagoga,vel ha-
bitacula concrementur, & in l. in Syna-
gogam C.eod.tit.*non enim eſt illis impo
nēda neceſſitas,per quam eorum ſuper-
ſtitio lædatur,*l.3.in fin. ff.de Decur. &
in l.ſpadonem, S. Conſtitutiones ff.de ex-
uſ.tutor.*Et ſicut iudæis non debet eſſe
licentia quicquam in Sinagogis ſuis vl-
tra quam permiſſum eſt lege præſume-
re,ita in his,quæ eis conceſſa ſunt,nullū
debent præiudicium ſuſtinere,vt inquit
D. *Gregor. in Epiſt. ad victorem Epiſco-*
25 *pum Panorm.lib.7. Regeſti c.26.*Con-
cinit etiam reſcriptum Theodorici Re-
gis iudæis Mediolanenſibus directum
nobis per hæc verba relatum à *Caſſiodo-
ro variarum lib.5. c. 37. Quoniam non-
nullorum vos frequenter cauſamini præ-
ſumptione laceratos, & quæ ad ſynago-
gam veſtram pertinent perhibetis iura re-
ſcindi, opitulabitur vobis manſuetudinis
noſtræ poſtulata tuitio, quatenus nullus
Eccleſiaſticus quæ Synagogæ veſtræ iure
competunt,violentia intercedente perua-
dat, nec veſtris ſe cauſis importuna acer-
bitate permiſceat.*
26 Principalis concluſio limitatur du-
pliciter,primo, ſi infidelis ſua ſponte
petat baptizari,& deinde,pœniteat, &
nolit baptizari,vt per *Marquar. de iu-
dæis par.3.cap.3.nu.1.*Secundo quando
quis ficte ſuſcepiſſet baptiſmum, quia
27 tunc poteſtad fidei obſeruantiam com-
pelli, *cap.ſicut ficti 1. q. 1. cap. quam-
uis de conſecr. diſt. 4. Bero. quæſt.Famil.
2.par. 2. Marq.de iudæis par. 3. cap. 2.
num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Et 2.Referuntur vtriuſque opinionis Do-
ctores.*
3 *Baptiſmus debet fundari in aliqua fide.*
4 *Infans nullum habet animi iudicium.*
5 *Patrini non habent poteſtatem in filiis
aliorum parentibus inuitis.*
6 *Eccleſia ante baptiſmum nihil iuris habet
in paruulis infidelium.*
7 *Vtilitas quando inducat voluntatem.*

8 *Pu-*

8 *Pupillus nō poteſt adire hæreditatē quamuis lucroſam ſine autoritate tutoris.*

9 *Baptizatus contrahit obligationem ſtrictiſſimam.*

10 *Filius quando caret vſu rationis iudicatur quaſi portio viſcerum parentum.*

11 *Voluntas patris, & filii cenſetur vna et eadem, etiam quoad religionem et num. 12.*

13 *Liberi dicuntur in ſacris parentum.*

14 *Liberi naturaliter ſequuntur affectum parentum.*

15 *Eccleſia non recipit infideles ad baptiſmum antequam probet eorum voluntatem.*

16 *Infantes iudæorū parentibus orbati non poſſunt baptizari niſi accedente conſenſu tutorum extende vt num. 17. & 18. & 21.*

19 *Infantes iudæorum inuitis parentibus an poſſint ſequeſtrari penes chriſtianos, ad effectum explorandi voluntatem aduentente vſu rationis.*

22 *Infantes infidelium oblati baptiſmo a parentibus ſanitatis cauſa, an ſint cogendi ad obſeruantiam fidei.*

23 *Baptiſmum ſuſcipiens præſumitur illud Deo inſpirante ſuſcipere.*

24 *Infans vt poſſit baptizari ſufficit ſi vnus tantum parens conſentiat etiam altero reluctante extende vt num. 28.*

25 *Nauar. conſil. 4. de Conuerſ. infid. improbatur.*

26 *Infans cuius vnus parens eſt fidelis, poteſt baptizari etiam ſi tam parens fidelis, quam infidelis reluctet.*

27 *Fidei fauor quid operetur.*

29 *Infantes infidelium capti in bello baptizari poſſunt etiam parentibus inuitis.*

30 *Infans infidelis expoſitus poteſt inuitis parentibus baptizari.*

31 *Infans infidelis iam iam moriturus an poſſit inuitis parentibus baptizari.*

32 *Filii Apoſtatarum, & hæreticorum poſſunt inuitis parentibus baptizari.*

33 *Baptizati omnes ſunt ſub iuriſdictione eccleſiæ.*

34 *Eccleſia habens eccleſias ſibi ſubiectas, ſi ſubiiciatur alteri, ſubiicitur ſimul cum ſuis Eccleſiis.*

35 *Patria poteſtas per hæreſim, vel apoſtaſiam diſſoluitur.*

36 *Infantes chriſtianorum poſſunt etiam parentibus inuitis baptizari.*

ARGVMENTVM.

An infantes iudæorum, & infidelium, qui adhuc ad vſum rationis non peruenerunt; poſsint inuitis parentibus baptizari.

CAP. XXXII.

1 DVæ ſunt Doctorum opiniones, Altera negatiua, nempe quod parentibus inuitis pueri ante vſum rationis baptizari licite non poſſint, quam probat D. *Thom. 2. 2. q. 10. art. vlt. ſequuntur Riccard. ibi diſt. 6. Palud. diſt. 4. Sot. diſt. 5. quæſt. vnica artic. 10. in 2. concluſ. Dionyſ. Cartuſ. in 4. ſent. diſt. 4. q. 7. D. Ant. in ſum. par. 2. tit. 12. cap. 2. §. pueri iudæorum Victoria de Sacramentis tit. de baptiſm num. 27. Io. Viguer. inſt. tit. de vir tute fidei cap. 10. §. 5. verſic. 5. Io. de Lignano, Cardin. Anan. Socein. Abb. Felin. & alii, in d. cap. ſicut iudæi ext. de iudæis, Cardin. in clem. 1. num. 8. eod. tit. Calder. conſil. 3. eod. tit. Rom. in l. multum intereſt. num. 7. ff. de verb. oblig. ibique Aret. num. 7. Pariſ. conſil. 2. nu. 38. vbi teſtatur de communi, Nauar. conſil. 4. tit. de conuerſ. Infidel. vbi etiam teſtatur de communi Reſtaur. de Imperat. cap. 10. nu. 315. Natt. conſil. 434. lib. 2. Simancha de Cathol. inſt. tit. 29. num. 52. Borgnin. deciſ. 21. nu. 14. par. 2. Vaſq; Illuſtr. quæſt. lib. 1. cap. 8. nu. 12. Zāch. in tract. de hæret. cap. 36. nu. 1. Corn. Benincaſa in tract. de pauper. in 5. ſpec. in iud. nu. 8. Cucchus inſt. Can. lib. 5. tit. de baptiſmo nu. 130. Gregor. Lopez. in l. 2. tit. 23. partita 2. in gloſ. 3. Didacus Perez lib. 8. tit. 3. l. 12. Gloſ. tornar. alla fe Catholica, & eſt*

communis, de qua teſtãtur *Felin. loco cit. Marquard. de iudæis par. 3. cap. 2. ſub num. 6. Verſ. ſed Dominus* Abb. *Viuius opin. 151. lib. 2. Emanuel Suarez receptarum ſent. verb. iudæorum liberi num. 221. Burſatt. conſilio 231. numero 1. & 2. lib. 3. Conciuis meus D. Philip. Paſchal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 2. ſub num 3. Et pro hac in facti contingentia fuiſſe iudicatum teſtatur Afflict. deciſ.*
2 151. *Natt. conſ. 434. Pariſ. conſ 2. nu. 41. & ſeq. lib. 4.* Altera eſt opinio affirmatiua, in qua fuerunt, *Scot. in 4. ſent. quæſt. 9. Archid. & Gemin. in cap. qui ſincera 45. diſt. D. Anton. in 3. par. Sum. tit. 14. cap. 13. Io. Andr. in cap. ſicut, verb. patefacta de iudæis, Gabr. Biel. in 4. diſt. 2. art. 3. Nicol. de Niſſ. in 4. tract. 6. par. 3. de baptiſ. quæſt. 10. Repert. inquiſ. verb. iudæus §. ſed an poſſint, prope fin. Ang. in verb. baptiſmus 6. num. 11. & hanc totis viribus tuetur Zaſ. in opuſcul. de iudæis q. 1.* A priori opinione recedendum non eſt, veluti quæ præter communem conſenſum Doctorum, Eccleſiæ etiam conſuetudine muniatur, prout atteſtantur *D. Thom. & Sot. locis cit. Siman. de Cathol. inſtit. tit. 29. num. 53. Natt. conſil. 434. nu. 6. Hanc etiam probat Iulius Papa Tertius in eius Conſtit. 15. quæ incipit, Vniuerſis & ſingulis, §. & inſuper.*
3 Probatur autem primo, quia vt baptiſmus licite conferatur, oportet quod fundetur in aliqua fide vera, vel præſumpta, *d. cap. ad fidem 23. q. 5. cap. de iudæis 45. diſt. cap. detrahe prima q. 1. cap. maiores §. quæritur de baptiſ. Sot. qui pluribus probat loco cit. art. 8. & 10. concluſ. 3. verſic. Hinc ergo, Natta d. conſ. 434. num. 8.* At baptiſmus infantium, parentibus inuitis non poteſt fundari in aliqua fide, Ergo. Minor probatur. Non poteſt fundari in fide parentum, quia in quæſtione ſupponimus parentes inuitos, & reluctantes, neque in fide propria, quia pueri antequam deueniant ad vſum rationis, nul-
4 lum habent animi iudicium, *l. qua ætate 5. ff. de teſtam. §. præterea inſtit. eodem l. pupillus, vbi late Dec. ff. de reg. iur.* ſed quidquid videant ignorant, *l. 1. ad fin. C. de falſ. monet.* Ergo non poteſt dici quod habeant aliquam fidem, cum nullum habeant conſenſum, *l. in eo, §. Pupillus ff. de reg. iur. §. pupillus inſt. de inutil. ſtipul. cum aliis per Surd. deciſ. 110. num. 2. & 3.* Non obſtat ſi dicatur poſſe fundari in fide Patrini, nam vt bene conſiderat *Turrecr. in d. cap. de iudæis art. 4. in reſponſ. ad ſecundum Argumentum*, Patrini in huiuſmodi caſu non poſſunt offerre pue-
5 ros infidelium nomine ſuo, quia ipſi nullam poteſtatem habent in filiis aliorum *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur.* neque poſſunt offerre eos nomi-
6 ne Eccleſiæ, quia Eccleſia ante baptiſmum nihil iuris habet in paruulis infidelium, Ergo non remanet aliqua fides in qua poſſit fundari baptiſmus. Minus obſtat, ſi dicatur adeſſe paruulorum voluntatem præſumptam, ex quo actus baptiſmi continet maximam vtilitatem, quæ facit præſumere volun-
7 tatem in eo ad cuius vtilitatem, geritur, *Bart in l. qui rem ff. rem ratam habere, Dec. conſil. 58. num. 2. Pariſ. conſil. 89. num. 36. lib. 3. Roland. conſil. 19. num. 36. lib. 1. cum aliis per Menoch. conſil. 289. num. 10. lib. 3.* quia quamuis ampla ſit vtilitas, ſemper tamen ſupponit animi iudicium, ſine quo vtilitas conſequi non poteſt, præſertim quando non poteſt vtilitas conſequi abſque eo, quod contrahatur obligatio, *§. neque tamen, vbi nota-*
8 *tur inſt. de auctor. tut. vbi hac ratione pupillus non poteſt adire hæreditatem quamuis lucroſam, Egid. conſil. 48. nu. 50. vbi infans non poteſt Domino feudi præſtare homagium*, in propoſito autem
9 cum is qui baptizatur, contrahat obligationem omnium ſtrictiſſimam, quia obligatur perenniter ad fidem ſeruandam, *d. capitulo 3. §. inter cætera de baptiſ. d. capit. de iudæi 45. diſt.* merito non ſufficit vtilitas ſola, ſed vlterius requiritur voluntas, & iudicium.

Se.

Secundo hæc opinio probatur, quia
puer quandiu caret vſu rationis, eſt ſub
parentum iure, & (*vt Sot. inquit loco*
10 *cit.*) quaſi qnodam ſpirituali vtero in
cluſus, ac parentum alimento nutritus,
non ſecus, ac quando in matris vtero ge
ſtabatur, iudicatur enim quaſi portio
viſcerum parentum, *Ariſtot. Ethicorũ. li.*
5. cap 5. l. ſcimus §. *vlt. C. de Agricol.*
& cenſ. vbi Lucas de Penna multa colle-
git, quæ pluribus ſuperadditis reſumit
Tiraquell. in l. ſi vnquam in præfat. nu.
16. C. de reuocan. donat. quo fit, vt
propter maximam parentum, & libe-
rorum neceſſitudinem, voluntas vnius
11 cenſeatur voluntas alterius, *l. 2. ff. de*
vulg. & pupill. §. *3. inſtit. de pupill. ſub-*
ſtit. in quibus iuribus hac ratione per-
mittitur patri teſtari pro filiis impube-
ribus, & conſequenter iuris præſum-
12 ptione talis præſumitur voluntas filii
impuberis quo ad religionem, qualis
eſt voluntas parentum, vnde liberi di-
cuntur in Sacris parentum, *l. ſi viua*
matre C. de bonis mater. l. ſi filia C. de
13 *collat. & fuſe tradit Duar. in commen-*
tar. tit. ſolut. matrim. cap. de nuptiis in
princ.

Tertio Si infantes iudæorum eſſent
inuitis parentibus baptizandi, hoc qui-
dem vel eſſet reſpectu ipſorum, vel
reſpectu Eccleſiæ: ſed non expedit, ne-
que reſpectu vnius, neque reſpectu al-
terius, ergo. Minor probatur, quia proba
biliſſimũ eſt, quod filii, veluti qui natu-
14 rali quodam affectu parentum veſtigia
ſequuntur, ad infidelitatem reuerten-
tur, *cap. iudæi, & cap. plerique, &*
cap. ſi quod ab ſit de conſecrat. diſt. 4.
quod quidem cederet in maiorem
damnationem ipſorum baptizatorum,
atque etiam in contumeliam fidei,
capitulo quidam de Apoſtat. capitulo
contra Chriſtianos de hæretic. libro ſex-
to.

Quarto Eccleſia non recipit ẽt adul-
tos ad baptiſmum ſua ſponte veniẽtes,
antequam eorum voluntatem perpen-
dat, & probet, *d. cap. iudæi, & cap.*
15 *plerique de conſecr. diſt. 4. cap. ſicut ex-*
tra de iudæis, vbi Abb. num. 2. cum
aliis allegandis infra lib. 3. cap. 3. Ergo
tanto minus debet bapizare infantes,
de quibus adeſt timor probabiliſſimus
futuræ ſubuerſionis. Ex his ergo ſit
concluſio neque iudæorum infanres
parentibus inuitis licite poſſe baptizari,
quæ extenditur.

Primo vt parentibus nullis exiſten-
tibus, eorum loco ſuccedant tutores
datiui, quorum conſenſus requiritur,
quia in hac materia parentum appel-
16 latione etiam tutores continentur,
Palud. & Sot. loco citato ille quæſt. 4.
hic concluſ. 2. in 5. arg. Turrecrem. in
d. cap. de iudæis art. 4. *Azor. moral.*
inſt. par. 1. lib. 8. cap. 25. quæſt. 9.
Nauar. conſil. 4. num. 17. & 18. de
17 *conuerſ. infidel. Paſchal. in tract. de*
viribus patriæ poteſt. par. 1. cap. 7. ſub
num. 4. verſic. imo. Et non exiſtenti-
bus tutoribus datiuis, ſuccedunt con-
18 ſanguinei proximiores, qui ſunt tu-
tores legitimi, *ita Sot.* Palud. *Turrecrem.*
& Azor. *loco cit. quibus additur Natt.*
d. conſil. 434. num. 14. Verſic. iſta autem
voluntas.

Extenditur ſecundo, vt hæc con-
cluſio procedat etiamſi infans ante
vſum rationis ſua ſponte peteat baptiſ-
mum, nam hoc non obſtante, non de-
bet inuitis parentibus baptizari, *Natt.*
d. conſil. 434. Burſatt. d. conſil. 231.
in principio per tot. lib. 3. Et pari ratione
extenditur tertio vt infantes parenti-
bus reluctantibus ante vſum rationis
nequeant ſequeſtrari, & educari pe-
nes Chriſtianos, vt a fortiori ſupponit
19 *Calder. conſilio tertio, tit. de iudæis,* cuius
conſultatio licet in coeteris ſit impro-
banda, vt infra improbabitur cap 35. ni
hilominus quo ad hanc partem videtur
iuridica, quia cum non ſit licita coactio
ad fidem neq; directe neq; indirecte,
negari quidem non poteſt, quin edu-
catio apud Virum diuerſę religionis
inducat coactionem per indirectum,
cum magna ſit vis educationis, & ha-
bitationis argumento *text. in l. iudæi*
el 2. extra de iudæis, cum aliis, quæ in-
fra latius dicentur eodem lib. capitu-
lo 42.

Extenditur Quarto etiamſi parentes
infideles abſint a Ciuitate, nam ſi con-
ſuli facile poſſunt, debet eorum conſen-
ſus exquiri, *Azor. moral. inſt. par. 1. lib. 8.*
21 *cap. 25. q. 4.*

Extenditur Quinto vt procedat etiã
in infantibus, qui offeruntur baptiſmo
ab ipſiſmet parentibus infidelibus, ne
eorum corpuſcula feteant, aut ne
22 à Demoniis vexentur, ſolent enim
(vt aiunt) Turcæ, & Saraceni nobiles,
eorum pueros baptiſmo offerre propte-
rea quod ſunt experti per baptiſmum
eos integra valetudine potiri, & à pluri
bus malis liberari, *ita in ſpecie firmat
idẽ Azor. loc. cit. q. 6.* ea forsã. ratione du
ctus, quia cauſa baptiſmi eſt illicita, &
conſequenter non poteſt operari effe-
ctum licitum, cum effectus reguletur
à cauſa, *l. 2. C. de acquir. poſſeſſ. l. quæ-
dam mulier ff. de rei vend* Contrariã opi
nionem tenet *Silueſter in verb. batiſmus
4. q. 7.* & hæc eſt apud me eſt verior, Pri
23 mo, quia baptiſmus licet conferatur fi-
cte nihilominus imprimitur veraciter, *c.
ſicut ficti. 1. q. 1. Hoſt. in c. debitum de ba-
ptiſm. Fel. in c. fin. verſic. vltimo vi. de iu-
dæis.* Secundo quia baptiſmus quamuis
illicite conferatur, character tamen im-
primitur, & obligat ad obſeruantiam
ex multis quæ tradentur infra hoc *eod.
lib. cap.* 35. Tertio quia, qui ſuſcipit
baptiſma præſumitur illud ſuſcipere
Deo inſpirante etiam ſi dolus adhibea-
tur, *Hoſt. in cap. dudum, de conuerſ.
coniug. Anan. in cap. iudæi el 2. num. 2.
verſic. nota quæ ille, de iudæis, Marq. de
iudæis, par. 3. cap. 2. ſub num. 2.* Non
obſtat quod cauſa ſit illicita, quia reſ-
pondetur, quod quando actus procedit
de facto, licet factum ſit in poteſtate
agentis, tamen effectus eſt in poteſtate
iuris, cuius operationem agens impedi-
re non poteſt, *l. prima §. Calumniatori-
bus ff. ad Turpill. Bald. in c. paſtoralis §.
verum nu. 18. de appell.*

Eadem concluſio, vt ſupra extenſa
nonnullis modis declaratur, & Primo
vt ad effectum, quod poſſint filii bapti-
zari, ſufficiat vt vnus tantum ex paren-
tibus ſit fidelis, *cap. ex litteris, vbi Do-
ctor. de conuerſ. infideli. cap. iudæi 28. q.
1. Sot. loco cit. concluſ. 2. in 4. arg. Bar-*
24 *bat. conſil. 57. lib. 3. Vrſill. ad Affl. d.
deciſ. 151. num. 6. Bertazol. conſil.
250. num. 8. lib. 1. Paſchal. d. cap. 7.
num. 8.* Quod procedit ſiue parens ſit
immediatus, ſiue mediatus, vt repro-
bata opinione *Nauarri in conſil. 4. tit.
de conuerſ. infidel.* fuiſſe in Curia reſo-
25 lutum teſtantur *addentes ad eundem
loc. cit. vbi inuita matre iudea fuit bapti-
zatus paruulus, propterea quod defuncto
eius patre, aderat Auus paternus, qui*
26 *petebat illum baptizari.* Item procedit
etiamſi vterque Parens, nempe fidelis,
& infidelis recuſarent, nam nihilomi-
nus poterit infans, cuius vnus parens eſt
fidelis, baptizari, quia ex eo ſolo, quod
infans habeat vnum ex Parentibus fi-
delem, Eccleſię quæſitum ius, quod
27 fidei fauore abſorbet ius infidelis, vt
probat *Text. in d. cap. ex litteris, & ſcri-
bit, Azor. loc. cit. q. 3. verſic. ſed quid
ſi vterque parens, & faciunt dicenda
infra in 6. declaratione.* Rurſus proce-
dit etiamſi infans ſit natus ex vtroque
28 parente infideli, & vnus ex parenti-
bus poſt eius natiuitatem ad fidem ve-
nerit, *idem Azor. loco ante cit. verſic.
Poſtremo rogabis.*

Declaratur ſecundo, ne procedat in
infantibus infidelium captis in bello,
& ſeruituti ſubiectis; Iſti enim tanquam
noſtræ poteſtatis effecti, poſſunt ſine
29 parentum conſenſu baptizari, *Azor. lo-
co cit. q. 4. Simanca de Cathol. inſt. tit.
29. num. 52. Paſchal. d. cap. 7. nu. 12.*
An autem idem procedat, ſi ſimul cum
infantibus ſint capti parentes, conſu-
las, *D. Tho. & alios relatos per Azor. loc.
cit. q. 7. & vide Boich. in cap ſicut iudæi
num. 3. de iudæis.*

Declaratur Tertio ne procedat in
infantibus infidelium apud nos Chri-
ſtianos expoſitis, quia per expoſitio-
nem cenſentur a patria poteſtate libe-
30 rati, *cap. vnic. de infant. & lang. expoſ. l.
vnica, §. ſed ſcimus C. de latin. libert. toll.*
& cõſequenter parentes non habẽt am
plius ius contradicendi, ac tanquam
infantes ſub cura, & charitate Chriſtia-

no-

norum ſuppoſiti, poſſunt etiam paren-
tibus inuitis baptizari, *Azor. loco cit. quæſt.* 5. licet de prædictis iuribus non
meminerit.

Declaratur quarto ne procedat in
infantulo iam iam morituro, cui paren-
tes infideles prohibent baptiſmum con-
31 ferri, nam hic poterit illis inuitis ba-
ptizari ſecundum opinionem Soti, quē
ſequitur *Azor. loco cit. quæſt.* 10. *Suarez
in 3. par. diſput.* 25. *ſect.* 3. *vbi declarat
qua prudentia hoc ſit agendum, Paſchal.
d. cap. 7. num.* 11. *verſ. Alio etiam modo.*

Hanc ego opinionem piam magis
quam veram arbitror, quia aduerſus
etiam militant rationes ſupra allatæ a
num. 3. cum ſequentibus, ideoque
in facti contingentia eſt cogitandum.

Declaratur quinto ne procedat in fi-
32 liis Apoſtatarum, vel Hæreticorum,
nam iſti poſſunt baptizari, ſiue Paren-
tes conſentiant, ſiue diſſentiant, gloſ.
per illum Text. *in cap. ſi baptizata, verb.
qui de baptizato, de conſecr. diſt.* 4. *Boich.
in c. ſicut iudæi n.* 4. *de iudæis, Marq. de
iudæis par.* 3. *c.* 2. *ſub n.* 8. *verſ. Quid autē
de filiis.* Cuius duplex eſt ratio, Prima
quia omnes baptizati ſiue ſint hæretici,
ſiue apoſtatæ, velint nolint, ſub ſunt iu-
33 riſdictioni, & poteſtati Eccleſiæ, *cap. con
tra chriſtianos de hæretic. lib.* 6. *cap. qui-
dam de apoſtat.* ergo eidem poteſtati
ſubſunt *filii, l.* 2. *§. fin. & l. arrogato* 40.
ff. de adopt. §. illud inſtit. eod. tit. Sic ſi Ec-
cleſia habens alias Eccleſias ſibi ſubie-
34 ctas ſubiiciatur alteri, ſubiicitur etiam
cum Eccleſiis ſibi ſubiectis, *gloſ. penult.
in cap. temporis qualitas, & ibi Archid.*
16. *quæſt.* 1. Secunda eſt ratio, quia pro-
pter cōtractam hæreſim, vel apoſtaſiam
parentes amittunt iura Patriæ poteſta-
35 tis, *cap. quicunque, §. vlt. de hæret. lib.* 6.
atq; ideo contradictio parentum non po
teſt impedire eorum baptiſmum, cum
nullum ius vlterius habeant.

Declaratur ſexto, vt non procedat
in filiis Chriſtianorum, qui poſſunt, &
36 debent baptizari, quantumuis paren-
tes recuſarent, cum ſint omnino de po-
teſtate eccleſiæ, *Sot. in* 4. *ſent. diſt.* 5. *q.
vnica art.* x. *concluſ.* 2. *ante ſecundum ar-
gumentum verſ. ſecus de Chriſtianorum
prolibus,* ſubdens quod ſi parentes recu-
ſarent, poſſent puniri tanquam Apo-
ſtatæ.

SVMMARIVM.

1 *Recenſentur Doctorum opiniones.*

2 *Priuilegium quamuis apoſtolicum vbi poteſt præiudicare diuinæ inſpirationi eſt ita intelligendum vt non præiudicet, alias non valet.*

3 *Infans in ſeptimo annō completo, poteſt inuitis parentibus baptizari.*

4 *Doli capax quando quis dicatur.*

5 *Natt. conſil.* 434. *improbatur.*

6 *Azor. lib.* 8. *cap.* 25. *quæſt.* 11. *verſ. queres improbatur.*

ARGVMENTVM.

Qua ætate infans dicatur habere vſum rationis, ad hoc, vt poſſit inuitis Parentibus baptizari.

CAP. XXXIII.

Diuerſas reperio Do-
ctorum ſententias,
*Siluest. in verb. bap-
tiſmus* §. 8. putat eſſe
neceſſariam ætatem
14. annorum. Alij
1 quod ſufficiat ætas
12. annorum, prout *Calder. conſ.* 3. *de
iudæis.* Alij prout *Natt. in d. conſ.* 434.
ſub num. 14. *& Burſatt. d. conſ.* 231. *nu.*
3. *lib.* 3. *Paſchal. de patr. poteſt. par.* 1. *cap.*
7. *num.* 6. cenſent puerum debere eſſe
doli capacem, nempe pubertati proxi-
mum, & ſic requiri ætatem decem an-
norum cum dimidio in maſculo, & no-
uem cum dimidio in foemina. Quinimo
Natt. refert quoddam priuilegium Pau
li Tertij Pontificis Maximi, quo inter-
dicebatur, ne filii a iudæis auferantur,
niſi duodecimum exceſſerint annum, &
ſint doli capaces, cuius etiam meminit
Burſatt. d. conſ. 231. *num.* 6. *verſ.* 2. *ex
quodam, & num.* 6. *Verſ. Addo vlterius*

lib.

*lib.*3. Ego præfatum priuilegium non vidi, ideoque in ciuile eſſet de illo iudicare, hoc vnum affirmare poſſum, quod
2 vbi priuilegium etiam ab Apoſtolica ſede conceſſum poteſt in aliquo præiudicare Diuinæ in inſpirationi,eſt ſtrictiſſimè intelligendum. Et ſi non poteſt operari ſine derogatione, aut præiuditio iuris Diuini, ſeu libertatis ſpiritus, eſt interpretandum ita vt nihil operetur, vt eſt *text ſingularis in cap.licet* 17. *de regular. & ibi hoc notat Abb. in primo notab. Anchar.num.*3. Et vt ad noſtrum reuertamur iuris inſpecta cenſura, ſum
3 in ſententia, quod ſufficiat puerum expleuiſſe ſeptimum annum, hanc enim eſſe ſententiam Diui Auguſtini teſtatur *gloſ in cap.paruuli alio profitente de con. ſecr.* 78. *diſtinct.* 4 hanc etiam ſententiam probat *Sot.loco cit. in vlt.dub.verſ. ſed alterum*, vbi inquit, puero impartiri poſſe baptiſmum, vbi primum lumen rationis affulſerit, & quod ſi dubium eſſet, an puer agens octauum annum, intelligat quid ſit petere baptiſmum, quod deberet baptizari. Hoc idem pluribus probat *Zaſ.in d. tract. de iudæis quæſt.* 2. cuius ſententia licet in ſua Concluſione non ſit probanda, tamen quantum ad hanc partem,mihi videtur veriſſima, quia in hac ætate dicitur doli capax quo ad ea, quæ concernunt periculum animæ, vt eſt l eſt. *in cap.*1 *de delict. puer. r.* vbi hoc expreſſe adnotat gloſ. in verb. grandiuſculis, *Hoſt.num.*1.*Anchar.num.*3 *vbi teſtatur*
4 *de communi*. Non obſtat ſi fortè dicatur, quod puer non dicitur doli capax niſi maſculus in decimo anno cum dimidio,fœmina vero in Anno nono cũ dimidio, vt notatur *in l.pupillus ff.de reg.iur. cum aliis per Anchar. in d. cap.* 1.*num.*4.*de delictis puer.* quia illud procedit quo ad contractus,non autem in materia ſpirituali, vt bene probat *text. in d.cap.*1 *de delict. puer. & ſuffragatur, Sot. loco cit.* vbi quod ætas ad contrahendum ſubiacet legi humanæ, lex vero baptiſmi dependet a iure Diuino. Ex
5 his patet non eſſe probandum *Nattam d.conſ.*534. in ea parte, in qua conſuluit puellam nouem annorum, quę ſua ſponte petebat baptiſmum, non debere inuitis parentibus baptizari, nam ex præmiſſis apparet ad iſtum effectum ſufficere minorem ætatem. fateor tamen in hac materia verſari arbitrium iudicis, qui pro eius religione debet animaduertere, An puer ſeptennis ſit tam viuacis ingenii, vt intelligat quid petat,An vero ſit obtuſus,vt quid petit ignoret, in dubio tamen quando coniecturę ſunt ambiguæ,interpretatio eſt facienda pro baptiſmo,vt cenſet,& recte,
6 *Sot loco cit. verſ. ſed alterum dub. poſt med. quicquid in contrarium dixerit Azor. Moral.inſt.par.*1.*lib.*8.*cap.*25.*q.*11. *verſ.Quæres an iure queant.*

SVMMARIVM.

1 & 2. *Doctores vtriuſque partis recenſentur.*
3 *Auctoris opinio comprobatur.*
4 *Cald. conſ.*3. *num.* 2. *de iudæis improbatur & num.* 6.
5 *Subuerſionis ſuſpitio vbi adeſt eſt deueniendum ad ſeparationem.*

ARGVMENTVM.

Infantes iudæorum, vel infidelium,ſi antequam habeant vſum rationis baptizentur de facto, inuitis parentibus, an character imprimatur, ita vt ſint cogendi ad fidei obſeruantiam.

CAP. XXXIV.

DVæ ſunt opiniones; Prima quod quamuis paruuli iudæorũ non debeant inuitis parentibus baptizari, ſi tamen de facto ba-
1 ptizentur inuitis parentibus,recipiunt characterem, & coguntur ad obſeruantiam baptiſmi, ita tenent *Caiet.*2.2.*diſt.*5.*quæſt.vnica art.* 10.

10. Sot. ibidem in penult. quæſt. verſ. duo hic tamen affirmantes hanc videri opinionem D. Thom. Gemin. in cap. contra Chriſtianos in 2. not. de hæret. lib. 6. Marq. de iudæis par. 3. cap. 2. ſub num. 8. verſic. Item & Saracenus, D. Anton. in 3. par. ſum. tit. 13. cap. 22. Piſauella in verb. iudæus, Tabiena in verb. baptiſmus 7. q. 11. Silueſt. in verb. baptiſmus 4. q. 7. Azor. moral. inſtit. par. 1. lib. 8. cap. 25. quæſt. 8. vbi teſtatur de communi, & ſecundum hanc opinionem in facti contingentia fuit iudicatum in Neapolitano Conſilio, vt per Afflict. deciſ. 151. Contrariam opi-
2 nionem tenent *Duraud.* Palud. *& Capreol. in d. 4. ſent. in quam etiam proclinior videtur Turrecrem. in d. cap. qui ſincera art. 5. Ambroſ. Catharin. in opuſculo de hac re edito.* Quinimo exagerationis gratia ſubdit Palud. in hoc caſu non magis eſſe, quam ſi bruta Animalia bap-
3 tizarentur. Prior tamen opinio eſt nedum receptior, ſed verior, & probatur apertè ex *Toletano Concilio in cap. de iudæis 45. diſt. vbi decernit iudæos, per vim baptizatos temporibus religioſiſſimi principis Siſebutii, gratiam ſuſcepiſſe, & cogendos eſſe retinere fidem, quam etiam vi, & neceſſitate ſuſceperunt*. Hoc idem etiam ex eiuſdem Concilii ſententia determinat Innoc. 3. *in cap. maiores §. Item*
4 *quæritur de baptiſm.* Ex his liquet omnino perperam reſpondiſſe *Cald. conſ. 3. num. 2. tit. de iudæis*, in ea parte, in qua dixit, quod ſi puer iudæi baptizetur de facto, debet ali penes patrem ſi non ſit ſuſpitio, quod per illum trahatur ad infidelitatem, ad quam ſuſpitionem vitandam, debent parentes, præſtare cautionem ſufficientem de reſtituendo filium, cum peruenerit ad ætatem legitimam, & quod interim non deteſtabitur fidem, & ideo non immerito dictum Calder. improbant *Conſil. Neapolit. apud Afflict. d. deciſ. 151. num. 10. & nu. 12. verſic. nec eſt verum, Marquard. de iudæis par. 3. cap. 2. ſub num. 6. verſic. circa quam, Pariſ. conſ. 2. n. 40. li. 4. qui omnes teſtantur practicari contra conſil. Calderini.*
5 Et quidē iure merito, nam vbi adeſt aliqua ſubuerſionis ſuſpitio (prout in tali caſu adeſse idem Calderin. teſtatur) tunc eſt omnino deueniendum ad ſeparationem, nec poteſt negocium mediante cautione temperari, quia cautio nocendi propoſitum non mutat, ſed diutius graſsandi facultatem præſtat, *l. 5. & 6. ff. de ſuſpect. tut. §. nouiſſime, inſt. eod. tit.*

Poſt hæc ſcripta reperi ſub die 22. Octobris 1587. opinionem Calderin.
6 eiuſque ſectatorum fuiſse in Curia Romana falſam, & erroneam declaratam, & improbatam, & vlterius decretum, vt pueri, & infantes iudæorum, & aliorum infidelium quauis cauſa, vel occaſione baptizati non reſtituantur iudæis, vel infidelibus, & eorum parentibus, vel aliis quantumuis ſanguine coniunctis, ēt ad tempus, & donec adoleſcant, aut infantiam tranſigant, vel donec ablactentur.

SVMMARIVM.

1 *Baptizatus per vim præciſam, non recipit gratiam baptiſmi.*
2 *Baptizatus per vim conditionalem, recipit gratiam.*
3 *Baptizatus per vim præciſam, ſi non reclamet, cogitur ad obſeruantiam.*
4 *Vis præciſa quæ dicatur.*

ARGVMENTVM.

An ſi Iudæus adultus per vim baptizetur, ſuſcipiat characterem baptiſmi adeo, vt ſit cogendus ad obſeruantiam fidei.

CAP. XXXV.

REcepta eſt Concluſio, quod ſiquidem eſt baptizatus per
1 vim præciſam, baptiſmi gratiam non recipit, & conſequenter ad fidei obſeruantiam cogēdus minime ſit. Si verò ſit baptizatus vi conditionali, ſuſcipit characterem, & eſt ad obſeruantiam cogendus. Ita in
2 vtroque capite diſtinguit *tex. in cap. maiores, §. inter cætera, de baptiſ. ubi gloſ. & Doct.*

Doct. communiter gloſ. in d. cap. de iudeis 45. diſt. vbi late Turrecrem. in 2. art. Gemin. Præpoſ. & alij, quos refert, & ſequitur Pariſ. conſ. 2. num. 21. lib. 4. Da-
3 tur tamen caſus, in quo etiam baptizatus per vim præciſam, cogitur ad obſeruātiā baptiſmi, nēpe ſi poſt coactionē non reclamauerit, vel per actus aliquos poſitiuos baptiſmum probauerit, quia videtur in tali caſu metus purgatus, iuxta trad. *in l. 2. l. quod met. cauſ. & in his terminis ſcribunt Boich. in d. cap. maiores num. 7. & 8. de baptiſm. Pariſ. d. conſil. 2. num. 26. Marq. loco cit. num. 9.* Eſt autem vis præciſa, & abſoluta, quando
4 quis nunquam conſentit, ſed penitus contradicit, veluti ſi ligatis manibus, & pedibus inuitus baptizetur, *Abb. in d. §. inter coetera num. 3. Pariſ. loco cit. num. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Redimere hominem a ſeruitute licet etiam interueniente pecunia, & pacto.*

2 *Pecuniam dare iudæo, vt ad Chriſtum conuertatur non eſt licitum. declarat num. 4.*

3 *Pecuniæ vis magna ad cogendum animos.*

5 *Licitum eſt verbis, & munuſculis infideles ad fidem allicere.*

6 *Prouocare per tēporalia beneficia aliquē ad deuotionem Monaſterii eſt licitum.*

7 *Princeps chriſtianus etiam publicis propoſitis edictis poteſt polliceri deminutionem ſeu remiſſionem ſolutionum infidelibus ad fidem venire cupientibus.*

8 *Gregorii Papæ mandatum quoad iudæos.*

9 *Bona illicitè quæſita remittuntur infidelibus ad fidem venientibus quando reſtitutio eſt facienda incertis.*

ARGVMENTVM.

An ſit licitum dare pecuniam iudæo ad hoc vt Chriſtianus fiat.

CAP. XXXVI.

PRo opinione negatiua facit tex. *in cap. quempio 1. quæſt. ſecundo vbi Bonifacius Papa atteſtatur nuſquā legiſſe Domini Diſcipulos quempiam ad Dei cultū aliquo muneris interuentu prouocaſſe.* Pro affirmatiua vero facit quia licitū eſt, pecunia ēt pacto in teruen iente redimere hominē de captiuitate corporis, *cap. medicina de poenit. diſt. 1.* Ergo tanto magis erit licitum redimere de captiuitate animæ, quo anima eſt corpore prætioſior, *cap. ſedulo 38. diſt.* Quibus non obſtantibus ad propoſitum dubitationem per infraſcriptas Concluſiones reſpondetur.

2 Prima, illicitum eſt pactum de dan-
do iudæo pecuniam, vt ad Chriſti fidē
conuertatur, hanc Concluſionem pro-
bant *Archid. in d. cap. quempio verſ. in
gloſ. fin 1. q. 2. & ibi Turrecrem. in 1. q. in
reſponſ. Ad 1. Argumentum, & Præpoſ.
ſub num. 1. Abb. in cap. cum in Eccleſiæ
ſub num. 6. de ſimon. Petr. Leuander, de
priuileg. Doct. par 4. quæſt. 86. Iul. Sbro-
zauacca, & Ioſeph de Abbatibus apud
Marq. de iudæis.* Huius concluſionis
duplex eſt ratio. Prima, quod in tali ca-
ſu baptiſmus non prodeſſet, propterea
quod pecunia eſset cauſa finalis illius,
cap non eſt 15. q. 1. Altera, quia videre-
tur iudæus quodammodo coactus, cum
magna ſit vis pecuniæ, & ad cogendum
3 mortalia pectora aptiſſima, *l. ſi quem-
quam C. de Epiſcop. et cler. vnde illud Vir-
gilii Eneido 1.*

Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames.

Hæc refert, quod liceat redimere corpus a ſeruitute, quia non ſequitur, vt eadem ratione liceat redimere animā, nam quando redimitur corpus datur temporale pro temporali, quando verò redimitur anima, datur temporale pro ſpirituali, quod non eſt licitum, *cap. cum*

eſſent

eſſent, de Simon. & in ſpecie Turrecrem.
in d.cap. quempio in 1. *q. in reſp. ad ter-*
tium Argumentum.

Secunda Concluſio, licitūm eſt Chri
ſtiano promittere pecuniam iudæo cu-
pienti venire ad baptiſmum, ſed timen-
4 ti paupertatem inter chriſtianos, ita *Ar-*
chid. Turrecrem. Præpoſ. Abb. & alii ſu-
pra citati, Hermas Letmaſius lib. 2. de in-
ſtaur. relig. cap. 12. *Simancha de Cathol.*
inſt. cap. 35. *num.* 10. *Stephan. de Lucio in*
tract. de iudæis §. *promiſſionibus*; Ratio
eſſe poteſt, quia in huiuſmodi caſu pe-
cuniç promiſſio non cogit voluntatem,
ſed remouet impedimētum proueniens
ex paupertate.

Tertia concluſio, licitum eſt chri-
ſtiano verbis, & munuſculis blandiri iu-
5 dęo ad hoc vt conuertatur, *cap. debet*
homo 23. *q.* 4. *ibiq. Archid. cap. qui ſincera*
45. *diſt. gloſ. in d. cap. quempio, verb. inter-*
uentu, & ibi Turrecrem. col. 2. in princip.
6 *verſ. ita in factis, Aloyſius de Leo in l.* 1. *n.*
57. *C. de iudæis*, quibus adſtipulatur
quod licet per temporalia beneficia ali-
quem prouocare ad deuotionem mo-
naſterii, vt ex hoc inclinetut ad mona-
ſterii ingreſſum, quamuis non ſit lici-
tum pro dicto ingreſſu aliquid ex pacto
dare, vel accipere, *D. Thom.* 2.2. *quæſt.*
110. *art.* 3.

Quarta Concluſio, licitum eſt chri-
ſtiano Principi etiam publicis propoſi-
tis edictis polliceri infidelibus ad fidem
venire cupientibus imminutionem, &
remiſſionem ſolutionum, vel impoſitio-
7 num in aliqua parte, tum quia hoc non
eſt cogere voluntatem, ſed remouere
impedimentum, & allicere, tum etiam
quia legimus D. Gregorium mandaſſe
8 Cipriano Rectori patrimonii Siciliæ, vt
mitteret epiſtolas ad iudæos, qui erant
in poſſeſſionibus d. patrimonii, quibus
eis promitteret, quod quicumque ex
ipſis ad verum Dominum Deum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum conuerſus fuiſ-
ſet, onus poſſeſſionis eius ex aliqua
parte imminueretur, *vt in lib. 4. Regeſti*
Epiſtola 50. *ad Ciprianum*. Videmus
etiam in fidei fauorem eis remitti, &
gratioſè condonari omnia, & quæcum-
que bona etiam ex vſura, & alio illi
cito quæſtu quæſita, dummodo per-
ſonæ, quibus eſſet facienda reſtitu-
tio ſint incertæ *ex Conſtitutione Pauli*
Tertii, 32. *in ordine Bullarii, quæ inci-*
pit, cupientes.

SVMMARIVM.

1 *Infideles poſſunt cogi ad fidem per inſtan*
tiam prædicationis.
2 *Papa poteſt mittere prædicatores in parti-*
bus infidelium, qui eos fidem doceant.
3 *Prædicationem nobis impediens apud in-*
fideles, poteſt armis propulſari.
4 *Iudæi apud nos habitantes coguntur ſe-*
mel in edogmada ad prædicationem
accedere.
5 *Regis Aragonum edictum circa prædi-*
cationem infidelium.

ARGVMENTVM.

Iudæi vt cæteri Infideles an poſſint ad fidem cogi per inſtantiam prædicationis.

CAP. XXXVII.

ET ſi non liceat in-
fideles, neque di-
rectè, neque indi
rectè inuitos co-
gere ad fidem,
hoc tamen non
procedit in illa
coactione, quæ
fit per inſtantiam prædicationis; illa
1 enim poteſt, & debet erga infideles cu-
iuſcumque generis adhiberi, quia non
eſt coactio, ſed efficax perſuaſio, D. *Tho.*
in quæſt. de veritate quæſt. 22. *art.* 9. *in*
reſponſ. ad vltimum Argum. Innoc. *in c.*
quod ſuper num. 8. *de voto, Turrecrem. in*
d. cap. de iudæis ſub num. 1. *in reſponſ. ad*
primum, Borgnin. deciſ. 21. *num.* 18. *tit. de*
contract. vbi refert ita fuiſſe concluſum
Papiæ, & ſic ibi ſeruari. Poteſt ergo
2 ſummus Pontifex mittere prædicato-
res in partibus infidelium, qui doceant
eos viam veritatis, *Sot. qui hoc ex plu-*
ribus

ribus

ribus probat in 4.ſent.art. 10. *verſ. Hac autem quæſtio concl.*1.

3 Et ſi quis eandem prædicationem
nobis impediret,iure poſſemus eius vio
lentiam,ſi ita expediret, etiam armis
propulſare, *Sot. loco cit. concluſ.* 2. *In
noc. in d.cap quod ſuper ſub num.* 7. *poſt
med.* Quibus etiam rationibus ducti
Fel. record. Nicol. 3. *in* 1. *eius Conſtit.
in ordine Bullarii*, & Greg.xiii.in conſti
tutione 106. quæ incipit, Sancta Mater
Eccleſia cõſtituerũt, quod in omnibus
4 locis, in quibus adeſt competens nu-
merus aliquis iudæorum, qui Sinago-
gam conſtituat, ſemel ſaltim in hebdo-
mada pro eorum conuerſione prædica-
tio habeatur, ad quam ſub poenis ibi
expreſſis accedere cogantur omnes v-
triuſque ſexus maiores 12.annis, & le-
gitimè non impediti in Ciuitate habi-
tantes,vel aliunde aduenientes,etiamſi
ibi domicilium non habeant, per circui
tum, ita vt tertia ſaltem eorum pars
ſemper adſit.

Iacobus etiam Rex Aragonum per-
petuo ſuo edicto ſub Datum Ilerdæ
Quarto Idus Martii 1242. ſtatuit vt
5 quandocumque Archiepiſcopus, Epi-
ſcopi, vel fratres Prędicatores, aut mi-
nores acceſſiſſent ad Villas,vel loca,
vbi Saraceni, vel iudæi moram face-
rent, & verbum Dei dictis Saracenis,
vel iudæis proponere voluiſſent, ij ad
ipſorum vocationem conuenirent, &
patienter audirent prædicationem eo-
rum; Quod ſi ſponte venire noluiſsent,
officiales eius ad hoc omni excuſatio-
ne poſtpoſita compellerent. Quod qui-
dem edictum fuit confirmatum per In-
nocentium Papam Quartum per ſuas
litteras ad Archiepiſcopum Terraco-
nen. quæ incipiunt, Ea quæ ad Regis
æterni gloriam, ſub Datum Lugduni
13. Kalendas Septemb. Anno ſui Pon-
tificatus Tertio, vt habetur *in Conſtitu-
tione Conc. Terraconen. collectis de anno*
1555. *lib.* 5 *tit De iudæis, & Saracenis
conſtitutione quarta*.

SVMMARIVM.

1 *Communio interdicitur dupliciter.*
2 *Communio quando interdicatur in pœ-
nam.*
3 *Communio quando interdicitur ad cau-
telam.*
4 *Interdictio in pœnam, vel ad cautelam
quomodo differant.*
5 *Interdictio quæ fit ad cautelam habet
ſuam cauſam a qua regulatur.*

ARGVMENTVM.

De prohibita communione cum iudæis & infidelibus.

CAP. XXXVIII.

Communio ſecun-
dum, *D. Thom.
quem coeteri con-
ſenſu pari ſequun-
tur* 2. 2. *quæſt.*
10. *art.*9. inter-
dicitur Chriſtia-
nis dupliciter.
Vno modo in poenam illius, cui com-
1 munio fidelium ſubtrahitur, alio modo
ad cautelam illorum quibus interdici-
tur. In poenam, Eccleſia interdicit fi-
delibus communionem illorum infide-
2 lium, qui a fide ſuſcepta receſſerunt,
cuiuſmodi ſunt Apoſtatæ,Schiſmatici,
& Hæretici, *ita poſt D. Thom. & alios
ſcribunt Turrecrem. & Prapoſ. in cap.
ad menſam* 11. *quæſt.* 3. Dixi in poenã,
nam quamuis etiam in iſta prohibitio-
ne adſit cautela fidelium, tamen prin-
cipalius conſideratur poena.ex quo Ec
cleſia in eos profert excommunicatio-
nem, *cap ſicut de hæret.* Ad cautelam
3 interdicit communionem illorum, qui
nuſquam in fide fuerunt, cuiuſmodi
ſunt pagani, & iudæi, quorum com-
munio,& familiaritas eſt nobis interdi-
cta,quia ſubeſſe poteſt ſubuerſionis pe-
riculũ, *c. ad hæc in fi.extra de iudæis*.
4 Differunt inter ſe iſtæ prohibitiones,
nam illa quæ fit in poenam,ſuam habet
cauſam perennem, & duraturam quouſ
que durat delictum, nec fas nobis eſt
communicare Apoſtatis,vel Hæreticis,
etiamſi

etiamſi nullum ſubſit peruerſionis periculum, quia etiam ceſſante periculo ſubuerſionis, eſt nobis cum illis interdicta cõmunio, cũ noſtrũ non ſit poenã ab Eccleſia illis inflictam auctoritate noſtra relaxare, ex *reg. l. nemo poteſt ff. de legat primo*. Illa vero, quæ fit ad
5 cautelam, ex quo ſuam habet cauſam, à qua regulatur, nempe periculum ſubuerſionis, ceſſante periculo, ceſſat & ipſa prohibitio, *S. his omnibus 61. diſt. cap. cum ceſſante de appell.* quo fit, vt qui ſunt firmi in fide, ita vt nedum abſit ſubuerſionis periculum, ſed ſperari magis poſſit conuerſio infidelium, iſti quidem prohibendi non ſunt quominus poſſint cum infidelibus communicare, D. *Thom. Turrecrem. &* Prapoſ. *locis cit. Sanchez ad precept. Decalog lib. 2. cap. 3. num. 2.* agendum eſt hoc capite de communione, & familiaritate nobis prohibita cum iudæis tantum, dicturi Deo auſpice congruis ſuis locis de familiaritate prohibita cum aliis infidelibus, & hæreticis. Ergo cum iudæis communio duplex eſſe poteſt, altera in reſpicientibus cultum religionis, Altera verò in reſpicientibus humanum commercium.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtianus non poteſt miniſtrare iudæis aliquid, ad hoc vt illud expendatur in cultum iudaicæ religionis;*
2 *Non poteſt vendere iudæo agnum intentione vt immoletur, nec ramos, vel auleos ad ornatum ſynagogæ. vide nu 9.*
3 *Neque cedros immaculatos quibus poſſint vti in eorum ſacrificiis.*
4 *Neque camenta intentione determinata vt ex illis conſtruatur ſynagoga extende vt nu. 5.*
6 *Vendi an poſſint iudæis res indifferentes, & qua intentione, & num. 8.*
7 *Fabri, Architetti, & caeteri ſimiles, an poſſint laborare in reſtaurandis ſynagogis iudaeorum.*
10 *Azimi an poſſint a iudaeis accipi.*
11 Io. *Garziae, Card. Millini preceptum quoad azimos panes.*
12 *Synagogam ingredi an liceat chriſtiano.*
13 *Infideles non poſſunt ingredi templa chriſtianorum declara, vt num. 14.*
15 *Sepultura Eccleſiaſtica non eſt tradenda fideli.*
16 *Macellarii, & laniones chriſtiani non debent permittere quod iudaei in macellis noſtris occidant animalia ſeruato ipſorum ritu.*
17 *Chriſtianus non poteſt emere à iudaeis partes animalium quas ipſi reſpiciunt vti immundas.*
18 *Chriſtiani in feſtiuitatibus hebraeorum non poſſunt parare cibum aut accendere ignem, vel aliud opus ſeruile praeſtare iudaeis.*

ARGVMENTVM.

De prohibita communione cum iudæis in reſpicientibus cultum religionis.

CAP. XXXIX.

REgulam conſtituas, non licere chriſtianis aliquid miniſtrare iudęis, ea intentione, vt illud in cultum iudaicæ Religionis expẽdatur, hoc enim eſt directe in eorum
1 cultu communicare, *ita D. Tho. quem cæteri communi conſenſu ſequuntur 2. 2. q. 169. art. 2. ad 4. Silueſt. in verb. infidelitas q. 4. ad finem valentia 2. 2. diſput. 1. q. 10. puncto 5. Sanchez ad praecept. Decalog. lib. 1. cap. 7. num. 1. Molin. de iuſt. & iur. tom. 2. diſput. 340. col. penult. verſic. quando aliquid.*

Vnde deducitur primo nullatenus licere chriſtiano dare, vel vendere iu-
2 dęo agnum hac intentione, vt immoletur, vel ramos, aut auleos, vt deſeruiant ad Synagogæ ornatum, *Azor. moral. inſt. tom. 1. lib. 8. cap. 22. q. 4. Sanch. ad praecepta Decalog. loco cit.*

Deducitur ſecundo idem eſſe dicendũ, de vendentibus iudęis cedros à ſpi-
3 nis nõ tactos, quos ipſi vocãt, immaculatos, hac intentione, vti poſſint in eorũ

ſacrificiis & ita in facti contingentia
quandoq; interrogatus reſpondi.

Deducitur tertio non licere chriſtia
nis vendere calcem, lapides, ligna, &
alia cementa hac intentione determi.
nata, vt ex illis conſtruatur Sinagoga,
4 *Azor.moral.inſtit. lib.8.c.22.q.5. verſ.*
vnde nephas eſt. Quod procedit non ſo-
5 lum pro nouis Synagogis conſtruendis
(hoc enim facere prohibentur in *cap.iu*
dæi de Ciuitate, & in c.conſuluit, de iu-
dæis) ſed etiam pro veteribus reficien.
dis, nam vt conſiderat, & rectè *Azor.lo-*
co cit. licet Eccleſia ſinat iudæos vete-
res ſinagogas reficere, illi tamen hoc fa
ciendo peccant, præterquam quod non
eſt bona conſequentia, iudæi poſſunt
veteres Synagogas reficere, ergo ad
hanc refectionem poſſunt cooperari
Chriſtiani, nam hoc daro ſequeretur,
quod omnia quæ tolerantur iudæis poſ
ſent fieri per chriſtianos, q eſt abſurdũ.

Et hæc quidem procedunt etiamſi
vendantur res indifferentes, videlicet
6 communes bono, & malo vſui, licet non
vendantur ea intentione, vt iudæus ad
malum abutatur, ſi tamen chriſtianus
nouit iudæum abuſurum, *D.Anton.tom.*
1.par.2.c.23.§.13.Gabr.in 4.ſent.diſt.
15.q.13.art.3.dub.4.& diſt.16.q.6.art.
3.dub.6.Silueſt.in verb.arſ.num.3.Me-
dina in C. de reſt.in 1.et 3. modo quomo-
do redditur in tract.de ludo c.60. cõcl.2.

Quarto deducitur non licere Archi
tectis, & Fabris chriſtianis laborare in
7 ædificandis, ſiue reſtaurandis Synago-
gis iudæorum, nam ſi non licet vende-
re res ad hoc vt illis iudæi vtantur ad
cultum iudaicum, certè tanto minus li-
cebit immediatè laborare in Synago-
gis, quia viget eadem, & maior ratio ex
reg. *Auth multo magis, C.de ſanctis* Epi-
ſcop. Prædicta declarantur, ne procedãt
quando chriſtianus vendit indifferen-
ter, neſciens ad quem vſum iudæus ſit
8 vſurus, etiamſi deinde ad malum vſum
vtatur, hic enim non cooperatur neq;
directè, neq; indirectè, quia non poteſt
alterum prohibere quominus re indif-
ferenti abutatur, nec tenetur inquirere
ad quem vſum ſit vſurus, ita tenent *Ca*
iet.2.2.q.10.art.4.ad fin.ibiq.Aragon.et
Bannes q.10.art.11.in fine Nauarr.cõſ.
1.tit.de iudæis in 1. edit.Solon. 2.2.q.
77.art.4.controuerſ.6.Manuel. Rodrig.
in ſumma cap.76.num.13.& vlt.Azor.
moral.inſt.tom. 1.lib.8.c.22 q.6.& c.
24.q.14.& tom.2.lib.12.cap.vlt.q. 10.
Quo fit, vt vendere plures agnos iudęo
9 intentione ſimplici, licet vnus ex illis
immoletur, non facit chriſtianum alicu
ius culpæ reum, quia eius actus eſt in-
determinatus.

10 Quinto deducitur non licere chriſtia
no accipere a iudęo panes azimos, ſi
hæc acceptio fiat, vt detur aliqua ſigni-
ficatio Paſchalis ſolemnitatis, quæ ab
eis celebratur, quia hoc eſſet ſimul cum
eis iudaizare. Quarè de multa proui-
dentia vidi quandoque per Illuſtriſs. et
Reuerendiſs. D. meum Card. Millinum
11 S. D. N. Vicarium ad cautelam pluri-
morum præcipi Iudęis nè ſub amicitiæ,
beneuolentiæ, aut alio prætextu aude-
rent panes azimos iuter chriſtianos di-
ſtribuere.

Sexto deducitur, non licere chriſtia
12 no ingredi Sinagogam tempore quo ſu
perſtitioſa ibi celebrantur, ſi ingreſſus
fiat venerationis cauſa, quia eſſet com-
municare iudæis in eorum cultu, ex tra
ditis in principio huius capitis; Si ve-
ro ingreſſus fiat ex alia cauſa, tunc aut
ex illo paratur ſcandalum aliis, & non
licet, aut ſcandalum non adeſt, veluti
quia accedit animo irridendi ſuperſti-
tioſa, vel accedit alio tempore ad vi-
ſendum Templi ſtructuram, vel ornatũ,
& tunc nullum eſt peccatum, ita *Azor.*
tom.1.lib.9.c.11.q.3.ad fin. Sanchez. d.
c.31.n.18. Et ſicuti non licet chriſtianis
13 ingredi Templa iudęorum, vel infideliũ,
vt ſuperſtitioſis ſacris interſit, ita non
licet permittere, quod iudæi, vel alii in.
fideles permaneant in Templis chriſtia
norum dum celebrãtur officia Diuina,
c.perlectas 25.diſt.c.Cleros ad fi.21.diſt.
Marq.de iudæis c.9.n.4.

Dixi dum celebrantur officia Diui.
na, nam illis expletis poſſunt inte-
14 reſſe prædicationi, quæ cum tota
expendantur ad conuerſionem, &
agni-

Digitized by Google

agnitionem veritatis, ideo ſit vt ab ea, neque iudæi, neque alii infideles, neq; Herętici excludantur, *cap. Epiſcopus nullum, de conſecr. diſt. 1. Io. Baptiſta Lupi, de libert. Eccleſ. q. vlt. n. 1. & 2. vbi rem latè proſequitur*.

Septimo deducitur eſſe illicitum chriſtianis tradere iudæum, vel alium infidelem Eccleſiaſticæ ſepulturæ, quia eſſet illum ad Eccleſiaſticam commu-
15 nionem admittere, *cap. Sacris, de ſepult. cap. 15. cui de ſent. excom.* Ideoq; ſit vt ſi de facto ibi reperiatur ſepultus, non prius debeat in illa Eccleſia celebrari, quam oſſa foras mittantur, & Eccleſia purgetur, *c. Eccleſia in qua paganus, et c. Eccleſiã in qua mortuorũ, de cõſecr. diſt.* 1.

Octauo deducitur, non licere Lanio
16 nibus, & Macellariis chriſtianis, permittere quod iudæi occidant animalia ſeruato ritu iudaico in Macellis noſtris, quia vt ex prædictis patet, hoc eſſet eorum ritus probare, quicquid in contrarium ſcripſerit *Marq. in tract. de iudæis par. 1. c. 4. nn. 25*. Nec refert, quod Eccleſia toleret iudæos in eorum ritibus, quia, vt ſæpè dictum eſt, aliud eſt eos in ritibus tolerare, aliud illis opitulari, vel facere actum poſitiuum, per quem videamur ritus eorum probare, *cap. hac oratione 31. q. 1. Bald. conſ. 316. ſub n. 4. ver. quod autem lib.* 1. nam, vt patet ex ſupradictis iudæi tolerantur, vt habeãt Synagogas, & tamen non licet nobis illis cementa miniſtrare ad eas conſtruẽdas, vel reficiendas.

Nono deducitur, non licere chri-
17 ſtianis emere a Lanionibus iudæis partes poſteriores Animalium occiſorum ab eis, & quas ipſi reſpuunt tanquam immundas, ne videamur eſſe deterioris conditionis, carnes ab eis repudiatas accipiendo, *d. cap. omnes 28. q. 1. licet Marq. loco cit. contrarium aſſerat*.

Decimo deducitur, non licere Chri-
18 ſtianis in ſabbatis aut aliis feſtis iudęorum præſtare eis ſeruitium accendendi ignem, aut parandi cibum, aut coquẽdi panem, aut quodcumq; aliud opus ſeruile pręſtare, propterea quod omnia pręcicta tendunt ad decorẽ cultus iudaici vt cautum eſt peculiari conſtitutione *Nicolai V. qua incipit Super gregem Dominicum, §. nec poſſint, ſub datum Romæ Kalendis Iulii 1447. Pontificatus anno 1.*

SVMMARIVM.

1 *Summaria colliges ex argumento.*

ARGVMENTVM.

An liceat iudici quando iudæus eſt in cauſa differre cauſæ propoſitionem ad hoc ne iudęus cogatur informare die Sabbati.

CAP. XL.

VIdi quandoq. de hoc inter RR. PP. DD. meos Rotę Auditores dubitari & Dubitationẽ mouet, quod ex hoc facto Iudex videtur quodammodo iudaicis ritibus communicare, quod licitum non eſſe patet
1 ex dictis in capite præcedenti. Contrarium verius arbitror per text. *in l. die Sabbati, C. de iudæis, vbi iudæi die Sabbati, & reliquis temporibus, quibus cultus ſui reuerentiam ſeruant, non poſſunt neq. conuenire, neq. conueniri, etiam pro cauſis Fiſcalibus*. Non obſtat contrarium, quia non vrgendo iudæum ad informandum die Sabbati, non eſt eius cultui communicare, ſed potius illum in ſuo cultu, & ritu nõ moleſtare, quod prohibitum nõ eſſe, patet *ex d. l. die Sabbati, & ex l. nullus, C. de iudæis, c. qui ſincera 45. diſt. c. ſicut iudæi, de iudæis*.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas illa eſt nobis cum iudæis interdicta quoad vſum politicum, quæ continet aſſiduam conuerſationem:*
2 *Chriſtianus non poteſt ſimul cum iudæo habitare, extende, vt nu. 3. & 2. Declara, vt num. 5.*

6 *Carnalis commiſtio inter chriſtianum,& iudaam, eſt fœdiſſima.*

7 *Iudai non poſſunt ingredi domos meretricum.*

8 *Chriſtianus non poteſt in infirmitate vocare medicum iudaeum.*

9 *Medicus accedens ad infirmum in lecto iacentem, tenetur illum mouere vt confiteatur.*

10 *Chriſtianorum pena vocantium iudaeos medicos in ſua infirmitate.*

11 *Medici appellatione quis contineatur.*

12 *Barbitonſor iudaeus an poſſit vocari a chriſtiano ad uenam ſecandam vel cucurbitulas applicandas.*

13 *Barbitonſor iudaeus an poſſit vocari ad capillos tondendos.*

14 *Chriſtianus non poteſt accipere a medico iudaeo medicinam praparatam.*

15 *Medicinã quãdo quis dicatur accipere.*

16 *Medicamenta nondum preparata an chriſtianus poſſit accipere a iudaeo.*

18 *Mercimonium poteſt cum iudaeis exerceri abſque neceſſitate.*

18 *Azorii opinio improbata.*

19 *Neceſſitatis in caſu poteſt chriſtianus vocare in infirmitate medicum iudaũ et ab eo accipere medicinas preparatas.*

20 *Neceſſitas in hac materia quomodo accipiatur.*

21 *Carolus Rex Francorum a medico iudao venenata potione interemptus.*

22 *Doctrina in ſignis quis dicatur.*

23 *Balneum ingredi cum iudao non poteſt chriſtianus.*

24 *Sacrae congregationis reſponſum in materia Balnei cum iudaeis.*

25 *Ad conuiuium non poteſt chriſtianus vocare iudaeos, neq; cum eis accedere.*

26 *Familiaritas magna contrahitur in conuiuiis.*

27 *Conuiuia cum iudaeis nobis ſunt interdicta ſimpliciter.*

28 *Accedere non poſſumus ad nuptias iudaeorum.*

29 *Comedere cum iudaeis in caupona an poſſit chriſtianus.*

30 *Miſſi ad conuerſionem infidelium poſſunt cum illis comedere.*

31 *Familiaritas eſt cauſa lucrãdi infideles.*

32 *Chriſtus quare manducauit cum publicanis, & peccatoribus.*

33 *Intell. in cap. ad menſam 11. q. 3.*

34 *Cibi allati ab infidelibus quando comedi poſſunt.*

36 *Scholas chriſtianorum non poſſunt ingredi iudaei.*

37 *Conſuetudo quod iudaei intrent ſchola chriſtianorum an adſit.*

ARGVMENTVM.

De communione rerum ſpectantium ad vſum politicum, & commercium humanum.

CAP. XLI.

REgula conſtitui poteſt in ſpectantibus ad vſum politicum, eam communionẽ eſſe nobis cum iudæis interdictã, quæ continet aſ
1 ſiduam conuerſationem, & familiaritatem, ex qua poteſt oriri periculum ſubuerſionis, Simplex vero conuerſatio nobis interdicta non eſt, ita probat *text. in cap. Ad hæc de iudaeis, ibique Butr. in 2. not. Abb in 1. not. et iterum text. in c iudaeorum, et c. ſaepe, et c. nullus, et c. omnes 28. q. 1. Alphonſ. Aluarez in ſpecul Princip. tit. de conuerſione cum infidels in princ.*

Vnde infertur Primo prohibitum eſſe Chriſtianis ſimul cum iudæis habitare, propterea quod ſimultanea habi-
2 tatio ſupponit intrinſecã familiaritatẽ, *cap. iudaei el 2. in princ. verſ. excommunicentur autem. et ibi gloſ. in verb. iudaei, et in d. c. ad haec, et vtrobiq; Abb. et reliqui, de iudaeis, et in d. c. nullus, 28. q. 1. Aloyſius de Leo in l. 1. n. 15. ver. neq; habitationem C. de iudaeis.* Quod proce-
3 dit non ſolum in iudæis, ſed etiam in Saracenis, & aliis quibuſcunq; infidelibus, *d. c. iudaei in princ. Sanchez ad praecept. Decalog. lib. 2. c. 31. n. 5.*

Quinimo iure nouo non ſolũ eſt prohibita habitatio ſimultanea in eadem domo,

domo, ſed etiam in eodem loco, nam ex conſtitutione *Pauli IV. quæ eſt tertia in ordine Bullarii*, & incipit cum nimis abſurdum, & ex Conſtitutione

4 *Pii V. ſeptima quæ incipit, Romanus Pontifex*, omnes debent habitare in vno, eodemq; loco, & ſi ille capax non fuerit in duobus, aut tribus, vel quot ſatis ſint contigui ad quos vnicus tantum ingreſſus pateat, & quibus vnus detur exitus, quod etiã in Regno Neapolitano eſt ſpeciali prouiſione prohibitum, vt infra dicetur.

5 Hæc prima illatio declaratur, ne procedat in iudæis, & infidelibus, quia chriſtianis detinentur tanquam ſerui, hos enim licet habere domi, quia ſeruilis conditio excludit præſumptionem ſubuerſionis, arg. *tex in d. c. iudæi, & in c. & ſi iudæos de iudæis, Sanchez loco cit. n. 6. verſ. Quare hinc colligitur*.

6 Infertur ſecundo damnatam eſſe, & foediſſimam omnino reputari carnalem commiſtionem Chriſtiani cum iudæis, cum, & illa aptiſſima ſit ad cor fidelis deprauandum, *c. in nonnullis, §. Vnde contingit de iudæis, l. ne quis chriſtianam, vbi Salic. & Fulgoſ. C. de iudæis, Oldr. conſ. 331. in prin. Corn. conſ. 114. in prin. & n. 8. lib. 1. Decian. tract. crim. lib. 5. c. 12. n. 20. in fine, & n. 23. Menoc. de arb. caſu 290. in princ. cum aliis per Farinac. de delict. car. q. 139 num. 1. & 39.*

Ad quam euitandam *fel. record.* Pius

7 *V. mediante eius Vicario ſub die 20. Maii* 1566. præcepit nequis iudæorum de cętero auderet quouis prætextu, & quæſito colore etiam emptionis, & venditionis bonorum ingredi domos Meretricum, & ſi quid ab eis habere prętenderent, & ob id eas alloqui vellent, id in portis, & ianuis domorum earundem mulierum apertis facerent, & non intra eaſdem domos facere liceret, neue dictas mulieres ad eos proſimilibus negotiis emptionis, & venditionis accedentes permitterent domos, & apothecas ſuas ingredi; ſed tantum in illarum portis, ianuis, & foribus apertis cum eis colloqui, & tractare poſſent, ſub pœna priuationis a Synagoga, & grauis pecuniariæ, & ſub aliis penis arbitra

8 riis. Infertur tertio, vetitum eſſe chriſtiano vocare medicum iudæum in eius infirmitatibus, tum quia hoc magnam affectionem conciliat, *d. c. p. nullus 28. q. 1. ibiq. gloſ. & Turrecrem. Anan. in c. 1 ſub nu. 6. de iudæis, Aloyſius de Leo in d. l. 1. ſub n. 15. C. de iudæis Marq. de iudæis, par. 3. c. 2. n* 10. Tum etiam quia

9 Medicus accedens ad infirmum in lecto iacentem, tenetur illum monere, vt idoneo confeſſori peccata ſua confiteatur, alias poſt tertium diem non accedat, vt in *c. cum infirmitas de pænit. & remiſſ.* quod quidem fieri non poteſt a medico iudæo.

Hac de cauſa permotus *fel. rec. Greg. xiii.* prouida conſtitutione ſanciuit, vt medici iudæi, aut alia s infideles ad curandos chriſtianos infirmos non admit

10 tantur; impoſita chriſtianis pœna ſubtractionis Sacramentorum, & ſepulturæ Eccleſiaſticę, & cum ampliſſima derogatione priuilegiorum, & latius vt *in d. conſtitutione 68. in ordine Bullarii*.

11 Pro medico aũt accipias non ſolum eũ, qui febrim curat, ſed etiam qui vulneribus medetur, & qui alicuius partis corporis, vel certi doloris ſanitatem pollicetur, vt puta ſi auricularum, ſi fiſtulæ, vel dentium, vt inquit *Vlpian. in l. Medicos fortaſſis, vbi Bart. ff de var. & extraord. cognit.* Qua ratione puto non

12 licere chriſtiano vocare Barbitonſorem iudæum ad venam ſecandam, ſiue ad cucurbitules applicandas, vt putat etiam *Sanchez loco cit. ſub num. 9. ad fi.* Dixi ad venam ſecandam, vel cucurbitulas applicandas, nam aliud eſſet ſi vocaretur in ſanitate ad capillos tondendos, vt *idem Sanchez loco cit. arbitratur*, Hæc tertia illatio extenditur vt non ſolum ſit prohibitum Chriſtiano in ſua infirmitatę vocare medicum iudæum, ſed etiam prohibeatur accipire medicinam ab eo præparatã, *d. c. nullus q. 1. Roſella in verb. iudæus 1. n. 1. Ang. in verb. iudæus, n. 7. Armil. n. 9. Tabien. q. 5. n. 6.* Ratio eſt quia in d. c nullus ęqualiter nobis interdicitur actus medicaminis, & medicinæ præparatio; Medicinã aũt a iu-

à iudæo quis accipere dicitur, quando accipit illud, quod exhibetur, vel imperatur a iudæo, *Anan. in d. cap.* 1. *ſub num.* 6. *Verſic. Dicitur autem de iudæis*. Eadem illatio declaratur pri-
16 mo, ne procedat in medicamentis nondum præparatis, hæc enim licitum eſt nobis etiam a iudæis emere, quia non emuntur tanquam medicamenta, ſed tanquam merces, *gloſ. in d. cap. nullus* 28. *q.* 1. *Roſella, Angel. Armill. Tabien. & Sanchez loco cit.* & licet *Aloyſius de Leo in d. l.* 1. *num.* 18. intelligat hoc procedere in caſu neceſſitatis, tamen præcitati omnes intelligunt procedere ſimpliciter, quia ratio huius caſus non conſiſtit in neceſſitate, ſed in mercimonio, quod abſque neceſſitate poteſt exerceri cum iudæis *Roman.*
17 *conſil.* 488. *cum aliis allegatis infra in cap. ſeq.* Quinimo, *Azor. moral. inſtit. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 22. *quæſt.* 5. tenet, licere nobis emere etiam medici-
18 nas præparatas, dummodo non ſint ſponte oblatæ, quamuis eius opinionē refellat, & rectè *Sāch. loco cit. ſub n.* 9.

Declaratur ſecundo ne procedat in caſu neceſſitatis, tunc enim licitum
19 eſt nobis medicum iudæum in infirmitate vocare, & ab eo medicinas præparatas accipere, quia neceſſitas excludit præſumptionem familiaritatis, *Roſell. Angel. Armill. Tabien. & alii relati per, Sanchez loc. cit. n.* 9. Neceſſi-
20 tas autem in hac materia accipitur moraliter, nempe non ſolum quando nullus alter adeſt medicus, ſed etiam quando morbi grauitas eget pluribus, nec adſunt tot Chriſtiani, quot ſufficerent; vel quando iudæus eſt notabiliter doctior, vt bene declarat *Sanch. loco cit. num.* 8. *poſt Tab. in verb. medicus quæſt.* 16. *num.* 17.

Hic chriſtianum lectorem monitum volo ne hac cauſa ductus facile ſe credat iudæo, quamuis in arte medica peritiſſimo eſt enim genus hominum chriſtianis oppido infenſū, ideoque facile captant occaſionem nobis nocen-
21 di, vt docemur exemplo Caroli Calui Regis Francorum, qui epota potione ſibi propinata per Medicum iudæum pro excellenti habitum, & ſibi familiarem paulo poſt interiit, vt refert *Guliel. de Bened. in cap. Ranutius part.* 1. *verb. adiicite impuber num.* 30.

Quis autem dicatur doctrina in ſi-
22 gnis, quiue ſufficiens, vel mediocris, conſulendus eſt, *Innoc. in cap. cum in cunctis, de elect.*

Infertur ſecundo non eſſe licitum ſimul cum iudæo in balenum ingredi,
23 *d. cap. nullus* 28. *q.* 1. quod eſt accipiendum quando Chriſtianus ſimul accederet cum iudæo vel propter iudæum, tunc enim acceſſus eſſet ex cauſa familiaritatis, quæ proprie interdicitur *in d. cap. nullus*, ſecus ſi quilibet ſeparatim accederet, nam quamuis accederent ad eundem balneum, tamen talis acceſſus non eſſet prohibitus, etiamſi fieret ex cauſa recreationis, & multo magis ſi fieret ex cauſa neceſſitatis, nempe quia alius balneus non adeſſet, vt declarat *Filiarchus de offic. Sacerd. tom.* 1. *par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *in fine Sanchez loco cit. num.* 11. Qua ratione Sacra Congregatio Epiſcoporum ſub die 22. Iulii 1584. conſulto Sum-
24 mo Pontifice licentiam impartita fuit Epiſcopo Sauonenſi, vt poſſit ingredi balneum, non obſtante quod ibi ingrederentur etiam hebræi, vt reperitur adnotatum in notis eiuſdem Congregationis. Neceſſitate vero ceſſante ſunt arguendi, qui ſimul cum Iudæis accedunt ad natandum, quando hoc fit exantecedenti conſilio, quia eadem militat ratio, quæ militat in balneo.

Infertur Quinto eſſe prohibitum chriſtiano inuitare ad conuiuium iudæos, vel ad eorum conuiuia accedere,
25 *cap. omnes*, 28. *quæſt.* 1. *cap. quam ſit, de iudæis, illum inducendo à conceſſione peciali, & ibi gloſ. in verb. vti liceat, & Abb. num.* 2. *Soccin. num.* 1. *Aluar. in ſpecul. princ. tit. de conuerſatione cum infidell. Foller. in conſt. Neapol. tit. de iudæis num.* 12. Contrahitur enim in conuiuiis magna familiaritas, & fa-
26 cilius quis inter epulas decipitur, *cap. vnuſquiſque*, 22. *quæſt.* 4. *gloſ. in d. cap. quam*

quam ſit, Foller. loco cit. num. 12. Qua
ratione crederem conuiuia nobis cum
27 iudæis eſſe ſimpliciter interdicta, non
facta diſtinctione, ſi cibis communibus
vtantur vel non, prout ſine diſtinctio-
ne eſſe accipiendam colligitur *ex Ho-
ſtien. in cap. quam ſit num. 3. de iudæis,
vbi Io. Andr. num. 5. Abb. num. 3. Tur-
recrem. in d. cap. nullus num. 4. 28. q.
1. Sanch. d. cap. 31. num.* 12.

28 Infertur ſexto eſſe nobis interdictũ
accedere ad eorum nuptias, ludos, vel
choreas, aut eos ad noſtras nuptias,
vel ludos vocare, quia in illis non mo-
dica contrahitur familiaritas, *Roſell.
verb. iudeus 1. num. 1. Azor. tom. 1. lib.
9. cap. 11. quæſt. 3. in fine Sanchez d. cap.
31. num. 17.*

29 Infertur ſeptimo non licere Chriſtia-
nis etiam ſi caſu in caupona, vel alio
diuerſorio reperiantur cum iudæis,
propriis ſumptibus in eadem menſa
cum illis manducare, *Turrecrem in, d.
cap. nullus* 28. *q.* 1. dum inquit eſſe ve-
titum Chriſtianis manducare cum iu-
dæis, vel coram ipſis. Contrarium, &
rectius tenent *Philiarcus de offic. Sa-
cerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 12. ad fi-
nem, Sanch. d. cap. 31. num. 14. nam
in d. cap. omnes*, videntur conſiderata
conuiuia, quæ ſupponunt mutuam in
Conuiuantibus familiaritatem, quæ
quidem familiaritas non reperitur, dum
caupo ſingulis cibaria vendit, licet in
eadem menſa concedantur, crederem
tamen opinionem Turrecrem. proce-
dere poſſe quando iudæi ſimul, & Chri-
ſtiani recreationis gratia intrarent cau
ponam, vt ſimul comederent, nam in
hoc caſu Chriſtianos à peccato non
30 excuſarem. Ab hac prohibitione ex-
cipiuntur miſſi ad iudæorum, & infide-
lium conuerſionem, iſtis enim ſpeciali-
ter conceditur, vt ſeruata temporum
qualitate, iuxta canonicas ſanctiones
veſci liceat cibis, quę ab infidelibus il-
lis apponuntur, *d. c. quam ſit vbi gloſ.
in verb. vti liceat Hoſt. in princ. Butr.
num. 6. Abb. num. 2. Soccin. num. 1.
extra de iudæis*. Nam familiaritate cum
illis contracta poſſunt facilius eos lu-
crari, *cap. infideles 23. q. 4. gloſ. & Doct.*
31 *modo cit.* Hinc Dominus noſter Ieſus
Chriſtus cum publicanis, & peccatori-
bus manducauit, & bibit, propterea
quod ad illorum conuerſionem vene-
32 rat, *d. cap. infideles 23. quæſt.* 4. Ex
quibus conſtat quod licet *text. in
capitulo ad menſam 11. quæſt. 3.* vi-
deatur concedere ſimpliciter licen-
33 tiam manducandi cum infidelibus, de-
bet tamen intelligi de illis, qui conuer-
ſionis gatia cum infidelibus conuer-
34 ſantur, prout intelligunt, *Archid. in, d.
cap. Ad menſam, & ibi Turrecrem. ſub
num. 5. Præpoſ. num. 6. Alphonſ. Al-
uarez in ſpecul. Princip tit de iudæis, &
eorum ritibus*. Quod eſt intelligendum
dummodo cibi allati edantur vti res à
Deo create, ſecus ſi edantur tan-
quam res idolo conſecratæ, quia tunc
35 fame moti magis debemus, quam illis
veſci, *cap. ſicut latius 23. q. 4. quem ſic
intelligunt ibi gloſ. Archid. num. 1. & 2.
Bellam. in fin. Turrecrem. in fin. Sil-
ueſt. in verb. iudeus quæſt. 1. dicto 2.
Roſell. in verb. iudeus 1. num. 1. San-
chez d. c. 31. ſub num. 7.*

Infertur nono prohibitum eſſe iu-
dæis intrare ſcolas ſimul cum Chriſtia-
nis diſcendi cauſa, quia in ſcholis con-
trahitur intrinſeca familiaritas, & ami-
36 citia, *Abb. in cap. 1. ſub num. 1. verſic.
Et ex his infero de iudæis, vbi ſubdit de
conſuetudine ſeruari contrarium, & il-
lum ſequuntur Anan. ibi ſub num. 6.
verſic. ex quibus infert. Dec. in cap. con-
ſuluit el 3. num. 4. de appell.* Sed quan-
37 tum ad hanc conſuetudinem attinet,
ego nuſquam vidi iudæos ſcholas chri-
ſtianorum intrare, & quia videtur mo
ribus chriſtianis aduerſari eam non ita
de facili admitterem.

Prædicta multo fortius procedunt in
Neophitis, & Cathecumenis, in qui-
bus viget maius ſubuerſionis pericu-
lum, iuxta ea quæ infra Deo dante di-
centur, *lib. 9. cap.* . .

SVMMARIVM

1 *In contractibus quiſque ſtudet facere con-
di-*

ditionem ſuam meliorem.
2 *Priuatio præſupponit habitum.*
3 *Princeps poteſt contrahere cum iudæis.*
4 *Eccleſia poteſt contrahere cum iudæis.*
5 *Chriſtianus poteſt cum iudæo contrahere ſocietatem, contrarium num. 7.*
6 *Indultum conceſſum pro ſe, & ſociis comprehendit etiam ſocium iudæum.*
8 *Presbiter quidam multatus propter familiaritatem, quam exercebat cum Carnifice.*

ARGVMENTVM.

An ſit licitum Chriſtianis contrahere cum iudæis.

CAP. XLII.

CVm in contractibus non verſetur aliqua intrinſeca familiaritas, propterea quod in illis quiſque ſtudet conditionem ſuam meliorem efficere, *l. in cauſæ* §. *fin. ff. de minor.*
1 Ideo licitum eſt contrahere cum iudæis. *Roman. conſil.* 488. *hac Domina Petra. Alex. conſil.* 130. *ante num.* 4. *lib.* 7. Papienſ. *in praxi in forma libelli in actione reali verb. veris, ac legitimis num.* 33. *verſic. Sed quid dicemus de iudæis*, Abb. *in cap. poſt miſerabilem n.* 3. *de vſur. Corſett. in ſing. verb. Societas el primo, Marquard. in tract. de iudæis, par.* 1. *cap.* 5. *Summiſtæ communiter in verb. iudæis, quos refert, & ſequitur Sanch. d. cap.* 31. *num.* 23. *Cornazan. deciſ. Lucenſi* 127. *num.* 3. *Anton. Henrig. de fideiuſ. cap.* 8. *nu.* 116. *cum ſeq. vbi teſtatur ita cautum in receſſ. Imper. de Anno* 1551. Petr. *Santerna de deſponſat. Mercat. in fine num.* 21. *Foller. in conſt. Regni tit. de iudæis in pragmatica, & quia num.* 9. Quæ opinio bene probatur in *cap. poſt miſerabilem de vſur. & in cap. & ſi iudæos, & cap. ad hæc, & cap. poſtulaſti in fin. de iudæis, & in cap. decernimus de decim.* in quibus iuribus cum hebræis propter delictum in pœnam interdicatur commercium Chriſtianorum abſque difficultate ſupponunt commercium cum eis eſſe nobis licitum ex regula
2 quod priuatio præſupponit habitum *l. decem ff. de verb. oblig.* Vnde inter chriſtianum, & iudæum celebratur contractus emptionis, ac poteſt iudæus pro chriſtiano, & è contra fideiubere etiam de iudicio Sixti, *Anton. Henrig. loco cit. num.* 117. *&* 122.

Hæc concluſio extenditur, vt procedat etiam in principe, nam, & ipſe
3 poteſt contrahere cum iudæis, vt probat *Text. in cap. penult. verſic. & ſi forte redditus, de iudæis*, vbi non prohibet ne princeps poſſit vendere iudæis redditus ſuos, dummodo deputet chriſtianum per quem ſine iniuria iura regalia conſequantur.

Extenditur ſecundo, vt iudæus poſſit cõtrahere ẽt cum Eccleſia, vt ex pluribus probat *Anch inter conſ. Cald. conſ.*
4 3. *tit. locati* vbi quod poteſt habere emphiteuſim ab Eccleſia, & ipſum ſequitur, *Marquar. loco cit. ſub nu.* 1. *Lambert. de iurepatr. lib.* 1. *par.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 3. *num.* 19.

Extenditur tertio, vt iudæus poſſit etiam contrahere ſocietatem cum chriſtiano, vt ſupponere videntur, Ang. *in*
5 *l. ſi ſeruus* §. *vtimur num.* 6. *verſic. item attenda ff. de ſepulchr violat.* Alex. *conſil.* 75. *num.* 6. *lib.* 5. *& conſil.* 99. *num.* 8. *lib.* 6. *& conſil.* 13. *num.* 13. *lib.* 7. Dec. *in cap.* 1. *num.* 95. *de probat. & conſil.* 51. *ſub num.* 2. *verſic. vnde videmus, Tiraq. qui alios refert de primog. quæſt.* 66. *num.* 14. *Gabr. mudæus in rubric. ff pro ſocio num.* 4. dum inquiunt ſocietatem in mercimoniis cum iudæis non eſſe reprobatã, & quod ſi alicui ſit conceſſum indultum pro ſe, &
6 ſociis, & ducat ſecum iudæum, ſub indulto comprehenditur etiam iudæus.

Ego vero ſum in ſententia in qua
7 *fuit Corſett. in ſing. in verb. ſocietas el* 2. *Ioſeph. Ludouic. in communib. concluſ.* 53. *num.* 243. *cum ſeq.* Anton. *Enrig. in tractat de fideiuſſ. cap* 8. *num.* 118. nempe quod iuris inſpecta cenſura inter

ter

Digitized by Google

ter chriſtianum, & iudæum nequeat conſiſtere contractus ſocietatis, quia in ea non continetur ſimplex commercium, prout continetur in emptione, & venditione, & cœteris contractibus, ſed continetur ius quoddam magis intrinſecum, & familiare, quod propter maximam familiaritatem dicitur ius quodammodo fraternitatis, *l. verum* 64. *ff.* pro ſocio, quare non crederem ita paſſim eſſe licitam chriſtiano, cum illa, quæ magnam familiaritatem inducunt, nobis cum iudæis ſine repr‹›bata, *cap. ad haec de iudaeis, cap. nullus & cap. ſaepe* 28. *q.* 1.

Ad Doctores vero in contrarium adductos poteſt reſponderi quod nemo ex illis loquitur in ſocietate ex contractu, ſed in publico commercio, quæ alio vocabulo Societas inter homines nuncupatur.

Et quamuis forſan in praxi contrarium ſeruetur, vt de praxi teſtatur idem *Corſett. loco cit.* & propterea poſſet chriſtianus excuſari, nihilominus dignum homine Chriſtiano exiſtimarem ab iſtis ſocietatibus abſtinere, nam non omnia, quæ non ſunt prohibita, ſunt honeſta, et ſæpe ex facto non prohibito nota quaſi contrahitur infamię: Vidi quandoque Pręsbyterum quemdam grauiter increpatum, et iunctis quibuſdam aliis leuibus criminibus mulctatum, propterea quod familiarius quam decebat cum catnifice, & tamen cum tali perſona verſabatur non eſt prohibitum diuerſari.

An autem prędicta procedant in Neophitis, infra Deo dante dicetur *lib.* 10. *cap.* . .

SVMMARIVM.

1 *Iudaei debent induere habitum diuerſum à chriſtianis.*
2 *Priuilegium Martini V. conceſſum iudais ferrariae ne poſſent cogi ad deferendum ſignum quo diſtinguantur à chriſtianis, eſt derogatum.*
3 *Fulgoſ. conſ.* 55. *improbatur.*
4 *Conſuetudo irrationabilis quae.*
5 *Conſuetudo quae aduerſatur honeſtati cum eſt nulla ipſo iure.*
6 *Priuilegium de non deferendo ſignum poteſt ex cauſa per Papam iudaeis concedi.*

ARGVMENTVM.

An, & quomodo iudæi debeant à Chriſtianis qualitate habitus diſcerni.

CAP. XLIII.

IN Conci'io Latetanenſi de multa prouidentia ſtatutum eſt, vt in omni loco, & omni tempore om-
1 nes vtriuſque ſexus iudęi qualitate habitus ab aliis diſcernantur, *cap. nonnullis, de iudaeis*, cuius diſpoſitionem imitando, hoc idem peculiari pragmatica ſanxit in Regno Neapolitano Corolus Quintus vt *in pragmatica quae incipit, Et quia per ſidorum*. Paulus etiam Quartus, & Pius Quintus Pontifices Maximi hoc pariter prouidis conſtitutionibus ſanxerunt, *Ille in conſtitutione* 3. *quae incipit, cum nimis abſurdũ, hic vero in conſtitutionae* 7. *quae incipit* Romanus *Pontifex*, quarum conſtitutionum auctoritate ſancitum eſt, vt maſculi biretum, fœminæ vero aliud ſignum patens, ita vt nullo modo celari, aut abſcondi poſſit, palam deferre teneantur; nec ſuper non delatione bireti, aut alterius ſigni huiuſmodi cuiuſuis eorum gradus, vel præheminentiæ, ſeu tolerantiæ excuſari, aut per camerarium, aut Sedis Apoſtolicæ legatos abſolui poſſint, cum ampliſſima derogatione priuilegiorum in contrarium quomodocunque facientium.
Vnde intelligimus poſt prædictas Conſtitutiones non habere amplius locum
2 priuilegium cõceſſum a Martino Quinto Hebræis Ferrarię commorantibus, ne cogi poſſint ad deferendum aliquod ſignum,

ſignum, per quod à chriſtianis dignoſ-
cantur, cuius priuilegii meminere,
Fulgoſ. conſil. 55. *Dec. in cap. conſuluit*
29. *num.* 16. *de appell.* cum ex prædictis
Conſtitutionibus ſint abrogata omnia,
& quæcumque priuilegia. Et pariter
neque ante, neque poſt dictas conſtitu-
3 tiones probari poteſt d. conſultatio Ful-
goſii in ea parte, in qua firmare nititur
non eſſe irrationabilem conſuetudinem
quod iudæi inter chriſtianos non cogan
tur deferre ſignum, quo dignoſcantur
à Chriſtianis, cum alioqui ſit irratio-
nabiliſſima, tum quia eſt contra ex-
preſſam diſpoſitionem Concilii genera
lis, *in d. cap. in nonullis*, quod quidem
ſufficit ad hoc vt conſuetudo dicatur ir
rationabilis, *gloſ. in cap. fin. vbi Doct.
de conſuetud. Lucas de penna in repet.
l. vnic. num.* 9. *C. de collat. Calder.
conſ.* 4. *de conſuetud. & conſil.* 1. *de re-
gul.* Federic. *de Sen. conſil.* 17. *ſub num.*
10. *verſic. Non obſtat quod ſecundo loco.*
Tũ etiã quia concernit periculum ani-
mæ, & honeſtatem chriſtianæ Religio-
4 nis, quod efficit, vt conſuetudo dicatur
irrationabiliſſima, *Franch. in, d. c. conſul
uit num.* 2. *ibique Dec. nu.* 16. *de appell.*
5 Quinimo ſtatim atque conſuetudo ad-
uerſatur Eccleſiæ honeſtati, eſt nulla
ipſo iure, *Gemin. in cap. fruſtra num.* 4.
de iudic. lib. 6. *Turrecrem. in cap. vſus
auctoritatis* 11. *diſt.* Imol. *in cap. primo
in princ. & ibi Abb. & Dec. de conſuet.
Boich. in cap. fin. num.* 8. *eod. tit. Bar.
in auth. Hoc ius porrectum num.* 18. *C.
de ſacroſ. Eccleſ.* Bal. *Salic. & alii in
auth. caſſa, & irrita C. eod. cum aliis per
Anton. Piagg. in tract. de conſuet. quæſt.*
6. *nu.* 256. *& ſeq.* Fateor tamen hoc
priuilegium de non deferendo ſignum,
ex cauſa bene uiſa concedi poſſe he-
breis per Summum Pontificem, cum
negari non poſſit quin ſit de iure poſi-
tiuo, *Fulg. d. conſ.* 55. *num.* 2. *verſic.* 2.
*ſciendum, Dec. in d. cap. conſuluit ſub
num.* 16. *Marquard. de iudæis par* 1.
cap. 4. *verſic. valeret tamen,* Foller. *in
conſtitutione Regni Neapol. ſub tit. de
iudæis in prag. quæ incipit, & contra
perfidorum num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtianus non poteſt relinquere vniuer ſitati iudæorum.*
2 *Legatum relictum à chriſtiano iudæo an valeat, et num.* 6. *& ſeq.*
3 *Collegium iudæorum an ſit reprobatum ratione ſectæ, & num.* 4.
4 *Iudæi ſunt peiores paganis.*
5 *Tolerantia non facit, vt ſecta quæ toleratur non dicatur reprobata, & nu.* 7.
8 *Epiſcopus inſtituens paganum excommunicatur.*
9 *Pœna legis debemus contentari.*
10 *Excommunicationis pœna, ſupponit factum illicitum.*
11 *Presbyter non poteſt relinquere hæretico quamuis conſanguineo.*
12 *Probibitio facta clericis ſub poena anathematis, arguit factum eſſe ſui natura malum.*
13 *Chriſtianus non poteſt iudæo dare inter viuos, ſi donatio ſit conſiderabilis.*
14 *Incapax ex teſtamento, eſt in capax ab inteſtato.*
15 *Iudæo dare poſſumus ſi ſit in extrema neceſſitate conſtitutus.*
16 *Iudæo poteſt relinqui quod ſibi debetur.*

ARGVMENTVM.

An liceat Chriſtiano teſtamento aliquid relinquere iudæis.

CAP. XLIV.

SI relictũ fiat Vni-
uerſitati iudæo-
rum, in dubita-
ta eſt iuris con-
cluſio Non lice-
re chriſtiano te-
ſtamẽto aliquid
ei relinquere, *l.*
1 1. *vbi gloſ. Bar. Salicet. & Fulgoſ. C. de
iudæis Bar. in l. cum Senatus num.* 2. *ff.
de reb. dub. ibiq; Soccin. nu.* 3. *Anan.
in cap. iudæi el* 2. *num.* 9. *extr. de iudæis,
eſtque receptiſſima omnium opinio.* Si ve-
2 ro fiat iudæo vti perſonæ ſingulari non
omnium eſt eadem ſententia, ſi qui-
dem

Digitized by Google

dem affirmatiua opinionem tenēt *gloſ.*
Feber. Alber. & Salic. l. prima Cin. in
l. 1. in 3. oppoſ. ibique Alberic. colum. 1.
verſic. redeundo C. de ſacroſ. Eccleſ. Bart.
in d. l. cum Senatus num. 9. Bertrand.
conſil. 88. num. 8. & 9. volum. 3. par.
prima vbi, quod hæc videtur communis
opinio, & iterum conſil. 145. num. 2.
eodem volum. 3. par. 1. Marq. de iudæis
par. 2. cap. 5. num. 24. vbi etiam teſta-
tur de communi, & in hanc procliuior
videtur Soccin. in d. l. cum Senatus, li-
cet vere pedis non firmet.

Mouentur, quia collegium iudæo-
rum (vt ipſi dicunt) non eſt reproba-
tum ratione ſectæ, prout ſunt collegia
hæreticorum, & paganorum, *l. cogno-*
3 *uimus, C. de hæret. & l. prima C. de pa.*
gan. & ſacrific. eorum, ſed eſt reproba-
tum, quia non eſt à iure approbatum,
cum in reliquis videamus iudæorum ſe.
ctam tolerari, tum de iure canonico,
vt in, *cap. ſicut iudæi, & in cap. qui ſin-*
cera diſt. 45. tum etiam de iure ciuili,
vt *in l. ſpadonem §. iam autem ff. de ex-*
cuſ. tut. & in l. circumcidere ff. ad leg.
Cornel. de Sicar. Vbi autem collegium
non eſt reprobatum ratione ſectæ, tunc
licet non poſſit legari collegio, tamen
poteſt legari ſingulis, quia perſonæ ſin.
gulares non ſunt incapaces, *d. l. cum Se-*
natus, ff. de reb dub. Sed hoc argumen-
tum in eius maiori propoſitione pluſ-
quam falſiſſimum eſt, Si enim eſt repro-
bata ſecta paganorum, vtique multo
magis eſt reprobata ſecta iudęorum,
4 quos conſtat eſſe peiores, *cap. non-*
ne 1. q. 1. vbi gloſ. reddit rationem dicti,
quod illi erga Chriſtum naturalem legem
tantum ſunt tranſgreſſi, Iudæi vero etiam
legem ſcriptam; illi prædicatores non ha-
buerunt, iſti vero chriſtum prædicantem
contempſerunt, apud illos nulla miracu-
la facta ſunt, apud iſtos miracula pluri-
ma geſta ſunt, & nihilominus tandem
chriſtum crucifixerunt, quod etiam plu-
ribus explicat ibi Turrecrem. Nec refert
quod iura Canonica, & ciuilia tole.
rent iudæos, quia, vt infra dicam, iſta
5 tolerantia non facit, ne dicantur repro.
bati, nam tolerantur in eis etiam ritus,
quos conſtat eſſe impletos, & conſe-
quenter quo ad vſum reprobatos. Con-
trariam proinde opinionem *tenet gloſ. in*
cap. ſane profertur 24. queſt. 2. Angel.
in l. prima C. de iudæis (prout de illo me-
6 *minere, Felin. & Bertrand. infra citandi,*
Ego enim in Codice Meo illum reperire
non potui) Franc. in rubric. de teſtamen-
tis num. 29. verſic. Tertio Aduerte lib.
6. Iaſ. in l. hæreditas num. 8. C. de his
qui vt indign. Felin. in cap. iudæi el 2.
ſub num. 2. verſic. in gloſa magna de iu-
dæis, & hanc eandem opinionem probat
Bertrand. conſil. 126. ſub num. 5. verſic.
ſed ſalua pleniore, vol. 4. vbi quod hæc
opinio videtur verior, & tanquam talis
præferenda opinioni communi, quia pau-
corum opinio bene fundata præfertur opi-
nioni multorum, l. 1. ibi non ex multi-
tudine C. de veteri iure enucl. Hoſt. Io.
Andr. & reliqui in cap. primo de conſtit.
Stephan. de licio de iudæis §. nemo poteſt,
& hæc eſt veriſſima.

Primo, quia ex prædictis patet quod
licet ſecta iudæorum toleretur ab Ec-
7 cleſia, tamen quantum in ſe, eſt repro.
bata, & ideo argumentum contrariæ
opinionis in eius damnum, & pro hac
opinione retorquetur.

Secundo ex *cap. ſi quis Epiſcopus*
extr. eod. tit de hæret. vbi Epiſcopus in-
ſtituens paganum excommunicatur,
8 ergo multo magis iudæum ex allega.
tis. Huic Argumento conatur reſpon-
dere, *Soccin. in d. l. cum Senatus ſub*
num. 3. verſic. Sed licet canoniſta, ff. de
reb. dub. quod ibi Epiſcopus excommu-
nicatur, non tamen quod actus ſit nul.
lus, Vnde ſatis videtur eſſe, quod pu-
niatur, quia contenti eſſe debemus
poenis legum, vt in *l. iſta ſtipulatio fa-*
cta ff. de verb. oblig. & in ſimili declarat
Bald. in cap. primo, §. conuenticulas de
pace iuramento firm. Sed hæc Soccini
defenſio non tollit argumentum, nam
eo ipſo quod lex imponit poenam ex-
communicationis ſupponit, factum pro
10 quo imponitur eſſe illicitum, vt colligi.
tur *ex, cap. primo à nobis, & cap. Sacro*
de ſent. excom. cap. nullus, & cap. nemo
11. queſt. 3. D. Thom. in 4. ſent. diſt. 82.
queſt.

quaſt. 2. *art.* 1. *Durand. quaſt.* 3. *D. Anton. in Summ par.* 3. *tit.* 24. *cap.* 27. *Couar. in cap. alma mater par.* 1. §. 9. *num. primo cum aliis quos nouiſſime refert, & ſequitur Alter. de cenſuris lib.* 3. *diſput.* 1. *cap.* 1.

Tertio hæc opinio probatur *in c. in eos, eod. tit. de hæretic.* vbi inquit quod Epiſcopi, & Præsbyteri in eos qui catholici nõ ſunt, etiamſi Conſanguinei
11 fuerunt, nihil conferũt, & quod de Epiſcopis, & Præsbyteris dictũ eſt, debet de reliquis clericis exaudiri, *Soccin. loco cit. verſic. cogita tamen*, cenſet dici forte poſſe, quod cum littera, quæ loquebatur in Epiſcopo fuerit extenſa ad omnes clericos, videtur innuere quod abſque extenſione non habuiſſet locum in clericis, Vnde eodẽ modo dici poteſt quod dicta diſpoſitio tãquã loquẽs de clericis non habeat locum in laicis. Hęc Soccini reſponſio duo continet, primum fatetur in clericis veram eſſe noſtram opinionem, nempe quod à clerico nemini niſi catholico poſſit legari, An autem hoc idem procedat in laicis, ipſe ſubdubitat. At ego credo idem eſſe in laicis, nam negari non poteſt,
12 quin prohibitio facta de clericis ſub anathematis poena, non arguat factum prohibitum eſſe ſui natura malum, nulla enim ſub eſt ratio, ob quam ſit magis interdicta clericis, quam laicis, & propterea ſola debet conſiderari prohibitio, nulla facta diſtinctione perſonarum. poſſet forſan opinio Soccini procedere quo ad poenam excommunicationis; Illa enim tanquam inflicta contra clericos non extenditur ad laicos, tum quia eſt poenalis, *cap. odia de reg. iur. lib.* 6. tum etiam quia reſpectu qualitatis, & maioritatis perſonarum, poena poteſt eſſe maior in clerico, quam in laico, *cap. cum quidam de iur. iur. cap. homo* 40. *diſt.* Quarto hæc opinio poteſt probari per *Teſt. in l. cognouimus C. de hæret. vbi* Liberi non orthodoxi repelluntur à ſucceſſione paterna non ſolum ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamento, ergo tanto magis à ſucceſſione extraneorum. Demum hæc opinio in ſpecie probatur per conſtitutionem *Nicolai V. quæ incipit in gregem dominicum ſub datum Romae Kalendis Iulii* 1447. *pontificatus anno* 1. Sit ergo firma Concluſio, neque iudæo tanquam particulari poſſe aliquid teſtamento relinqui, quæ Concluſio.

Extenditur primo, vt procedat non ſolum in relictis in teſtamento, ſed etiam in donationibus inter viuos, quan-
13 do donatio eſt conſiderabilis quantitatis, *Franch. in d. rubr. de teſtamentis ſub num.* 29. *in fine, cuius opinio probatur per Text. in d. cap. in eos de hæret.* vbi prohibetur vt in non catholicos nihil conferant, ibique *gloſ. ſubdit*, quod cum non diſtinguat in morte, vel inter viuos, neque nos diſtinguere debemus & ſic debet accipi generaliter tam in vita, quam in morte.

Extenditur ſecundo, vt procedat ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, quia regulariter omnis incapax ex teſtamento, eſt incapax ab inteſtato, *l.*
14 *conficiuntur in princ. ibi quoniam quæritur patri familias, ff. de iure Codicil. l.* 2. *ibi vel etiam inteſtati ſucceſſione C. d bonis matern.*

Eadem concluſio limitatur primo, ne procedat, quando iudæus eſſet in extrema neceſſitate conſtitutus, tunc enim ex cauſa pietatis, ad eius neceſſi-
15 tatem ſubleuandam, & pro modo eius neceſſitatis ei relinqui teſtamento poſſe, & in vita donari, cenſuerunt *gloſ. in d. cap. in eos, verb. nihil conferantur, ibique Hoſt. & Abb. de hæret. Aloyſ. de Leo in d. l.* 1. *num.* 3. *C. de iudæis*. Li-
16 mitatur ſecundo ne procedat quando relinqueretur iudæo quod ſibi debebatur, vt infra dicetur in cap. ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Nominis antiqui recordatio quid pariat.*
2 *Mutatio poſſeſſionis ex ſuperueniente noui tituli fit ſine declaratione.*
3 *Nomen cuilibet licet ſibi mutare.*
4 *Lege permittente facta poenam non merentur.*

AR.

ARGVMENTVM.

Iudæus ſi poſt receptam baptiſmatis vndam, eodem vtatur nomine, quo vtebatur dum verſabatur in iudaiſmo, an reddatur iudaicæ prauitatis ſuſpectus.

CAP. XLV.

AFfirmatiuam opinionem probat *Aym. conſil.* 73. *nu.* 13. *& ſeq.* Propterea quod
1 ex priſci nominis retentione arguitur retentio affectus, *l. à nullo in fine ff. de ſer.* cui ſuffragatur quod
2 apud *Liuium lib.* 12. *ab vrbe condita* legimus Tarquinium Collatinum conſultatus honore abdicatum, eo quia cum Tarquinionum eſſet propinquus eodem ad huc nomine vocabatur. Cæterum arbitror duos in propoſita dubitatione diſtinguendos caſus.

Primus, quando nomen eſt vtrique Religioni commune.

Secundus, quando eſt proprium hebræorum. Quo ad primum ſi in baptiſmo idem nomen fuit retentum, & tunc abſque vlla prorſus ſuſpitione poteſt eodem nomine nnncupari, abolita, ſi quidem eſt, & mutata priſca nominis cauſa nouo ſuperueniente titulo, *l. non ſolum*, §. *quod vulgo ff. de vſucap.*
3 *l. qui bona* §. *vbi omnes ff. de acquir. poſſ. l. nemo C. eod. tit.* Quod quidem in dubio factum cenſetur ſine declaratione, ſecundum veriorem opinionem, quam probat *Rota coram Puteo deciſ.* 451. *lib.* 1. *Acchill.* 4. *de cauſ. poſſ. & propr. & apud Paleottum deciſ.* 248. *& deciſ.* 224. *num.* 3. *par.* 1. *&* 613. *num.* 1. *eadem par.* 1. *diuerſ.* Et hoc ſenſu accipienda ſunt tradita *per Reuerendiſſimum D. Peniam in direct. inquiſ. quaſt.* 44. Quo vero ad Secundum res apud me habet non nihil ambiguitatis, ſi quidem pro regula, tradi ſolet licere vnicuiq; homini libero nomẽ
4 ad libitũ tibi mutare, *l. vnica, C. de mut. nom. & ibi Doct. & in probemio decretal. vbi præſertim Felin. num.* 36. *plene menoch. de arbitr. caſu* 318. vnde rediens ad priſtinum nomen vtrique Religioni promiſcuum, non videtur poſſe damnari, cum hoc lege permittente faciat, *l.*
5 *gracchus, C. ad leg. iul. de adult. l. Sancimus*, §. *non enim, C de admin. tutell. l.* 3. *C. de confirm. tut. l. nemo damnum ff. de reg. iur. l. vnica, C. de expenſ. iudic. lib.* 11. *cap. deinde in fine* 25. *diſt:* Quare credo hanc ſuſpitionem, quæ ex ſola nominis mutatione inſurgit, antiquæ impietatis argumentum minime præbere, niſi aliis concurrentibus ſuſpitionibus, quibus adiuuetur.

SVMMARIVM.

1 *Artes iudæis permiſſæ per* Pium *IV. &* Pium *V.*

2 *Iudæi poſſunt conficere indumenta etiam ex noua materia.*

ARGVMENTVM.

Quæ exercitia ſint iudæis in Vrbe permiſſa.

CAP. XLVI.

AD tollendam quãtum fieri poteſt occaſionem familiaritatis inter chriſtianos, & iudæos, & vt iudæi in debitis obſequiis contineantur, Pius Papa IV. prouide conſtituit, vt ipſi ſola ar-
1 te ſtracciariæ, ſeu cienciariç cõtenti, aliquam mercaturam frumenti, vel ordei, aut aliarum rerum vſui quotidiano neceſſariam facere nequeant, *vt in eius Cõſtitutione.* 3. *qua incipit, cum nimis* §. *primo, quam conſtitutionem Pius Quintus approbauit.*

Cæterum extat in curia Illuſtriſſimi Cardinalis Vicarii declaratio facta ſub die 20. Maii 1566. per Alphonſum Binarinum eius Vicegerentem, per quam aſſeritur quod viſa declaratione Virgilii Roſarii poſtea Cardinalis Spoletani, facta die 20. Auguſti 1555. Et facto verbo cum Sanctiſſimo tunc Pio V. & Cardinali Sabello Vicario, declarauit iudæis licere infraſcriptas artes exercere, videlicet.

Merciariæ
Aurificum, & Gemmariorum,
Ricamatorum, ſeu intertextorum,
Sartorum,
Cribanariæ,
Baſtariç
Fabrilignariæ
Baliſerij,
Ferrarij,
Coriariorum, &
Piſcatorum.

2 Qua declaratione ducta R*ota in cauſa Rom. artis Sutoriæ ſub die 20. Martii 1620. coram nunc Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Sacrato* cenſuit hebræos in vrbe commorantes poſſe conficere indumenta etiam ex noua materia.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus ſuccedit parentibus etiam ad fidem conuerſis.*
2 *Liberi etiam parentibus viuentibus ſunt quaſi domini rerum paternarum.*
3 *Iudæus ex eo qui nolit conuerti non priuatur bonis.*
4 *Iudæa non priuatur bonis ex eo qui nolit ad fidem conuerti.*
5 *Iudæus retinet iura conſanguinitatis.*
6 *Iudæus ſuccedit parentibus ex teſtamento & ab inteſtato, & nu. 10.*
7 *Differentia non eſt facienda inter chriſtianum, & iudæum, niſi reperiatur facta*
8 *Natus ante patris baptiſmum ſuccedit cum aliis natis poſt baptiſmum.*
9 *Legitima debetur filiis ratione naturali.*
11 *Iudæus ſuccedit parentibus, ſiue exiſtant filii baptizati, ſiue non.*
12 *Iudæus pater an poſſit plus relinquere filio iudæo, quam baptizato. Limita, vt nu. 13. & 14.*

ARGVMENTVM.

Iudæus an ſuccedat Parentibus, & Conſanguineis ad fidem conuerſis.

CAP. XLVII.

Negatiuam opinionem probare nititur *Bertrand. conſil. 226. lib. 4. par. 1.* pluribus ductus rationibus, quæ tamen rediguntur ad vnam, videlicet quod iudæus etiam vti perſona ſingularis, non poteſt aliquid capere ex teſtamento chriſtiani, vt ſuperiori capite à nobis probatum eſt. Quo non ob-
1 ſtante contrarium puto verius infraſcriptis potiſſimum rationibus permotus.

Primo, quia Liberis naturali quodam ratione debentur bona parentum, quia etiam parentibus viuentibus dicuntur quaſi domini rerum paternarum, adeo vt poſt patris mortem, non hæreditatem percipere videantur, ſed magis liberam
2 bonorum adminiſtrationem conſequuntur, *l. in ſuis, vbi Doct. ff. de liber. & poſthum. l. in ſuis ff. de ſuis, & legit. l. prima §. qui ſunt in poteſtate, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. §. ſui inſt. de hæred. qualit. & differ. cum aliis plene congeſtis per Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat. nu. 19. cum ſeq. C. de reuoc. donat.* At iudæus, ex eo quod ſit iudæus, & nolit ad fidem conuerti,
3 non priuatur bonis, aut iuribus ſibi competentibus, *c. ſicut iudæis, de iudæis, c. de iudæis, 45. diſt. ibiq; Arch. in princ. Gem. num. 2. Præpoſ. ſub num. 2. verſic. ſolutio Borgnin. deciſ. 21. num. 15. de contract.* ergo. Similiter videmus, quod mulier iu-
4 dæa, cuius vir eſt conuerſus ad fidem, non priuatur ſua dote, ſi chriſtiana effici nolit, *Bald. Nouell. in tract. de dote par. 11. num. 47.* Secundo quia adhuc iu-
5 dęus retinet iura conſanguinitatis, cum illa veluti naturalia ſint indelebilia, *l. iura ſanguinis, ff. de reg. iur. l. ius agnationis, ff. de pact.* ergo retinet etiam iura ſucceſſionis *§. primo, inſt. de legit. patr.*

patr. tutel. Nec refert ſi dicatur poſſe
tolli iura reſultantia ex agnatione, vt
per *Doct. in d. l. iura ſanguinis*, quia nul-
libi reperitur in iure ſtatutum, quod
iudæus ex eo tantum, quod ſit iudæus
amittat ius ſuccedendi.

Tertio iudæus baptizatus ſuccedit
parentibus iudæis non ſolum ex teſta-
mento, ſed etiam ab inteſtato, tum de
6 iure communi, *l. cognouimus C. de hæ-
ret. Imol. in cap. Raynutius de teſta-
mentis, cum aliis per Felin. in cap. iudæi
el 2. ſub num. 1. verſic. & per iſtum tex-
tum, de iudæis, & per Tiraquell. de iure
primog. quæſt. 66. num. 41. Tum etiam
multo magis ex conſtitutione Pauli Ter-
tii, quæ incipit, Cupientes 32. in ordine
Bullarii*, Ergo idem dicendum eſt de iu
dæo in ſucceſſione parentis Chriſtiani,
quia quãdo nõ reperitur diſpoſitio, quę
7 conſtituat differentiã, inter chriſtianũ,
& iudæum, valet argumentum à cor-
relatiuis, *l. die ſabbati C. de iudæis*.

Quarto hoc idem probatur ex plu-
ribus à nobis afferendis infra eodem
lib. cap. 29. ad probandum iudæos neq;
directe, neq; indirecte poſſe cogi ad fi-
dem ſuſcipiendam, quæ huic poſſunt
commode transferri, quia negari non
poteſt quin per ſucceſſionis priuatio-
nem per indirectum cogerentur. De-
mum hoc probatur ex *cap. denique* §.
8 *quid de talium, 26. diſt. vbi* natus ante
patris baptiſmum habet commodum
ſucceſſionis cum fratribus poſt baptiſ-
mum natis.

Extenditur hæc concluſio primo, vt
indubitanter procedat reſpectu legiti-
mę, quia cum illa debeatur filiis ratio-
ne naturali, §. *cum itaque Auth. de hæ-
red. & falcid. l. fin.* §. *omnia igitur ff. de
9 adop.* Ripa *in l. in quartam num.* 132.
ff. ad l. falcid. iudæo poteſt relinqui in
teſtamento tanquam res ſibi debita, vt
idem, *Bertrand. ſcribit conſ. 88. ſub nu. 6.
verſ. Tum quia, & nu. 7. vol. 3. par. 1.*

Extenditur ſecundo, vt procedat nõ
ſolum ex teſtamento, ſed etiam ab inte-
ſtato, quia ratio, propter quam filius iu-
dæus poteſt ſuccedere ex teſtamento,
10 militat etiam ab inteſtato; ideoque ea-
dem debet eſſe legis diſpoſitio, *l. illud,
ff. ad l. Aquil. cum vulgar.*

11 Extenditur tertio, vt procedat, ſiue
exiſtant, ſiue non exiſtant alii filii ba-
ptizati, *Tiraquell. d. q. 661. n. 36.*

Eadem concluſio limitatur, ſi pater
vellet plus relinquere filio iudęo, quam
12 baptizato, tunc enim crederem reli-
ctum vitiari in eo quod eſt plus, Tum
quia baptizatus debet eſſe melioris cõ-
ditionis, quam non baptizatus *d. cap.
iudæi el 2. de iudæis*; Tum etiam, quia ta-
le relictum argueret prædilectionem,
quæ in patre de recenti baptizato erga
filium iudæum redditur non parum
ſuſpecta, *ex trad. per Aym. conſ. 73. nu.
13 13. & ſeq.* Niſi forte iudæus eſſet onu-
ſtus maiori numero filiorum, ad quorũ
egeſtatem ſubleuandam eſſet pluris re-
lictum iuxta tradita, *ſup. eodem lib. c.
44. in fine.* Hoc idem eſſet dicendum, ſi
14 eſſet plus relictum ſub conditione, ſi ef-
ficiatur Chrſtianus hoc enim non eſſet
magis illum diligere, ſed potius ad fi-
dem allicere, quod licet, iuxta diſtinctio
nem traditam ſupra *eod. lib. cap. 33.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium tacitæ hypothecæ competit tantum mulieribus catholicis.*
2 *Ratio eadem vbi militat, militat eadem diſpoſitio.*
3 *Rationis identitas operatur tacitam diſpoſitionem.*
4 *Interpretatio quæ fit ob identitatẽ rationis, dicitur fieri intẽſiue nõ extenſiue.*
5 *Mulier hæretica infert fidei maiorem iniuriam quam iudæa.*
6 *Dotis priuilegia cur mulieribus conceſſa.*
7 *Iudæi ſunt infeſti chriſtianis.*
8 *Iudæos non multiplicari intereſt chriſtianæ reipublicæ.*
9 *Mulier iudæa an gaudeat priuilegio, l. Vnice C. quando imper. inter pupill. & Vid.*
10 *Iudæus non gaudet priuilegio ne poſſit ab vxore conueniri, niſi eatenus quantus facere poteſt.*
11 *Iudæa ad fidem conuerſa gaudet priuilegio dotis. extende vt num. 13. & 19.*
12 *Qualitas iuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

13 *Matrimonium contractum intra gradus humana lege prohibitos,& contractum contra ius diuinum quomodo diſferat et nu.14.*
15 *Effectus veri matrimonii qui ſint.*
16 *Matrimonium contractum contra ius diuinum improbatur etiam inter infideles.*
17 *Matrimonium contractum conrta ius diuinum caret priuilegiis.*
18 *Mulier chriſtiana contrahens intra gradus humana lege prohibitos non gaudet priuilegio dotis.*

ARGVMENTVM.

Mulier iudæa an gaudeat priuilegijs dotis.

CAP. XLVIII.

Affirmatiuã opinionem tenent *Præpoſit. in cap. gaudemus nu. 3. de diuort. ibique Alex. de neuo nu. 12. Afflict. in conſtit. ſi quis in poſterum nu. 47. verſic. item & 4. Neguſ. de pignor. par. 2. membr. 4. nu. 69. Marq. de iudæis par. 2. cap. 3. nu. 9.* Contrarium tenẽt *Cin. & Nicol. de Neapoli in l. 1. ff. ſolut. matrim. Card. in d. cap. gaudemus, ibique Abb. ante num. 18. Iaſ. in §. fuerat num. 113. inſt. de act. Bald. Nouell. de dote par. 1. ſub nu. 47. cum ſeq. & hac mihi videtur receptior, & veriſſima.*

Primo per *Teſt. in Auth. de priuileg. dotis*, vbi iuſt. declarat priuilegium, vt
mulier pro eius dote cœteris creditoribus etiam prioribus præponatur, nec
1 non, & priuilegium tacitæ hypothecæ,
ac cœtera omnia priuilegia à legibus mulieribus data, illis eatenus competere, quatenus noſtram fidem tenent. At mulier iudæa fidem noſtram, non tenet, ergo. Nec refert, quod textus ille loquatur de mulieribus hæreticis, quia ratio diſpoſitionis eſt generalis, vt perſpicuè colligitur ex *Auth. Item priuilegium, C. de hæret.* vbi inquit priuilegium dotis, quo mulier creditoribus tẽpore prioribus anteponitur, nec non de tacitis hypothecis, & alia omnia mulieribus a lege data, clauduntur his qui catholicam non participant cõmunionem. Ecce quod ratio ob quam priuilegia denegantur, eſt quia non participant communionem Catholicam,
2 quæ quidem cum militet etiam in iudæa, operatur in ea, eandem diſpoſitionem, *l. illud ff. ad l. Aquiliam, l. à Titio in princ. ff. de verb. oblig. c. translato de conſt. c. inter corporalia, de transl. prælat.* identitas enim rationis operatur tacitam diſpoſitionem, *l. his ſolis, in illis ver*
3 *bis, ſatis tacite actum, quem ſingularem reputat Bald. in c. quia V. in fine de iudic. & in rubr. C. de naut, fœnere*, & interpretatio quæ fit per identitatem ratio-
4 nis non dicitur fieri extenſiue, ſed intenſiue, *gloſ. Bald. Alex. & alii quos probando refert Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa par. 1. nu. 152.* Et quamuis mulier heretica recedens à fide, maiorem inferat iniuriam Eccleſiæ, quam inferat iudæa fidem non accipiendo, *cap.*
5 *magna de voto, cap. ſcimus, circa finem 12. q. 1. gloſ. in cap. quidam de Apoſtat.* hoc tamen eſt cauſa, vt illa puniatur, nõ tamen vt iudæa minus delinquens conſequatur priuilegium, quia non eſt bona conſequentia, heræticaplus delinquens priuatur priuilegio dotis, ergo dotis priuilegia debent concedi iudęe minus delinquenti, quia, vt ex prædictis patet, ſufficit, quod non habeant communionis participationem.

Secundo, quia ratio propter quam priuilegia mulierum dotibus ſunt con-
6 ceſſa, ea præſertim eſt, quia Reipublicæ intereſt dotes mulieribus conſeruari, ad hoc vt ciuitates liberis repleantur, *l. prima vbi Doct. ff. ſoluto matr.*
7 Hęc autem ratio ceſſat in iudęis, qui cum ſint oppido chriſtianis infeſti, *cap. cum ſit nimis, & cap. & ſi iudæos, de iudæis*, Reipublicę refert eos non multiplicari argumento, *l. 2. §. augeri C. de indicta viduit. toll. cap. cum ſit*

ni-

nimis eodem tit. de iudæis.
Hæc concluſio extenditur primo,vt
ſicuti mulier iudæa non gaudet priuile-
gio dotis,pari ratione neque gaudet pri
uilegio *l. vnica, C. quando imperator*
9 *inter pupill. & Viduam, Iſern. in conſt.*
Regni 18.lib.1.verb.iudæis,verſic.cum
priuilegia. Contrarium tenet *ibi Af-*
flict.ſub num. 47. verſic. item 4. Sed
prior opinio eſt verior ex hactenus di-
ctis.
Extenditur ſecundo,vt ſicuti mulier
iudæa, vel infidelis, non gaudet priui-
uilegijs dotis, ita neque vir iudæus, aut
10 alias infidelis gaudeat priuilegio, vt
nō poſſit conueniri,niſi eatenus,quate-
nus facere poteſt *Bald. Nouell. d.par.*
11. num.45.verſic.& idem.
Eadem concluſio declaratur ne pro-
cedat in iudæa ad fidem conuerſa, hæc
enim gaudet priuilegio dotis, *Hoſt. in*
11 *d. cap.gaudemus num. 6.de diuort. ibiq;*
Butr. num. 22. Anchar.nu. 27. Abb.
nu. 17.verſic. extra gloſ.Prapoſ.num.3.
Alex.de Neuo num. 12.
Quod procedit primo,ſiue agatur de
dote conſtituta poſt conuerſionem ad
fidem, ſiue de dote conſtituta de tem-
pore infidelitatis, quia ad effectum pri-
uilegii ſufficit,quod ſit fidelis,tempore
quo repetit dotem,ex reg. quod quali-
12 tas iuncta verbo,debet intelligi ſecun-
dū tempus verbi, *l.ex facto,& l.Titius,*
ff. de teſtamentis,l. in delictis,§. ſi extra-
neus, ff. de noxal. per quem ſic in ſpecie
ſcribit Bald. Nouell. in d. tract.de dote,
par. 11.ſub num.47.verſic.Amplius dici
poteſt.
Procedit ſecundo, etiam ſi matrimo-
nium in infidelitate contractum, eſſet
13 contractum intra gradus humana lege
prohibitos, nam etiam in hoc caſu mu-
lier gauderet priuilegio dotis, licet ſe-
cus ſi eſſet cōtractum intra gradus pro-
hibitos de iure Diuino, idem, *Bald.loco*
cit.verſic.poſſet tantum dubitari.
Eſt ratio diuerſitatis inter matrimo-
nium contractum intra graduus huma-
na lege prohibitos, & inter matrimo-
14 nium prohibitum iure Diuino, quia
matrimonium prohibitum humana le-
ge ſi ſit in infidelitate contractum, poſt
conuerſionem ad fidem ab Eccleſia
propter bonum publicum,& in fidei fa-
uorem manere permittitur,*d. cap.gaude*
mus de diuort.cap.de infidelibus, de con-
ſang. & affinit. Vnde conſequenter re-
ſultat effectus veri matrimonii,qui ſunt
15 legitimitas prolis,& priuilegia dotis,*d.*
l. qui contra C.de inceſt.nupt. §.fin. qui
filii ſint legitimi. At cum matrimonium
16 eſt contractum contra ius Diuinum e-
tiam inter infideles improbetur ab
Eccleſia, *d. cap.gaudemus, de diuort.*
merito nulla eum ſequi poſſunt priuile-
17 gia, *d. l. qui contra C. de inceſt. nupt.*
Et quidem ſicuti mulier antiqua chri-
ſtiana contrahens intra gradus humana
lege prohibitos, non gaudet priuilegio
18 doris, d.l. qui contra, vtique maiori ra-
tione gaudere non debet mulier de re-
centi conuerſa, cum illa non debeat eſ-
ſe melioris conditionis, *Archid. in cap.*
vſque 33. diſtin. Anan. in cap. poſt mi-
ſerabilem, col. 2. de vſur. Bero conſ. 28.
num.39. lib. 3.
Procedit tertio etiam ſi quando mu-
lier, quæ conuertitur, reperiat mari-
tum ante ad fidem conuerſum, alteri
vxori matrimonio copulatum; nam ni-
19 hilominus poterit dotem cum priuile-
gio petere, *Bald Nouell. in d. tract. de*
dote par 11.ſub num.47.verſ. Quinimo
primus vir.

SVMMARIVM.

1 *Princeps per eius priuilegium non inten-*
dit fauere niſi catholicis.
2 *Priuilegium conceſſum iudæo eſt odio*
ſum.
3 *Priuilegium prælationis conceſſum iu-*
dæis, in contractu mutui, non exten-
ditur ad alios contractus.
4 *Priuilegium conceſſum iudæis ne cogi poſ-*
ſint ad reſtituendum pignus furto ſub-
tractum, non comprehendit furtum
cuius ipſi habuerunt ſcientiam.
5 *Priuilegium conceſſum iudæis ne poſſint*
cogi niſi per certos officiales quomodo
debet intelligi.
6 *Priuilegium conceſſum vt libris iudæo-*

rum adhibeatur plena fides.ſi libri ſint ſcripti hæbraicè a quo debeant interpretari.

7 *Priuilegium iudæis conceſſum, vt poſſint dare ſub vſuris captis pignoribus, quomodo intelligitur.*

ARGVMENTVM.

Priuilegia Hebræis conceſſa an,& quomodo ſint interpretanda.

CAP. XLIX.

CVm princeps regulariter per eius
priuilegium non
intelligat fauere
niſi catholicæ fidei cultoribus,
l. 1. cum Auth.
ſeq. C. de hæret.
1 *Auth. de priuileg. dot. in princ. & §. 1.*
inde conſequenter reſultat, vt priuilegium conceſſum iudæo, ſit contra ius
2 commune, & propterea odioſum, *Ang.*
conſil. 273. Anan. conſil. 70. in princ.
Alexan. conſ. 3. num. 7. verſic. ſed dicta capitula lib. 2.

Vnde deducitur primo, quod priuilegium conceſſum hebręis, vt in rebus,
3 & pro rebus ſibi hypothecatis pro quantitatibus quas mutuarent, præferantur aliis creditoribus, non extenditur ad alios contractus, ſed ſtricte debet accipi in contractu mutui, *Angel. d. conſil. 273. Alex. conſil. 180. num. 8. lib. 7. vbi quod neque extenditur ad granum accomodatum.*

Deducitur Secundo, quod priuilegium ne iudæi poſſint cogi ad reſtituen-
4 dum pignus furto ſubtractum, non compræhendit furtum cuius iudæi habuerunt ſcientiam, ita probat *teſt. in l. ſeruus cuiuſdam, ff. de condit. indeb. ibique notat Bal. Io. Anan. d. conſ. 70. nu. 2.*

Et pari ratione deducitur Tertio, quod priuilegium ne iudæi poſſint ad aliquid cogi per certos officiales, non compręhendit officiales babentes maio-
5 rem iuriſdictionem, quam habeant expreſſi *Anan. loco cit. ſub num. 1. verſic. hoc præmiſſo.*

Deducitur Quarto, quod priuilegiũ conceſſum hebræis, quod libris eorum
6 Banchi adhibeatur plena fides pro ſcribente contra chriſtianum, ſi libri, ſiue partitæ librorum ſint ſcriptæ in lingua hæbrea, non poteſt hebræus Bancherius ad eius fauorem interpprætari, vel in vernaculam linguam transferre, ſed aſſumi debent vnus, aut duo interpretes, qui habeanr lingue peritiam, vt plene probat, *Alex. conſ. 180. nu. 1. lib. 7.*

Deducitur Quinto, quod conceſſio facta hebræis, vt poſſint dare ſub vſu-
7 ris captis pignoribus, & quod ſi pignora non reluantur poſt annum ſint iudęi, & poſſint illa vendere citato Domino, qui pignorauit ſtatim lapſo Anno, ſors principalis extinguitur, & non currunt amplius vſuræ, etiamſi iudęus non vendiderit pignora, neque citauerit, vt per *Caſtren. conſ. 295. & 296. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi de iure poſſunt habere bona ſtabilia inter chriſtianos, limita, vt nu. 4.*

2 *Iudæi de iure ſunt capaces emphyteuſis eccleſiaſticæ.*

3 *Iudæi poſſunt preſcribere rem chriſtiani, non autem eccleſiæ.*

4 *Iudæi in ſtatu eccleſiaſtico non poſſunt habere bona ſtabilia.*

ARGVMENTVM.

Iudæi an,& quomodo poſſint poſſidere bona ſtabilia inter Chriſtianos.

CAP. L.

IVris communis inſpecta cenſura, iudæi etiam inter chriſtianos poſſunt habere bona ſtabilia, ita docemur *ex, cap. iudæi*
1 *el 2. vbi Abb. ante nu. 3. & ex cap. multorum, de iudæis, ex cap. quanto, in fine de vſuris, & in*

cap.

cap. de terris, de Decimis, *& vtrobique Doct. & ſignanter Abb. ibi ſub num. 4. hic num.* 1. *Innoc in cap. quod ſuper ſub num. 4. de voto, Anchar. inter conſil. Calder. 3. tit. locati. Roman. conſ.* 489. *hac domina.*

2 Extenditur Primo, vt poſſint habere etiam bona Eccleſiaſtica in emphiteuſim, *Anchar. inter conſ. Calder. conſ.* 1. *d. de iudic. Lamb. de iurepatr. lib.* 1. *par.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 5. *poſt princ.*

3 Extenditur Secundo, vt poſſint habere etiam per viam præſcriptionis, dũ modo non ſit res Eccleſiaſtica, *gloſſ. in cap. porrò* 15 *q.* 3. *Roman. d. conſ.* 489. *num.* 3. *Iaſ. in rubric. de iuſtit. & iur. num.* 10.

4 Eadem concluſio limitatur, ne procedat in iudæis in ſtatu Eccleſiaſtico habitantibus, ij enim nequeunt bona immobilia poſſidere *ex ſpeciali conſtitutione Pauli Quarti, quæ eſt tertia in ordine, §. 2. in fine.* Quinimmo ſola arte Strazzariæ contenti, nequeunt exercere mercaturam frumenti, vel ordei, aut aliarum rerum vſui humano neceſſariarum, *ex eadem conſtitutione, §. 9. vide ſupra eod. lib. cap.* 47.

SVMMARIVM.

1 *Recenſentur vtriuſque partis* Doctores.
2 *Sola cauſa conuerſionis non ſufficit ad expellendum iudæos.*
3 *Princeps non debet aliquid innouare, niſi cauſa, neceſſitatis, vel vtilitatis.*
5 *Iudæi pacifice viuentes non poſſunt ſine cauſa bonis ſpoliari.*
5 *Expulſio ſine cauſa eſt contra præceptum charitatis.*
6 *Charitatem impendere tenemur etiam iudæis.*
7 *Prophetæ populum ad idola congregatum non dimiſerunt.*
8 *Ingreſſus ad patriam poteſt exteris impediri.*
9 *Expulſio ex iuſta cauſa, eſt rationabilis.*
10 *Cauſa iuſta expulſionis quæ ſit, remittitur arbitrio iudicis.*
11 *Recenſentur plures cauſæ quibus iudæi diuerſis in locis ſunt expulſi.*
12 *Iudæi tolerantur ex miſeratione.*

ARGVMENTVM.

An Princeps poſſit ad libitum ſine aliqua cauſa ex proprio Territorio expellere iudæos, vel alios infideles ibi commorantes.

CAP. LI.

DVæ ſunt ad inuicem contrariæ Sententiæ; Altera affirmatiua, quam viſus eſt
1 primum ſentire *Archid. in cap. qui ſincera* 45. *diſtin.* & ſecundum quam poſt longam diſceptationem fuiſſe concluſum Mediolani teſtatur frater *Bernardin. de Buſto ordinis Minorum in diſputatione, quæ habetur inter eius Sermones, poſt Sermonem* 14. *cuius meminit Sebaſt. Sapia in addit. ad Panorm. in cap. ſuper de voto, & voti redempt. Marq. de iudæis par.* 1. *cap.* 6. *num.* 3.

Altera negatiua videlicet, quod ex poteſtate ordinaria & rationi regulata, nequeat Princeps ex ſola eius volũtate eiicere ex ſuo territorio, & ditione iudæos pacifice, & bene viuentes, ſed ad id requiratur aliqua iuſta cauſa, ita per integram conſultationem probat *Oldr. conſ.* 87. *&* 264. *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de iudæis. Pan. in d. c. quod ſuper nu.* 5. *de voto, Marſil. conſ.* 01. *nu.* 56. *Anchar. in cap. peccatum, num.* 12. *de regul. iur. lib.* 6. *Aretin. in l. multum intereſt. ff. de verb. oblig. Soccin. conſ.* 86. *lib.* 4. *Alex. conſ.* 99. *num.* 18. *lib.* 6. *Iaſ. in l. apud Iulianum, §. conſtat num.* 29. *ff. de legat.* 1. *Ripa in l. ſi inſulam nu.* 11. *ff. de verb. oblig. Natt. conſ.* 620. *n.* 22. *Roland. conſ.* 25. *num.* 19. *lib.* 3. *Pariſ. conſ.* 2. *num.* 15. *lib.* 4. *Franc. Becc. conſil.* 84. *num.* 8. *& per tot. Corſett. de poteſtate Regis q.* 81. *Hermes in tract. de inſtaur. Relig. lib.* 2. *cap.* 12. *Iacob Simanca de Cathol.*

Cathol. inſt. ſub tit. de iudæis, num. 16. *quorum magna pars deteſtatur de communi, & æquiori, & hæc eſt veriſſima*.

Probatur autem Primo, quia ceſſante iuſta cauſa politica, nulla alia remanet cauſa expellendi iudæos, vel infideles, niſi cauſa Religionis, ſcilicet,
2 quia Princeps zelo Religionis adductus vellet eos ad fidem conuerti, At iſta cauſa non eſt cauſa legitima. Ergò.

Minor probatur, Tum *ex l. Chriſtianis, C. de pagan. & Sacrific. eorum, ibi non audeant manus inferre Religionis auctoritate abuſi*; Tum etiam ex aliis pluribus allatis ſupra *eod. lib cap.* 31. vbi oſtendimus infideles neque directè, neque indirectè poſſe ad fidem compelli.

Secundo Princeps non debet aliquid in Republica innouare, niſi ex euidenti vtilitate, vel neceſſitate, *l. in*
3 *rebus ff. de conſt Princ cap.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. lib.* 6. At vbi nulla ſubeſt cauſa, nulla eſt vtilitas, neque neceſſitas; Ergo.

Tertio non licet iudæos, vel infideles pacificè viuentes ſine cauſa proptiis bonis priuare. *cap. ſicut iudæi*, §. *nullus*
4 *de iudæis. d. l. Chriſtianis, C. de paganis, & Sacrificiis eorum*. Ergo tanto minus poſſunt paterno ſolo priuari, *argumento cap. ſi de rebus* 23. *q.* 7.

Quarto expulſio ſine cauſa dubio
5 procul eſt contra præceptum charitatis, *cap. charitas, de pænit. diſt.* 4. At iu-
6 bemur charitatem impendere, etiam iudæis, & inimicis, *cap. cum in lege* 23. *q.* 4. Ergo.

Quinto hoc idem probatur exemplo, ſiquidem Prophetæ Sancti, populũ ad Idola ſæpiſſimè congregatum non
7 dimiſerunt, ſed inter eos habitabant, & increpabant, *cap.* 1. 23. *quæſt.* 4. Chriſtus etiam inter duodecim vnum deperditum habere non eſt dedignatus, *cap.* 3. *ead. quæſt.*

Sexto licet exteris venturis ad Pa-
8 triam poſſit ingreſſus interdici, Argumento. *l. Diuus. ff. de ſeruit. ruſt. præd. l. ſicuti*, §. *Ariſto. ff. ſi ſeruit. vend.* tamen poſtquam ſunt ingreſſi, non poſſunt expelli, niſi adſit cauſa ex qua poſſent banniri, *Bald. in vſib. feud. tit. de forma fidel.* §. *Dominus vero, verſ. extra quaro, Paris de Put. in tract. de feud. reintegr. miles*.

Septimo facit nonnihil ſpes eos paſſim lucrandi quę penitus eſſet extincta ſi procul abigerentur, & diuerterent ad eas gentes, quæ Chriſtum non agnoſcunt, quia magis magiſque reddentur alieni, *cap. infideles* 23. *q.* 4. *cap. Ad menſam* 11. *quæſt.* 3. *cap. quanta de diuort.*

Cęterum ſicuti nulla exiſtente cauſa contra ius, & ęquitatem exiſtimatur, quod Princeps iudæos, & infideles eiiciat, ita iuſtum valde eſt, & rationabile, vt iuſta exigente cauſa expulſionem indicat; Prudentis enim, & Religioſi
9 Principis eſt, Rempublicam improbis Hominibus expurgare, et quantum in ſe eſt operari, vt Reſpublica pace, & tranquillitate lætetur, *l. congruit ff. de offic. præſid.* iuſta autem cauſa quę ſit in hac materia, remittenda videtur princi-
10 pis arbitrio, qui pro eius religione, & prudentia debet negocium examinare, nihilominus ex ipſis rerum ſucceſſibus nonnullas colligere licet.

Prima ergo ſit cauſa, ſi verſaremur in Regno nouiter ad fidem conuerſo, nam quo facilius ibi chriſtiana Religio propagaretur, poſſet indici iudæorum,
11 & cęterorum infidelium expulſio, vt Conſtantinum feciſſe in Eccleſiæ primordiis refert *Hoſt. in cap. conſuluit, de iudæis, Oldrad. conſ.* 87. *nu.* 2. *pro quibus facit. text. in cap. ſæpè malorum* 28. *quæſt.* 1.

Secunda, ſi in chriſtianam Religionem euadant contumelioſi, argumento cap. quia ſuper, & cap. & ſi iudæos, de iudæis. ob hanc cauſam exularunt ab Anglia, propterea quod Vuoiuici puerum Chriſtianum, cui nomen erat Vuilmennes, in die Paraſceues, in noſtræ Religionis contemptum cruci affixerunt, idemque fecerunt iudæi Nordonici degentes, vt refert, *D. Ant.* 2 *par. hiſtor. tit.* 17. *cap.* 1. §. 6. *Polidor. Verg. lib.* 16. *Anglic. hiſtor.* Et ob ſimilem cauſam Anno

Anno 1510. Marchiæ Brandeburgenſi generali edicto ſub poena capitis proſcripti ſunt, ac quadraginta ipſorum exuſti, propterea quod vnus ipſorum Sacratiſſimam Chriſti Hoſtiam, quam phariſaciainfidelitate coemerat, crebris pugionum ictibus confodere nixus erat, Hoſtia ſemper integra permanente, reliqui vero plurimos chriſtianorum infantes acubus, & punctionibus peremiſſe faſſi ſunt; *Surius de rebus in orbe geſtis ſub Anno* 1510.

Tertia, Si ſeditiones excitent, aut aliter in nos detegantur iuiurioſi, vt rectè colligitur, *ex l. Chriſtianis C. de paganis, & ſacrificiis eorum*, hac de cauſa imperante Phoca exacti fuerunt Antiochia, ex eo quod ingentem chriſtianorum multitudinem ferro conciderāt, vel igne exuſſerant, nec non, & Anaſtaſium eiuſdem Ciuitatis Antiſtitem foeda morte affecerant, *Nicephor. lib.* 18.*cap.*44.

Quarta ſi in tam magnum numerum excreuerint, vt inde timeri poſſet proditio, *d. l. Chriſtianis, ibi nihilq; turbulentū tentantibus*, qua de cauſa abire coacti ſunt ex Regnis Hiſpaniarum, vt patet *ex Conſtitution. Granatæ prag.* 5. *&* 6. *Anno* 1492. *&* 1499. *& ex Concil. Tolet. cap.*8.

Quinta ſi leges non ſeruent, vt probat *Teſt. in d. l. Chriſtianis, C. de paganis, ibi nihilq. tentantibus turbulentū legibusq. contrarium*, qua de cauſa eiecti fuerūt Pariſiis Anno 1180. per Philippū Francorū Regem, propterea quod contra Eccleſiaſtica decreta in domibus ſuis Seruos Chriſtianos, & Ancillas habebant, eoſque ex aliqua parte cogebant iudaizare, vt teſtatur *Nauder. generat.*40.

Sexta, ſi ita diuites euaſerint, vt ex facultatum augumento aliquid inconueniens ſuſpicari poſſit, quia in his caſibus poſſent vel in facultatibus ex aliqua parte mulctari, vel in parte eiici, prout caſus qualitas exquirit, quia poteſt princeps ex cauſa publicę vtilitatis tollere dominium rerum à ſubditis, *l. ſi quis ſepulchrum ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Rom. conſ.* 310. *ſub num.* 2 *Angel conſil* 139. *num.* 3. *Fulgoſ. conſil.* 143, *num.* 3. *Felin. in cap.* 2. *poſt princ. de conſt. Dec. conſ.* 352. *poſt princ. & in cap. quæ in Eccleſiarum num.* 19. *de conſtit. Gram. conſ.* 8. *n* 8. *in ciuil. & conſil.* 160.
12 *num.* 11. Tum etiam quia iudæi tolerantur ex commiſeratione, & vt ipſi tandem conuertantur ad fidem, non vt officere poſſint chriſtianis, *Iſer. in conſt ſiquis in poſterum, tit. de iudæis.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi regulariter ſubiiciuntur iudici laico.*
2 *Infideles non ſunt de corpore eccleſiæ ſed ciuitatis.*
3 *Laici ſubiiciuntur iudici laico.*
4 *Eccleſia in eius legibus non intelligit comprehendere exiſtentes extra eius gremium.*
5 *Infideles in negotio mere ſeculari ſubiicitur iudici laico.*
6 *Infideles in criminibus miſtis an debeant puniri a iudice eccleſiaſtico vel ſeculari.*
7 *Conſt. Greg. xiii. circa punitionem iudæorum.*
8 *Eccleſia in criminibus merè eccleſiaſticis, & miſtis habet poteſtatem procedendi contra infideles, etiam directè.*
9 *Iudex laicus in crimine miſto poteſt compelli ad procedendum contra iudæos.*
10 *Iudex laicus in crimine reſpiciente fidei contemptum procedit vti exequutor ſacrarum conſtitutionum.*
11 *Romæ qui iudices habeant poteſtatem procedendi contra iudæos.*

ARGVMENTVM.

Iudæi an ſubiiciantur iuriſdictioni iudicis laici, vel eccleſiaſtici.

CAP. LII.

1 REgulariter iudæi, coeterique infideles ſubiiciuntur iuriſdictioni iudicis laici, ita deſumitur ex *l. iudæos, C. de iudæis, & ex cap poſtulaſti eod. tit. & ex c.*

poſt

poſt miſerabilem de vſur. quorum iuriũ
auctoritate hoc ſcribunt gloſ.in d.clem.t.
verb. principis, ibique Card.n.3.Ancar.
conſ.15.Alex.conſ.7.n.5.& conſ. 99. n.
12.lib.6. Abb.in d.cap.gaudemus num.
12.de diuort.Soccin.conſ.119. num.26.
& ſeq.lib.4. vbi teſtatur de communi, de
qua etiam teſtantur Clar. in §. blaſphe-
mia num. 5. Marta de iuriſdictione par.
2.cap.13. num. 14. & ſeq. & hanc ean-
dem opinionem communiter a Theologis
recipi teſtantur Almain. in 4. ſent. diſt.
18.q.1.Toſtat.1.Regum cap. 8. q. 37.
Ratio eſt duplex, Prima quia infideles
2 non ſunt de corpore eccleſiæ ſed de
corpore Ciuitatis, *l. Chriſtianis C. de*
paganis, Auth.de Queſtor. in princ.gloſ.
in d.cap.poſt miſerabilem de vſur. cum
aliis per Beccium conſ.84.num. 6. ideo-
que vti mere laici, ſunt de iuriſdictio-
3 ne iudicis laici, *l.iudæi communi iure, C.*
de iudæis, cap. ſi clericus laicum, de foro
compet. Secunda, quia Eccleſia in legi-
bus quas fert vti Eccleſia, non intelli-
git comprehendere perſonas extra eius
gremium exiſtentes, *d.cap.gaudemus, de*
4 *diuort.cum aliis al atis ſupra hoc eod.lib.*
cap.3.in princ. ac proinde ſiue poenam
irroget, ſiue aliud præcipiat, non afficit
infideles ex præſumpta eius voluntate,
ex multis quos attulimus *eod. cap. 3.*
num.2. & 3.

Et hæc quidem procedunt citra con
trouerſiam vbi verſamur in negotio,
quod inter chriſtianos eſſet mere ſecu-
lare, veluti, de re pecuniaria, ſiue fur-
5 to, homicidio, vel ſimili; *Felin. in d cap.*
poſtulaſti ſub num.5. verſ. ſecunda Con-
cluſio de iudæis addentes ad Guid.pap.
deciſ.63.

Difficultas eſt an idem ſit vbi nego-
tium, aut delictum inter chriſtianos eſ-
ſet mere Eccleſiaſticum, vel mixtum,
6 veluti quia eſt contra fidem chriſtia-
nam, vel in eius contemptum, aut
blaſphemiam; Et quidem Doctores
omnes hactenus citati, exceptis Feli-
no, & addentibus ad Guidop. cenſent
delicti cognitionem ſpectare ad iudi-
cem laicum, ducti tum ex dictis rationi-
bus, nempe quod infideles ſunt ſim-
pliciter laici, tum quia non ſunt creatu
ra Eccleſiæ, tum denique auctoritate
Teſt.in d. cap. poſtulaſti de iudæis, & in
clem.1.eod.tit.ex cap. poſt miſerabilem de
vſur. & ex l.iudæos C.de iudæis.

Quibus non obſtantibus quod vbi
delictum eſt merè eccleſiaſticum co-
gnitio ſpectet ad iudicem Eccleſiaſti-
cum, & vbi eſt miſtum ſit locus præuen
tioni cenſuerunt *Calder.conſil.2.de iu-*
dæis Bal. conſ. 315. lib. 1. Io. de lignano,
Laurent de presbyt. & Io.de Fantut.apud
eundem Bald conſ.316.eod.lib.1. Alex.
de Neuo, conſ.100.num. 7.& conſ.101.
num.4. Felin.*in d. cap. poſtulaſti ſub nu.*
5. verſ. Prima concluſio, Zanchin. de hæ-
ret. cap.36. ibique Campeg. *Pariſ. conſ.*
79. num. 24. lib. 2. Otho Nicol.inter
conſil.crim.79. num. 24. & per tot. &
conſ.81.per tot.lib.2.plenè Burſatt. conſ.
90. num.1. Et hæc eſt etiam communis,
prout teſtatur Penia *in direct. Inquiſit.*
comment.71.

Hæc tam ardua inter Doct. alterca-
tio, hodie ceſſat ex prouida conſtitu-
tione Gregorii xiii. 70 quæ incipit
7 Antiqua indecorum, per quam,
quatuordecim ſpecificantur caſus, in
quibus includuntur omnes caſus qui
ſunt contra fidem, vel poſſunt in eius
contemptum committi, etiam ſuper
quibus hodie contra infideles poſſunt
procedere inquiſitores hæreticæ praui-
tatis, adeo quod non eſt in ea vlterius
elaborandum.

Ne tamen quiſquam putet Conſti-
tutionem prædictam aliquid contra iu-
ris diſpoſitionem inquiſitoribus tribuiſ
ſe. Scire nos oportet eccleſiam vti Ec-
cleſiam in criminibus merè Eccleſiaſti-
8 cis, & miſtis habere quidem poteſta-
tem procedendi contra infideles, non
ſolum indirectè, ſed etiam directè: ve-
rum quia non agnoſcit eos vti proprias
creaturas, ſed tanquam Homines de
populo, quos veluti vera religione ca-
rẽtes oportet manu militari compeſci,
ideo illorum coertionem demandare
conſueuit principibus, & iudicibus lai-
cis. Hanc concluſionem probat *Abb.in.*
d.cap.gaudemus ſub num. 12. de diuort

quem

quem ſequitur Franc. Aret. conſ. 57. *& ante eos Aug. de Ancon. de poteſtate Eccleſia quæſt.* 24. *art.* 4. & manifeſtè probatur iiſdem iuribus, quibus aſtruitur opinio aſſerentium, quod in omnibus caſibus infideles ſubiiciantur iudici laico, & primo hoc probat *Teſt. in d. cap. poſt miſerabilem, ibi iudæos ad remittendas chriſtianis vſuras per principes, & Poteſtates compelli præcipimus*, verbũ enim, præcipimus, importat neceſſitatem, *Doct. in rubr. C. de mand. princ.* & denotat iuriſdictionem, *cap. in his, §. Secundum de verb. ſignific. cap. quod præcipitur* 14. *quæſt.* 2. *cap.* 1. *de offic. delegat.*

Secundo hoc idem probatur, *ex clem. vnica, §. cum autem de iudæis, vbi Concilium Viennenſe iniungit principibus ſecularibus ne permittant, vt in Terris eorum fiat inuocatio, & profeſſio nominis Maumethi.*

Tertio ex *d cap. poſtulaſti, eod. tit. de iudæis*, vbi etiam in crimine miſto po-
9 teſt iudex laicus compelli ad proceden
dum contra iudæum.

Ex his patẽt Duo. primum quod pontifex in d conſtitutione antiqua iudęorum tribuendo facultatem inquiſitoribus procedendi, vtitur iure ſuo. Secundum quod *in d. l. iudæos, C. de iudæis* dũ procedunt in crimine reſpiciente fidei contemptum, procedunt vti Sacrarum
Conſtitutionum Imitatores, & exequu
10 tores, *vt in l.* 1. *&* 2. *&* 3. *&* 5 *C. de*
ſum. Trin. & fide Cathol. Cæterũ in Vr-
be peculiari iure vtimur; Siquidẽ olim
11 integra iuriſdictio in Hebræos ſpecta-
bat ad Illuſtriſſimum Cardinalem Papæ Vicarium priuatiuè quo ad omnes alios iudices Romanæ Curiæ actiuè, & paſſiuè inter ipſos iudæos, inter alios vero paſſiuè tantum ex *Conſtitutione Iulii tertii quæ eſt ſecunda in ordine Bullarii*, §. 1. Superuenit deinde *Conſtitutio reformatoria fel. record. Pauli Papæ V. quæ eſt* 71. §. 7. cuius vigore contra hebræos in criminalibus præter Vicarium procedit etiam Gubernator Vrbis, etiã quod agatur intèr ipſos Hæbreos tantum. Item et procedit Auditor Cameræ eo modo quo in præteritum procedere conſueuit; in delictis autem in quibus adeſt miſtura Chriſtianorum delinquentium, et Hebreorum, ſi agatur ex officio tantum, non autem ad querelam eſt locus præuentioni inter Vicarium, et Senatorem. In cauſis furtiuorum pignorum quò ad Hebręos banchietos eſt locus præuentioni inter Camerarium, et Gubernatorẽ. In cauſis Cameralibus, ſeu ad Cameram quomodocumque ſpectantibus, aut ad Camerarium etiam ratione pignorum, aut perſonarum hebręorum bancheriorim, aut ad Præſides iuriſdictio eſt ipſorum Camerarii, et Præſidum; Vbi aut agitur de obligatione Camerali ſubiiciuntur Auditori Cameræ priuatiuè quòad ad omnes alios Iudices, præterquam in dependetibus à cauſis, et actis aliorum Tribunalium, iuxta ſuas facultates.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio loquens de iudæis non extenditur ad Paganos.*
2 *Equiparatorum idem eſt iudicium.*
3 *Extenſio quando fit ex identitate rationis non dicitur vera extenſio, ſed comprebenſio, et num.* 4.

ARGVMENTVM.

An diſpoſitio loquens de iudæis habeat locum in cœteris infidelibus in genere.

CAP. LIII.

PRo parte negatiua perpendi poteſt *Teſt. in cap. cum ſit, in finalibus verbis, de iudæis*, vbi poſtquam fuit loquutus de iudęis ſubdit hoc idem extendimus ad paganos ex quo textu, *Anan. ibidem, nu.* 17. *et Abb. num.* 3. *verſ. item collige*,

notant

1 notant quod diſpoſitio loquens de iudęis non extenditur ad paganos, niſi fiat ex ſpeciali legis prouiſione, quæ ſpecialitas arguit, quod regulariter diſpoſitio iuris communis eſſet in contrarium, & hoc idem probat *Marq. de iudæis par. 2. cap 2. num.* 8. Contrarium tamen puto verius, idque mihi probatur.

Primo ex inſcriptione rubricæ tit. de iudæis, & Saracenis, quæ cum æquiparet vtroſque demõſtrat eandem eſſe vtriuſque diſpoſitionẽ, ex regula quod
2 æquiparatorum idem debet eſſe iudicium, *clem. 1. de offic. Vicar. l. 1. vbi Doct ff. de legat. 1. Calder. conſ. 12. circa fin. de conſt. Alex. in l. 1. §. lex falcidia num. 9. ff. ad leg. Falcid Socc. conſ. 1. nu. 10. & ſeq. lib. 1. Roman. conſ. 147. nu. 2. verſ. 3. quia.*

Secundo ex *cap. in nonnullis eodem tit. de iudæis,* ibi iudæos, ſeu Saracenos & ſic eadem diſpoſitio ad vtroſq; refertur.

Tertio hoc idem probatur in *cap. ex ſpeciali eod. tit. ibi, & ſi forte redditus ſuos iudæis vendiderit, vel paganis,* & paulo infra per quem iudæi, ſiue Saraceni. Et hanc partem (licet de iuribus prędictis non meminerint) firmant *Gbirland. de pœnis omniſariam coitus quæſt. 12. in fine, Menoch. de arbitr. caſu* 290. *num.* 21. & 22. Ad contrarium reſpondetur, quod ibi non fit extenſio ex noua legis prouiſione, ſed ex mente eiuſdem legis, & rationis identitate,
3 quo caſu non dicitur quod fiat extenſio, *cap. ſi poſtquam in fine de elect. lib. 6. Bal. in l. ſi quis ſeruo n. 5. C. de furt. & ſeruo corrupto.* Quinimo cum in d. cap. cum ſit, exprimatur ratio, quę ęquè comprehendit iudęos, & alios infideles, licet in fine textus vtatur verbo extendimus tamen non dicitur exten-
4 ſio ſed comprehenſio, *Bald. Alex. & Iaſ. in auth. quas actiones C. de ſacroſ. Eccles. cum alijs per Surd. deciſ. 62. nu.* 25.

Cum ergo conſtet diſpoſitionem loquentem de iudęis extendi ad alios infideles, ſequitur quod niſi repugnet qualitas materiæ, vel poſſit excogitari alia diuerſitatis ratio, quęcumque dicta ſunt de iudęis trahi poſſunt ad cęteros infideles.

Digitized by Google

DE IVRE PERSONARVM EXTRA ECCLESIÆ GREMIVM EXISTENTIVM.

Liber Tertius

DE CATHECVMENIS.

SVMMARIVM.

1 *Cathecumeni qui dicantur.*
2 *Competentes qui dicantur.*
3 *Cathecumeni quomodo differebant a competentibus.*

ARGVMENTVM.

Cathecumeni qui dicantur,& qui Competens,& quomodo inter ſe differant.

CAP. V.

IN primitiua eccleſia qui ad fidem accedebāt, duabus appellationibus fuiſſe diſtinctos, tradit *Iſid. lib. 2. de orig. eccleſ officiorum, cap. 20.* videlicet
1 cathecumenorum, & competentium. Cathecumenos eos dictos eſſe docet qui primum de gentilitate veniebant, ducti voluntate credēdi in Chriſtū: qui quoniam prius viua voce in fidei chriſtianę myſteriis inſtruebantur ideo cathecumeni nempe audientes, ſiue auditores appellabantur. Vnde *Rabā. Maur. lib. 1. de inſtit. cler. cap. 6. cathecumenus (inquit) dicitur pro eo quod doctrinam fidei audit, nec dum tamen baptiſmum accepit*, cum quo concordant *Tertullian. in lib. de pœnit. & Cyprian. lib. 3. epiſt. 16. & 22.*

2 Competentes *vt idem Iſid. docet loco cit. cap. 21.* dicebantur, qui iam poſt doctrinam fidei ad gratiam Chriſti percipiendam feſtinabant, ideo que appellabantur Competentes, ideſt gratiam Chriſti ſimul petentes. Differe-
3 bant Cathecumeni a competentibus, nam illi quaſi hoſpites de foris fidei arcana tantum audiebant, iſti vero licet intus non eſſent, nihilominus quaſi ad fidem proximiores imbuebantur inſtructione Sacramentorum, ac proinde ſymbolum ſalutare eis tradebatur tanquam fidei, & ſanctę confeſſionis inditium, quo inſtructi agnoſcerent, quales ad gratiam Chriſti exhibere ſe deberent. *Raban. loco cit. cap. 26.* Hæc ita licet ſint, nihilominus dum nos de Cathechumenis tractationem inſtituimus, de illis omnibus intelligimus, qui ſunt intra tempus probationis, qui adhuc ad baptiſmū nō peruenit, vt accipi ſolet *in l. 3. vbi Bart. & reliqui C. ne ſacrum baptiſm.*

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus quo tempore ſit cathecumenis conferendum.*
2 *In caſibus neceſſitatis an ſit expectandum tempus deſtinatum ad baptiſmum.*
3 *Cathecumeni quando ſunt plene inſtructi non eſt expectandum tempus ad baptizandum deſtinatum.*
4 *Pueri infidelium an ſint tempore deſtinato baptizandi, & num. 5.*

ARGVMENTVM.

An Cathechiſmus debeat præcedere baptiſmum.

M CAP.

CAP. II.

Fatentur omnes, quod cathechiſmus conuenienter debet pręcedere baptiſmū, ſic enim docemur ex *textu in cap. ante baptiſ-*
1 *mum de conſecr. diſt. 4. & docet D. Thom. quem cæteri omnes ſequuntur in 4. ſent. diſt. 6. quæſt. 2. Durand. D. Bonauentur. Sot. quæſt. 2. art. 1. & iterum D. Thom. in 3. par. quæſt. 72. Raban. de inſt. cler. lib. 1. cap. 25. Turrecrem. in d. c. ante baptiſmum ſub num. 1. Silueſtr. in ſum. verb. cathechiſmus verſic. 4. quæritur.*

Concluſio probatur auctoritate, ratione, & exemplo. Auctoritate Chriſti, qui *apud Matth. cap. vlt. Apoſtolos mittens, ite (inquit) docete gentes, baptizantes eos in nomine* Patris *&c.* ibi enim tradens formam generalem baptizandi, præmiſit fidei doctrinam. Ratione, quia baptiſmus eſt fidei ſacramentum, cum ſit quædam profeſſio fidei chriſtianæ, ad hoc enim vt quis fidem accipiat, requiritur inſtructio, alias quomodo credent quem non audierunt, *Paul. ad Rom. cap.* 10.

2 Item quia per baptiſmum contrahitur obligatio ad ſeruādum omnia quæ ſunt fidei, *cap. 3. §. inter cætera de bapt. cap. de iudæis 45. diſt.* obligatio autem contrahi non debet niſi præcedat eius ſcientia, *l. de his ff. de tranſact.* talis autem ſcientia haberi non poteſt niſi per inſtructionem, & cathechiſmum, ergo.

Exemplo probatur eiuſdem Chriſti, qui illuminaturus oculos cęci nati primum fecit lutum de ſputo, ex quo liniuit oculos eius, poſtea vero illum ad
3 aquas ſiloe miſit. per lutum enim ex ſputo intelligitur pręparatio, & inſtructio diuinę ſapientiæ, per aquas vero ſiloe figurabatur baptiſmus, vt habetur *Io. cap. 9. & tradunt* Raban. *& Turrecrem. locis cit. & probat text. in d. c. ante baptiſmum cum ibi traditis per gloſ.*

Cęterum vt cathecumenus admittatur ad baptiſmum non eſt opus, quod
4 diſcat in particulari omnia, quæ ſunt fidei, ſed ſatis eſt, ſi ſumma quædam capita intelligat, & principia communia, veluti ſymbolum Apoſtolorum, *cap. baptizandos, & c. non liceat, de conſecr. diſt. 4.* legis decalogum, orationem Dominicam, Chriſti aduentum, paſſionem, iudicium futurum, & cętera huiuſmodi, *D. Thom. Durand. D. Bonauent. & Sot. locis cit. Turrecrem. in d. c. ante baptiſmum art. 1. ſub nu. 2. verſ. ad ſecundam reſpondetur.*

5 Satis eſt ergo ſi per viginti dies ante baptiſmum ſpecialiter inſtruantur in fide, & deinde admittantur ad baptiſmum *cap. ante viginti, de conſecr. diſt. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus quo tempore ſit cathecumenis conferendum.*

2 *In caſibus neceſſitatis an ſit expectandum tempus deſtinatum ad baptiſmum.*

3 *Cathecumeni quando ſunt plene inſtructi non eſt expectandum tempus deſtinatum ad baptizandum.*

4 *Pueri infidelium an ſint tempore deſtinato baptizandi, & nu. 5.*

ARGVMENTVM.

Quo tempore ſint baptizandi Cathecumeni.

CAP. III.

Regulariter baptiſmū cathecumenis eſt conferendum ſolemniter in ſolemnitate paſchali, & pentecoſtes, vt *ex auctoritate concilii Gerundenſis, & Gelaſii Papæ, docet Grat. in cap. de cathecumenis, & cap.*

Vene.

1 *Venerabilis , & cap. baptizandi , & vtrobique gloſ. & Doct. de conſecr. diſt. 4. D. Thom. in 3. par. q. 71.*

Congruum enim viſum fuit dies ſolemnes deputari ad tanti ſacramenti reuerentiam, & vt deuotius baptizandi ad illud accederent, *Turrecrem. in cap. ſi quis verſic.* 3. hoc eſt neceſſarium de conſecrat. diſt. 4. inter ſolemnes autem rationabile fuit dies paſchę, & pentecoſten deputari, vt Chriſto mortuo commoriamur, & ſepulto conſepeliamur, & reſurgenti correſurgamus, *gloſ. in d. cap. baptizandi, de conſec. diſt. 4. &* vt ſpiritum ſanctum in baptiſmi ablutione accipere mereantur, *Archid. ibidem.*

Hæc regula declaratur primo, ne procedat in caſibus neceſſitatis, veluti mortis, ægritudinis, obſidionis, perſecutionis, naufragii, & ſimilium;
2 in his enim, & ſimilibus caſibus poſſunt quocunque tempore baptizari *d. cap. ſi quis neceſſitate, & cap. Venerabilis, & c. baptizandi, Turrecrem. in d. c. ſi quis, verſ. ſecundo propter infirmitatem.*

Declaratur ſecundo ne procedat quando baptizandi apparent perfectè inſtructi in fide, tũc enim poſſunt extra tẽpus paſchæ, & pentecoſtes, baptizari
3 quia nõ expectatur in eis maior inſtructio, *Turrecr. in d. c. ſi qui verſ. hac tamen dilatio.* Sic Petrus baptizauit Cornelium, & eos, qui cum ipſo erant, *Actuum cap.* 10. & Philippus baptizauit Eunucchum, *Actuum cap.* 8. & in hoc caſu procedit conſuetudo, de qua loquitur *Turrecrem. in d. c. baptizandi in fin. de pænit. diſt.* 4.

Declaratur Tertio ne procedat in pueris, illi enim poſſunt extra tempus paſchæ, & pentecoſtes, baptizari vt
4 concludit *D. Thom. in tertia par. quæſt.* 17. *quem ſequitur Turrecr. in d. cap. ſi quis verſic. reſpondeo dicendum.*

Ratio diuerſitatis inter pueros, & adultos in hac parte verſatur, quia ſi pueris mors contingeret, non poſſet eis ſubueniri alio remedio, ſi vero obueniret adultis, poſſent ſaluari per ſolum baptiſmi deſiderium, *D. Thom. & Turrecrem. locis cit.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicium idem eſt de deſtinato ad actum qui eſt de ipſo actu, Vide num.* 10.
2 *Cathecumenus eſt qui vult effici chriſtianus, & eſt intra tempus probationis.*
3 *Cognatio ſpiritualis contrahitur per cathechiſmum.*
4 *Cathecumenus eſt alienus a fideli, & cum eo non habet aliquid commune.*
5 *Cathecumenus eſt in veſtibulo pietatis.*
6 *Cathecumenus apud chriſtianos, eſt idem quod erat apud iudæos incircumciſus.*
7 *Deſtinationis vis, an procedat in materia baptiſmatis.*
8 *Infantes chriſtianorum decedentes ante baptiſmum ſunt in damnatione.*
9 *Res templo deſtinata non dicitur effecta templi.*
10 *Intentio ſola quando perficiat actum.*
11 *Tonſuram geſtans clericalem ſi non ſit clericus, an gaudeat benef. cap. ſi quis ſuadente* 17. *q.* 4. *Vide num.* 2.
12 *Cathecumenus non ligatus eccleſiaſticis conſtitutionibus.*
13 *Non tenetur precepto c. omnis vtriuſq; ſexus, de pænit. & rem.*
14 *Baptiſmo carens eſt incapax excommunicationis.*
55 *Cathecumenus non poteſt contrahere matrimonium cum fideli.*
16 *Cathecumenus ſi mutata voluntate reuertatur ad infidelitatem, an poſſit damnari tanquam Apoſtata.*
18 *Cathecumenus eſt intra tempus ad fidei profeſſionem præſtitutum.*
19 *Recedens à religione intra tempus præfixum ad probationem non eſt apoſtata.*
21 *Cathecumenus cognoſcens carnaliter chriſtianam punitur eadem pæna qua punitur infidelis.*
22 *Cathecumeni votum an poſſit diſpenſari per prælatos.*
23 *Cathecumenus an ſit capax indulgentiarum, & ſuffragiorum.*

ARGVMENTVM.

An Cathecumeni ſint in Eccleſia.

CAP. IV.

CAthecumenos eſſe in Eccleſia existimant, *Nauar. in comment. de iubileo, not. 31. ſub nu. 48. verſ. ſed contra, & verſic. ergo habet prædictam*, *Andr. ab Aſta in cap. 1. à num. 2. & 8. cum ſeq. de conſtit.*

Ducuntur primo, quod extra eccleſiam non eſt ſalus, *extrauag. vnam ſanctam, de maior. & obed.* At cathecumenus poteſt ſaluari ſaltim iuxta di-
1 ſtinctionem tradendam *infra eod. lib. cap. 8. nu. 4. 5.* ergo cathecumeni ſunt in Eccleſia.

Secundo cathecumenus bonus anteponitur malo chriſtiano, *cap. non dubito, de conſecrat. diſt. 4.* at Chriſtianus quamuis malus eſt in Eccleſia, *Turrecrem. in ſum. de Eccleſia lib. 1. c.*
2 *55. cum. ſeq.* & late probat Illuſtriſſimus Card. Bellarm. *de Eccleſia. lib. 3. cap. 9.* ergo.

Tertio cathecumeni differentes baptiſmum peccant, non ſolum ob tran-
3 greſſionem legis diuinæ, ſed etiam humanæ, ſi quæ eſſet, quæ præſcriberet tempus baptiſmi, *cap. quando, de conſecrat. diſt. 4. D. Thom. par. 3. q. 63. art. 5. ibique Caiet.* Ergo eſt ſubditus legi eccleſiaſticæ alias non ligaretur ab ea, quia leges Eccleſiæ non ligant perſonas extra eam exiſtentes, vt fuſe traditum *eſt. ſupra lib. 2. cap. 3.*

Quarto *ex text. in c. audite 34. diſt. vbi Auguſtin. æque fideles, & cathecumenos ad continentiam adhortatur*, ergo inquiunt ipſi, cathecumeni ſubſunt eccleſiæ monitionibus non ſecus ac fideles.

4 Quinto idem iudicium debet eſſe de deſtinato ad actum, quod eſt de ipſo actu, *l. cum vero, in fin. princ. ff. de fideicom. libert. cum aliis per Felin. in cap. cum adeo, colum. 1. & 2. de reſcript.* vbi hac ratione ſcribit, quod
5 clericus adhuc ordinibus non initiatus, ſed coronam geſtans, & ad clericatum deſtinatus gaudet beneficio, *cap. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4.* At cathecumenus eſt deſtinatus ad eccleſiam; eſt enim cathecumenus ille, qui vult effici chriſtianus, & eſt intra tempus probationis, *Bar. in l. 3. C. ne Sacr. Baptiſ. gloſ. in cap. dilectus de capell. monach. & in c. per cathechiſmum de cogn. ſpir. lib. 6.* ergo idem eſt dicendum de cathecumeno quod dicimus de fideli.

Sexto pro hac opinione perpenditur *text. in cap. per cathechiſmum de cognat. ſpir. lib. 6.* vbi ſcribitur per cathechiſmum, quod baptiſmum præcedit contrahi cognationem ſpiritualem, ergo conſtituit cathechizatum in eccleſia, alias non poſſet eſſe particeps ſacramentorum, quia extra eccleſiam non ſunt ſacramenta, *cap. extra catholicam 1. quæſt. 1. cap. quia ex ſola 24. quæſt. 1.*

Quibus non obſtantibus contrariam ſententiam non immerito probarunt *gloſ. in cap. caue, verſ. ſi chriſtiana 28. q. 1. & in cap. cathecumenum de conſecrat. diſt. 4. Gemin. in cap. audite 34.*
6 *diſt. Dec. in c. 1. n. 26. in 2. lect. de conſtit. Stephan. Caiet. in repet. cap. ad limina ſub nu. 209. §. 5. 30. quæſt. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 290. num. 17. & ſeq. Ex Theologis etiam hanc eamdem probant Canus de locis Theologic. lib. 2. cap. 2. Illuſtriſſimus Bellarmin. de eccleſ. milit. lib. 3. cap. 3. Suarez tom. 4. par. 3. diſput. 53. ſect. 4. nu. 8. Henriquez de indulg. lib. 7. cap. 18. num. 3. Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 4. cap. 37. Mar. Alter. de cenſur. tom. 1. lib. 5. cap. 2. pag. 462. ſub littera D. verſic. ſequitur ſexto, & verſic. illud quoque.* Probatur autem hæc ſententia. primo auctoritate *D. Chryſoſtomi in Io. Homil. 24. dum ait, cathecumenum alienum eſſe à fideli, & nihil*
7 *habere commune cum eo, non ciuitatem*

non

Digitized by Google

non menſam.

Secundo auctoritate, *D. Greg. Na-*
8 *ziaz. in oratione in S. Laurentium* vbi ſcribit, cathecumenum eſſe in veſtibulo pietatis, nec ad huc poſſe vocari fidelem.

Tertio auctoritate *Cirilli lib. 2. in Io. cap.* 50. vbi ait Cathecumenum eſſe apud chriſtianos id quod erant incircumciſi apud iudæos; Conſtat au-
9 tem quod incircumciſi non erant iudæi.

His ita ſtantibus contrariæ opinionis argumenta facili negotio tolluntur.

Et quoad primum fateor extra eccleſiam non eſſe ſalutem, fateor etiam cathecumenum poſſe ſaluari: dicendum eſt tamen quod in caſu, in quo cathecumenus ſaluari poteſt, eſt in Eccleſia voto, & deſiderio, quod ſupplet vicet vicem baptiſmi, *cap. maiores in fin. de baptiſm. cap. 2. in fin. de præſbit. non baptiz. cap. baptiſmi*
10 *4. diſt.* Maior ergo propoſitio, extra Eccleſiam non eſſe ſalutem, eſt intelligenda de iis, qui neque re ipſa, neque deſiderio ſunt in Ecclesia, vt declarat *Illuſtriſſimus Bellar. de eccleſia milit. lib. 3. c. 9.*

Ad ſecundum prælatio boni cathecumeni malo chriſtiano, non eſt circa exiſtentiam eccleſiæ, ſed circa ſalu-
11 tem, quam facilius aſſequi poteſt cathecumenus baptizari cupiens, quam baptizatus in facinoribus perſiſtens, vt in eodem textu docemur exemplo Cornelii centurionis, & Simonis Magi.

Ad tertium ſtatim atque infidelis declarat, ſe velle accipere fidem Chriſti, ſubiicit ſe legibus, quæ ad eamdem fidem capeſſendam ordinantur, vt *in c. ante baptiſmum, & cap. ante viginti dies de conſecrat. diſt. 4.* Quas leges ſi tranſgrediatur proculdubio peccat ex boc tamen non ſequitur quod ſit in eccleſia cum videamus, quod nouitius quan-
12 diu innouitiatu eſt, tenetur ſeruare ſtatuta religionis, vt probat, *Roder. q. reg. tom. 1. q. 21. art. 11. & tamen ad huc*
13 *religioſus non eſt, c. religioſo §. quamuis de ſent. excom. lib. 6.*

Quartum dupliciter refutatur. primo quia ibi D. Auguſt. ad hortatur cathecumenos tanquam à fidelibus nominibus diſiunctos, inquit enim audiant fideles, audiant cathecumeni, per quam diſtinctionem expreſſe demonſtrat, cathecumenos non eſſe fideles, alias non oportebat eos diſtinctis nominibus nuncupare, *l. ſi idem codicill. C. de Codicill.* ſed ſufficiebat dixiſſe, audiant fideles. Secundo non ſequitur ad hortatur cathecumenos ad continentiam, ergo illi ſunt in eccleſia, ita vt ſubdantur eius conſtitutionibus; adhortatur enim non quia ſunt in Eccleſia, ſed quia futuri ſunt, & ideo cathechizantur, nempe inſtruuntur ad fidem, ad hoc vt inſtructi eam aſſequantur, *cap. iudæi, & cap. ante 20. de conſecrat. diſt. 4. Hoſt. in cap. 1. num. 24. de Sacram. vnct. gloſ. in cap. 2. verb. per cathechiſmum de cogn. ſpir. lib. 6.*

Quintum argumentum non concludit, nam, & ſi non parua non ſit vis deſtinationis, non tamen procedit in
14 materia baptiſmatis, in quo requiritur actus baptiſmi, vel martyrium, *cap. cathecumenum de conſecr. diſt. 4.*
15 Hinc eſt quod chriſtiani infantes, quamuis omnimode ſint ad eccleſiam deſtinati ex voto parentum, *cap. maiores extr. de baptiſ.* Attamen ſi contingat eos decedere antequã ſacris vndis abluantur, dubium non eſt, quin ſint in damnatione, *cap. firmiſſime, & cap. nulli, & cap. regenerante de conſecrat. diſt. 4. cap. 3. extra de baptiſm. Card. in clem. vnic. de iudæis.* Similiter res
16 quamuis ſit Templo deſtinata, tamen non dicitur effecta ipſius Templi, *l. 3. C. de furt. vbi Bald. ſcribit rem non recipere denominationem ab eo quod erit, ſed ab eo quod eſt, inferens propterea*
17 *quod licet teſtator mandet in ædibus ſuis fieri eccleſiam, tamen non eſt eccleſia antequam ſit facta.*

Et vt argumentum formaliter eruatur, dico idem iudicium eſſe de re de-

M 3 ſti-

ſtinata, & de actu, quando ſola inten-
tio perficit actum, non autem vbi fa-
ctum alicuius requiritur, item *Bald. in*
18 *d. l. 3. in fin. C. de furt. iaſ. in l. extera,*
§. ſed, & ſi paruerit num. 20. ff. de leg.
1. metimur enim deſtinationis effe-
19 ctum a deſtinationis facultate, *Seraph.*
deciſ. 594. ſub num. 5. verſic. vltimo
20 *non obſtat.* At vt homo efficiatur chri-
ſtianus, non ſufficit voluntas, ſed re-
quiritur factum, nempe baptiſmus; er-
go ſola deſtinatio non ſufficit. Simile ve
ro de eo qui tonſurã geſtat clericalem,
cum vere clericus non ſit, procedit non
tam vigore deſtinationis, quam quod
21 ex geſtatione tonſuræ eſt in quaſi
poſſeſſione clericatus, *Oldr. conſil.*
244. num. 9. verſic. 6. opponebatur
Franch. in d. cap. ſi iudex §. idem eſſe
ſub num. 3. de ſent. excommun. Vital. in
22 *in clem. 2. num. 88. de pæn.* Nec cle-
rico ſufficeret ſola animi deſtinatio
23 ſi cenſuram non deferret, *cap. fin. de*
cleric. Coniugat.

Non obſtat denique *text. in cap. per cathechiſmum*, Quia ibi agitur de Cathechiſmo, quod fit Paulo ante vndas baptimiſmi, ab eo qui tenet baptizandum ante fores Eccleſię, qui quidem cathechiſmus fit ad inſtructionem illorum, qui ad fidem Chriſti accedere cupiunt, & adhuc ad baptiſmi actum non peruenerunt, & ideo non video quomodo ad propoſitum afferatur.

Reiectis ergo contrariis firma remanet concluſio, cathecumenos non eſſe in Eccleſia.

Ex qua deducitur primo cathecu-
menos Eccleſiaſticis conſtitutionibus
24 minime ligari, *Gemin. in d. cap. Audite 34. diſt. Dec. in d. cap. primo ſub num. 26. in 2. lectura de conſtit. Menoch. de arbitr. caſu 290. num. 17. & 18. Azor. inſtit. Moral. tom. 1. lib. 7. cap. 28. quæſt. 3. Sanchez ad præcepta Decalogi lib. primo cap. 12. num. 14. Mar. Alter de cenſur. tom. primo lib. 5. cap. 2. littera D. verſic. ſequitur 6. pag. 462.* Et conſequenter cathecumeni non tenentur præcepto cap.
25 omnis vtriuſque ſexus, de pœn. & re-
miſſ. prout plene ſcribit, *Stephan. Caiet. in cap. ad Limina, §. 5. num. 209. 34. diſt. Sot. in 4. diſt. 181. quæſt. 1. artic. 3. concluſ. 1. Sanchez loco cit. nu. 15. & hæc eſt receptior, quicquid in contrariũ dixerit Sanch. loc. cit. Suarez to. 3. par. 3. quæſt. 80. art. 11. diſput. 69. sect. 2. ſub 1.* Item nec ligantur vincu-
lo excommunicationis, omnes enim
26 carentes baptiſmate ſunt incapaces
excommunicationis, *c. gaudemus extra de diuort. vbi Anchar. num. 19. Bonif. Vital. in clem. 2. num. 82. & ſeq. de pœnis. Rim. iun. in cap. 1. num. 48. de conſ. Marquard. de iudæis parte 2. cap. 5. num. 3. cum aliis, quos latius attulimus lib. 2. cap. 6. num. 1. & in ſpecie hoc tenet Nauar. de iubileo num. 48. verſic. 4. & in Manuali cap. 27. num. 13. Vgol. de cenſur. cap. 17. §. 5. num. 3. & iterum Vgol. de cenſur. Pontifici reſeru. parte prima, cap. 9. num. 3. & nouiſſime Marius Alterius de cenſur. tom. 1. lib. 3. cap. 4. pagina 368. littera A.* operatur tamen excommunicatio in cathecumeno effectus quos operatur in cæteris infidelibus de quibus in *d. cap. eos de iudæis, Archid. in cap. eos qui de conſecr. diſt. 4. ſequutus Laurentium ibi, Steph. Caiet. in d. cap. ad limin. §. 5. num. 209. 34. diſt.*

Deducitur ſecundo cathecumenum
27 non poſſe contrahere matrimonium
ſimul cum fideli, vt probat *text. in cap. caue 28. quæſt. 1. ibi, ſi chriſtiana ſit, non eſt ſatis niſi ambo initiati ſitis ſacramento baptiſmatis, & ſcribit gloſ. in cap. 1. verb. pabulo verſic. item propter cathechiſmum 30. quæſt. 1. D. Thom. in 4. diſt. 39. quæſt. vnic. art. 1. ad ſecundum alios copioſe refert Sanch. de matrim. diſput. 71. num. 2. lib. 7. ad quem lectorem reiicio, & illis addendus eſt Paul. Comitul. reſponſ. Moral. lib. primo quæſt. 17. in extremo.*

Deducitur tertio, quod ſi contigat
Cathecumenum ad priorem ſectam
28 reuerti, non poterit apoſtaſiæ poena
damnari, *Simanc. de cathol. inſtit. tit. 31. de hæret. num. 6. Farinac. de hæreſi q. 117.*

117. *num.* 31. *quicquid in contrarium*
ſcripſerit Alphonſ. de Caſt. de Iuſt.*hæret.*
punit.lib. 1.*cap.*8.*Mar. Alter.de cenſur.*
*tom.*1.*lib.*5.*cap.* 2.*pag.* 263.*littera D.*
verſ. illud quoq; Vgolin. de cenſur. Pon-
tifici reſeruat.par. 2. §. 1. *ant. num.* 4.
29 Etenim cum Cathecumenus ſit intra
tempus ad eius fidei probationem præ-
ſtitutum, *l. nulli, vbi Bart.num.* 2. *C. ne*
Sacr baptiſ. conſequens eſt, vt quamuis
conſtanti animo ſtatuiſſet baptiſmum
ſuſcipere, ſi tamen intra illud tempus
mutata voluntate, fuerit ad priorem in-
30 fidelitatem reuerſus, non poterit tan-
quam Apoſtata puniri, tum quia Apo-
ſtata dici nequit, qui nuſquam fuit Ec-
cleſiam ingreſſus, *Argum. l. manumiſ-*
ſiones. ff.de Iuſt.*et* Iur.*l.decem.ff. de ver.*
*oblig.cum trad.per Vital.in clem.*2.*num.*
82. *et ſeq.de poen.* Tum etiam quia id
31 iure permittente facit, ad exemplum
eius, qui intra probationis tempus a
Religione receſſit, quem conſtat Apo-
ſtatam nõ eſſe, *ca.penult.de regul.Anan.*
in c.conſuluiſti eod. tit. Fateor tamen Ca
32 thecumenum fieri reum grauiſſimi
criminis apud Deum, propter contem-
ptum tanti Sacramenti, et propter iniu-
riam Spiritui Sancto illatam, *cap. non*
dubito 4. *diſt.*
33 Quarto deducitur, quod Cathecu-
menus cognoſcens carnaliter chriſtia-
nam, punitur eadem poena, qua puni-
tur infidelis, *Menoch.de arbitr.caſu* 290
*num.*17.*et* 18. *vbi inquit, ita ſe ex fa-*
cto interrogatum reſpondiſſe.
34 Quinto, deducitur vota Cathecu-
menorum non poſſe diſpenſari per Præ
latos, quia non ſubduntur Eccleſiaſti-
cæ poteſtati, et diſpenſatio eſt quędam
abſolutio procedẽs a ſpirituali poteſta-
te Prælati, vt recte probat *Sanchez ad*
præcepta Decalogi, lib. 4. *cap.* 34. *num.*
36 *quicquid in contrarium ſenſerit* En-
*riquez libro ſeptimo.de Indulgen.ca.*20.
*num.*8.
35 Deducitur Sexto prohiberi nos ca-
thecumenos tradere Eccleſiaſticæ ſe-
pulturę, vel cum pſalmis ad ſepultu-
ram eorum cadauera ducere, *Conci-*
lium Bracharenſe 1. *cap.*34. *et* 35. *Du-*
*rand. de ritib.eccleſiæ lib.*1.*cap.*23.*num.*
14.*verſ.ſane pro his.*

SVMMARIVM.

1 *Gentiles, Hæretici, et* Iudæi *non prohibentur ingredi eccleſiam vſque ad Miſſam Cathecumenorum.*
2 *Inceſtus crimine maculati non admittuntur in eccleſia niſi vſque ad Miſſam Cathecumenorum.*
3 *Miſſa non eſt pro Cathecumenis celebranda.*
4 *Eccleſia non ſacrificat niſi pro fidelibus viuis, et defunctis.*
5 *Miſſa Cathecumenorum olim quæ erat.*
6 *Pro Cathecuminis licet orare.*

ARGVMENTVM.

An pro Cathecumenis liceat Miſſam celebrare.

CAP. V.

Difficultatẽ facit Primo, *text. in cap. Epiſcopus de conſecrat. diſt.* 1. *vbi diſponitur, neminem ſiue Gentilem, ſiue hæreticum, ſiue* Iudæum *eſſe prohibendum ingredi eccleſiam vſque ad Miſſam Cathecumenorum.* Si enim datur Miſſa Cathecumenorum, ergo pro eis licet miſſam celebrare. Secundo, in hanc ſententiam facit *text. in cap. de his qui inceſti* 35.*q.*2.*vbi inceſtus crimine macula*
2 *ti non admittuntur in Eccleſia niſi vſq. ad miſſam Cathecumenorum.* Tertio, quia legimus conſueuiſſe Eccleſiam celebrare miſſam Cathecumenorũ, vt cõſtat ex *Clemente Alex.lib.*8.*conſt.Apoſt. cap.*15.*ex Concilio Laodicenſi cap.*9.*Cyrillo Alexandr.in* Ioan.*lib.* 12 *cap.*50.

Quibus non obſtantibus ad propoſitam dubitationem per duas concluſiones reſpondetur. Prima non licere
3 nobis pro Cathecumenis celebrare miſ
ſã prout illa conſtat conſecratione, obla
tione, & ſumptione Corporis, & ſangui
nis

nis Chriſti, neque in oblatione facere commemorationem pro eis, ita conſtitutum eſt in *Concilio Bracharen. 1. cap. 34. & 35. Stephan. Duran. de ritibus Eccleſ. Cathol. lib. 1. cap. 23. ſub num. 14. verſ. Sane pro his, Nauar. tom. 3. tract. de Iubilæo, not. 31. colum. penult. verſ. Tertio dici poteſt, Azor. lib. 10. cap. 22. quæſtione 2.*

Ratio eſt, quia Eccleſia non ſacrifi-
cat niſi pro fidelibus viuis, & defunctis,
4 quorum appellatione iuxta commune
Eccleſiæ vſum continentur tantum illi,
qui fidem baptiſmo profeſsi ſunt, *Suar.
in 3. par. tom. 4. diſput. 53. ſect. 4 ſub nu.*
7. in cuius rei teſtimonium in ea parte
miſſæ, quæ conſiſtit in ſacris myſteriis;
quæ vocatur infra actionem, expreſſe
ſe reſtringit ad baptizatos, inquit, enim
pro iis quos regenerare dignatus es ex
aqua, & Spiritu ſancto.

5 Non obſtat quod antiquitus aderat
miſſa Cathecumenorum, quia illa non
erat miſſa ſeparata a miſſa fidelium, ſed
illa pars miſſæ quæ incipit à principio
vſque ad offertorium, *Turrecrem. in d.
cap. Epiſcopus, de conſecrat. diſt.* 1. Poterãt enim Cathecumeni intereſſe miſſæ quouſque inciperent ſacra miſteria, nempe vſque ad lectionem Euangelij, qua peracta mittebantur foras clamãte Leuitico, Si quis Cathecumenus eſt, exeat foras, a qua quidem Cathecumenorum miſſione nonnulli miſſam dictam putant, vt teſtantur R*abanus Maur. lib. 1. Inſtit. Cler. cap.* 32. Remig. *lib. 1 de offic. miſſæ. Stephan. Duran. de ritib. Eccleſ. Cathol. lib. 2. cap. 1 num. 1. et* 2. Vnde non immerito *Iuo Carnotenſis epiſt.* 75. ſcribens Paſchali Papę de quibuſdam presbyteris ſuis, qui diuinis officiis integraliter non aſſiſtebant, inquit *qui ſe videndum præſentabat horis nocturnis, ſubtrahebat ſe diurnis, & qui audiebat miſſam Cathecumenorum, ſubterfugiebat miſſam ſacramentorum.* Et hæc quoad primam concluſionem.

Secunda concluſio extra miſſam
Sacramentorum licet nobis pro Cathe
6 cumenis preces fundere, quia Eccleſia
in die Paraſceues orat pro eis, atque
ita ſentire videntur omnes in prima
concluſione allegati.

SVMMARIVM.

2 *Indulgentia per modum abſolutionis non poteſt concedi Cathecumenis, extende ut num. 2.*

3 *Indulgentia per modum ſuffragii poteſt ab eccleſia concedi Cathecumeno.*

4 *Eccleſia non conſueuit concedere Cathecumenis, neque per modum abſolutionis, neque per modum ſuffragii.*

ARGVMENTVM.

Cathecumenus an ſit capax Indulgentiarum.

CAP. VI.

NOn eſſe capacem tenent *Suarez. tom. 4. diſput. 53. ſect. 4. num. 8. Sanchez ad præcepta decalogi lib. 4. cap. 37. num. 36. & 37. & ante eos D. Ant par. 3. tit. 21. cap 5. S. 6. Aug. de Ancon. de poteſt. Eccleſ. quæſt. 33 art. 2. Turrecrem. in cap. quando, de conſecrat. diſt. 4.*

Contrarium probant *Nauar. in comment. de Iubileo, not. 31. num. 48. et not. 32. num. 10. Enriquez de Indulg. lib. 7. cap. 20. num. 8.*

Opiniones conciliare ſtudentes tres ſunt concluſiones firmandę, ex quibus ad propoſitę difficultatis reſolutionem infertur.

Sit prima concluſio, Cathecu-
menus eſt incapax Indulgentię per
1 modum abſolutionis, quia illa concedi-
tur in ſubditos per modum Iudiciariæ
poteſtatis, *Suarez. d. quæſt. 53. ſect. 3. ſub
num. 15. verſ. vnde etiam recte*, quam
quidem poteſtarem Eccleſia non habet
in Cathecumenis, ex late traditis *ſupra
eod. lib. cap. 4. per totum, & ſignanter nu.*
22. atque ita hanc concluſionem ex-
preſſe

preſſe probat *Enriquez loco citato*.

Ex qua etiam reſultat,quod cum Indulgentiæ,quæ viuis conceduntur ſoleant concedi per viam abſolutionis, nec non & ſub qualitate quod ſint contriti,& cõfeſſi, & ſumant ſacratiſſimum
2 Chriſti Corpus,merito cum Cathecumeni prædicta facere nequeant,propterea quod ſunt omnium Sacramentorum incapaces, cap. veniens de presb. non ſunt capaces harum Indulgentiarum,vt fatetur idem Nauar.de Iubileo, *not.31.num.10.verſ.& Cathecumenos.*

Secunda concluſio. Indulgentia per modum ſuffragii poteſt ab Eccleſia con
3 cedi Cathecumeno in charitate defuncto, quia ſaltem eſt coniunctus charitate, cuiuſmodi ſunt omnes animæ purgatorii, quæ coniunguntur Eccleſiæ nõ reſpectu iuriſdictionis, ſed charitatis. *Suarez d.ſect.* 3. *ante num.* 16. Dicitur autem defunctus in charitate, vel quia per ipſum non ſtetit, quo minus baptizaretur, quo caſu dicitur baptizatus in flamine, *cap.* 2. *in fin. de presb. non baptiz.cap. maiores,ad fin. de baptiſ.* vel ſi fuit in aliqua negligentia, fuit de illa contritus, *Turrecrem.in cap. ſi quis,ſub num.*1. *verſ. peccat autem, de conſecrat. diſtinct.* 4.

Tertia concluſio. Eccleſiæ conſuetudo videtur, vt Indulgentiæ etiam per modum ſuffragii concedantur tantum
4 pro fidelibus baptizatis, non autẽ pro cathecumenis, vt animaduertit *Suarez loco citato ſub num.*8.&probatur primo, quia ſi hoc conſueuiſſet concedere cathecumenis,maximè conſueuiſſet concedere per ſacrificium miſsæ, quod ex genere ſuo eſt medium potentiſſimum ad hunc effectum, at pro cathecumenis non conſueuit celebrare miſſam,vt traditum eſt ſupra in capite proximè præcedenti, ergo neque concedere indulgentiam per modum ſuffragii, quia veriſimile ſatis eſt,Eccleſiam noluiſse defuncto concedere indulgẽtiam per modum ſuffragii, cui viuo non potuiſset cõcedere per modum abſolutionis,ſed voluiſse hunc fauorem ad ſolos Chriſtianos coarctare.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus ſicuti non poteſt habere ſeruum Chriſtianum, ita neque baptizari volentem.*
2 *Cathecumenus eſt in vtero Eccleſiæ edendus in lucem per baptiſmum.*
3 *Legatis ancillis ornatricibus, veniunt etiam illæ, quæ diſcunt apud Magiſtrum.*
4 *Argenti appellatione venit etiam argentum fabricari cæptum.*
5 *Scriptor Papæ dicitur etiam deputatus ad ſcribendum.*
6 *Cathecumeni ſunt initiati orthodoxorum.*
7 *Statuto ſtante ne quis habeatur ciuis, niſi habitauerit per magnum tempus,ille qui eſt intra dictum tempus,nõ dicitur ciuis.*
8 *Deſtinatio rei, vt ſit ſacra, non dicitur ſacra.*
9 *Epiſcopum interfeciſſe non dicitur, qui interficit electum.*
10 *Irregularis non eſt, qui interficit partum non animatum.*
11 *Locus deputatus ad Eccleſiam Gaudet immunitate ſtatim, ac eſt impoſitus primus lapis,ſecus ante lapidis impoſitionem, licet ſit deſtinatus ad eccleſiam.*
13 *Sepultura vendi non poteſt,ſed poteſt vt di vas lapideum ad ſepulturam deſtinatum.*
14 *Beneficium deſtinatum, ſed adhuc non erectum nõ comprehenditur in gratia.*
15 *Rationis identitas, vel maioritas æquipollet expreſſioni.*
16 *Cathecumenum offendens non punitur pœna qua punitur offendens chriſtianum.*
17 *Cathecumenus non complectitur in diſpoſitione loquente de chriſtiano.*
18 *Cathecumenus non poteſt doctorari.*
19 *Legatum relictum chriſtianis pauperibus an debeatur cathecumenis.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An in diſpoſitione loquente de Chriſtianis veniāt Cathecumeni.

CAP. VII.

PRo parte affirmatiua facit Pri
mo *teſt. in cap.fin. extr. de*
1 *Iudæis, vbi Iudæi, quibus pro-*
hibetur habere ſeruum chriſtia-
num, neque poſſunt habere Infidelem ba-
ptizari volentem, ex quo text.not.Abb.et
Feli. Idem priuilegium deberi rei factæ,
& rei quæ eſt in fieri.
2 Secundo facit quod Cathecumenus
eſt in vtero Eccleſiæ in lucem per ba-
ptiſmum edendus, *d. l. 3. C. ne ſacr. ba-*
ptiſm. et vulgatum eſt, quod qui eſt in
vtero, habetur pro nato in fauorabili-
bus, qualis eſt, vt quis inter Chriſtia-
nos numeretur, *l. qui in vtero ff. de ſtat.*
hom.
Tertio, pro hac parte non parum fa-
3 cit teſt. *in l. legatis 63. §. ornatricibus, ff.*
de leg. 3. vbi legatis ancillis ornatricibus,
veniunt etiam illa, quæ diſcunt apud
magiſtrum, quamuis duos menſes apud
magiſtrum fuerint.
Et ſimiliter et quarto facit *teſt. in l.*
ſi non ſunt. § Infecti verſ. quid ergo ff. de
auro et arg. legat. vbi appellatione ar-
4 *genti, venit etiam argentum coeptum*
fabricari, licet non ſit perfectum, & in
verſ. An cælati, vbi appellatione argenti
calati, continetur et illud quod coepit cæ-
lari; Pari ergo ratione appellatione
Chriſtianorum debent contineri Ca-
thecumeni, quia licet ad hunc fidē nō
ſint profeſſi, tamen ſunt ſacris mini-
ſteriis initiati, *l. 3. C. ne ſacr. baptiſ.*
Quinto facit dictum *Gem. in cap.*
cum illis §. 1. de præb. lib. 6. et in c. pen-
deret 50. diſtin. vbi deputatus ad offi-
5 cium ſcribendi in Cancellaria Papæ
non ementitur, ſi dicat in ſupplicatione
ſe eſſe ſcriptorem, & ſequitur *Socc. in*
cap. de mulcta col. 52. de præben. Iaſ. in
Auth. ſi qua mulier, C. *de ſacroſ.* *Eccleſ.*
Felin. in cap. eam te, num. 2. de reſcript.
Tiraq. de legib. connub. l. 16. glos. 2. n. 14.
Et demum pro hac opinione afferri poſ-
6 ſunt plura congeſta per *Tiraq. d. gloſ.*
2. nu. 2. cum plurib. ſeqq. et per Fel. in d. c.
eam te à n. 2. vſq; ad 6. & per Gabr. tit.
de præſum. concl. 12. ad probandum deſti-
natum habent pro facto. Cæterum pro
parte negatiua facit.
Primo *text in l. 3. C. ne ſanctum ba-*
ptiſma iteretur, vbi Cathecumeni appel-
7 *lantur initiati ortodoxorum miſteriis, &*
ex illius tex. arg. Bar. ibi ſub n. 2. infert,
8 quod ſtante ſtatuto, quod nullus poſ-
ſit effici Ciuis, niſi habitauerit per ma-
gnum tempus, ille qui eſt intra dictum
tempus non habebitur vti Ciuis, nec
tractabitur vti talis, *et Bart. ſequuntur*
Fulgos. in l. 1. nu. 2. C. eodem tit. nè ſan-
ctum baptiſma, Feli. in cap. cum adeo, ſub
num. 4. verſ. pro iſta opinione, de reſcript.
pari ergo ratione cum Cathecumeni
ſint intra tempus probationis non ve-
niunt appellatione chriſtianorum.
Secundo facit *text. in l. ſi nondum C.*
9 *de furt.* vbi res deſtinata animo, et voto
vt ſit ſacra, non habetur pro ſacra ante
10 conſecrationem, *et ibi not.* Bald. *num. 4.*
facit etiam quod ſi Ciuitas interficiat
electum non cenſetur intefeciſſe Epiſ-
copum, quia appellatione Epiſcopi non
venit electus, *glos. in clem. prima de*
relig. domib. et eum ſequitur Mandoſ. in
regul. 16. q. 19. num. 13.
11 Tertio facit *text. in c. ex litterarum,*
de homicid. vbi quamuis interficiens ho-
minem ſit irregularis, tamen interficiens
partum nondum animatum non effici-
tur irregularis.
Quarto His accedit, quod *not. Hoſt.*
Io. Andr. Cardin. Boich, & Abb. in cap.
Eccleſiaſtica de immun. Eccleſ. vbi locus
12 gaudet Immunitate eo ipſo quo im-
poſitus eſt pet Epiſcopum primus lapis,
nec poteſt ad humanos vſus redire: an
tea vero non gaudet dicto priuilegio,
licet deſtinatione animi ſit deputatus
vt ſit Eccleſia, et hoc idem probat *Gabr.*
tit. de præſumpt. conclus. 12. num. 17.
Quinto ſuffragatur dictum *Innoc. in*
13 *c. abolenda, verſ. & dicitur, de ſepult.* vbi
inquit, quod licet ſepultura non poſſit
vendi, tamen vas lapideum, vel ligneū

deſti.

Digitized by Google

deſtinatum pro ſepultura vendi poteſt.
facit quod beneficium deſtinatum per
epiſcopum, & capitulum, non com-
15 prehenditur in gratia, niſi ſit actuali-
ter erectum, *Card. in clem. fin. queſt.
9. de reſcriptis, Felin. in cap. cum ab eo
col. 3. verſic. pro quo vide de reſcript.
Eneas de Falcon. Rebuff. & Io. de Sel-
ua quos refert, & ſequitur Gabr. con-
cluſ. 12. num. 6. de præſumpt. Felin.
conſ. 45. nu. 3. verſ. fortifico.*

Vides lector ex his Articulum eſſe problematicum, & in quo facilius poſſunt multa in vtramque partem afferri, quam propriam dicere ſententiam. (ſi tamen apud te aliquid valet noſtrum iudiciũ) cũ hac poſtrema opinione concludas, videlicet cathecumenum appellatione chriſtianorum non comprehendi, quæ concluſio ſatis probatur ex iuribus ſupra allatis, & ex aliis adductis in cap. 1. huius libri.

Cui concluſioni non obſtant illa, quæ pro affirmatiua opinione ſunt alia
& primo non obſtat *text. in cap. fin. de
baptiſ.* quia ibi prohibitio multo magis
militat in cathecumeno, quam in iu-
dæo, ex quo ratio prohibitionis eſt vt
euitetur familiaritas, ob quam ſuper-
ſtitionem trahere poſſunt *cap. ad hæc
de iudæis*, & ſic comprehenduntur ſub
illa diſpoſitione chriſtiani, & cathecu-
meni, non ex vi vocabuli, ſed ex iden-
ptitate, & maioritate rationis, quæ ope
ratur perinde ac ſi fuiſſet facta expreſ-
ſio cathecumenorum *c. de cætero, & c.
16 cum dilectus de cler. non reſid. l. illud
ff. ad l. Aquil. l. à Titio in princip. ff. de
verb. oblig. l. bis ſolis* C. *de reuoc. donat.
late Tiraq. in tract. ceſſante cauſa par.
prima num.* 150. non obſtant ſecundo
iura allegata ad probandum deſtina-
tum haberi pro facto, quia illa proce-
dunt in caſibus, in quibus ſola inten-
tio perficit actum, *Bal. in d. l. 3. C. de
furt. cum aliis congeſtis in proximo præ-
cedenti cap. num.* 10. Non obſtat ter-
tium, quia irregularitas non contrahi-
tur niſi ex homicidio quod non cadit
in partu nondum animato.

Quartum, & Quintum ſoluuntur prout in ſolutione ſecundi. Remanet ergo firma concluſio cathecumenos non complecti ſub diſpoſitione loquente de chriſtianis, ex qua infertur.

Primo quod pœna ſtatuta contra
offendentem chriſtianũ, non habet lo-
18 cum in offendente cathecumenum,
cum is adhuc chriſtianus non ſit, & in
pęnalibus deſtinatum non habetur pro
facto, *Bald. in l. ſi nondum num. 4. C. de
furt. Menoch. de arbitr. caſu 290. num.
20. & 21.*

Infertur ſecundo, quod ſtatutum vt
chriſtianus non cogatur ſoluere vecti-
19 gal tranſitus, non habebit locum in
cathecumeno, vt colligitur ex *trad.
per Bart. in d. l. 3. num. 2. C. ne ſan-
ctum baptiſ. quem ſequuntur ibidem Ful
goſ. num. 2. Felin. in cap. cum adeo ſub
numer. 4. verſic. pro iſta opinione, de re-
ſcript.*

Infertur tertio, quod cathecumenus non poterit adipiſci gradum doctoratus, à quo repelluntur cœteri infideles, iuxta ea quæ diximus *ſupra lib. 2. cap. 23.*

21 Infertur Quarto, quod legatum relictum pauperibus chriſtianis alicuius ciuitatis, non poteſt vindicari a cathecumenis, niſi in contrarium adſit coniecturata teſtatoris voluntas ex doctr. ſupra allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius decedens intra annum probationis bona applicantur monaſterio num.* 50.

2 *Cathecumenus quamuis in bonis operibus defunctus vitam æternam non habet.*

3 *Cornelius centurio licet in ſcripturis laudatus, tamen niſi per baptiſmi ſacramentum fuiſſet incorporatus eccleſiæ ſaluus eſſe non potuiſſet.*

4 *Baptiſmi vicem ſupplet flagrans deſiderium.*

5 *Natus vt quis dicatur oportet qui viuus prodeat in lucem ad nullum dielinant monſtrum.*

7 Vo-

7 *Voluntas præſumitur durare, niſi appa-
reat mutata.*
8 *Dei poteſtas incomprehenſibilis.*
9 *Cathecumeno non debetur eccleſiaſtica
ſepultura.*

ARGVMENTVM.

An ſi Cathecumenus intra tempus probationis decedat ſaluari poſſit.

CAP. VIII.

DIſſonæ ſunt hinc in-
de, & Patrum, & Do
ctorum ſententiæ;
Si quidē quod ſal-
uari poſſit; difertis
verbis affirmat *D.
Ambroſ. in oratio-
ne de obitu valentiani*, qui cathecume-
nus ex hac vita migrauit, cuius aucto-
ritate ducti hoc ſcripſerunt *Alphonſ. de
Caſtr. de iuſt. hæret. punit. lib. primo,
c. 8. Can. loco cit. & Dom. Card. Bel-
larm. de eccleſ. milit. lib. 3. c. 3.* Hoc
etiam, & *D. Aug. expreſſiſſe ſatis aperte
videtur lib. 4. de baptiſ. nobis relatus in
cap. non dubito 149. de conſecr. diſt. 4.*
dum inquit, non dubito cathecume-
num Diuina charitate flagrantem hę-
retico baptizato anteponere, ſed e-
tiam in ipſa intus catholica bonum
cathecumenum malo baptizato ante-
ponimus. Et hæc ſententia fulciri po-
teſt ex eo, quod videmus bona noui-
tii intra annum probationis defuncti
1 applicari monaſterio, quia animi ſal.
tim deſtinatione erat Religioſus, *Cin.
& Bart. in Auth. ingreſſi, C. de ſacroſ.
eccleſ. late Anchar. in cap. 2. de teſtam.
Butr. in cap. in præſentia, de probat. vbi
Dec. num. 73. dicit hanc eſſe magis
communem cum aliis per Surd. deciſ.
303. num. 6. Stephan. Gratian. deciſ.
35. num. 13. & per totum.* At vero
idem *Aug. in cap. cathecumenum 37.
de conſecr. diſt. 4.* apertiſſime ſcripſit
cathecumenum quamuis in bonis ope
ribus defunctum vitam ęternam non
habere excepto martyrio, vbi tota ba-
ptiſmi Sacramenta complentur. *Et
idem in tract. 13. in Io:* Quatumcun-
que, inquit, cathecumenus ſarcinam
ſuæ iniquitatis portat, nec illi admit-
3 titur, niſi cum venerit ad baptiſmum.
Et iterum *lib. primo cap. 8. & lib. 4.
cap. 21. de baptiſ.* ſcribit Cornelium
centurionem, licet laudatum in ſcri-
pturis, nondum talem fuiſſe, vt ſaluus
eſſe poſſet, niſi per Sacrmentum ba-
ptiſmi incorporaretur in Eccleſia, &
Aug. auctoritate ducti hoc idem ſcri-
pſerunt *gloſ. in cap. primo, verb. ſeptem
dona, verſic. item ſi decederet, 30. quæſt.
1.* hoc pariter videtur expreſſum *in
cap. firmiſſime, de conſecr. diſt. 4.* & ſuf-
fragatur *text. in cap. firmiſſime 11.
quæſt. 1. & in cap. 3. de hæret.*

Mihi media via videtur eligenda,
quam innuere viſi ſunt *gloſ. in d. cap.
cathecumenum verb. vitam, & Dom.
Card. Bellarm. de pænit. lib. 2. cap. 14.
in reſponſ. ad 16. obiect.* vt ſi quidem
per cathecumenum non ſteterit, quo-
minus baptizaretur, ſed baptiſma de
fuit eo quia vel temporis anguſtia, vel
alio impedimento celebrari non po-
tuit, in tali caſu crederem ſaluari poſ-
ſe; quia flagrans deſiderium ſupplet
baptiſmi vicem, vt inquit *teſt. in cap.
4 2. in fine de Preſbyt. non baptiz. cap.
maiores ad fin. de baptiſm. cap. baptiſ-
mi 4. diſt. & tradunt D. Thom. in 4.
ſent. diſt. 6. quæſt. 2. Turrecrem. in
cap. ſi quis de conſecrat. diſt. 4.* Et hoc
ſenſu accipiendæ ſunt auctoritates
*Aug. in cap. non dubito, de conſecr. diſt.
4. & D. Ambroſ.* cum aliis, quæ ad id
probandum poſſent afferri. Si vero ſte-
terit per ipſum quominus baptizare-
tur, tunc quamuis deliberatum ani-
mum habuiſſet baptizandi, crederem
non poſſe ſaluari niſi de negligentia
conteratur, *Turrecrem. in d. cap. ſi
quis ſub num. 1. verſic. peccat autem, de
conſecrat. diſt. 4.* & in his terminis ac-
cipien. puto rex. in cap. cathecume-
num, cum aliis ſupra allegatis, quem-
admodum enim, vt quis natus di-
catur, oportet quod viuus procedat in
lu-

Digitized by Google

5 lucem ad nullum declinans monſtruũ,
l. quod certatim, & l. uxoris ab ortu C. de poſthum. hered. inſt. ita oportet quod chriſtianus renaſcatur in eccleſia, nec ſufficit illi ſimplex renaſcendi propoſitum. Nec huic diſtinctioni refragatur ſimile de nouitio moriente intra
6 tempus probationis; Primo quia opinio illa non eſt tuta, & contrarium ex opinione quam magis communiter aſſerunt approbari, ſcribunt poſt alios *Menoch. conſ. 396. Honded. conſ 94. num. 8. lib. 1. Coſt. de ratione ratæ q. 12. nu. 6.* Secundo quia ad effectum, vt bona debeantur monaſterio, inſpicitur tantum animi deſtinatio, quæ du-
7 rare præſumitur, niſi appareat de mutatione, prout iidem *Bart. & reliqui in d. Auth. ingreſſi fatentur* quæ, quidem animi deſtinatio ſola ad ſalutem non proficit, vt dictum eſt.

8 Quoniam autem Dei poteſtas eſt incomprehenſibilis, & in talibus operari poteſt prout vult, idcirco prudenter admodum ſcribit, *Archid. in d. c. cathecumenum*, ſe non cedere, quod Eccleſia iudicaret tales ſine baptiſmo decedentes eſſe ſaluos ſine Diuina reuelatione alicui facta. Et propterea nõ crederem cathecumenis decedentibus ante baptiſmum eſſe dandam eccleſia-
9 ſticam ſepulturam ſicuti non debetur nato mortuo, & ventre non egreſſo, *D. Anton. in ſumm. par. 3. tit. 10. c. 5. § 9. in fine medices in tract. de ſepult. q. 11. num. 15. vide ſuper eod. lib. cap. 4. num. 35.*

DE IVRE PERSONARVM EXTRA ECCLESIÆ GREMIVM EXISTENTIVM.

Liber Quartus

DE EXCOMMVNICATIS.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ſemel poteſt iterum excommunicari.*

2 *Excommunicati ſunt extra Eccleſiam.*

3 *Excommunicati iniuſte ſunt extra eccleſiam militantem.*

4 *Excommunicatio quantum ad eccleſiam militantem, ſumit vires a poteſtate clauium non a iuſtitia cauſa.*

5 *Excommunicatum ſe iniuſte prætendens, non prius auditur quam petat abſolutionem.*

6 *Excommunicationem iniuſtam contemnens, ligatur quo ad Deum.*

7 *Contemnere excommunicationem quis dicatur.*

8 *Excommunicatio conſtituit extra eccleſiam, etiam ſi illius iniuſtitia inſurgat ex falſitate cauſæ, declara, vt ibi.*

9 *Excommunicatio iniuſte lata vim obtinet quo ad pœnas a iure ſtatutas aduerſus eam non ſeruantes.*

10 *Excommunicatus iniuſte, an teneatur vitare communicationem in publico & in ſecreto.*

11 *Excommunicatio iniuſta cauſat iuſtum metum.*

12 *Solutio facta metu* Excommunicationis *iniuſtæ non conſtituit in quaſi exigendi poſſeſſione.*

13 *Renunciatio facta metu excommunicationis iniuſte eſt nulla.*

13 *Opinio poteſt fallere & falli.*

14 *Gratia Dei nemo poteſt priuari niſi per peccatum.*

15 *Excommunicationem iniuſtam ferens humiliter, conſequitur apud* Deum *præmium ſuæ humilitatis.*

16 *Priuilegium clauium debet intelligi vbicumq; iudicium fertur ex æquitate, & iuſtitia.*

17 *Excommunicatio iniuſta tollit diſpoſitionem ad gratiam gratum facientem, non autem ipſam gratiam.*

18 *Excommunicatus iniuſte poteſt, & debet etiam poſt mortem abſolui.*

19 *Excommunicatus iniuſte dans pecuniam pro abſolutione non committit Simoniam.*

20 *Excommunicatio nulla non ligat.*

21 *Excommunicationis nullitas debet conſtare notorie alias eſt timenda.*

ARGVMENTVM.

An excõmunicati ſint in Eccleſia.

CAP. I.

AFfirmatiua opinio ſuaderi poteſt ex eo quod ſemel extra eccleſiam conſtitutus, amplius extra eam conſtitui non
1 poteſt, *cap. omnis* 10. *quæſt.* 3. At ſemel excommunicatus poteſt iterum excommunicari, *cap. officii vbi gloſ. in verb. excommunicationis, de ſent. excomm. cap. ita quorundam, vbi etiam gloſ. de verb. ſignif. c. de iudæis eod. tit. de iudæis, c. engeltrudam 3. q. 4. D. Thom. in 4. ſenten. diſtin.* 110. *q.* 2. *art.* 3. *ibique Sot. diſtin.* 22. *quæſt.* 2. *artic.* 8. *gloſ. in l. aut damnum* §. *Seruus, verb. dubitatio, vbi Bart. ff. de poen. & in l. nouerint C. vt intra cert. tempus actio crimin. Doctor. in cap. primo, quod met. cauſ. lib.* 6.
Abb.

Abbas in cap. 1. *in ſecundo notab. de cleric. excomm. miniſter. Bart. in l. de pupillo §. ſi de pluribus ff. de nou. oper. nunc. Alex. qui teſtatur de communi in l. qui bis idem, num.* 2. *& ibi Iaſ. not. vlt. ff. de verbor. obligat. Felin. in cap. poſtulaſti num.* 2. *de reſcript. Caſſad. deciſ* 9. *ſub num.* 4. *de praben. Gonzal. in regul.* 8. *gloſ.* 15. *num.* 82. *cum ſeq. Tiraq. de retract. conuent.* §. 2. *gloſ.* 1. *ſub num.* 21 *&* 67. *Ergo.*

2 Cæterum hoc non obſtante citra controuerſiam eſt concludendum excommunicatos in eccleſia non eſſe, Sic enim nos docet *Text. in cap. per tuas ibi, vt pote ab Eccleſia ſeparatas, de ſent. excom. in cap. omnis Chriſtianus, & in cap. canonica, & cap. cum aliquis, & cap. quicumque, & cap. videas* 11. *quæſt.* 3. *cap. de communione, cap. certum, & cap. Sacerdotes, & c. Apoſtolica* 24. *quæſt.* 2. *eſtq; communis omnium Patrum, quos recenſet Il-luſtriſſimus* Bellarminus *de eccleſia milit. lib.* 3 *cap.* 7. *cuius dicta tacito auctore ſibi ſumpſit Marius Alterius de cenſ. tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 5. *cap.* 10.

Ad contrarium reſpondetur, quod excommunicatio duplicem habet effectum; Alter vt excommunicatus deijciatur, alter vt eiectus detineatur extra, licet ergo in excommunicato non habeat locum primus effectus, tamen habebit locum ſecundus, vt eleganter declarat *gloſ. in d. cap. Engeltrudam* 3. *q.* 2. *& in d. cap. ita quorundam, de iudæis*. Soluto ergo contrario firma remanet concluſio excommunicatos non eſſe in eccleſia, quæ.

3 Extenditur Primo, vt procedat etiam in excommunicatis iniuſte, nam & illi pariter dicuntur extra Eccleſiam militantem conſtituti, ita docet *Text. in cap. à nobis,* §. *nos igitur, & in cap. tuas vbi Abb. num.* 3. *verſic. Et hoc quia, de ſent. excom. gloſ. in cap. ſi quis non recto* 24. *q.* 3. *& in cap. quomodo, verbo non alligat* 11. *q.* 3. *Innoc. in c. ex parte circa fin. verſic. illud autem, & ibi Abb. num.* 6. *de off. iud. ord. Cald. in cap. ab excommunicato num.* 6. *de reſcript. Federic. de Sen. conſil.* 74. *nu.* 2. *verſ. Et ſi dicas, Ancb. conſ.* 60. *ad fin. Rom. conſil.* 369. *nu.* 12. *Stephanus Coſta in cap.* 1. *nu.* 12. *de ſent. excom.*

4 Cuius extenſionis ratio eſt, quia excommunicatio quantum attinet ad Eccleſiam militantem non ſumit vires a iuſtitia cauſæ, ſed à clauium poteſtate, *Abbas in d. cap. ab excommunicato num.* 10. *verſic. item quia, de reſcript. Gemin. per illum text. in cap. Romana* §. *in vniuerſitatem, ante num.* 3. *de ſenten. excomm. libro ſexto. Francus num.* 4. *Milis in repertorio verb. excommunicati, quæ poteſtas reſidet in ſola iudicis iuriſdictione*, Innoc. & Abbas *in d. cap. ex parte de offic. iud. ord.*

5 Et hæc eſt cauſa, propter quam prætendens ſe eſſe excommunicatum iniuſte non auditur, niſi primum petat abſolutionem, *cap. per tuas* §. *verum vbi Abbas ſub num.* 3. *verſic. ſecunda regula, de ſent. excom. & ibi Felin. Viuius dec.* 93. *num.* 8.

6 Et hæc eadem eſt ratio quare contemnẽs excommunicationem iniuſtã ligatur quo ad Deum, nempe, quia contemptus refertur ad poteſtatem clauium, *d. cap. ex parte* §. *verum de ſent. excom. cap. qui iuſtus* §. *huic* 11. *quæſt.* 3. *cap. notandum* 24. *quæſt.* 3. *Doct. in* 4. *ſent. diſt.* 18. *art.* 1. *ad* 4. *ibique Paludan. quæſt. prima, Abbas in d. c. ab excommunicato num.* 11. *de reſcript. & in cap. poſtulaſtis ad fin. de clerico excom. & in cap. per tuas num.* 4. *verſic. & nota bene, de ſent. excom. Feder. de* Sen. *conſil.* 11. *num.* 2. *Roman. d. conſil.* 369. *num.* 11. *verſic. quin etiam, Affl. in conſt. Regni rubr.* 19. *ſub num.* 11. *verſ. illud autem, Cou. in cap. Alma Mater, par. prima* §. 7. *verſic. tertia concluſio, Viuius deciſ.* 93. *ſub num.* 3. *verſ. Immo excommunica-*
7 *tus*. Contemnere autem quis dicatur, conſulendus eſt, Abb. *in cap. per tuas num.* 4. *& ibi* Soccin. *num.* 11. *de ſent. excom. & in cap. fin. ad fin. de pœnis, Couar. qui materiam late declarat, & in d. cap. Alma Mater* §. 1. §. 7. *num.* 6.
8 Extenditur ſecundo, etiamſi iniu-

ſtitia inſurgat ex falſitate cauſæ, nam & hæc etiam conſtituit extra eccleſiam, *gloſ. in c ex parte verb. rcdire, verſic. ſed quaritur de offic. iud. ord. ibique Innoc. in princ.* Abb. *num. 6. & iterum gloſ. in cap. primo verſic. propter de ſent. excom. li. 6. et ibi Gemin. n. 17. late* Ant. *Corduben. quæſt. lib. 1. q. 43. & eſt communis opinio, de qua teſtantur Socc. inter conſil.* Curt. *ſen. 20. ſub num. 24. verſic. poteſt etiam nullitas Clar. in* S. *fin. quæſt. 77. num. 33.* Declaratur hæc ſecunda extenſio, vt procedat dummodo iudex intelligat cauſę falſitatẽ, & hoc non obſtante proferat excommunicationẽ, ſecus ſi credebat veram cauſam eam quæ erat falſa, & ſi ſciuiſſet non fuiſſet excommunicaturus, quia excommunicatio ſumit etiam vires ab intentione excommunicantis, *Innoc.* Abb. *& Socc. locis modo cit.*

9 Extenditur tertio, vt excommunicatio iniuſte lata, vim obtineat quo ad poenas a iure ſtatutas aduerſus eam non ſeruantes, vt bene probat *Couar. loco cit. ſub nu. 6. verſic. 4. concluſio*, & conſequenter iniuſte excommunicatus, ſi ante abſolutionem ſe in Diuinis immiſcuerit efficitur irregularis D. *Thom. & alii in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 1. ad 4. gloſ. in cap. poſtulaſtis verb. ſpoliandi, & ibi* Abb. *de cleric. excom. & iterum* Abb. *in d. c. per ſuas in primo not. de ſent. excom. cl 2. in 1. not. caſ. 8. & not. 2. dub. 8. Couar. loco nuper allegato ſub num. 9. verſic. Hit equidem ſit.*

10 Extenditur Quarto, vt excommunicatus iniuſte teneatur vitare communicationem, non ſolum in publico, ſed etiam in ſecreto, alias incidit in poenas a iure ſtatutas contra excommunicatos; *Victoria in ſum. tit. de excom. quæſt. 7.* Anton. *Corduba quæſt. lib. primo quæſt. 23. verſic. opinio ſecunda Guttierez Canonic. quæſt. cap. 4. num. 34. poſt med.* Coeterum in hac re contrarium cenſuerunt *Caietan. 22. q. 70. art. 4. Adrian. in 4. ſent. diſt. 18. q. 4. de confeſſ. verſ. ſi pietas ad fin.* Io. *Dreido de libertate Chriſtiana pag. 235.* Couar. *d.* S. *7. ſub n. 6. verſ. Illud autem*, aſſerentes quod excommunicatus iniuſte, ſi occulte vel alias abſque ſcandalo celebrauerit officia Diuina, non incurrat poenas ſtatutas contra Excommunicatos. Prior tamen opinio eſt tutior, & receptior, vt teſtatur *Guttier. loco cit. n. 35.*

11 Ex his patet iniuſtam excommunicationem cauſare iuſtum metum, *Io. Andr. in cap. cum dilectus num. 9. de his qua vi metuſue cauſ. fiunt, ibique Butr. num. 13. Anchar. nu. 7.* Cardin. *nu. 3. quæſt. 1. imol. num. 8.* Abb. *ſub nu. 6. Gemin. in cap. 1. in princip. num. 7. de ſent. excom. lib. 6. & ibi Franc. nu. 2. & iterum Franc. in cap. vnico, num. 2. de his quæ vi metuſue cauſ. fiunt lib. 6. Roman. conſil. 369. num. 10. & per totum, et in l. interpoſitas num. 16. C. de tranſact. Prob. de Monach. in rub. de renunciat num. 6. Burſatt. conſil. 72. num. 54. lib. 1.* vnde ſolutio facta metu excommunicationis iniuſtæ non conſtituit in quaſi exigendi poſſeſſione, *Rom d. conſ 369. Gig. de penſ. q. 36. quibus ſuffragatur Rota dec. 10. de ſent. excom. in nouis, vide teſt. ibique gloſ. &*
13 *Doct. in c. olim el 3. de reſtit. ſpoliat.* Item & renunciatio facta metu talis excommunicationis eſt nulla tanquam meticuloſa, vt late probat conciuis meus *Pariſ. in tract. de reſignat. lib. 13. q. 1. a nu. 129. vſq. ad* 143. Et ſimiliter matrimonium contractum metu talis excommunicationis, ſubiacet nullitati, vt late probat Sanchez *de matrim. lib. 4. diſput. 5. à nu. 16. cum ſequenti.*

14 Principalis Concluſio limitatur primo, vt procedat quo ad Eccleſiam militantem, ſecus quo ad Deum, apud quem ſententia excommunicationis non aliter afficit, quam ſi ritè, & recte feratur, vt docent *D. Hieron. nobis relatus in c. ſi quis non recto 24. q. 3. Origenes in cap. cum aliquis exierit ead. cauſ. et quæſt. D. Auguſt. in cap. et ſi ad tempus 11. q. 5. cap. primo de re iud. libr. 6. vnde* Innoc. *4. in Concilio Lugdunenſi pronunciat æterni iudicis* Tribunal.

nal illũ reũ non habere, quẽ iudex iniuſte condemnat, & ibi Gemin. in capitulo à nobis, vbi Doct. communiter, & cap. per tuas de ſent. excom. gloſ. in cap. manet verb. æquitate 24. *quæſt. prima Roman. conſil.* 369. *num.* 11. *Abb. in cap. Ab excommunicato num.* 11. *de reſcript. Couar. in d. cap. alma Mater par. prima* §. 7. *ſub num.* 5. *verſic. prima concluſio, vbi teſtatur de communi Guttierez Canon. quæſt. lib. primo, cap.* 4. *ſub num.* 34. Eſt autem diuerſitatis ratio inter iudicium eccleſiæ militantis, & Deum, quia iudicium Dei innititur veritati, quæ non fallit, nec fallitur, Iudicium vero eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequitur, quam, & fallere contingit; & falli, *cap. à no-*
13 *bis* 28. §. *nos igitur de ſent. excom. gloſ. in d. cap. primo verb. condemnat de ſent. & re iud. lib. ſexto, & in capitulo Romana* §. *in vniuerſitatem verb. irretiri de ſenten. excom. eodem libro ſexto.*

14 Item quia nemo poteſt priuari gratia Dei niſi per peccatum, *cap. litteras* §. *porro de reſtit. ſpoliat. ibi, cum non debeat contra Deum iudici obedire, ſed potius excommunicationem humiliter ſuſtinere, & in cap. temerarium* 11. *quæſt.* 3. *Abb. in d. cap. ab excommunicato ſub num.* 10. *de reſcript. Afflict. in conſtitut. Regni rub.* 19. *num.* 11. *verſic. illud autem Couar. loco cit. vbi rem pluribus probat*, Ex hac prima limitatione.

15 Deducitur primo, quod ſi excommunicatus iniuſte, excommunicationem humilitet ferat, præmium ſuæ humilitatis apud Deum conſequitur, *cap. & ſi ademptus, & cap. quid ergo, & cap. qui iuſtus* 11. *quæſt.* 3. *gloſ. in cap. manet* 24. *quæſt.* 1. *Abb. Afflict. & Cou. loco modo cit. Viuius deciſ.* 93. *ſub numero* 5.

16 Deducitur ſecundo, quod priuilegium datum Petro, & in eius perſona coeteris ſucceſſoribus, in illis verbis, *Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis*, debet intelligi, vbicumque iudicium ipſius ex æquitate, & iuſtitia fertur, *d. cap. manet* 24. *quæſt. prima Abb. in cap. à nobis num.* 3. *de ſent. excom.*

Deducitur Tertio, quod iniuſta excommunicatio tollit diſpoſitionem
17 ad gratiam gratum facientem, nempe ad illa, quæ ex parte noſtra poſſunt diſponere ad gratiam Dei, cuiuſmodi ſunt, perceptio Sacramentorum, auditio verbi Dei, ac Diuinorum officiorum, D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 18. *art.* 1. *ad* 4. *Rom. d. conſil.* 369. *num.* 12. ſed non tollit ipſam gratiam gratum facientem, quæ tolli non poteſt ſine peccato, & ideo excommunicatus iniuſte non eſt priuatus communibus, & generalibus ſuffragiis eccleſiæ, quia cum intentio eccleſiæ ſit conformis Diuino iudicio, & voluntati, vtique non eſt de eius intentione excludere illum; qui per iniuriam eſt excommunicatus & propterea in eius precibus, & ſuffragiis illum includit, ſaltim in intentione generali, ita probant *Paludan. in* 4. *ſent. diſt.* 18. *quæſt. prima concluſ.* 4. *& ibi Riccard. art.* 1. *quæſt.* 2. *Alexander de Aleſ. par.* 4. *quæſt.* 82. *memb.* 1. *verſic. ſed dubium, Turrecrem. in cap. ſi quis Epiſcopus* 10. *q.* 3. *Caiet. Sot. & alii quos refert, & ſequitur Couar. in d. cap. alma Mater. par.* 1. §. 7. *num.* 5. *verſic. ſecunda concluſio, & eſt communis opinio de qua teſtatur Guttierez Canon. quæſt. lib.* 1. *cap.* 4. *ſub nu.* 34.

18 Deducitur quarto, quod excommunicatus iniuſte poteſt, & debet etiam poſt mortem abſolui, *cap. ſane* 24. *q.* 1. *Couar. in rubr. de pact. par.* 1. §. 11. *ſub num.* 8. *Viuius deciſ.* 93. *ſub num.* 5.

19 Deducitur Quinto, quod excommunicatus iniuſte dans pecuniam pro abſolutione obtinenda, non committit ſimoniam, quia non dat, vt ius acquirat, ſed vt retineat quæſitum, *gloſ. in cap. dilectus de Simon. Viuius dec.* 93. *nu.* 7.

Deducitur Sexto, quod excommunicans iniuſte multiplici poena punitur de qua per *Viuium d. dec.* 93.

N 3 Limi-

20 Limitatur ſecundo principalis concluſione procedat in excõmunicatione nulla, nam hæc non ligat, *c. diuerſitatem de conceſſ. Præb. ibiq; gloſ. in verb. ſubtrahuntur, verſic. ſed nunquid, Fel. in cap. Apoſtolica num. 12. de except. Borgaſ. de irregular. par. 6. tit. quomodo puniatur excommunicatus non ſeruato iuris ordine num. 1.* Couar. *loco cit. num. 5. Nauarr. in cap. cum contingat. in 2. remed. num. 3. de reſcript. Thom. de Tanis dec. 26. Rota in* Calagurita*na fructum 24. Ianuarii 1586. coram Bubalo, & apud, Seraphin. deciſ. 1098. num. 4. & dec. 1239. num. 3.* Quod procedit nõ ſolũ quo ad Deũ, ſed etiã quo ad eccleſiam, adeo vt neque ſit timenda, ita docent *Paludan. in 4. ſent. diſt. 18. quæſt. 1. veſirc. Quantum ad 3. concluſ. 2.* D. *Anton. in ſumma par. 3. tit. 24. cap. 73.* Hinc excommunicatus nulliter, non tenetur ſe abſtinere a Diuinis, nec ab Hominum commnnione, *Palud. & Anton. locis cit. in d. 4. ſent. diſt. 22. quæſt. prima art. 3. verſic. Nec vero ſecunda, Nauar. in cap. cum. contingat de reſcript. remed. 3. num....* Couar. *loco cit. ſub num. 6. verſic.* Ca*terum vbi ſententia, Guttierez d. cap. 4. ſub num. 36.* Corduba *in quæſtionar. quæſt. 43. in princip.* & ſi ſit pauper debentur illi alimenta, & ſumptus litis,
21 *Seraph. d. deciſ.* 1098. Prædicta ita demum intelligas vera, quatenus de nullitate conſtet notorie alias quo ad eccleſiam eſſet timenda, Couar. *& Guttierez locis cit. ille ſub num. 7. verſic. Cæterum vbi ſententia, hic vtro n. 37. & ſeq. & ante eos Angel. in Summ. verb. excommunicatio el 3. num. 19. Silueſter. verb excommunicatio il 2. num. 1. ad finem Mexia qui alios refert ad leges Regias tit. de los terminos par. 2. num. 31.* Fatentur tamen *Corduba, & Guttierez locis cit.* quod ſi excommunicatus nulliter nõ poſſet aliter tueri ſuam innocentiam, in tali caſu licite poſſet ceſſante ſcandalo excommunicationẽ non ſeruare. Nullitas autem quot modis poſſit conſiderari in excommunicatione, vide *Abb. in cap. ab excommunicato num. 6. & ſeq. de reſcript. Io. Andr.* Franc. *& alios in cap.* Romana *§. vniuerſitatem de ſent. excom. lib. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Actus tributos ordini non poſſunt exercere niſi conſtituti in illo ordine.*
2 *Excommunicatus clericus, eſt inhabilis ad exercendos actus tributos ordini.*
3 *Clericus ſi poſt excommunicationem exerceat actum tributum ordini, efficitur irregularis.*
4 *Clerici conſtituti in minoribus ſit poſt excommunicationem exerceant actum tributum ordini, contrahunt irregularitatem.*
5 *Laici ex introducta conſuetudine funguntur officio clericorum.*
6 *Clericus excommunicatus raro contrahit irregularitatem perfunctionem ſui officii.*
7 *Clericus ſi poſt excommunicationem exorcizet contrahit irregularitatem.*
8 *Idem exerceat actum tributum ordini.*
9 *Epiſcopus excommunicatus ſi poſt excommunicationem exercet actum tributum ordini efficitur irregularis.*
10 *Abbas poſt excommunicationem ſi tribuat ordines efficitur irregularis.*
11 *Sacerdos ſi poſt excommunicationem faciat actus epiſcopales ſibi indultos cadit in irregularitatem.*
12 *Epiſcopus ſi poſt excommunicationem faciat celebrare coram ſe incidit in irregularitatem.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus ſit habilis ad exercendum actus tributos Ordini.

CAP. II.

ANtequam dicamus de inhabilitate ad exercendum actus tributos ordini, res poſtulat, vt explicemus, qui ſunt actus ordini attributi.

Et quidem actus attributos ordini dici-

dicimus eos, qui nõ poſſunt exerceri ni
1 ſi à conſtitutis in illo ordine, quales
ſunt in Sacerdote, & clericis conſtitu-
tis in Sacris, miſſam celebrare, ſiue
illa celebretur publice, ſiue priuatim,
(miſſa enim non poteſt niſi adhibita
ſolemnitate celebrari, cum ſemper ce-
lebretur tanquam ab Eccleſiæ mini-
ſtro, cum veſtibus ſacris, & ceremo-
niis) item, & cantare ſolemniter euan-
gelium, vel epiſtolam, veſperas, aut
matutinum, aut alias horas ca-
nonicas, vt hæc omnia colliguntur ex
d. cap. ſi quis Epiſcopus 11. quæſt. 3.
Abb. in d. cap. ſub num. 1. verſic. ſe-
cundo nota de cler. excom. & in d. cap.
fin. num. 5. de exceſſ. prælat.

Item actum tributu ordini dicimus
facere eum, qui facit primum officium
in choro, dicendo capitulum, & ora-
tionem, Specul. tit. de diſpenſat. §. iux-
ta verſic. quod ſi officio.

Item, & qui benedicit aquam,
ignem, cereos, ramos oliuarum, ve-
ſtes, fruges, oua, nuptias, introducit
mulierem puerperam in eccleſia, di-
ſtribuit officia in choro, auctoritate
officii ſui, etiamſi hoc faciat tanquam
2 gerens vices alterius, Silueſt. in Sum.
verb. irregularitas quæſt. 13. verſic.
Quantum, Maiol. loco cit. num. 5. His
præmiſſis eſt conſtituenda concluſio,
clericum excommunicatum eſſe inha-
bilem ad exercendum actus tributos
ordini, cap. 2. §. Similiter, & cap. 3.
& 4. cum ſeq. de clerico excomm. mi-
niſtr. cap. ſi quis epiſcopus el 2. 11. q.
3. cap. 1. de ſent. excomm. & re iud. lib.
6. cap. 1. & cap. 15. §. ſane de ſent. ex-
comm. lib. 6. ibique Gemin. & Franc.
Abb. in cap. 2. num. 7. & in cap. 3. nu.
1. de cler. excomm. miniſter, & iterum
in cap. fin. num. 5. de exceſſ. Præl. Cou.
in cap. Alma Mater par. prima §. eo nu.
1. Nauar. in Manual. cap. 27. num.
163. & 44. Maiol. de irregul. lib. 3. cap.
21. nu. 1. & 2.

Extenditur Primo, vt procedat vſq;
adeo, vt ſi clericus poſt excommuni-
3 cationem exerceat aliquem ex actibus
attributis ordini, efficiatur irregula-
ris, d. cap. 2. & 3. de cleric. excom. lib.
6. Abb. & alii in d. cap. 2. & 3. de cler.
excomm. quibus addendus eſt Marius
Alterius de cenſ. tom. 1. lib. 2. diſput. 1.
cap 1.

Extenditur ſecundo, vt procedat
ſiue actus ſit attriburus ordini ſacro, ſi-
ue attributus ordini minori, nã vtroq;
caſu ſi exerceatur, contrahitur irregu-
laritas. Io. Andr. in d. cap. 2. num. 3.
de cler. excom. ibiq; Anchar. nu. 6.

Extenditur tertio, vt procedat non
ſolum in clericis conſtitutis in ſacris,
ſed etiam in clericis conſtitutis in or-
dinibus minoribus, nam & illi contra-
4 hunt irregularitatem ſi poſt excom-
municationem faciant actum tribu-
tum ordini, Hoſt. et Ioan. Andr. in d.
cap. 2. de cler. excom. ibique Abb. num.
4. verſic. idem ſi exercet officium, et nu.
10. vbi teſtatur de communi, et iterum
Abb. in cap. fin. num. 5. de exceſſ. Præ-
lat. Anchar. in cap. 1. §. Caueant, de
ſent. excom. lib. 6. et ibi francus num.
3. verſic. non ſolum ſi talis eſt in ſacris
Angel. in ſum. verb. irregularitas, §. it,
vbi etiam teſtatur de communi, de
qua teſtantur pariter, Silueſt. in verb.
irregularita, §. it, Maiol. d. lib. 3. c.
21. num. 5. et 8. Marius Alterius loco
cit. ſub. litt. A. verſic. Altera eſt opinio.

Contrariam opinionem tenuerunt
D. Ant. par. 3. tit. 28. cap. 1. verſic. ſi
vero clericus Paludan. in 4. ſent. diſt.
18. quæſt. 4. in 5. effectu Sot. ibidem diſt.
25. quæſt. prima in art. 3. Nau. conſil.
44. num. 10. et ſeq. tit. de ſent. excom.
Prior tamen opinio ſicuti frequentior
eſt, ita, & verior, quia iura prohibentia
actum ordinis, loquuntur de clericis e-
tiam ad diſtinctionẽ presbyterorũ, vt
in d. cap. 2. de cleric. excom. ibi ſi quis
Presbyter, vel alios clericus. & pro-
pterea cõprehendit omnes argumẽto
text. in l. 1. §. generaliter ff. de leg.
Præſ. et in l. 3. in fine ff. de off. Præſ.

5 Difficultas eſt quando poſſit dici
quod Clericus conſtitutus in minori-
bus dicatur facere ſolemniter actum
annexum ordini, ita vt ex eo poſſit irre-
gularitatem contrahere, nam licet poſ-
ſit

ſit miſſæ inſeruire, cereos accenſos deferre coram frequenti Populo etiam indutus ſuperpelliceo , nihilominus iſti,et reliqui actus,qui debent exerceri à clericis minoribus, conſueuerunt hodie exerceri paſſim per ſimplices laicos,quæ conſuetudo operatur,vt exercens actum tributum ordini minori, nō contrahat irregularitatem , *Abb. in d. cap.ſub num.5.verſ.ſed ex conſuetudine,&t verſ.Idem ſi non ſunt deputata de exceſſ.Prælat.* Hac ratione moti non deſunt qui aſſerant quod hodie atten. to communi vſu Eccleſiæ, per quem etiam laici conſueuerunt explicare munera attributa clericis minoribus, raro vel nunquam contingere poteſt, vt ex miniſterio iſtorum actuum con-
6 trahatur irregularitas. Cęterum *Alter. loco proxime cit. verſ. hanc opinionem* exiſtimat hanc irregularitatem cōtrahi poſſe,ſi conſtitutus in ordinibus minoribus exerceat officium ſuum indutus ſuperpelliceo coram frequenti populo . ſed mihi non ſatisfacit, nam ſi hoc idem fieri ſolet a laico,vtriq; actus remanet æquiuocus , et conſequenter inhabilis ad includendam irregularitatem, *ex reg cap.in præſentia de probat. l.neq; natales C. eodem tit.l. non hoc C. vnde legit.* præſertim cum ſemper ſit capienda præſumptio, per quam irregularitas excludatur, *reg.odia,de reg. iur. lib. 6.* Hinc videmus , quod licet officiū canendi Epiſtolam ſit ſubdiaconi , tamen ex communi conſuetudine cantatur etiam à Clericis minoribus , ſine veſtium apparatu , *Abb.in d. cap. fin.num.5.verſ. Sed conſuetudine de exceſſ.Prælat.* Arbitror ergo poſſe Con
7 ſtitutum in minoribus ordinibus contrahere irregularitatem,ſi poſt excommunicationem, ſpiritus immūdos exorcizauerit, hoc enim proprie ſpectat ad exorciſtam, *cap.perlectis § Ad exorciſtam 25.q.1.nec* reperitur quod in Eccleſia fiat,niſi ab ordinatis; In reliquis vero crederem ex communi conſuetudine clericos minores ab hac irregularitate excuſari.

Extenditur quarto vt procedat non ſolū in clericis,ſed ēt in Epiſcopo ,qui
8 ſi poſt excōmunicationē exerceat aliquem actum tributum ordini, efficitur irregularis, *cap.1.§.caueant de ſent.excom. lib.6. et in cap. ſi quis Epiſcopus cum ſeq.11.q.3.cap.1.§.caueant de ſent. excom. lib.6. ibi caueant Eccleſiarum Prælati, et Iudices vniuerſi, ne prædictam poenam ſuſpenſionis incurrant, quoniam ſi contingeret eos ſic ſuſpenſos Diuina officia exequi ſicut prius,irregularitatem non effugient* per quæ iuxta hanc concluſionem firmat *Mar.Alter. de cenſ.tom.1.lib.2.cap.1.diſp 1 ſub litt. E. verſ. ſecundum dubium.*

Extenditur Quinto , vt procedat etiam in Abbate,qui ex priuilegio Apo
9 ſtolico confert ordines minores,nam ſi ille conferat dum exiſtit excommunicatus,contrahit irregularitatem *Mar. Alter.loco cit.* Ratio eſt,quia *Tex.in d. cap.1.§.caueant*, loquitur de Prælatis quorum appellatione venit etiam Abbas *cap. nullus diuerſus de elect. lib. 6. Felin. in cap.cum in ſuper in princ. teſtibus.*

Extenditur Sexto vt procedat etiam in Sacerdote,cui per Sedem Apo
10 ſtolicam ſit indultum, vt poſſit miniſtrare Sacramentum confirmationis , aut alium actum ex illis, qui ordinaria facultate pertinent ad Epiſcopum, cuiuſmodi ſunt , benedictio Eccleſiæ , vel Alteris,calicis conſecratio , ſacrarum veſtium benedictio,& dare ſolemnē benedictionem,quā ſolet Epiſcopus dare præmiſſo verbo, ſit nomen Domini benedictum, *c. Abbates, vbi glos. et Doct.de priuileg.lib. 6. clem. 2. eod. tit.* nam licet tales actus non pertineant ad characterem Sacerdotalem,tamen per Indultum Pontificis extenditur, vt valeat actus illos exercere , licet non poſſet tales actus committere non Sacerdoti, *Alter.loco cit.*

Extenditur Septimo , vt procedat non ſolum Epiſcopo, Abbate,vel alio,
11 qui ex priuilegio Apoſtolico adminiſtret Sacramenta , dum eſt excommunicatus , ſed etiam ſi faciat alios coram ipſo miniſtrare,adeo quod Epiſcopus

copus excõicatus mandans Sacerdoti vt miſſam celebret coram ipſo, efficitur irregularis, *glos. in clem. 2. verb. celebrari de priuil. quam ibi ſequuntur* Card. *num.* 11. *Imol. num.* 9. *Hoſt. in cap. fin. num.* 2. *de exceſſ.* Prelat. *& in cap. illud num.* 12. *de cler. excom. ibiq; Abb. num.* 8. Franc. *in cap.* 1. *col.* 3. *de re iud. lib.* 6. *Nauar. in Manual. c.* 27. *nu.* 244. *in fin. Couar. in cap. alma mater par.* 1. §. 6. *in fin. Alter. de cenſur. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4.

Quis autem poſſit diſpenſare in caſibus prædictæ irregularitatis, conſulas *Alter. loco ſupra modo cit. cap.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus eſt inhabilis ad conferenda beneficia.*
2 *Conferendi facultas pertinet ad* Eccle*ſiaſticam* Iuri*ſdictionem.*
3 *Excommunicatus non poteſt conferre per vicarium non excommunicatum.*
4 *Collator & eius Vicarius conſtituunt vnum Tribunal.*
5 *Excommunicatus non poteſt conferre præbendam.*
6 *Excommunicatus non poteſt conferre etiam quod collatio ſpectet ad illum ſimul cum alio.*
7 *Suſpenſus non poteſt conferre beneficia.*
8 *Suſpenſio ab offitio impedit collationem beneficiorum.*
9 Ex*communicatus aut ſuſpenſus non poteſt eligere.*
10 *Electio facta a pluribus quorum aliqui ſunt excommunicati eſt nulla.*
11 Ex*communicatus non poteſt inſtituere.*
12 *Nominatio facta a Magnate habente* Ius *in eccleſia ſi ſit excommunicatus eſt nulla.*
13 Ex*communicatus non habet* Ius *præſentandi.*
14 Ex*communicatus ſi quis ſit, non tamen declaratus, poteſt rite conferre.*
15 *Excommunicato collatore quamuis occulte ſi ſciat ille cui confertur collatio eſt nulla.*
16 *Ordines recipiens ſcienter ab epiſcopo qui renunciauit epiſcopatui caret offitii exequutione.*
17 *Suſpenſus collator ſiue publicus ſiue occultus, ſi conferat collatio eſt nulla.*
18 *An Præſentatio facta per excommunicatum ſuſtineatur.*

ARGVMENTVM.

An Excommunicatus poſſit conferre beneficia.

CAP. III.

EXcommunicatũ inhabilem eſſe ad conferen. beneficia docemur ex *text. in cap. unico ne Sede vocãte lib.* 6. *in illis verbis, vel ſingulariter omnes de capitulo maioris excommunicationis vinculo innodari, ibiq; notans glos. in verb. maioris Gemin. num.* 2. *verſ. nota quod excommunicatus, Franc. num.* 4. Archid. *in cap. nullus* 63. *diſt. Bar. cons.* 238. *quod incipit,* Exiſtens *Petrus ſub num.* 1. *verſ. Prælatus publice lib.* 1. *Henric. Boich. in cap. poſtulaſti num.* ... *ibiq; Rebuff. num.* 58. *de Cler. excommun. Guliel. de Bened. in cap. Rainutius, verb. mortuo el* 1. *nu.* 235. *de teſtam. Couar. in cap.* Alma *mater par.* 1. §. 7. *num.* 59. Ratio eſt, quia
2 facultas conferendi, pertinet ad Ec.
cleſiaſticam Iuriſdictionem, *cap.* 1. *de
transla. epiſc. cap. noſtri de elect. glos. in
transmiſſam verb. de talibus eodem tit.*
cuius exercitij excommunicatus eſt in
habilis, *c. ad probãdum, vbi glo. & doct.
de ſent. & re iud. c. ait. Celeſtinus, & c.
aperte, & cap. moramur* 24. *q.* 1.

Extenditur Primo, vt excommuni-
catus neque poſſit conferre per vica-
rium non excommunicatum, *Franc.
Marcb. decis.* 1331. *et cum ſeq. par.* 1. *vt
3 Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis num.* 58. *de
Cler. excom. miniſtr. Alter. de cenſur.
tom.* 1. *lib.* 2. *diſp. cap.* 1. *verſ. tandem po-
ſtulatis.* Idque tum quia Collator, eius
4 que Vicarius conſtituunt unum, & idẽ

tri-

tribunal, *cap. 1. de offic. Vicar. lib. 6. c.*
2. de conſuetud. eod. lib. Tum etiam
quia ſequuta excommunicatione in
perſona collatoris, ſtatim remanet ſuſ-
penſa iuriſdictio vicarii ad exercenda
illa, quę poterat exercere Vicecollator
cap. 1. vbi Io. Andr. Gem. & Franc. de
officio Vicar. lib. 6. cap. 1. de ſupplen.
neglig. Prælat. eodem lib. Quibus acce-
dit *gloſ. vlt. in clem. fin. de procur. vbi*
quod *ſicuti per mortē collatoris* expirat
iuriſdictio Vicarii, Ita per excōmunica
tionem in Collatore ſuperuenientem,
remanet impedita iuriſdictio Vicarii,
& gloſam ſequitur Franc. in d. cap. 1.
ſub. num. 3. Facit etiam quod reſcri-
ptum impetratum a procuratore ex-
communicati eſt nullum, non ſecus
ac quando eſt impetratum ab eodem
excommunicato, *Io. Andr. in d. cap. 1.*
in fin. de offic. Vic. lib. 6. Felin. *in d. c.*
fin. col. 2. de except. Crot. in cap. 1. de
reſcript. Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis nu.
59. de cler. excom. miniſtr.

Extenditur ſecundo, vt procedat
non ſolum in beneficio ſtricte ſumpto
5 ſed etiam in beneficio late ſumpto vo-
cabulo, adeo quod complectatur etiam
præbendam, *d. cap. vnico in princ. ibiq;*
præſertim Franc. num. 3. ne ſede vacan-
te lib. 6. nec non, & compræhendat
quodlibet ius ſpirituale competens ex
inſtitutione canonica, eo modo quo
accipitur *in cap. beneficium, de reg. iur.*
in 6. & in clem. Auditor de reſcript. &
bene animaduertunt nouiſſime Suarez,
loc. cit. Alter. de cenſur. tom. 1. lib. 2.
diſp. 5. cap. 1. in ſecunda dubitatione,
qua ratione.

6 Extenditur tertio, vt procedat, ſi-
ue collatio ſpectet ſolum ad excommu
nicatum, ſiue ſpectet ad ipſum ſimul
cum alio, nam vtroque caſu prohibe-
tur conferre, *d. cap. vnico in princ. ibiq;*
Doct. communiter ne ſede vacante lib. 6.
ſubdentes, quod in tali caſu is, ad quem
ſpectat collatio ſimul cum excommu-
nicato poterit ſolus conferre.

7 Extenditur quarto, vt procedat,
non ſolum in excommunicato, ſed e-
tiam in ſuſpenſo, *cap. cum dilectus,*
§. 1. de conſuetud. cap. quia diuerſita-
tem de conceſſ. præb. cap. cum inter R.
ſeniorem de elect. & in cap. cum bonæ, de
ætat. & qualit. Doct. in dicto cap. po-
ſtulaſtis de cler. excom.

8 Extenditur quinto, vt procedat,
non ſolum quando ſuſpenſio eſt ſpeci-
fica a collatione beneficiorum, ſed e-
tiam ſi ſit ab offitio tantum, quia hoc
ſufficit ad hoc, vt impediatur confer-
re, *Gem. in d. cap. vnico §. 1. ſub nu.*
3. ne ſede vacante, & ante ipſum In-
noc. Compoſtell. & alii, quos refert
Abb. in cap. cum dilectus ſub. num. 18.
de conſuetud. vbi teſtatur de communi,
Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis ſub num. 16.
verſic. idem quando, & num. 117. vbi
remiſſiue agit, an procedat in ſuſpenſio-
ne inducta ab homine, vel à lege. Hæc
quinta extenſio declaratur multipli-
citer, vt per *Abb. in d. cap. cum dile-*
ctus nu. 20. verſic. Vnde in hac materia
ego concludo, vbi plures diſtinguit ca-
ſus, quos vide.

9 Extenditur ſexto, vt procedat non
ſolum in collatione, ſed etiam in ele-
ctione, excommunicatus enim aut ſuſ-
penſus non poteſt eligere, neque po-
ſtulare, prout de excommunicato eſt
text. in d. cap. vnico ne ſede uacante
lib. 6. & de ſuſpenſo in d. cap. cum dile-
ctus §. primo ubi gloſ. in uerb. Caſſaui-
mus, & Abb. num. 4. & 20. & cæteri
communiter c. cum bonæ de ætat. et qua-
lit. c. cum inter R. Seniorē de elect. Abb.
reliqui in c. dilectus de conſuetud. Cou.
in d. cap. Alma Mater. par. 1. §. 7. nu.
9. Rebuff. in d cap. poſtulaſtis nu. 59.

10 Extenditur ſeptimo, vt procedat
etiam quando electio, vel collatio eſt
facta a pluribus, quorum aliqui ſunt
excommunicati, & aliqui non, quia
talis electio eſt nulla adeo, vt neque
ſuſtineatur ex perſona eorum, qui non
ſunt excommunicati, *Innoc. in cap. il-*
la quotidiana num. 3. uerſic. unde di-
cerem, & num. 4. uerſic. nobis uidetur,
de elect. Bal. ibidem num. 5. Card. col.
3. uerſ. unde licet dicit, Butr. num. 15.
Imol. ſub num. 5. Hoſt. in cap. Ad pro-
bandum, uerſic. ſed eſto quod iſte Io.

Andr.

Andr. num. 3. *Abb. num.* 4. *verſ. quod procedit, Rebuff. in d. cap. poſtulaſti nu.* 90. *cum ſeq.*

11 Extenditur octauo, vt procedat etiam in Inſtitutione, excommunicatus enim ſicuti non poteſt conferre, neque eligere, ita neque poteſt inſtituere, quia inſtitutio idem eſt quod Eccleſiaſtici beneficii collatio, & quaſi tota poteſtas videtur dependere ab inſtituente, vt probat *Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis ſub num.* 102. *&* 103. *verſ. inſtitutio; tamen facta, de Cler. excom. miniſtr.*

12 Extenditur Nono, vt procedat etiam in nominatione, quæ fit a magnatibus in eccleſiis, in quibus habent ius nominandi perſonas, iuxta *trad. per Rebuff. in cap. poſtulaſtis num.* 120. *de Cler. excom. miniſtr.* vbi dum inquit hoc non poſſe habere locum in Rege Franciæ ex priuilegio ſibi per Sedem Apoſtolicam conceſſo, ſatis ſupponit, quod ceſſante Apoſtolico priuilegio nominatio a Rege excommunicato facta, nullius eſt momenti.

13 Extenditur Decimo, vt procedat etiam in præſentatione, *Io. Andr. in cap. nobis num.* 3. *Verſ. De Excommunicato de Iurepatr.* Principalis Concluſio.

14 Limitatur Primo, vt procedat, quando Collator erat declaratus Excommunicatus, vel pro tali habitus, ſecus ſi ad huc declaratus non eſſet, tunc enim licet vere, & realiter ſit excommunicatus, tamen valet collatio, quia illa fit ratione publici officii, quo caſu geſta per ipſum ſubſtinētur, *l. Barbarius, vbi late Doct. ff. de offic. Prat. cap. nonne* 8. *q.* 4. *cap. ad probandum, de re iudic. vbi Abb. num.* 3. *&* 14. *in fin. Felin. n.* 3. *&* 6. *Innoc. in cap. veritatis num.* 1. *verſ. Quod intelligendum videtur, & ibi Bellam. num.* 22. *Abb. num.* 42. *de dol. & contum. Lap. alleg.* 89. *num.* 11. *verſ. propterea, & num.* 12. *vbi Mandoſ. in verb. Excommunicatus teſtatur de communi, Butr. in cap. cum dilectus in vlt. notab. de conſuetudin. Federic. de Sen. conſ.* 74. *Franc. in cap.* 1. *Imol. in cap. cum dilectus, in gloſ. magna de conſuetud. Rebuff. in d. cap. poſtulaſti num.* 69. *Felin. in cap. Rodulphus num.* 39. *de reſcript. Caſſad. deciſ.* 1. *num.* 4. *de præben. Egid. dec.* 65. *num.* 3. *& fuit firmatum in Rota, in Burgen. Canonicatus* 27. *Octobris* 1586. *corā Giptio, et in Lacen. Archidiaconatus* 23. *Iulii* 1601. *coram bo. me. Card. Pamphilio impreſſa per Farinac. tom.* 2. *conſil. dec.* 168. *& iterum in Placentina beneficii* 1. *Iulii* 1611. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto, et in eadem* 20. *Nouembris* 1613. *coram R. P. D. Vbaldo, quæ eſt deciſ.* 534. *num.* 3. *& ſeq. par.* 1. *tom.* 2. *in nouiſſ. et iterum in eadem* 21. *Maii* 1614. *coram eodem, quæ eſt deciſio* 602. *eadem parte.*

Extenditur hæc prima limitatio, vt eadem ratione procedat non ſolum in excommunicato, ſed etiam in irre-

15 gulari, *Creſcent. d. deciſ.* 1. *de ſent. excom. in fin.*

Eadem prima limitatio declaratur Primo, ne procedat, quando ille, cui eſt facta collatio, ſciret conferentem eſſe excommunicatum, & nihilominus reciperet ab eo collationem, tunc enim quantumcumque Collator eſſet occulte excommunicatus, collatio eſſet nulla, vel ſaltim veniret annullanda in odium eius, qui excommunicato communicauit, *Calder. in cap. Ad probandum de re iud. ibiq; Abb. num.* 14. *Franc. in cap. primo ſub num.* 8. *verſ.* 2. *limita de except. Imol. in cap. per inquiſitionem*

16 *in* 5. *not. de elect. Rebuff. in d. cap. poſtulaſti num.* 70.

Et comprobatur à ſimili, ſiquidem videmus, quod recipiens ordines ab epiſcopo, qui renunciauit epiſcopatui, ſi recipiat ignoranter, ecuſatur, dummodo non ſit ignorantia craſſa, Si vero recipiat ſcienter, carebit officii exequutione, quia indignum ſe fecit, vt in cap. primo, vbi notatur de ordinat. ab epiſcopo, qui renunciauit epiſcopatui, & ſimilis eſt *text. in cap. celebrat de cler. excom. miniſtr.* vbi ſi ligatus minori excommunicatione celebrat, licet peccet grauiter, tamen non efficitur irregularis, nec prohibetur

eligere

eligere, ſi tamen ſcienter ipſe fuerit electus, electio eſt irritanda. Facit etiam, quod licet quando inter Teſtes Teſtamentarios adſunt aliqui ſerui, qui communi opinione reputanrur liberi, teſtamentum valet, *l. 1. C. de teſtam.* hoc tamen non procedit, quando Teſtator ſcit eos eſſe ſeruos; *Iaſ. in d. l. 1. ſub num. 3. verſ. vlt. limita, et facit bene Put. deciſ. 4. num. 19. et 20. lib. primo.*

Declaratur ſecundo, ne procedat in Collatore ſuſpenſo, is enim, ſiue fue-
17 rit publicus, ſiue occultus, ſi conferat collatio eſt nulla, *Rota in Aſſiſien. Canonicatus 25. Iunii 1599. coram Giptio,* vbi collatio facta ab epiſcopo in conſanguineum reſignātis fuit annullata, propterea quod epiſcopus ſic conferens fuit ipſo iure ſuſpenſus in vim Conſtitutionis *Pii Papæ Quinti quæ eſt 58. in ordine Bullarii, et hoc idem Rota dixit in præallegata* Iacen. *Archidiaconatus, et in d. dec* 534. *n.* 5. vbi aſſignat etiam rationē differentiæ, nempe quia ſuſpenſus etiam occultus cenſetur prohibitus ab exercitio iuriſdionis, *Nau. conſil. 4. nu. 3. de cler. excom. & in Manuali cap. 27. num.* 151. & conſequenter eſt prohibitus ab exercitio collationis beneficiorum, quæ eſt iuriſdictionis, *cap. noſtri, & cap. tranſmiſſæ de elect. Lap. alleg. 89. nu. 12.* ſed excommunicatus non priuatur exercitio officii publici, donec fuerit declaratus, idem *Nauar. cap. 23. nu. 1. & ſub nu. 152. verſ. 3. dico.*

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio facta a patrono eccleſiaſtico eſt nulla.*
2 *Actus factus lege prohibente eſt nullus.*
3 *Laico excommunicato per præſentationem nihil acquiritur.*
4 *Excommunicato patrono laico præſentatio eſt nulla.*
5 *Iura loquentia de præſentatione habent locum in electione, quando mentio eſt de potentia.*
6 *Excommunicatus non poteſt eligere, neque conferre, quia non poteſt cum aliis communicare.*
7 *Patronus excommunicatus ſiue publicus, ſiue occultus, ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſæcularis non poteſt præſentare.*
8 *Collatio facta a canonicis occulte excommunicatis, ex iure cohærente canonicatui eſt nulla.*
9 *Excommunicationis effectum Epiſcopus non poteſt impedire.*
10 *Epiſcopus ſi conferat beneficium iuriſpatronatus præſentato ab excommunicato, non vt præſentato ſed vt idoneo tenet inſtitutio.*
11 *Excommunicatione durante, patrono non currit tempus ad præſentandum.*
12 *Excommunicato currit tempus ad præſentandum ſi ſit in mora petendi abſolutionem.*

ARGVMENTVM.

An præſentatio facta per excommunicatum ſuſtineatur.

CAP. IV.

Licet abſoluti iuris ſit excommunicatum præſentare non poſſe *Io. Andr. & reliqui in cap. nobis de iurepatr.* Dubitari tamen ſolet An præſentatio per excommunicatum facta ſuſtineri poſſit, pro cuius dubii reſolutione duo ſolent conſiderari caſus.

1 Primus quando præſentatio eſt facta Patrono Eccleſiaſtico & tunc communis eſt opinio præſentationem nullius eſſe momenti, ita Io. *And. in cap. bis num. 3. de iurepatr. ibique Card. nu. 6. Anchar. num. 4. Abb. num. 3. Gemin. in c. vnico §. fin. de iurepatr. lib. 6. Rebuff. in c. poſtulaſtis nu. 102. & ſeq. de cler. excom. miniſtr. Guliel. de Bened. in c. Rainutius verb. mortuo el 1. num. 285. de teſtam. Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. nu. 143. in fine Couar. in d. cap. alma Mater par. 1. §. 7. 9. Rota deciſ. 2. de iurepatr. in antiq.*

Secundus eſt caſus, quando præſentatio eſt facta a patrono laico, & tunc quod

quod teneat,cenſuerunt,*Roſcb.loc.cit.*
quem ſequi videtur, licet ſub obſcure,
Rebuff.in d.cap.poſtulaſtis num. 103. *&*
104. Nituntur primo, quia licet ſit
prohibitum excommunicato præſenta-
re, tamen non reperitur diſpoſitum,
quod ſi præſentatio fiat,ſit nulla, vide-
mus enim multa ab excommunicato *fa-*
cta tenere,prout eſt trãsferre iuſpatr.in
alium per viam venditionis, *Specul.*
quem refert,& ſequitur *Gem.in c.vnic.*
*§.fin.de iurepat.lib.6.*Sed hæc ratio nõ
2 videtur omnino concludens,etenim
eo ipſo, quo lex prohibet ſubſtantiam
actus, ſi fiat eſt nullus abſque eo
quod lex expreſſe inducat nullitatem,
l. non dubium C. de leg. ideoque ſufficit
eſſe prohibitum excommunicato præ-
ſentare ad hoc, vt inde ſequatur nulli-
tas actus, *Bald. in d. l. non dubium ſub*
nu. 15. Nec ad rem facit,quod excom-
municatus poſſit iuſpatronatus tran-
ſferre in alium, quia hoc ſit per viam
cõtractus,qui,vt alibi dicemus,nõ ſunt
3 ita prohibiti excommunicato, ſicuti eſt
præſentatio. Secundo mouentur, quia
laico excommunicato per præſentatio
nem nihil quæritur, immo magis ab eo
aliquid decreſcit;excommunicatus au-
tem non prohibetur gerere ea, quæ ad
ſui commodum non redundant, *Arch.*
*in c.pia de except.li.6.*Hoc etiam Argu-
mentum non vrget, nam neq;patronus
eccleſiaſticus,neque liber collator ali-
quid acquirit ex præſentatione, & col-
latione ſua, *c.1.& tot.tit.vt Eccleſiaſt.*
benefic.ſine diminut. confer. & tamen
neq;Eccleſiaſticus patronus,neq;liber
Collator, ſi ſit excommunicatus pote-
rit conferre ex ſupra allegatis. Tertio,
nituntur,quia ſi excommunicatus non
poſſet præſentare,Eccleſia interim pa-
teretur diſpendium,cum excommuni-
cato non currat tempus ad præſentan-
dum excommunicatione durante,ſicu
ti non currit libero collatori, *cap.quia*
diuerſitatem de conceſſ. præb. Sed huic
rationi pariter reſpondetur, quod hæc
non eſt legitima cauſa, vt excommu-
nicatus poſſit præſentare, nam eadem
ratione deberet dari facultas conferen
di collatori eo quia durante excom-
municatione ſibi non currit tempus ad
conferendum, vt in d. cap.quia diuer-
ſitatem.

Quare apud me veriſſima eſt, et re-
ceptior opinio affirmantium, nullam
4 eſſe præſentationem, ſiue illa fiat ab
eccleſiaſtico, ſiue a ſeculari, quam
ſequuntur *Io. de Selua de benef.par. 3.*
quæſt. 4. Lambert.loco cit. Couar. in d.
cap. Alma Mater par. 1. §. 7. num. 9.
Rota d. deciſ. 2. de iurepatr. in an-
tiq.
5 Probatur primo, quia licet electio
proprie ſumpta differat à præſentatio-
ne, vt per *Abb.in cap. nobis, num.4.de*
*iurepatr.*tamen negari non poteſt,quin
quando agitur de potentia, vel impo-
tentia, iura loquentia de electione
habent locum etiam in præſentatione,
gloſ. in cap. ſciant, & cap. fin. de elect.
lib. 6. Barbat. conſil. 68. illud in me-
dium col. 2. lib. 3. At electio facta ab
excommunicato eſt nulla,vt ſupra pro
batum eſt,ergo.
6 Secundo quia ratio præcipua, per
quam excommuicatus non poteſt con-
ferre,neq; eligere, eſt,quia non poſſu-
mus eis communicare, *c. poſtulaſtis de*
*cler.excom.miniſtr.*At hæc ratio præſer
tim viget in præſentatione, ergo præ-
ſentatio facta ab excommnnicato eſt
nulla, non ſecus ac electio, ſiue ſit fa-
cta à Patrono eccleſiaſtico,ſiue a ſecu-
lari. Sit ergo firma concluſio patro-
num excommunicatum non poſſe præ-
ſentare,ſiue ſit patronus laicus,ſiue ec-
cleſiaſticus,quæ concluſio extenditur,
vt procedat, ſiue excommunicatus ſit
publicus, ſiue occultus, præſentatio
enim eſt actus,qui ſit ratione officii pri
uati, *Innoc.& Barbat.in c.conſultatio-*
nibus de iurepatr. Aufr.ad Cappell.*Tho*
*loſ.dec.*143.*ſub nu. 4.verſic.ſed dubita-*
tur. in his autem quæ priuatum officiũ
reſpiciunt,non eſt differentia inter ex-
communicatum publicum, & occultũ,
Doct. in d. cap. poſtulaſtis, vbi præſer-
tim,Abb.nu.4. Rebuff.conſ. 53.*Franch.*
*Marc.dec.*967. *num. 2.par.1.Put.dec.*
67.*lib. 1. Caſſad. deciſ. de præb. Cæſar.*

de Graſſ. deciſ. 2. *num.* 12. *de ſent. ex. com. per quam rationem hoc in ſpecie tradunt Aufrer. loco cit. Couar. in d. c. Alma Mater. par.* 1. §. 7. *ſub nu.* 9. *Alter. de cenſur. tom.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 5. *cap.* 3.
8 *verſic. quærit.* Hinc quando canonici non conferunt tanquam capitulum, ſed tanquam ſingulares ex iure peculiari, cohærente Canonicatui, ſi ſint excommunicati, & conferant, collatio non valet, etiamſi ſint occulte excommunicati, quia publicum officium eſt penes Capitulum, non penes ſingulos, & ſequuntur *Gem. in cap. vnico, ſub num.* 4. *ne ſede vacante, Franc. in cap.* 1. *ſub nu.* 6. *verſic. et intelligit, de except. Egid. deciſ.* 65. *ſub num.* 3. *& alii relati per Felin. in cap. Rodulphus, ſub num.* 43. *de reſcript. Franch. in cap.* 1. *ſub num.* 6. *verſic. & intelligit prædicta de except. lib.* 6. Eadem extenſio declaratur dupliciter, primo, vt præſentatio ab excommunicato facta ſit nulla, & inualida, ad effectum cogendi Epiſcopum, vt cogatur inſtituere præſentatum, ſecus ad effectum inualidandi inſtitutionem epiſcopi, quatenus illa ſit facta, ita declarat *Alter. loco cit. verſic. ſed dices*, ſi talis præſentatio.

Ego vero in hac prima declaratione duos arbitror diſtinguendus caſus.

9 Primus, quando Epiſcopus inſtituit præſentatum ab excommunicato, & intendit conualidare actum ab excommunicato factum, illumque ſua auctoritate ſupplere, & confirmare, & in tali caſu crederem eſſe nullam inſtitutionem Epiſcopi, non ſecus ac eſt nulla præſentatio, non enim poteſt epiſcopus facere, quin excommunicatus nõ ſit excommunicatus, neque poteſt impedire effectum excommuoicationis, *Io. Andr. in cap. cum deſideres num.* 4. *de ſent. excom. ibi Butr. nu.* 12. *Anchar. nu.* 7. *Abb. nu.* 20.

10 Secundus eſt caſus, quando Epiſcopus confert beneficium iuriſpatronatus præſentato, non vti preſentato, ſed vt idoneo, & tunc inſtitutio ſuſtinetur, quia collatio habet implicitum ſtatum validitatis, adeo quod non recuſante Patrono, poſt abſolutionem ſuſtinetur *Rota deciſ.* 77. *nu.* 4. *par.* 1. *diuerſ.*

11 Declaratur ſecundo, vt durante excommunicatione, patrono non currat tempus ad præſentandum, ſicuti non currit libero collatori, *cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præb. ibiq; late Doct. in Placentia Parrochialis de Malpartida* 23. *Ianuarii, &* 5. *Iunii* 1615. *coram R. P. D. Veroſpio.* Næc refert, ſi dicatur, quod impedimentum proueniens ab excommunicatione regulariter procedit ex culpa excommunicati, quo caſu nõ ſolet excuſare, *l.* 2. *§. vult. ff ſi quis caut. cum aliis per Tiraquell. de retract. conſang. §.* 35. *gloſ.* 4. *num.* 28. quia reſpondetur, Quod obiectum bene procedit, quando culpa eſt ordinata ad impedimentum, ſecus quando non eſt ad illud ordinata, vt declarant *Butr. in d. cap. quia diuerſitatem, ſub num.* 17. *verſ. Et alii dicunt. Anch. nu.* 15. *verſ. Compoſtellanus, Abb. nu.* 11. *&* 13. *ſubdens, quod ad iſtum effectum requiritur, quod culpa ſit cauſa immediata impedimenti*; *Surd. qui alios refert, deciſ.* 262. *num.* 6. *&* 16.

12 Hæc ſecunda declaratio limitatur, quando excommunicatus eſſet in mora petendi abſolutionem, tunc enim curreret illi tempus, propterea quod cum poſſit remouere impedimentum, & nolit, videtur illi cooperari, *l. qui poteſt, ff. de reg. iur. l. omnes, §. qui captus, ff. de re milit.* & conſequenter in tali caſu impedimentum oritur directe, & immediate ex negligentia in non petendo ideoq; non excuſat *gloſ. in d. cap. quia diuerſitatem verb. ſuſpenſus, ibiq; Butr. Abb. & reliqui.* In contrarium facit *Text. in l. Panianus, ff. de minor.*

SVMMARIVM.

2 *Excommunicatus poteſt eſſe exequutor.*
3 *Excommunicatus poteſt eſſe exequutor ad compellendum, ſecus ad conferendum.*

AR-

ARGVMENTVM.

An Excommunicatus poſſit eſſe exequutor ad prouidendum;

CAP. V.

ESſe poſſe cenſuit
Rota deciſ. 9. de
ſent. excom. in
antiq. & apud.
Creſcent. *dec.* 1.
eod. tit. Francb.
in cap. 1. *ante*
num. 7. *verſic.*
1 *Poſſunt tamen in beneficialibus de ex-*
cept. lib. 6. mouetur, quia exequutor
exhibet tantum nudum miniſterium
facti, cuius eſt capax etiam excommu-
nicatus, *cap. pro illorum de præbend.*
Contrarium videtur ſentire poſt, *Io.*
Andr. Abb. in c. fraternitatis nu. 9. *de*
teſt. vbi dum dat exemplum de eo, qui
opponit exceptionem excommunica-
tionis contra collationem exequuto-
ris, inquit, non eſſe admittendum ar-
ticulum, quod iudex, qui iudicauit,
vel exequutor, qui contulit erat ex-
cõmunicatus, niſi dicat quod erat ex-
communicatus publice, quia iſta quali
tas publicationis eſt de neceſſitate.
Rebuff. in dicto cap. poſtulaſtis ſub num.
130. *verſic. quod intelligerem verum de*
cler. excom. miniſtr. putat opinionem
Rotæ procedere, quando eſſet occultè
excommunicatus, ſecus ſi eſſet publi-
cus. Quod tamen mihi probari non
poteſt, quia occultus poteſt etiam con
ferre, & ideo non eſſet aliqua ſpeciali-
tas in exequutore. Quare *Felin. in c.*
ad probandum in princip. verſ. & vide
Rotam, & verſ. opiniones pranotata cẽ-
ſuit hanc adhiberi poſſe cõcordiam, vt
opinio Rotæ procedat in exequutore
2 ad compellendum, qui vere exercet,
nudum facti miniſterium, quia nihil
confert ex ſe, opinio vero contraria
procedat in exequutore ad conferen-
dum, quem negare non poſſumus,
quod aliquid conferat de proprio, quia
præter miniſterium facti, poteſt reſer-
uare beneficium, & inhibere prælatis
ne reſeruatum conferant, *vt in cap.*
exequutor, de conceſſ. præb. lib. 6. Item
quandoque poſſunt, & debent inqui-
rere de qualitatibus prouidendi, vt
in clem. 1. *de offic. deleg.*

Quomodo autem probetur excommunicatio ad effectum annullandi prouiſionem alteri factam, vide *Put. deciſ.* 61. & 63. *lib.* 1. *ſecundam nouiſſimam impreſſionem.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt incapaces ad obtinendum eccleſiaſtica beneficia, & collatio illis facta eſt nulla.*

2 *Excommunicatus per excommunicationem repellitur a commune fidelium.*

3 *Excommunicatus ſiue quis ſit a iure, ſiue ab homine eſt incapax ad obtinendum beneficia.*

4 *Excommunicatus ſiue ſit in eccleſia in qua beneficiatur, ſiue in alia eſt incapax ad beneficium.*

5 *Excommunicatus eſt incapax ad beneficium, etiam ſi collatio ſit facta motu proprio.*

6 *Motus proprius non inducit diſpenſationẽ, neq; tollit impedimentum perſonæ.*

7 *Motus proprius non tollit defectum irregularitatis, nec bigamiæ.*

8 *Excommunicatus etiam quod non ſit denunciatus eſt incapax ad beneficia.*

9 *Clauſula Motu proprio & ex certa ſcientia, inducit diſpenſationem.*

10 *Excommunicatus etiam quod ſit occultus eſt incapax ad beneficia.*

11 *Excommunicatus etiam, quod reputetur pro abſoluto eſt incapax ad beneficia.*

12 *Excommunicatum ſe eſſe ſi quis ignoret, & ſit prouiſus prouiſio eſt nulla.*

13 *Excommunicatum etiam quod collator ignoret collatio eſt nulla.*

14 *Excommunicatio quæ venit in poenam ſi non eſſet denunciata, & ignoraretur non impediret collationem.*

15 *Excommunicato conditionaliter ſi con-*

feratur beneficium aduenıente condi. tione collatio eſt nulla.

16 *Excommunicato abſoiuto cum reinci. dentia poſt tempus, ſi fiat collatio poſt tempus eſt nulla ſine iudicis declaratione.*

17 *Excommunicato ſi fiat collatio ex cauſa reſignationis eſt nulla.*

18 *Excommunicatı collatio eſt nulla etiam quod fiat ex cauſa permutationis.*

19 *Permutatio requirit conſenſum partium, & capacitatem permutantium.*

20 *Collatio facta excommunicato non præ. ſtat titulum coloratum.*

21 *Excommunicatus eſt incapax beneficii, ſiue maioris ſiue minoris.*

22 *Excommunicatus eſt incapax beneficii eccleſiaſtici etiam ſi concedatur ad tempus.*

23 *Electio facta de perſona excommunica. ti eſt nulla.*

24 *Excommunicatus eſt incapax poſtula. tionis.*

25 *Excommunicatus eſt incapax præſenta. tionis.*

26 *Excommunicatus eſt incapax nomina. tionis quæ fit per* Principes *in* Eccleſiis.

27 *Excommunicatus eſt incapax beneficii ſiue illud conferatur ſiue detur in* Commendam.

28 *Excommunicatus non poteſt impetrare litteras ad beneficia vacatura.*

29 Excommunicatus *non poteſt obtinere penſionem ſuper eccleſiaſtico beneficio.*

30 Excommunicatus *eſt incapax redituum Eccleſiaſticorum.*

31 Excommunicatus *neque in foro fori neque in foro poli poteſt tenere beneficiũ quod habuit dum eſt* Excommunicatus.

32 *Excommunicatus per abſolutionem non habilitatur ad beneficium quod habuit dum erat excommunicatus.*

33 Collatio *ſi facta excommunicato ſcienter, debet collator a collatione ſuſpẽdi.*

34 Excommunicatus *iniuſte, eſt incapax ad beneficia.*

35 *Excommunicatus ſemel præſumitur non ab ſolutus niſi probetur.*

36 *Excommunicatio conditionalis non præſumitur durare quo ad tertium agentem, ſecus quo ad eum cuius intereſt.*

37 *Excommunicatio niſi ad primam, vel niſi infra tres, eſt conditionalis.*

38 *Suſpenſus eſt incapax ad beneficia.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus ſit capax ad obtinendum eccleſiaſtica beneficia.

CAP. VI.

SIcut Excommunicatus eſt incapax ad conferendum eccleſiaſtica beneficia, ita eſt incapax ad illa obtinendum vſq; adeo, vt collatio ſibi facta ſit nul-
1 la ipſo iure. *Teſt. in c. poſtulaſtis de cler. excom. miniſtr. cuius auctoritate hoc firmant Doct. ibi cõmuniter* Card. *in clem.* 1. §. 1. *q.* 4. *de relig. domib.* Innoc. & Abb. *in c. cum noſtris, de conceſſ. præb. Imol. in c. poſt electionem ſub nu.* 2. *verſ. Alii vero de conceſſ. præb.* Gig. *de penſ. q.* 14. *nu.* 1. *Rebuff. de pacific. poſſ. nu.* 280. & *conſ.* 53 *per tot. ac eſſe communem* Ca*noniſtarum teſtantur Selua, de benefic. par.* 3. *q.* 4. Couar. *in cap. Alma Mater par.* 1. §. 7. *nu.* 1. *de ſent. excom. Pariſ. de reſig. lib.* 4. *q.* 3. *nu.* 32. *Garz. de beneſic. par.* 7. *cap.* 13. *nu.* 5. Io. Cokier. *de permut. beneſ. cap.* 33. *num.* 1. *ac eſſe communem Theologorum teſtantur* Leo*nard.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 22. *num.* 120. Suar. *tom.* 1. *de cenſ. diſp.* 15. *ſect.* 1. *Marius Alter. de cenſ. tom.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 6. *c.* 2. & *hanc veluti ab omnibus receptam probat Rot. dec.* 5. *de præb. in nou.* & *apud Caſſad. dec.* 1 *eod. tit. Creſc. dec.* 14. *de prob.* & *in Tuden. beneficii* 5. *Aprilis* 1604. *coram bonæ memoriæ Penia.* Ratio eſt duplex, prima quia per excõmunicationem repellitur

ex-

excommunicatus ab omni fidelium cō
2 munione, c. cũ excommunicato 11. q. 3.
At conferri alicui beneficium, fieri ne-
quit ſine magna communione, d. cap.
poſtulaſtis §. Conſultationi, ergo. Secun-
3 da, quia beneficium confertur propter
munera eccleſiaſtica ſubeunda, cap.
cum ſecundum, de præb. cap. vlt. de re-
ſcript. lib. 6. cap. conceſſio 12. q. 2. cap.
generaliter 16. quæſt. 1. cap. vlt. quæſt.
2. gloſ. in cap. vltimo, verbo perpetuorum
de offic. vicar. Excommunicatus autem
ad illa exercenda eſt prorſus inhabilis,
& incapax. cap. ſi celebrat, de cleric. ex-
com. miniſtr. cap. paſtoralis, §. verum
de appell. gloſ. in c. Apoſtolica de except.
4 Extenditur primo, vt procedat, ſi-
ue excommunicatio ſit lata a iure, ſi-
ue ab homine, nam in vtroque caſu ea-
dem militat ratio, Rebuff. in d. cap. po-
ſtulaſtis num. 46. Couar. in cap. Alma
Mater par. 1. §. 7. ante num. 2. verſ.
tertio conſtat, & iterum Rebuff. in pract.
tit. de forma noua prouiſ. verb. teque
abſoluentes num. 4. ſiue per ſententiam
generalem, ſiue per particularem, Alter.
loco cit. cap. 2. pag. 229. verſ. quare
concludendum Suar. d. diſput. 13. ſect.
1. num. 30. Ratio eſt, tum quia ſemper
eadem militat ratio, quæ operatur ean
dem iuris diſpoſitionem, l. illud ff. ad
leg. Aquil. tum etiam quia cum lex
non diſtinguat ſpeciem excommuni-
cationis, neque nos diſtinguere debe-
mus, l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præſt.
l. de prætio, ff. de publ. in rem. act.
5 Extenditur ſecundo, ſiue excom-
municatus ſit in eadem eccleſia, in
qua beneficiatur, ſiue in alia, cap. 2.
3. & 4. 11. quæſt. 3. ibique gloſ. cap.
Ad reprimendum de offic. ord. gloſ. cap.
paſtoralis, §. verum, verb. ſubtrahunt,
verſ. qui autem de appell. ibiq; Butr. nu.
20. Bar. in l. ex ea, ff. de poſtul. Card.
in clem. 1. verſ. ipſius num. 1. de pœnis,
Abb. in cap. nota 4. de rapt. Rebuff. in
praxi loco cit. & in d. cap. poſtulaſtis
num. 55. idque quia vna eſt ſola vni-
uerſalis Eccleſia cap. loquimur 24. quæſt.
1. Extrauag. vnam ſanctam, de maior.
& obed. Imol. in cap. Ad reprimendum
col. 1. de offic. ordin. & in cap. 1. de treg.
& pac. ideoq; Excommunicatus in vna
Diœceſi eſt vitandus in alia d. c. quiſquis
4. q. 5.
6 Extenditur tertio, etiamſi collatio
ſit facta motu proprio, Card. in clem.
1. quæſt. 4. de relig. domib. Barbat. ſu-
per clem. in rubr. de reſcript. col. 9. vbi
dicit hanc eſſe communem, Couar. loco
cit. num. 2. Rebuff. in d. cap. poſtula-
ſtis num. 47. & iterum in tractat. de
excom. non vitãda, verſ. Aduertendum,
Suarez. d. diſput. 13. Garz. d. cap. 13.
num. 5. Alter. de cenſur. tom. 1. lib. 2.
diſp. 6. cap. 2. verſic. ſimiliter eadem
ratio eſt, Gabr. de clauſ. concl. 2. num.
43. Licet enim motus proprius pluri-
mum operetur ad tollendam ſubreptio
nem, vt plene docet Gabr. concluſ. 2.
tit. de clauſ. tamen non inducit diſpen-
ſationem aliquam, neque tollit impe-
dimentum perſonæ, gloſ. communiter
recepta in cap. ſi motu proprio, de præb.
7 lib. 6. & in clem. Si Romanus, de præb.
ibique Cardinal. col. 2. verſic. oppono
ad hoc, Lapus alleg. 7. num. 8. Anchar.
conſ. 20. poſt princ. Gemin. conſil. 104.
num. 1. Anan. in cap. fraternitatis
ſub num. 9. verſic. de quo tamen eſt di-
cendum, de ſchiſm. Imol. in l. quidam
conſulebant num. 19. verſic. & ſi-
militer ff. de re iud. Iaſ. in l. ſi quem-
quam in fin. princ. ff. ſi quis caut. Felin.
in cap. cauſam quæ el 2. ſub nu. 7. verſ.
5. nota, de teſt. Staphil. & Rebuff. relati
per Gabriel. tit. de clauſ. in concluſ. 2.
num. 12. Rota deciſ. 6. de præb. in nou.
& deciſ. 71. de reſcript. in antiq. Franc.
in cap. quamuis col. 2. eod. tit. lib. 6.
Couar. loco cit. Pariſ. conſil. 1. nu. 79.
lib. 1. & conſil. 74. num. 37. lib. 4.
8 Similiter motus proprius non tollit de-
fectum irregularitatis, Anchar. conſil.
20. Felin. loco cit. Rotad. deciſ. 6. de
præb. in nou. & d. dec. 71. de reſcript.
in antiq. Staphil. Rebuff. & alii, quos
refert, & ſequitur Gabr. loco cit. nu-
mero 46.

Nec validat reſcriptum conceſſum
excommunicato, Barbat. in clem. 1.
in rubr. de reſcript. col. 9.

Nec tollit defectum bigamię, *Io. Andr. in cap. Si motu proprio, ibique Gemin. col. 2. de præben. lib. 6. Felin. in cap. Ad aures num. 7. de reſcript. Gabr. loc. cit. num.* 49. Niſi forte prædicta facta fuerint à Papa ſcienter, quia plena ſcientia defectus, inducit diſpenſationē, etiā ſuper impedimento perſonali, *l. idem Vlpian. §. fin. ff. de excuſ. tut. l. quidam conſulebant, vbi Doct. ff. de re iud.*

9 Extenditur Quarto, vt procedat etiamſi excommunicatus non ſit adhuc denunciatus, quia ad effectum vt non poſſit obtinere beneficium, denunciatio non eſt ſubſtantia, *cap. Rodulphus, vbi* Felin. *ſub num. 38. verſic. limita 4. de reſcript.* Dec. *conſil. 145. num. 4. Abb. in d. cap. poſtulaſtis num. 4. de* Cleric. *excom. miniſtr. Rebuff. conſil. 53. num. 6. Caſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 12. & 15. de ſent. excom.* Franc. *Marcb. dec. 967. num. 5. par. 1. Rota in Placentina beneficii 20. Nouembris 1613. coram R. P. D. Vbaldo, quæ eſt 534. num. 1. par. 1. tom. 2. gloſ. in l. 2.* C. *de crim. ſacrileg. & in l. quidam conſulebant, ff. de re iud. ibique Alex. num. 13. Bald. in l. fin. C. de crim. ſacrileg. Abb. in cap. innotuit num. 7. & in cap. cum in cunctis, §. inferiora ſub num. 8. verſic. Secus dic in Principe, de elect. & iterum in c. 2. §. inferiora, de Schiſm. Felin. in c. 1. §. præterea num. 9. de teſtib. cog. Dec. in l. 3. num. 5. ff. de reg. iur. Couar. loco cit. nu.* 2. Qua ratione quando in gratia con-
10 ceſſa motu proprio adiecta eſt clauſula, ex certa ſcientia, tunc inducit diſpenſationem ſuper defectu perſonali, *Bonifac. de Vital. in clem. ſi Romanus num. 150. de præb. Abb. in d. cap. cum iniunctis §. inferiora num. 8. verſic. ſecus de elect. Gabr. loco cit. num. 53.*

11 Extenditur Quinto, vt procedat etiam ſi ſit excommunicatus occultus, nam nihilominus collatio eſt nulla, quia in his quæ geruntur iure priuato, nulla eſt differentia inter excommunicatum occultum, & publicum, *gloſ. in cap. poſtulaſtis, ibique Abb. & coeteri communiter, & iterum* Abb. *in cap. paſtoralis §. verum ſub num. 15. de appell. ibique* Franc. *num.* 11. Innoc. *in cap. cum dilectus, de conſuet.* Franc. *Marcb. deciſ. 967. num. 2. par. 1. Rebuff. conſ. 53. Couar. in d. cap. Alma Mater. par. 1. §. 7. num. 2. verſic. hæc principalis, Nauar. conſil. 13. num. 4. de cleric. excom. & in Manual. cap. 27. num. 21. & 271. et 273. Salſedo ad Diaz. cap. 53. in addit. 1. Suar. loco cit. ſect. 1 num. 25. et 30. Azor. inſt. Moral. par. 2. et lib. 6. cap. 7. quæſt. 8. Mandoſ. de ſignat. gratiæ tit. de prouiſ. verſic. clauſula, et cum abſolutione à cenſuris. Put. deciſ. 67. lib. 1 Caſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 12. de ſent. excom. Caſſad. dec. 1. de præb. Lancell. de attent. par. 3. cap. 424. q. 3. num. 7.*

Extenditur ſexto, vt procedat etiamſi Excommunicatus reputetur cōmuni opinione pro abſoluto, quia in
12 hac materia, in qua agitur, vt excommunicatus ſit incapax ad obtinendum, veritas præualet opinioni, *gloſ. in c. fin. ſolet, de ſent. excom.* Abb. *in d. cap. paſtoralis §. verum, de appell. nu. 15. ibique Franc. num. 11. Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis nu. 61. de cler. excom. Caſſad. dec. 1. de præb. Alter. d. tom. 2. lib. 2. diſp. 6. cap. 6.*

Extenditur ſeptimo etiamſi prouiſus ignoret ſe eſſe excommunicatum, & ignorantia ſit inculpata, & inuicibi-
13 lis, nam nihilominus ſi recipiat collationem bona fide, collatio eſt nulla, quia bona fides operatur ad effugiendas poenas contra excommunicatos inflictas, non autem ſuffragatur ad validitatem actus, *Abb. in c. Apoſtolica n. 6. de cler. excom. miniſtr. Franc. in . paſtoralis, §. verum num. 11. de appell. ibiq; Abb. ſub num. 11. Rebuff. in d. c. poſtulaſtis num. 62.* Couar. *in d. cap. Alma Mater, par. 1. §. 7. nu. 3. Caſſad. deciſ. 1. num. 5. de præbendis. Put. dec. 67. num. 6. lib. 1.*

Extenditur Octauo etiamſi collator
14 ignoret excommunicationem, nam eius ignorantia ſicuti non poteſt tollere impedimentum excomunicationis,

ita

Digitized by Google

ita non poteſt operari validitatem actus, *d. cap. poſtulaſtis* §. *conſultationi, vbi Butr. nu. 7. & 8. de cler. excom.* Contrarium in tertia, quarta, quinta, & ſexta extenſione tenet *Gloſ. in d. c. Apoſtolica, verb. probabilis, verſic. idem ego ſi littera de cler. excom. & in d. cap. paſtoralis,* §. *uerum, verb. excommunicatio, verſic. tamen ſi talis, de appell. Card. conſil. 40. per integram conſultationem Mil. in repertorio verb. excommunicatus maiori.* Cæterum in omnibus non recedas a priori opinione, quæ eſt verior, & receptior, vſuq; curiæ probata, vt per *Caſſ. d. dec. 1. de prab. & per Put. deciſ. 67. num. 6. lib. 1.* In vno tantum caſu crederem poſſe
15 procedere opinionem Card. nempe in caſu, in quo excommunicatio eſſet inflicta ab homine ob aliquod peccatum, quod ſuapte natura non trahit ſecum annexam excommunicationem, ſed veniret imponenda in poenam, tunc enim licet hic eſſet excommunicatus, tamen ſi adhuc non eſſet denunciatus, & excommunicatio ignoraretur, crederem collationem valere. moueor, quia excommunicatio in tali caſu licet habeat materiam peccati, tamen conſiſtit in ſola Hominis voluntate, quę non poteſt dici perfecta, antequam denuncietur, & publicetur argumento *teſt. in auth. vt facta noua conſtitutiones collat. 5. Rebuff. conſil. 198. num. 5. cum aliis per Eug. conſil. 86. num. 35. & ſeq.*

16 Extenditur Nono etiamſi eſſet excommunicatus conditionaliter, & conditione pendente eſſet facta collatio, quia ſi deinde conditio purificetur, collatio eſt nulla, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 2. nu. 12. de ſent. excom.*

Extenditur Decimo, etiamſi excommunicatus eſſet abſolutus cum reincidentia poſt aliquod tempus, quia ſi poſt tempus præfixum ad reincidentiã fiat ſibi collatio, eſt nulla, non obſtante quod non adfuerit aliqua iudicis declaratio, vt per integram conſultationem reſpondit *Dec. conſil. 145. & iterum in cap. intelleximus nu. 3. de iudic. Rip. in cap. 1. num. 25. eod. tit.*

17 Extenditur vndecimo vt procedat etiamſi collatio fiat ex cauſa reſignationis, *Put. deciſ. 11. tit. de renunciat. in manuſcript. Pariſ. de reſign. lib. 4. quæſt. 3. num. 44. Suarez de cenſ. diſp. 10. ſect. 1. num. 11.*

18 Et ſimili ratione extenditur Duodecimo, vt procedat etiam in collatione, quę fit ex cauſa permutationis, quia ex ea acquiritur cõpermutanti nouum ius, cuius eſt incapax excommunicatus, *Card. in clem. 1.* §. *ipſius de pan. Selua de benefic. par. prima quæſt. 4. nu. 26. Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis num. 105. de cler. excom.* Coſmas *in pragmat. ſanct. tit. de collat.* §. *inſuper,* Couar. *in cap. Alma Mater par. 1.* §. *7. in princ.* Pariſ. *loco cit. num 4. Suarez loco cit. Vgolin. de cenſ. Tab. 2. cap. 13. num. 6. Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 5. num. 14. Azor. inſt. Mor. par. 2. lib. 6. cap. 7. quæſt. 8. cum aliis per Garz. de benef. par. 7. cap. 13. num. 15. quibus addendus eſt Io. à Coker. in tract. de permut. benef. cap. 33. num. 7. & 11. Alter. de cenſur. tom. 1. diſp. 13. lib. 2. c. 2. verſic. Hinc ſequitur permutationem.* Contrarium tenent *Gregor. Lopez. lib. 1. tit. 6. par. 5. Connan.* Commentar. *iur. ciuil. lib. 3. cap. 1. num. 7. Didacus Spino de teſtam. in gloſ. rubr. par. 11. num. 68.* Nituntur ea tantum ratione, quia permutatio eſt contractus, qui ſi ab excõmunicato fiat, tenet, *Innoc. & reliqui in cap. veritatis, de dol. & contum. cum aliis late relatis infra eodem libr. cap. 40.* Prior tamen opinio eſt receptiſſima, & verior, quia validitas permutationis non pendet tantum a conſenſu partium, vt pendent contractus, ſed vlterius requirit capacitatem permutantium, quæ in excommunicato non adeſt, *d. cap. poſtulaſtis de cler. excom.* Vnde non eſt bonum argumentum a contractu ad permutationem propter rationis diſparitatem, *l. Papinianus, ff. de minor.*

Et hæc concluſio procedit etiamſi admiſſio ex cauſa permutationis, aut reſignationis ſit facta ante excommunica-

nicationem, nam hoc non obſtante collatio excommunicato facta non valet, quia non eſt capax illius iuris, quod quæritur ex collatione, vt inquit *Garz. loco cit. num.* 18. An autem valeat collatio facta tempore quo non erat excommunicatus, ſi tamen permutatio ſit facta tempore quo erat excommunicatus vide *Garz. loco cit. nu.* 19. Valebit tamen permutatio facta quo ad non excommunicatum, quia in eo non conſideratur incapacitas, ſicuti in excommunicato *Rebuff. de excom. non vitand. verſic. nec valet etiam, Coſmas, & Frechil. relati per Garz. loco cit. num.* 17. *Io. à Cokier. loco cit. c.* 33. *num.* 8.

Extenditur Decimo tertio vt collatio facta excommunicato, neque
20 præſtet titulum coloratum, & ſic eius poſſeſſio non ſit reſtituibilis; *Put. deciſ.* 78. *lib.* 3. *& deciſ.* 15. *de reſt. ſpol. pro quo facit teſt. in cap. dilectus el* 1. *de reſcript. gloſ. in cap. ex inſinuatione, de procur. Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis num.* 110. *Pont. de ſpol. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 6.

Extenditur Decimo quarto etiamſi impetratio fiat per viam nouæ prouiſionis, ſi neutri, ſi nulli, vel alio modo, quia nullo caſu valebit, *Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis num.* 106. *de cleric. excom.*

21 Extenditur Decimo quinto, in quocumque genere beneficii eccleſiaſtici, ſiue ſint beneficia minora, ſiue ſint maiora, vt epiſcopatus & coetera huiuſmodi, vt poſt alios plene docent *Suarez d. diſp.* 13. *ſect.* 1. *num.* 4. *Alter. loco cit. verſic. verſus dubitari contingit*; Ratio enim qua excõmunicatus eſt incapax beneficii alia non eſt niſi quia illi communicare non poſſumus, *d. cap. poſtulaſtis de cler. excom.* quæ ratio multo magis militat in epiſcopatu, quam in beneficio, *cap. miramur.* 24. *q.* 1.

22 Extenditur Decimo ſexto, non ſolum in beneficiis proprie ſumptis, quæ conferuntur in titulum perpetuum, & collatiuum; ſed etiam in quacunque dignitate, & officio Eccleſiaſtico, etiamſi concedatur ad tempus, *Suarez d. diſput.* 13. *ſect.* 1. *num.* 6. *Garzias loco cit. num.* 22. *Alter. fol.* 230. *verſ. hæc eſt regula generalis, & nos latius Deo dante dicemus infra.*

Extenditur Decimo ſeptimo, non
23 ſolum in collatione, ſed etiam in electione, nam, & illa nulla eſt, ſi fuerit facta de perſona excommunicata, *cap. cum inter, cap. illa, & cap. per inquiſitionem de elect. cap. conſtitutis de appell. c. cum dilectus circa finem, §. quia nobis, de conſuetud. cap. cum bona, de ætat. & qualit. ibique gloſ. in verb. ſuſpenſi, cap. nos in hominem* 9. *quæſt.* 1. *gloſ. in c. ſi forte, de elect. lib.* 6. *Archid. in cap. nullus* 63. *diſt. Specul. tit. de libell. concept. §. vlt. ad fin. Franc. March. deciſ.* 924. *num.* 11. *par.* 1. *Bertach. de Epiſcop. par.* 1. *lib.* 2. *q.* 4. *Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis num.* 85. *Couar. in d. cap. Alma Mater par.* 1. *§.* 7. *ſub nu.* 1. *verſic. primum Excommunicatus*, vbi inquit, quod eſt omnium communis opinio, *Pariſ. de reſig. lib.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 80. *Alter. loco cit. cap.* 3. *Garz. d. par.* 7. *cap.* 13. *num.* 14. *Suarez loco cit. num.* 10. *Azor. Moral. inſt. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæſt.* 8. Ratio eſt quia per electionem acquiritur titulus non ſecus ac per collationem *d. capit. Inquiſitionem*, cuius quidem tituli ſæpe diximus excommunicatum eſſe incapacem. Item quia ſi excommunicatum eſſe incapax ad eligendum, *cap. illa quotidiana, de elect.* vtique multo magis incapax erit, ne poſſit eligi, cum electio paſſiua cedat maiori commodo, & honori excommunicati.

Extenditur Decimo octauo, vt pari
24 ratione procedat in poſtulatione, *cap.* 1. *de poſtulat. Prælat. gloſ. in cap. vlt. verb. irritat, & inanes, poſt med. verſic. & ita nec eligere, de exceſſ. prælat. Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis num.* 95. *Couar. loco cit. Alter. d. cap.* 3. *fol.* 232. *verſic. Quod probatum eſt.* Si enim eſt nullá electio de excommunicato facta, equidẽ maiori ratione nulla cenſeri debet poſtulatio, quia poſtulatio excommunicati vltra incapacitatem prouenien-

nien.

nientem ab excommunicatione includit etiam in habilitatem ob vitium, ſeu defectum corporis, *c.1.de poſtul.præl.* At ſic duplex impedimẽtum magis ligat. *c.1.de treg.& pac.* Itẽ quia iura loquentia de electione vt plurimum habẽt locũ in poſtulatione, *gloſ penult. in c.1.de poſtul.Prælat.& in cap.fin. de elect.lib. 6. Barbat. in l. cum acutiſſimi col. 14. C. de fideicom. Rebuff. in d. cap.poſtulaſtis num.95.*

25 Extenditur Decimo nono, vt procedat etiam in præſentatione, *gloſ. per illum Text. in cap. fin. de elect. lib. 6. Cardinal. in clem. 1. §. 1. q. 4. de relig. domib. Rebuff. in d. cap.poſtulaſtis num. 97. Rocch. de iurepatr. verb. honorificum quaſt. 4. num. 19.* Lambert. *eod. tract. par. 1. lib. 2. quaſt. 6. principali art. 1. Couar. loco cit. ſub num. 1. verſic. ſecundo eſt ad idem,* Gig. *de penſ. quaſt. 18. num.* 8. *Pariſ.de reſig. lib. 5. quaſt. 6. num.* 8. *Frichell. de excom. par. 2. art. 5. num.6. & ſeq. Vgolin.de cenſur. tab. 2. cap. 13. §. 2.* Sayr. *eod. tract. lib. 2. cap. 5. num. 16. & ſeq. Garz.d. par.7.cap.13.num. 15. Alter. loco cit. verſic. eodem modo.* Ratio eſt quia iura, quæ loquuntur in electione habent locum etiam in præſentatione, *cap. ſciant de elect. lib. 6. ibiq; gloſ. in verb. alios, & iterum gloſ. in cap. fin. verb. electione eodem tit. lib. 6.*

Item quia prẽſentatio largè ſumpta dicitur electio, cap. 2. vbi notant omnes de iurepatr.

Etenditur vigeſimo, in nominatione, quæ fieri ſolet per Reges, & Principes in quibuſdam eccleſiis, nam ſi fiat de perſona excommunicati eſt nulla. *Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis nu.* 118.

Licet enim ex ſimplici nominatio-
26 ne non quæratur nominato ius in re, tamen negari non poteſt, quin nominatio ſit ſpecies electionis, vt vtrumq; tradit, *Abb. in cap. cum inter vniuerſas num. 5. de elect. & in cap. quod ſicut num. 1. eod. tit.* Item quia ratio, quæ militat ne excommunicatus poſſit eligi, militat etiam ne poſſit nominari, Ergo eadem debet eſſe diſpoſitio, *l. illud ff. ad l. Aquil.*

27 Extenditur vigeſimo primo vt procedat non ſolum ſi beneficium confeſatur, ſed etiamſi detur in commendam, *Alter. d. cap. 3. in fine.*

Et hoc tum quia Commendatarii noſtri temporis habentur vti titulares, adeo vt iura loquentia de titularibus, habeant locum in commendatariis, vt late probat *Garz. de beneſ. par. 4. cap. 4. num. 48. cum ſeq.* Tum etiam quia commendatur beneficium ad hoc vt Commendatarius illius curam ſuſcipiat, & in eo exerceat functiones eccleſiaſticas, quod quidem fieri ab excommunicato non poteſt, *cap. fin. de cler. excom. miniſtr.*

Extenditur vigeſimo ſecundo, vt procedat etiam in impetratione litte-
28 rarum ad beneficia vacatura, *Card. in clem. 1. §. 1. quaſt. 50. de relig. dom. Abb. in cap. pen. num. 6. de cler. ex. com. Gig. de penſ. quaſt. 14. ſub num. 2. Aſtenſ. in ſumma tit. quaſt. 7. Couar. loco cit. verſic. ex dictis etiam infertur, vbi teſtatur de communi.*

29 Extenditur vigeſimo tertio, vt procedat etiam in penſione ſuper Eccleſiaſtico beneficio, *Gig. de penſ. quaſt. 14. Couar. loco cit. ſub num. 2. verſic. 9. idem in penſione, Alter. d. cap. 3. ſu. 235. verſic. ex his diuerſis modis, Suarez d. diſp. 13. ſect. 1. num. 7. & 8. Io. à Cokier in d. tract. de permut. beneſ. cap. 33. num. 8. Garz. qui alios refert de beneſ. par. 1. cap. 5. num. 130. Rota in Placen. penſionis 20. Nouembris 1609. coram R. P. D. Marcomontio.*

Ratio eſt prima, quia cauſa propter quam excõmunicatus eſt incapax beneficii, eſt quia illi communicare non poſſumus, *d. cap. poſtulaſtis*, quæ ratio equimilitat in reſeruatione penſionis, cum, & illa ſine magna communione fieri non poſſit.

Secunda, quia, vt infra inſequenti
30 capite dicemus, excommunicatus eſt incapax reddituum eccleſiaſticorum adeo quod non facit fructus ſuos, *cap. paſtoralis §. verum de appell. Put. deciſ. 280. lib.*

280.*lib.* 1. *Rota in d.* Pacen. *penſionis coram* R. P. D. *Marcomontio. ideoq; eſt incapax penſionis*, quę reſeruatur ſuper fructibns.

31 Extenditut Vigeſimoquarto, vt pro
cedat non ſolum in foro fori, ſed etiam
in foro poli, nam Excommunicarus
non poreſt in foro conſcientię retinere
beneficium, quod fuit aſſequutus
dum eſſet excommunicatus, *d. cap. po-
ſtulaſtis, vbi gloſ. & Doct. de Cler. ex-
com. & ibi ſignanter Abb. num.* 2. *Re-
buff. num.* 62. *Vgolin. dicto capitulo*
13. §. 1. *num.* 1. *Sayr. loco cit. num.* 5.
Garz. loco cit. num. 10. *Alter. tomo* 2.
lib. 2. *cap.* 7.

Extenditur Vigeſimoquinto, vt prę
dicta procedant etiam ſi poſt collatio-
32 nem ſequatur abſolutio, quia ſequens
abſolutio non tollit incapacitatem
præcedentem, in iſtis enim ſpectatut
initium, *capitulo dudum, de elect. Ar-
chid. in cap. nullus* 63. *diſt.* Anchar. &
Abb. *in dicto capitulo poſtulaſtis, ibique
Rebuff. num.* 50. *& iterum* Abb. *in
cap. cum bona, ſub num.* 6. *verſ. pro-
pterea de ætat. & qualit. & ibi Butr. ſub
num.* 10. *verſ. propterea, Couar. loco ci-
tato*, §. 7. *ſub num.* 2. *verſic. ſeptimo,
Suarez de cenſur. tom.* 5. *diſp.* 13. *ſect.* 1.
ante num. 3. *Alter. eod. tract. tom.* 1.
lib. 2. *cap.* 2. *pag.* 227. *ſub. litt. B. ver.
Item eadem concluſio, & cap.* 7. *in prin-
cipio, Coraſ. de benef. par.* 4. *cap.* 1. *num.*
13. *Garz. de benef. par.* 7. *cap.* 13. *nu.*
8. *Io. a Cokier loco cit. num.* 8.

33 Extenditur Vigeſimoſexto, vt ſi col
latio fiat excommunicato ſcienrer, col
latot debeat à conferendi facultate
ſuſpendi, *d. cap. poſtulaſtis* §. *Illi vero,
& ibi doct. communiter.*

34 Extenditur Vigeſimoſeptimo, vt pro
cedat etiam in excommunicatione
iniuſta, dummodo ſit rite lata, *Boich.
in cap. dilectus num.* 13. *de appellat.
Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis num.* 67.
Couar. d. §. 7. *num.* 7. *in fine, Lancell.
de atten. par.* 3. *cap.* 24. *q.* 3. *num.* 8.
Caſſad. deciſ. 1. *de præb.* Quid autem
in excommunicatione dubia vide
in *cap.* 14.

35 Extenditur 28. vt ad affectũ inualidã-
di collationẽ tanquam excommunica-
to factam, ſufficiat docère prouiſum
ante collationem ſibi factam fuiſſe
excommunicatum, quia niſi probetur
abſolutio, præſumitur adhuc excom-
municatus, *cap. propoſuit, vbi gloſ. &
Doctor. de Cler. excom. miniſtr. cap.
ſicut nobis, vbi Abb. de ſent. excom.
Cyn. in l.* 2. §. *quod obſeruari q.* 6. *C.
de Iur. Iur. Specul. tit. de præſumpt.* §.
ſpecies num. 10. *Rota dec.* 11. *de pro-
bat. in antiq. Anchar. conſ.* 64. *Felin. in
cap. ſcribebam colum.* 2. *de præſumpt.
Guidop. in tract. de præſumpt. num.* 32.
*Euerard. in centur. legali in loco de tem-
pore ad tempus num.* 9. *Alciat. de præ-
ſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 6. *nu.* 1. *Franch.
Marc. deciſ.* 863. *in princ. tom.* 2.

36 Hęc 28. extenſio, declaratur vt pro-
cedat in excommunicatione pura, non
autem in conditionali, veluti niſi intra
menſem ſoluerit, in ea enim licer quo
ad creditorem non præſumatur abſo-
lutio quouſque ex parte debitoris do-
ceatur de ſolutione, nihilominus hoc
non procedit quo ad tertium agentẽ,
quia aduerſus eum pręſumitur ſolutio,
*Abb. in dicto capitulo propoſuit, ſub
num.* 4. *de cler. excom. miniſtr. & in c.
ſicut de ſent. excom. Alciat. & Fran.
Marc. locis cit. Menoch. lib.* 6. *præſump.*
70. *num.* 2. *qui licet alias ſubiiciat de-
clarationes, illa tamen caſui noſtro non
applicantur Rot. deciſ.* 534. *num.* 11. *par.*
1. *tom.* 2. *in nouiſſ.* Et hæc declaratio
eſt ſummopere notanda propter ſty-
27 lum Romanæ Curiæ quæ in excom-
municationibus, quæ feruntur ab
homine præſertim in contumacia
conſueuit proferre ſub iſta forma, niſi
ad primam, vel niſi infrà tres, *Io. Andr.
in cap.* 15. *cui num.* 4. *de ſent. excom.
lib.* 6. *Franc. in cap. præterea num.* 4.
*in ult. not. de appell. quæ dictio, niſi, ap-
poſita in ſententia facit diſpoſitionem
conditionalem, Dec. in cap. præterea in*
1. *not. de appellat. Lap. alleg.* 73. *præ-
latus num.* 4. *& conſequenter ex iſtis
ſententiis non poterit probari excom. ni-
ſi ex Actis conſtat ſententiam eſſe purifi-*

catam

Digitized by Google

catam Roſa dec. 19. *de dol. & contum. in nou. Lanc. de aſſent. c.* 12. *limit.* 22. *num.* 39.

Extenditur vigeſimo nono, vt procedat non ſolum in excommunicato,
ſed etiam in ſuſpenſo, *cap. cum bonæ*
38 *de ætat. & qualit. & ibi gloſ. in verb.*
ſuſpenſi, & Doct. communiter, & præſertim Innoc. ſub nu. 2. *circa fin. verſ. quæ autem dicuntur, Io. Andr. nu.* 14. *Butr. num.* 5. *&* 10. *Abbas ſub num.* 2. *verſ. not.* 4. *& num.* 4. *&* 6. *cap. cum dilectus* §. *quia nobis, vbi etiam gloſ. & Doct. de conſuetud. & in cap. cum inter R. ſeniorem de elect.* Hæc 29. extenſio declaratur, vt procedat in ſuſpenſo ab omnibus ordinibus, alias ſuſpenſus ab vno poteſt retinere beneficium ratione alterius ordinis, *cap. vel non eſt compos de tempor. ordinat. Butr. & Abb. loco cit. ille ſub num.* 10. *hic vero nu.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Clericus perſiſtens contumaciter per annum in excommunicationem ſeu interdicto amittit ſua beneficia.*

2 *Excommunicatus ſi celebret poſt excommunicationem expectato lapſu anni, priuatur beneficio ipſo iure.*

3 *Excommunicatio propter crimen quæ infert pœnam priuationis, ſi perſeueretur per annum, priuat ipſo iure.*

4 *Excommunicatus perſiſtens in excommunicationem per annum, videtur facta crimen ob quod eſt excommunicatus.*

5 *Crimen inferens poenam priuationis ſi ſit notorium, dicitur ipſo iure inducta priuatio.*

6 *Excommunicatus veniens poſt annum ad recuperandum beneficium, non auditur.*

7 *Excommunicatus poſt annum, poteſt audiri ad probandam innocentiam.*

8 *Innocentiæ probatio nunquam dicitur excluſa etiam quod ſit lata ſententia.*

9 *Excommunicatus propter crimen quod non infert priuationem, eſt priuandus beneficio per ſententiam ſi ſit dignum.*

10 *Excommunicatio propter crimen quod neque inducit priuationem, neque eſt dignum priuatione, facit punire pœna arbitraria, ſi per annum perſeueretur in illa.*

11 *Excommunicatio non inferens priuationem iuncta cum perſeuerantia triennali, poteſt facere vt quis priuetur.*

12 *Excommunicatus citatus ad ſe purgandum ſi deficit in purgatione, & perſeueret per annum in excommunicatione priuatus ipſo iure.*

13 *Excommunicatio lata pro crimine ciuiliter in iudicium deducto parit multos effectus.*

14 *Excommunicatio lata pro cauſa mere ciuili, non inducit priuationem neq; ipſo iure neque per ſententiam.*

15 *Excommunicatus ex cauſa ciuili inſordeſcens in excommunicatione an veniat priuandus.*

16 *Excommunicatus perſiſtens animo obſtinato in excommunicatione poteſt priuari per ſententiam.*

17 *Excommunicatus perſeuerans habet contra ſe præſumptum clauium contemtum.*

18 *Verbum præſertim exprimit caſum minus dubitabilem, & includit magis dubitabilem.*

19 *Priuatio excommunicati ob delictum non oritur ex perſiſtentia ſed ex contemptu.*

20 *Excommunicatus pro cauſa ciuili diuerſimode auditur intra annum, & poſt annum.*

21 *Excommunicatus perſeuerans poſt annum redditur ſuſpectus de hæreſi.*

ARGVMENTVM.

Inſordeſcens in excommunicatione per annum an priuetur obtentis ipſo iure, An vero requiratur ſententia priuatiua, & an veniens poſt annum, audiatur ſuper recuperatione beneficii, vel ſuper crimine.

CAP.

CAP. VII.

1 CLericus perſiſtens contumaciter in excōmunicatione ſuſpēſione, aut interdicto per Annum, efficitur incapax ad obtinendū noua beneficia, ac etiam priuatur obtentis ante excommunicationem, *c.bona de ata.et qualit.* qui licet narrando factum loquatur de ſubſtinentibus excommunicationem per triennium, nihilominus eadem diſpoſitio locum habet in ſuſtinente per annum, *vt ibi ſcribit gloſ. in verb. ſpoliare*, Innoc. *circa finem ver. & licet hic vlt. dicatur de triennio, Hoſt. ante num. 7. Io. Andr. ſub num.10. verſ. in gloſ. Abb. ſub.nu. 7.verſ.quandoq; fertur.* Et hanc eandē concluſionem præfati Doct. colligunt ex capitulo rurſus, *et cap. quicumq; q. 3.* licet illa iura de priuatione beneficiorum non loquantur. Dubitari contingit. An per anni lapſum excommunicatus remaneat priuatus, An vero debeat priuari per ſententiam. & licet variæ ſint *Doct. opiniones in cap.1. de iudic. et in c.cum bonæ de æt.et qual.* nihilominus omnium dicta reſumentes, plures ſunt diſtinguendi caſus.

2 Primus quando Excommunicatus poſt excommunicationem celebrat, & tunc pro quacunque cauſa excommunicatus, ſeu ſuſpenſus, vel interdictus exiſtat, priuatur ipſo iure expectato lapſu anni, ex quo effectus eſt irregularis; Ita deſumitur ex *cap. veritatis §. nono igitur, de dolo & contum. & ex cap. ſi quis Presbyter, quem ita traduntur Butr. in d. cap. cum bonæ, num. 11. de æt. et qualit. Abb. ibidem ſub.num. 7. verſ. illud loquitur, et ante eos gloſ. ibidem, verb. ſpoliare, Foller. in praxi crim. can.cap. 33. num.45. Menoch.de arbitr.caſu 416.num. 45.et 46.*

3 Secundus eſt caſus, quando, excommunicatio eſt lata propter crimen, quod infert pœnam priuationis ipſo iure, cuiuſmodi eſt crimen hęreſis, *cap. ad abolendam, §. 1. de haret. lib. 6.* Item & ſimionæ, *Felin. et alii in cap. inſinuatum de ſim. extrauag. Cum deteſtabile eod. tit.* Item et falſitatis commiſſæ in litteris Apoſtolicis, *cap. falſariorum de crim. falſi. Rebuff. in praxi tit. de mod. amittend. benef. num. 43.* & in tali quidem caſu, ex perſeuerantia in excommunicatione per annum erit priuatus ipſo facto, ita deſumitur ex *cap. rurſus 11. q. 3. cuius auctoritate ſic ſcribunt Card. in cap. perpendimus nu. 2. verſ. Quaro igitur, de ſent. excom. Butr. in d. cap. bonæ nu. 10. et 11. Abb. in d. cap. 1. num 25. et ſeq. de iudic. Rebuff. in cap. poſtulaſtis nu. 247. de Cler. excom. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 366. Couar. in cap. Alma mater parte 1. §.7. ſub num. 10. Rota apud Seraph. dec. 1285. ſub nu. 1.*

4 Ratio eſt, quia ſi excommunicatio eſt lata pro crimine inferēte priuationem ipſo iure, perſiſtens in excommunicatione per Annum, iuris præſumptione videtur fateri crimen, ob quod excommunicatur *d. cap. rurſus 11. q. 3. cap. decernimus, verb. manifeſtum 3. q. 9. cap. cum contumacia, de haret. lib. 6. gloſ. in cap. contingit verb. non poteſt, de dol. et contum. Specul. tit. de accuſ. §. ſequitur in princ.* Abb. *in cap. 1. nu. 29. in fine, verſ. Ad prædicta, et num. 27. de Iud.* Rip. *ibidem num. 78. vbi teſtatur de communi; Alex. de neuo num. 60. in princ. verſ. Iſta opinio, Anton. Burgoſ. num. 68. Boſch. Codecba num. 165.* Couar. *loco cit. vbi etiam teſtatur de communi, de qua etiā teſtātur Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crimin. Canon. cap. 116. nu. 4. verſ. 1. Menoch. de arbit. caſu 416. num. 5. et 11.* Et conſequenter ſi crimen priuat, & crimen iuris præſumptione habet pro probato, merito per lapſum temporis quo inducitur confeſſio criminis, inducitur etiam priuatio beneficiorum. Hic ſecundus caſus

5 Extenditur primo, vt ſi crimen inferens poenam priuationis ipſo iure, ſit notorium, tunc dicatur inducta priuatio, etiam ante annum, quia notorietas operatur illud, quod pote-

rat

Digitized by Google

rat operari ficta confeſſio, & perſeuerantia per annum, *Io Andr. in c. 1. num. 17. in fine verſ. in gloſ. vlt. de iudic. ibique Bellam. col. fin. verſ. Adimatur, Butr. nu. 42. poſt princ. verſ. niſi crimen ſit notorium* Abb. *nu.* 24. Alex. *de Neuo poſt num.* 54. *Menoch. d. caſu* 416. *num.* 43. *pro quibus facit Teſt. in cap. euidentia cum ibi traditis per gloſ. de accuſat.*

6 Extenditur ſecundo, vt excommunicatus veniens poſt annũ ad recuperandum beneficium non audiatur, *Innoc. in d. cap. bonæ ſub num. 2. verſic. & poſt talem ſententiam, ibique Butr. ſub num. 11.* Abb. *num. 7. verſic. tamen ſi ſententia feratur, & cæteri paſſim Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis ſub num. 249. & ſeq. de cleric. excom. miniſtr.*

Prædicta declarantur, vt quamuis
7 poſt annum non poſſit audiri ſuper recuperatione beneficii, tamen poteſt audiri ſuper crimine, & ſuam probare innocentiam, nam perſeuerantia operatur quo ad hoc, vt ſit fundata intentio accuſatoris, non autem tollit, quin reus poſſit oſtendere, & iuſtificare eius innocentiam, prout vltra relatos ſcribunt, *Hoſt. & Io. Andr. in cap. excommunicamus, §. qui autem ſuper verb. damnetur de hæret.* Egid. *deciſ. 668. num. 8. verſic. ſeptimo quia,* Ripa *in d. cap. 1. num. 77. verſic. tertio reſtringe de iudic. Menoch. de arbitr. caſu 416. num. 38. Lopez in addit. ad* Diaz *in pract. crim canon. cap. 116. num. 12. verſic. Immo, & quod exiſtimo, Mareſcott. Variar.* Reſolut. *lib. 2. cap. 34. num. 60. quorum opinio probatur.*

Primo ex *l. 2. C. de requir. reis,* vbi contumax veniens poſt annum, ſi ſuam innocentiam purgauerit, abſoluitur à poena delicti, quamuis bona confiſcata non recuperet.

8 Secundo, quia probatio innocentię nuſquam dicitur excluſa, etiamſi ſit lata ſententia, vt late ſcribit, *Dec. in cap. ex parte il 2. nu. 7. verſic. Decimo tertio fallit de offic. deleg. & in c. quoniam contra num. 4. de prob.*

Huic concluſioni aduerſantur verba *Teſt. in d. cap. rurſus 11. quæſt. 3.* qui dum inquit, nullam excommunicati vocem poſt annum penitus eſſe audiendam, vtique per duplicem vniuerſalitatem videtur illi omnem defenſionem denegare, *Archid. in cap. ſi quis deinceps 17. quæſt. 6.* Butr. Felin. *& alii, quos refert, Boſchus Codecha in d. cap. 1. num. 168. de iud.* Huius obicis tollendi gratia ſcio multum laboraſſe, Ri*pã loco cit.* adeo vt illum reliquerit inſolutum, plura etiam tradidit, *Menoch. loco cit. num.* 41. Ego arbitror illum eſſe accipiendum ſecundum ſubiectam materiam, nempe vt poſt annum nulla excommunicati vox penitus audiatur ſecundum tamen naturam fictæ confeſſionis, de cuius natura eſt, vt admittat probationem in contrarium, *Bald. in l. error num. 14. C. de iur. & facti ignor. & in l. ita demum num. 6. C. de procur.* quod multis comprobat *Neuiz. conſil. 60. num. 2. cum ſeq.* vt innocentiæ probatio nuſquam dicatur excluſa, *Dec. loco ſupra cit.* An autem, ſi quis poſt annum probauerit ſuam innocentiam ſuper crimine poſſit habere regreſſum ad beneficium, quo fuit priuatus, vide Rebuff. *in d. cap. poſtulaſtis num. 260. de cleric. excom.* Ripa *in d. c. 1. nu. 78. ante fin. verſic. vltimo, quia de iudic.*

Tertius eſt caſus, quando excommunicato eſt lata propter crimen, quod non infert priuationem ipſo iure, ſed eſt dignum priuatione per ſententiam, prout in crimine homicidii, *c. Clericis, ne cler. vel Monachi, Felin.* qui teſtatur, de communi, *in c. inquiſitionibus num. 3. & 4. in fine de accuſat.* Item & in crimine periurii, Rebuff. *de pacific. poſſ. num. ... verſic. quod ego intelligo, Seraph. d. deciſ.* 1285: *num. 6. & 7.* & in tali caſu tres ſunt Doct. opiniones.

Prima, quod per lapſum Anni ſit priuiatus ipſo iure, quam tenet, *Barbat. in dicto capitulo 1. ſub numero 134. verſic.* ſed vnum pondero, quem ibi ſequitur Boſchus Codecha *numero* 170.

Secunda eſt huic ex diametro contraria, nempe quod non ſit neq; priua-

Digitized by Google

tus ipſo iure, neq; debeat priuari per ſententiam, quam leuibus quibuſdam Argumentis probare nititur, *Dec. in d. cap. 1. ſub num. 83. in ſecunda lectura*.

9 Tertia media vtitur via, ſcilicet quod veniat priuandus per ſententiam, quæ eſt communis; quam ſequuntur omnes in proxime præcedenti caſu allegati, quibus adduntur, *Imol. in cap. quærenti col. 2. de offic. deleg. Miliis in reper. verb. excommunicatus*, §. 11. *Rebuff. in alleg. cap. poſtulaſti ſub num. 260. verſic. 3. Concluſio, de cler. excom.* & ab hac non eſt in praxi recedendum, quia eſſet difficile aduerſus eam obtinere, vt animaduertit *Card in d. c. perpendimus ſub n. 26. Felin. in d. cap. 1. nu. 8. de iudic.*

Extenditur, & declaratur iiſdem modis, de quibus dictum eſt in ſecundo caſu.

10 Quartus eſt, caſus, quando excommunicatio eſt lata propter crimē, quod neq. infert priuationem ipſo iure, neq; eſt dignum priuatione per ſententiam, & tunc ex perſeuerantia in excommunicatione per annum, neque priuatur ipſo iure, neq. debet priuari per ſententiam, ſed eſt imponenda poena arbitraria, *Butr. Abb. Ripa & alii in primo caſu citati*, & ita practicari teſtatur, *Seraph. d. deciſ. 1285. ante num. 2.* His quartus caſus.

11 Declaratur primo, vt procedat in perſeuerantia annali, ſecus in triennali, quia confeſſio inſurgens ex delicto iuncta obſeruantia tanti temporis operatur vt poſſit priuari etiam in caſu, in quo delictum non inferebat priuationem de ſui natura, *Abb. in d. c. 1. nu. 25. verſ. fateor tamen*, quem ſequitur, *Rip. ibi nu. 78. verſ. retenta concluſ.*

12 Declaratur ſecundo, ne procedat quando excommunicatus antea fuit citatus ad ſe purgandum ſub poena priuationis, nam in tali caſu ſi deficit in purgatione, & perſiſtit in excommunicatione per annum, erit ipſo iure priuatus *Abb. in d. c. cum bonæ, in fine, verſ. quando q. eſt citatus de æt. & qualit. Rip. in d. c. 1. nu 78. verſic. 2. declara.*

13 Quintus eſt caſus, quando excommunicatio eſt lata pro crimine ciuili ter in iudicium deducto, & tunc eſt priuatus ipſo iure, vel venit priuandus per ſententiam, vel punitur poena arbitraria, prout ex poſcit qualitas criminis pro quo eſt excommunicatus, quia qualitas, quod deducatur in iudicium, ciuiliter non minuit qualitatem criminis, vt probat, *Teſt. in cap. quicumq. 3. vbi gloſ. & Doct. & ſupponunt, Abb. in d. c. 1. nu. 27. verſ. tene tamen menti, & ibi Butr. nu. 89. Boſchus Codecha nu. 166. verſ. Amplia concluſionem, & iterum Abb. in d. c. contingit num. 7. de dolo & contum. Couar. d. §. 7. nu. 10.*

14 Sextus eſt caſus, quando excommunicatio eſt lata pro cauſa mere ciuili, nempe ob non ſolutionem penſionis, vel ex alia ſimili cauſa, & tunc perſiſtens in excommunicatione per Annum, neq; priuatur ipſo iure, neq. poteſt priuari per ſententiam, quia diſpoſitio, *d. c. rurſus, & c. quicumq. 11. q. 3.* non procedit in excommunicato ex cauſa mere ciuili, *gloſ. in d. c. contingit, verb. non poteſt de dol. & contum.* quam vti ſingularem ſequuntur ibi, *Butr. nu. 10. verſic. nota magnam limitationem, & ibi Abb. n. 7. & iterum Abb. in d. c. 1. nu. 27. verſ. tene tamen menti, de iudic. ibiq; Ripa nu. 77. verſic. retenta igitur Barb. ſub nu. 134. verſ. ex his Rebuff. in d. c. poſtulaſtis ante n. 243. de cler. excom.* Contrarium quamuis ſatis nutans tenet, *Boſchus Codecha in d. c. 1. n. 172. de iudic. Menoch. de arbitr. caſu 416. n. 52. & 53.* Sed à priori opinione recedendum non eſt, tum quia eſt communis, tum etiam quia eſt vſu, & praxi probata, vt teſtatur, *Rebuff. loco cit. Seraph. d. dec. 1285. in fine* vbi improbat opinionem Menochij.

15 Septimus eſt caſus, quando quis perſtitit in excommunicatione vltra annum, & in hoc tres ſunt opiniones, Altera quod etiamſi ſteterit per mille annos nequeat beneficiis priuari, quam ſequuntur *Rom. ſing. 307. quod* incipit de hoc heri interrogatus, *Bero in d. capitulo 1. num. 83. Aufer. in d. deciſ. Tholoſ. 366. Rebuff. in ſæpè* alle-

allegato cap. poſtulaſtis num. 242. *verſic. prima concluſio, de cler. excom Guliel. de Benedict. in c. Rainutius, verb. mortuo teſtatore el* 1. *nu.* 190. *verſic. qua quidem intra de teſtam. Franc. in d. c. cum contumacia in fine de haret. lib.* 6.

Et licet pro hac eadem ſententia ſoleat allegari *gloſ. in d. c. contingit verb. non poteſt, ibique Abb. & Rip.* nihilominus illi loquuntur tantum in perſiſtente per Annum, & non vltra, & propterea non debent allegari pro hac opinione, pro qua præter ſupra relatos vix alium reperies, qui loquatur in perſiſtente vltra annum. Horum opinio probari ſolet ex *teſt. in c. quoniam frequenter* §. *fin.* in finalibus verbis, vt lite non conteſtata, vbi ex cauſa ciuili excommunicatus auditur intra, & poſt annum. præterea probari poteſt ratione; priuatio enim non inducitur ex ſola perſeuerantia per annum, ſed quia per lapſum anni iuris præſumptione, videtur fateri crimen, ob quod fuit excommunicatus, *d. c. rurſus, & c. quicumq.* 11. *q.* 3. At quando excommunicatio proceſſit ex cauſa ciuili, tunc nullum adeſt crimen, quod poſſit fateri, & conſequẽter non poteſt induci priuatio; Altera eſt opinio *Veronen. cautel.* 96. *quæ incipit, Volo tibi dare,* qui tenet poſſe priuari per annum lapſum. Tertia eſt opinio, quod ad effectum vt excommunicatus ex cauſa ciuili poſſit priuari beneficio ſufficiat inſordeſcentia per triennium, quam opinionem ſequuntur, *Butr. in d. c. bona, ante nu.* 11. *verſic. quandoque fertur de at. & qualit. & ibi Abb. nu.* 7. *verſic. quandoque Riba in ſæpe cit. c.* 1. *num.* 78. *verſic. & tenendo iſtam fallentiam, ibique Boſcbus, Codeſcha nu.* 172.

16 Ego crederem negari minime poſſe, quin perſiſtentia animo obſtinato in excommunicationem inducat iuſtiſſimam cauſam quæ etiam in cauſa ciuili poſſit per ſententiam priuari; moueor.

17 Primo, quia ratio propter quam excommunicatus inſordeſcens per annũ, priuatur ipſo iure vel poteſt priuari per ſententiam, non eſt ſola confeſſio criminis, ſed quia redditur hæretica labe ſuſpectus, etiam in cauſa ciuili, propter præſumptum clauium contemptum, *cap. cum contumacia de haret. lib.* 6. qui licet præſertim loquatur in perſiſtente in excommunicatione ex cauſa fidei, idem tamen procedit in reliquis excommunicatis vt denotat verbum illud, præſertim, de cuius natura eſt, vt exprimat caſum minus dubitabilem, includendo caſum magis dubitabilem *Dec. in l. qui ſe Patris num.* 60. *C. vnde liber. Soccin. Iun. conſ.* 30. *num.* 41. *lib.* 1.

18 & in ſpecie quod Teſtus *in d. cap. cum contumacia* procedat in quocunq; excommunicato ſcribit, *Menoch. d. caſu* 416. *num.* 19. & eſt declaratum in Sacro Tridentino Concilio *Seſſ.* 25. *de reform. cap.* 3. §. *Excommunicatus*. Hæc ratio cum æquè militet in cauſa criminali, & ciuili, merito in vtraque eadem debet diſpoſitio *l. illud ff. ad l. Aquil. l. adigere,* §. *quamuis ff. de iurep.*

Quinimo maior videtur ratio in cauſa ciuili, quam in criminali, ex quo pro re leuiori, & quæ minus illum tardare debuerat ire ad iudicem, contemnit. Secundo priuatio propter inſordeſcentiam nititur, præſertim in pertinacia, & contemptu, vt probat, *Teſt. in d. c. cum bona ibi venire iuxta mandatum apoſtolicum contempſerunt, & ibi pro tanta pertinacia, & contemptu Apoſtolico beneficiis, qua habent, non differas ſpoliare, & in d. cap. rurſus* 11. *quaſt.* 3. *ibi cauſam ſuam purgare contempſerint, qui contemptus ex obſtinata perſeuerantia per triennium tergiuerſari quidem non poſſe, probat inrrefragabiliter idem Teſt. in d. c. bona.*

Licet ergo in excommunicatione lata ex cauſa ciuili ceſſet ratio confeſſi criminis, tamen data perſeuerantia tanti temporis militat ratio contemptus, quæ conſideratur æquè principaliter, quæq; facit, vt remanet *eadem diſpoſitio,* §. *affinitatis inſt. de nupt.* Tertio in excommunicato ex cauſa criminali, quæ non eſt digna priuatione, perſiſtentia

19 in excommunicatione per triennium, operatur vt poſſit priuari: *Abb. in d. c.* 1. *num.* 25. *verſic. fateor tamen, Ripa ibi.*

ibidem num. 78. *verſic. retenta concluſione.* At in illo caſu priuatio non poteſt fundari in ſimplici perſiſtentia quæ inducit confeſſionem delicti, quia dato quod crimen ſit confeſſaram, tamen illud non punitur pœna priuationis, vt ſupra dictum eſt in tertio caſu, Cum ergo poſt triennium poſſit priuari, ſe-
20 quirur, quod priuatio oritur ex contemptu æque, ac ex criminis confeſſione. Non obſtant contraria, quia primum laborat æquiuoco, licet enim excommunicatus pro cauſa ciuili, ibi audiatur intra, & poſt annum, tamen audirur diuerſimode, & iuxta diſtinctionem caſuum traditam in eodem cap. quoniam frequenter, §. in aliis, vt bene declarat *gloſ in d. §. fin. verb. diſtinctionem, verſ. Et quod dixit.*

Præterea non eſt bonum argumentum, auditur poſt annum, ergo auditur poſt triennium, quia per triennii lapſum, (vt patet exprædictis) inſurgit
21 maximus contemptus, qui illum repellit. Secundum licet videatur valde ſpecioſũ, tamen vnico verbo remouetur, fateor enim ex perſeuerantia triennali in excommunicaro ex cauſa ciuili non oriri confeſſionem criminis, quia nullum adeſt crimen, tamen operatur vt poſt annum ſit ſuſpectus de hæreſi, vt declarat poſt alios, *Franc. in d. c. cum contumacia in finalib. verb. de haret. lib. 6.* quę ſuſpirio cum durat per triennium, parit delictum priuatione dignũ, *d. cap. cum bona de ætat. & qualit.* Ex hac caſuum diſtinctione patet, quod licet decretum *Sacri Concil. Trid. Seſſ. 25. c. 3. Excommunicatus*, videatur loqui generaliter in quocumq; excommunicato inſordeſcente per annum, tamen eſt intelligendum ſecundum præfatam diſtinctionem, prout cenſuit Rota apud, *Seraph. d. dec.* 1285. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Inſordeſcens in excommunicatione vt quis dicatur non coniungun tur tempora.*

2 *Emphiteuſi vt quis priuetur ob non ſolutionē tempora non coniunguntur.*

3 *Inſordeſcens vt quis dicatur, debet perſeuerare cum animi pertinacia quæ inducat contemptum clauium.*

4 *Inſordeſcentia vt doceatur opus eſt probare excommunicatum habuiſſe notitiam excommunicationis.*

5 *Excommunicatus non dicitur perſeuerare ſi intra annum inſtetit pro abſolutione.*

6 *Inſordeſcens non dicitur qui petiit abſolutionem, & obtinuit ſupplicationem ſignari, licet illam non expedierit.*

7 *Excommunicatus ſi poſt petitam abſolutionem fecerit actus illicitos, vel illi opponatur fuiſſe petitam non dicitur perſeuerare.*

8 *Excommunicatus non dicitur perſeuerare, ſi propter impotentiam non expedierit abſolutionem.*

9 *Inſordeſcens non dicitur qui fecit ſuas diligentias pro obtinenda abſolutione.*

10 *Inſordeſcentiam non dicitur contrahere qui aliquo impedimento detentus non potuit comparere.*

11 *Inſordeſcens poſt annum conſueuit citari.*

12 *Inſordeſcens vt quis dicitur ad effectum priuationis debet ferri ſententia declaratoria inſordeſcentiæ.*

13 *In excommunicatum ſi agatur tanquã ſuſpectum de hæreſi proceſſus debet fieri ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.*

ARGVMENTVM.

Vt dicatur contracta inſordeſcentia ad effectum priuationis beneficiorum quæ requirantur.

CAP. VIII.

Plura debent ſimul copulatiuè concurrere.

Primum, quod tempus ſit omnino completum, non enim ſufficeret, ſi eſſet annus, vel triennium cæptum, *Rebuff. in d. cap. poſtulaſti n.* 51. *verſ. intellige de cler. excom.*

Secundum, quod ſit continuatum, nec

1 nec ſufficeret, ſi quis ſteterit ſemel per ſex menſes in excommunicatione, & deinde obtenta abſolutione cum reindentia, poſt abſolutionem ſteterit per alios ſex nam in hac materia tempora non coniunguntur, *Ioan. Andr. in d. cap. cum contumacia, in verſic. per annum, ibiq; Archid. & Gem. n. 10. Franc. n. 2. verſ. Itẽ annus de hæret. li. 7. Rebuff. in d. c. poſtulaſtis nu. 252. de cler. excom. miniſtr. Nau. conſ. 7. nu. 3. de hæret. Rota apud Seraphin. d. deciſ. 1285. num. 5. & in* Oſcen. *Archid. 16. Maii. 1603. coram nunc* Illuſtriſſimo *D.* Car*d.* Laneellotto *impreßa per Far. tõ. 2.* C*õſ. dec. 196. n. 5.*

2 Simile videmus in emphitéuſi, in qua ad effectum priuationis ob non ſolutionem, tempora non coniuguntur, *Soccin. Sen. conſil. 118. nu. 6. & ſeq. lib. 4.* vbi quod hoc eſt regulare in quacumq. pena, vt tempora non coniungantur, & ſequirur, *Nau. conſ. 34. nu. 2. & conſ. 36. nu. 1. in fin. de regular.*

3 Tertium, quod ſit perſeuerantia cum animi pertinacia, quæ includat contemptum clauium, *d. c. bonæ. de ætat. & qualit. d. cap. cum contumacicia de hæret. lib. 6. Card. in cap. excommunicamus, §. qui autem in fine de hæret. Signorol. conſ. 33. num. 10. verſic. prætera, Socc. in c. perpetua num. 23. & 24. & in cap. ſacris nu. 491. de ſent. excom. Rota in d. Oſcen. Archidiaconatus, & iterum in eadem 4. Maii 1607. coram R. P. D. Pamphilio, quæ eſt deciſio 132. nu. 7. par. 1. in nouiſſime impreſſ. per* Farinac. ex quo.

4 Infertur primo, quod ad effectũ docendi, de inſordeſcentia eſt opus docere imprimis excommunicatum habuiſſe notitiam excommunicationis, alias ſine notitia non poteſt dari contumacia, & conſequenter non poteſt dari contemptus, R*ota in d. Oſcen. Archidiaconatus 11. Iunii 1602. coram Illuſtriſſ.* Laneellotto *impreſſa per Farin. tom. 2. Conſ. dec. 181. num. 2.* vbi vide praxim probandi notitiam ad effectum inſordeſcentię.

5 Infertur ſecundo, quod is, qui intra annum inſtetit pro abſolutione, non poteſt dici quod perſeuerauerit in excõmunicatione per annum, *Io. Andr. in d. c. cum. contumacia, verſic. pertinacia de hæret. lib. 6. & ibi Gemin. num. 11.* F*ranc. ante nu. 3. verſic.* I*deo ſi intra annum, Rebuff in d. c. poſtulaſtis numero* 256.

6 Quorum auctoritate ſuffulta Rota reſpondit non poſſe dici perſeueraſſe in excommunicatione eum, qui petiit abſolutionem, & obtinuit ſupplicationem ſignari, quamuis deinde eam non expedierit, vt in Oſcen. Archidiaconatus 16. Maii 1603. coram Cardinali Lancellotto, vbi excommunicatus obtinuerar ſignari ſupplicationem ſuper abſolutione, ſed eam poſtea non recuperauerat ab officio componendarum, ſufficit enim petere abſolutionem ad hoc, ne dicatur contemnere excommunicationem, *Hoſt. in cap. grauem de pœnis, Anchar. ibidem nu. 1. Card. nu. 1. Butr. nu. 5. Abb. nu. 3.* Quod procedit etiamſi eam non expedierit ex ſimplici mutatione voluntatis, quia ſemper verum erit, quod pro eo tempore quo petiit, non poteſt dici perſeueraſſe in excommunicatione, ex quo ceſſauit contumacia, & contemptus, ſine quibus non datur inſordeſcentia, *Rota in d. Oſcen. coram D. Cardinali Lan-*
7 *cellotto in fine*. Item procedit etiamſi poſt petitam abſolutionem excommunicatus fuerit alios actus illicitos, & damnoſos, nam iſti operantur, vt de nouo dicatur excommnicatus, non autem quod tollatur actus præcedens petitæ abſolutionis, vt eleganter reſpondit Rota *loco cit.* Procedit pariter etiam ſi exaduerſo opponatur, quod petitio abſolutionis fuerit ſimulate petita, nam niſi hoc euidenter, & neceſſario probetur, ſufficit actus exterior petitæ abſolutionis ab habente poteſtatem eam concedendi, R*ota loco cit.* Et hoc quia eccleſia non iudicat de occultis, ſed ſolus Deus ſcrutator eſt cordium, *c. unico vt Eccleſiaſt. beneficiũ ſine diminut. confer.* & quia paria ſunt penitere, & habere ſigna contritionis, vt notat, *Gem. in c. ſuperno num.* 20. *de hæret.*

8 *lib. 6.* Et demum prædicta citra vllam
controuerſiam procedunt in caſu in
quo abſolutio non fuit expedita ex ali-
quo impedimento, veluti quia propter
paupertatem non potuit ſoluere com-
ponendam, vel ob aliam ſimilem cau-
ſam, nam propter impotentiam eſſet
excuſandus, *Oldrad. conſil.* 277. *Signo-
rol. conſ.* 33. *num.* 1. *ſentit*, *Card. in c.
excommunicatus, §. qui autem, ad finem
de hæretic.* quos in hac ſpecie probat,
Rot. loco cit. num. 4.

9 Infertur tertio, non poſſe dici per-
ſeueraſſe in excõione, & conſe-
quenter contraxiſſe inſordeſcentiam
eum, qui fecit diligentias pro obtinen-
da abſolutione, & obtinere non pô-
tuit, quia diligentia obtinendi excludit
contemptum, *cap. paſtoralis, §. verum,
vbi gloſſ. de appell. et iterum gloſ. penult.
in c. paſtoralis, §. præterea de offic. ordin.
Veronen. cautel.* 96. *quæ incipit. Volo ti-
bi dare, ſub nu.* 3. *Rebuff. in d. cap. poſtu-
laſtis num.* 258. *de cler. excom. Boſchus
Codecha in d. cap.* 1. *nu.* 166. *verſic. li-
mita concluſionem de iudic. Rota loco cit.
nu.* 3. Quod multo magis procedit, ſi
abſolutio fuerit illi denegata ex mali-
tia excommunicantis, aut partis appel-
10 lantis, *d. §. verum Rebuff. loco cit.* Et pa
ri ratione non poteſt dici contraxiſſe
inſordeſcentiam eum qui aliquo impe
dimento impeditus, non potuit compa
rere, *Ghirlandus in tract. de hæret. q.* 12.
poſt nu. 4. *Ignat. Lopez in addit. ad Diaz
in pract. crim. canon. cap.* 116. *num.* 12.
verſ. Immo, & quod exiſtimo, *Couar. in
dicto cap. Alma mater par.* 1. §. 7.
num. 11. *verſ.* Deinde apparet: ſi qui-
dem ſtante impedimento ceſſat præ-
ſumptio contemptus, cum is dicatur
contemnere, qui ſpernit poteſtatem
iudicis, aut legis, quod ſi ex aliqua
cauſa etiam iniuſta non obtemperat
non dicitur contemnere, *gloſ. in cap.
Metropolitanum* 2. *q.* 7. *Calder. conſ.* 4.
de ſent. excom. & conſ. 11. *de verb. ſigni-
fic. Felin. in cap.* 2. *num.* 11. *verſ. & qui
facit ex aliqua cauſa, de maior. & obed.
Couar. qui pluribus probat, in cap. Alma
Mater par.* 1. §. 7. *nu.* 6. *late Decian.
reſponſor.* 14. *nu.* 9. *& ſeq. lib.* 3. Ad quas
11 difficultates vitandas praxis inoleuit
vt quando agitur contra inſordeſcen-
tem vti ſuſpectum de hæreſi, tranſacto
anno citetur ad ſe purgandum iuxta
formam traditam, *in d. cap. cum contu-
macia de hæret. lib. 6. Seraph. d. deciſ.*
1285. *nu.* 3. Dixi quando contra inſor
deſcentem agitur vti ſuſpectum de hę-
reſi, quia ſecus eſt, quando agitur ex
cauſa, quæ meretur priuationem, tunc
enim ad effectum priuationis, ſatis eſt,
quod in excommunicatione inſordue-
rit, & non eſt neceſſaria alia citatio;
Rota in d. Oſcen. 10. Iunii 1602. co-
ram Illuſtriſſimo Lancellotto in fine
Mareſcott. var. reſol. lib. 2. *c.* 35. *nu.* 61.

12 Quarto requiritur, quod poſt an-
num, ſeu aliud tempus præfixum ad in-
ſordeſcentiam, feratur ſententia de-
claratoria inſordeſcentiæ, quia quan-
tumcunq; ſit inducta priuatio ipſo iu-
re, ſemper tamen requiritur ſententia
declaratoria, *cap. cum ſecundum leges,
vbi notant omnes, de hæret. lib.* 6. *plene
Felin. in cap. Rodulphus ſub num.* ...
*verſ. Sed declaratoria, de reſcript. & in
cap. cum non ab homine col.* 4. *de iudic.
Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis num.* 259.
de cler. excom. Egid. dec. 677. *ſub num.*
13 5. *verſic. nec obſtat.* Et demum neceſſe
eſt, quod in caſu in quo agitur contra
Excommunicatum tanquam contra
ſuſpectũ de hæreſi fiat proceſſus ab in
quiſitorib. ſuper hæretica prauitate de
putatis, ex conſtitut. Pii V. de qua me-
minit. *Seraph. d. dec.* 1285. *num.* 3. *&*
4. Secus quando agitur ex cauſa,
quæ meretur priuationem ex *doctr.
alleg.* Eſt verum quod cum priuatio
ſit inducta, valet impetratio facta
ante declaratoriam, *cap.* 2. *de re-
ſcript. c. commiſſa de elect. Dec. in c. cum
in cunctis, §. verum col.* 2. *eod. tit. Re-
buff. in c. poſtulaſtis nu.* 259. vbi atte-
ſtatur de conſuetudine Romanæ Cu-
riæ.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium impetranti in curia ſolet dari abſolutio a quacumque excommunicatione ad effectum.*

2 *Abſolutio eſt tam ordinaria in litteris Apoſtolicis vt omiſſa poſſit cenſeri adiecta, vel renouari littera & illis inſeri.*

3 *Abſolutio appoſita in litterarum Apoſtolicarum expeditione multis caſibus non operatur.*

4 *Abſolutio quæ datur in litteris Apoſtolicis non operatur abſolutionem, ſed impedimentum ſuſpendit.*

5 *Abſolutus in litteris Apoſtolicis non poterit celebrare, poteſt obtinere aliud beneficium niſi de nouo abſoluatur.*

6 *Abſolutus in expeditione litterarum Apoſtolicarum, non facit fructus beneficii ſuos.*

7 *Clauſula teque abſoluentes, in literis Apoſtolicis operantur perinde ac ſi impedimentum non adeſſet.*

8 *Abſoluendi facultas conceſſa nuntiis nō operatur abſolutionem in reſeruatis Papæ.*

9 *Legatus habens facultatem conferendi, poteſt abſoluere ab excommunicatione impediente effectum gratiæ.*

10 *Epiſcopi abſolutio appoſita in collatione operatur in caſibus in quibus poteſt.*

ARGVMENTVM.

Impetratio facta ab excommunicato quando ſuſtineatur ex clauſula, teque abſoluentes, cuius occaſione plura ad intellectum dictæ clauſulæ afferuntur

CAP. IX.

1 AD vitāda pericula & nullitates quę frequēter in impetrationib. oriri poſsūt propter inhabilitatem ex capite excommunicationis, Curia Romana introduxit, vt in cuiuſque reſcripti impetratione, ſiue procedat per viā gratiæ, ſiue per viam Iuſtitiæ, ſemper detur impetranti abſolutio à quacunque excōione ad effectum, quæ quidē abſolutio reddit gratias efficaces, & validas, nō obſtante exceptione excommunicationis, *Dec. in cap. Apoſtolicæ num. 6. de except. ibiq; felin. num. 1. verſ. & idem de abſolutione, Rebuff. in praxi par. 1. tit. de forma. nouæ prouiſ. n. 1. & ſeq.* Cou. *in c. alma mater p. 1. §. 7. n. 3. ad fin. Boer. dec. 290. per tot. cum aliis per Garz. loco cit. num. 60.*

2 Cum autem hæc abſolutio ſit ordinaria in gratijs, & reſcriptis Apoſtolicis, adeo vt ſi omittatur poſſit vel cenſeri adiecta tanquam ſolita apponi, vel ſaltim reformari litteræ, & in illis inſeri, *Rebuff. in forma nouæ prouiſ. §. teq; abſoluentes, Nauar. conſ. 28. ſub num. 5. tit. de ſent. excom.* Ideo ad eius declarationem nonnulla ſunt ſubiicienda.

3 Notandum ergo Primum, quod cū vſu compertum eſſet cenſuras eccleſiaſticas parui fieri, & homines in illis inſordeſcere, ideo emanauit *reg. Cancell. 65.* in ordine, per quā plures conſtituuntur caſus, in quibus abſolutio prædicta non ſuffragatur, quos caſus proſequuntur *Rebuff. ibi...* & latius praxi *d. tit. de forma nouæ prouiſ. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 253. quibus adde tract. de clauſ. vulgatum per Mart. par. 1. clauſ. 47. & ad d. regulæ intellectum vide Rot. in Tuden. beneficii 5. Aprilis 1604. coram Penia.*

4 Notandum Secundo, quod abſolutio prędicta, realiter, & in effectu non operatur abſolutionem, ſed ſuſpendit impedimentum proueniens ab excommunicatione, quouſque gratia ſortiatur effectum, quo ſequuto impetrans ſtatim reincidit in excommunicationem, *Dec. Rebuff. Bœr. & alii locis cit.*

5 Vnde deducitur Primo, quod taliter abſolutus non poterit celebrare, nec Diuinis intereſſe, nec ordines ſumere, & alia ſimila facere, *Rebuff. in praxi tit. de forma noua prouiſ. verb. teque abſoluentes, num. 15. & 19.*

Se.

6 Secundo deducitur taliter abſolutum non poſſe obtinere aliud beneficium ab ordinario, vel ab alio collatore, niſi de nouo abſolueretur ad illum effectum, quia effectus clauſulæ eſt in prima abſolutione conſumptus, *Rebuff. loco cit. nu.* 16.

7 Tertio Decitur, quod taliter abſolutus non facit fructus beneficii ſui, *Rebuff. loco cit. num.* 18. *Vgolin. de cenſur. tab.* 2. *cap.* 12. *in princ. num.* 1. *verſic.* 6. *Garz. loco cit. nu.* 166. *Monet. de diſtrib. quotid. p.* 2. *q.* 15. *nu.* 24. Et demum per hanc abſolutionẽ excommunicatus in nullo alio releuatur, niſi vt prouiſio ad eius fauorem facta ſuſtineatur non obſtante excommunicatione, ſed in reliquis omnibus effectibus remanet excommunicatus, *Dec. in d. Apoſtolicæ nu.* 6. *de except. Rebuff. loco cit num.* 19.

Notandum tertio eſt, quod quando litterę ſunt in forma dignum, ſeu alias in forma commiſſaria, tunc ad effectum vt collatio ſuſtineatur, debet abſolui à commiſſario, antequam fiat collatio, alias illa nõ ſuſtinetur; ita cenſet, *Enriquez in ſumma lib.* 13. *cap.* 13. *§.* 3. *in fine, quem ſequitur* Garz. *d. cap.* 13. *nu.* 61. Quod tamen ego probare minime

8 poſſum, nam vt mox dictum eſt, hæc abſolutio non tam operatur effectus veræ abſolutionis, quam ſuſpenſionis impedimenti, quo fit vt prouiſus non egeat alia abſolutione, quia pro conſequenda gratia, ſtatim atque litteræ ſunt expedite cum clauſula, teque abſoluentes, habetur perinde ac ſi impedimentum excommunicationis non adeſſet, vnde abſolutio eſſet otioſa.

9 Notandum Quarto hanc facultatem abſoluendi à cenſuris ad hoc, vt prouiſiones ſuum ſortiantur effectum, indulgeri conſueuiſſe Legatis, & nuntiis, quibus ſedes Apoſtolica concedit facultatem conferendi, quo caſu clauſula prædicta non operatur niſi abſolutionem ab iis excommunicationibus à quibus Legatus aut Nuntius poterat abſoluere, non autem à Papæ reſeruatis, *Nauar. in c. ita quorundam not.* 11. *num.* 8. *Garz. loco cit. num.* 68. Contrarium tenet, *Felin. per illum Teſt. in cap. Ad eminentiam num* 2. *de ſent. excom.*

10 Ego arbitror Legatum, ſiue nuntium cui data eſt facultas conferendi cum poteſtate abſoluendi ad effectum, poſſe abſoluere ab omni excommunicatione impediente effectum gratiæ, etiamſi illa ſit de reſeruatis Papæ, dummodo non ſit de caſibus compræhenſis in reg. 65. in quibus nec Papæ abſolutio ſuffragatur, quia d. facultas conceditur ad hoc, vt gratia ſuſtineatur, & ſic eſt de mente Papæ tollere omne impedimentum quo gratia poteſt inualidari.

11 Notandum Quinto, Epiſcopum poſſe apponere in eius collatione clauſulam, teque à quibuſuis excommunicationibus, &c. ſed abſolutio in tali caſu non operatur, niſi in caſibus, in quibus poterat abſoluere Ordinarius, *Nauar. in d. c. ita quorundam not.* 1. *nu.* 18. & 22. *Cucchus inſt. Maior. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 189. *Vgol. de cenſur. tab.* 1. *cap.* 4. *§.* 5. *nu.* 189. *Garz. loco cit. num.* 71.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus poteſt acceptare.*
2 *Excommunicatus licet non poſſit acquirere feudum nouum, poteſt tamen agnoſcere paternum.*
3 *Beneficium non conſolidatur in perſona prouiſi ante ſequutã acceptationem.*
4 *Acceptatio prodeſt quo ad voluntatis declarationem, ita vt poſt abſolutionem non ſit neceſſaria noua acceptatio.*
5 Ex*communicatus prouiſus ſi ante abſolutionem decedat, non dicitur beneficium vacare per eius obitum*
6 *Acceptatio ante abſolutionem non extinguit reſerua tionem.*
7 *Excommunicatus habens litteras ad beneficium vacaturum, poteſt acceptare ſed collatio ſuſpenditur vſque quo ſequatur abſolutio.*

AR-

ARGVMENTVM.

Excommunicatus an poſſit acceptare beneficium ſibi collatum ante excommunicationem.

CAP. X.

1 CVm acceptatio
ſit facti, & con-
ſiſtat in ſimpli-
ci declaratione
voluntatis, inde
ſequitur vt poſ-
ſit etiam ab ex-
cõmunicato fie
ri, ita profitendo docet Bald. in cap.
cum inter ſub num. 10. de except. Rot.
deciſ. 5. de præb. in noui. & deciſ. 8.
de ſent. excom. in antiq. Biſign. deciſ.
4. eod. tit. & dec. 10. 1. de conceſ. præb.
in nou. Felin. in cap. cum dilectus num.
1. verſ. pro quo vlt. de accuſ. Sarnen.
de expectãt. num. 60. Rebuff. in con-
cord. tit. de excommunicatus non vi-
tand. ſub gloſ. 1. verſ. 3. fallit, & in d.
cap. poſtulaſtis num. 124. de cler. excom.
litter. grat. tit. de vi & effectu clauſ.
verb. 8. executor num. 22. Gabr. concl.
8. num. 43. de probat. Couar. in d.
cap. Alma mater, par. 1. §. 7. num. 7.
Pariſ. de reſign. lib. 10. q. 8. num. 39.
Vgolin. de cenſur. tab. ſecunda cap. 13.
§. 1. numero & §. 2. num. ſeptimo
Azor. par. 2. lib. ſexto cap. 7. q. 9. &
lib. 7. cap. 23. q. 5. Gonzal. in reg. de
menſib. gloſ. 58. num. 26. Suarez d.
2 diſp. 13. ſect. 1. num. 15. cum. ſeq. &
num. 22. & 23. vbi pluribus probat
excommunicatũ ex hac acceptatione
nullum committere peccatum. Simili-
ter licet excommunicatus non poſſit
acquirere feudum nouum, poteſt ta-
men agnoſcere paternum, Affl. in cap.
1. num. 28. tit. quo tempore miles Siluan.
de feud. recognit. q. 99. num. 23. Io.
Blanchett. in ſum. feud. tit. 5. num. 12.
lib. 1. Roſental. de feud. cap. 3. concluſ.
23. Contrarium tenet Card. in d. cap.
poſtulaſtis circa fin. verſ. quæro in princ.
Capitul. de cler. excom. miniſtr. Felin.
in cap. ad probandum num. 6. de re
iud. Alciat. in cap. 1. num. 12. de iudic.
& eiuſdem ſententiæ videtur Gaetan. in
ſumm. verb. excommunicato ad finem
3 §. vbi ſcito. Fundamentum huius opi-
nionis eſt quia licet ius in beneficium
quæratur ex collatione, cap. 1. de
reg: Iur. lib: 6. tamen non conſolida-
tur in perſona prouiſi ante ſequutam
acceptationem, cap. ſi tibi abſenti de
præb. lib. 6. l. abſenti ff. de donat l. qui
abſenti ff. de acquir. poſſ.

4 Inherendo communi ſententiæ eã
declara, vt hæc acceptatio non proſit
excommunicato, quo ad noui
Iuris acquiſitionem, ſed tantum quo
ad voluntatis declarationem, quæ de-
claratio operatur, vt poſt abſolutionem
nõ requiratur noua acceptatio, ita de-
clarant, & recte Rebuff. in d. cap. poſtu-
laſtis num. 128. Couar. var. reſolut. lib.
3. cap. 16. ſub num. 4. poſt med. verſ.
niſi quiſpiam dixerit, quem ſequi vi-
dentur Suar. loco cit. num. 16. Alter.
cap. 5. fo. 237. verſ. ab hac communi
ſententia, & fol. 238. verſ. reſpondeo.

Et hæc declaratio videtur rationa-
bilis, quia eadem ratione qua excom-
municatus reputatur incapax ad ac-
quirendum titulum ex collatione, de-
bet etiam reputari incapax ad acqui-
rendum ius ex acceptatione, cum
in vtraque eadem militet ratio, l. illud
ff. ad leg. Aquil. Ex hac concluſione.

5 Deducitur Primo quod ſi contin-
gat prouiſum decedere in excommu-
nicatione, antequam abſoluatur, tunc
beneficium non dicetur vacare per
eius obitum, non obſtante acceptatio-
ne facta tempore, quo erat excommu-
nicatus, quia illa non proficit ad acqui-
ſitionem tituli, ſeu Iuris, vt ſcribit, &
recte, Couar. d. lib. 3. var. reſol. cap. 16.
num. 3. Suarez. d. diſput. 13. ſect. 1. n.
17. verſ. eſtq; hoc aliquando; Alter. d. cap.
5. pag. 237. verſ. Reſpondeo pluri-
mum.

6 Et pari ratione deducitur Secundo
quod in tali caſu acceptatio ante abſo-
lutionem, non extinguit reſeruatio-
nem, quia reſeruatio non expirat ev

ſimplici collatione, ſed requirit vlterius acceptationem prouiſionis, licet non requirat adeptionem poſſeſſionis, *Oldr.conſil.*57. *Collect.at.in cap. cum eccleſia noſtra,de ſacrileg. Gem. in cap.* 21. *col.* 2. *de prab. lib.* 6. *Specul. in tit. de act. & petit.* §. *vlt. ibique Io. Andr. Sarnen. de triennal. quaſt.*30.*ſub nu.*2. *verſ.*3.*limitatur,Cou.loc.cit.*

7 Deducitur tertio, quod habens litteras ad beneficium vacaturum, ſi ſit excommunicatus tempore quo beneficium vacat, poterit illud acceptare, ſed collatio eſt ſuſpendenda, vt fiat poſt ſequutam abſolutionem, *Rot.dec.* 5. *de ſent.excom.in antiq. Nau. in cap. ſi quando except.* 10. *num.* 9. *Couar. in cap. Alma mater par.*1.§.7.*nu.*4.*& lib.* 3. *Var. reſol.cap.*16. *nu.* 4. *verſic. quod probato Suarez & Alter.locis cit.ille ſub num.*18. *hic vero pag.* 238. *Reſpondeo.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati poſſunt optare.*
2 *Optio non dat nouum titulum, ſed conſiſtit in facto.*
3 *Excommunicatus poteſt optare temporalitatem abſque titulo, ſecus titulatam.*
4 *Excommunicatus notorius poteſt optare dummodo non ſit optio noui tituli.*
5 *Excommunicatus optans debet differre prouiſionem poſt abſolutionem.*

ARGVMENTVM.

Excommunicatus an poſſit optare.

CAP. XI.

1 OPtare poſſe cenſuerunt, *Gemin. in cap. fin. in fine, ibiq; Franc. num.* 6. *de conſuetud.lib.*6. *Rebuff. in d. cap.poſtulaſti n.* 132. *cler.excom. minſtr. Sarn. de expect. nu.* 60. *Gig de penſ.quaſt.*63.*nu.*15.*Gabr. d. concluſ.*8.*num.* 43.*de prob. Rot.dec.* 5.*in fine de conceſſ.præb.in nouiſ. & dec.* 8. *de ſentent. excom. in antiq. Caſſad.*
2 *dec.* 17. *nu.* 5. *de prab.* Ratio eſt, quia hæc optio non tribuit nouum titulum, & cõſiſtit in ſolo facto, quod explicatur in vim tituli iam quæſiti, qui quidem titulus per excommunicationem ſuperuenientem non minuitur, *Suarez d.diſput.* 13.*ſect.* 1. *num.* 17. *& ante eum Abb. in cap.* 1. *n.* 8.*de iudic.ibiq;* Felin. *nu.*8.*Dec.nu.* 44. *in* 2. *lect.* facit quod excommunicatus poteſt acceptare alternatiuam, quia per illam non acquiritur ius nouum, ſed declaratur voluntas acceptantis, *Gonz.in reg.*8. *gloſ.*58. *num.* 24. *&* 26. *quem Rota probat.dec.* 602. *nu.*6.*p.*1.*tom.* 2. *in recentior* Item facit quod excommunicatus poteſt adipiſci poſſeſſionem beneficii, *Card.in d. cap.poſtulaſti in fine,verſ.ſed quid ſi collatio, Rebuff.ibidem num.*131.*Gambar. deciſ.* 44.

3 Contrarium, videlicet quod excommunicatus optare non poſſit, tenent, *Card.in d. cap. poſtulaſtis nu.* 5. *de cler. excom.miniſtr.* Alciat.*in cap. primo nu.* 10.*de iud.Eneas de Falconſ. de reſeru.q.* 4.*effectu* 5. *num*-3. *Rebuff. in tit. de ex. com. non vitand.verſic. item in alia, & verſic.*11.*Vgolin. de cenſur. cap.* 13. §. 2. *num.* 7.

4 Pro opinionum concordia dicas, quod prima procedit, quando optatur ſola temporalitas abſque titulo; Secunda vero procedit, quando optatur titulus, veluti quando Portionarius optat Canonicatum, vel canonicus dignitatem, ita opiniones conciliando diſtingunt, *Couar. in d. cap. Alma mater* §. i. §. 7.*ſub nu.* 4. *Suarez d. diſput.*13.*ſect.* 1. *num.* 19. *Garz. loco cit. num.* 51. *Gonzal.in reg.* 8.*gloſ.* 34. *nu.*
65. Coeterum opinio, quod excom-
5 municatus poſſit optare, quando non agitur de acquiſitione noui tituli, procedit etiamſi Canonicus optans prębendam eſſet excommunicatus notorius, vel denunciatus, vt tenet, *Garz. de benef.par.* 7. *c.* 13. *nu.* 49. Contrarium tenet *Michael Coſta in cap. refe-*
ren-

bend. Frecbill. de excom. par. 2. art. 5. num. 10. Nitũtur, quia notorius excommunicatus priuatur fructibus Canonicatus, *cap. paſtoralis* §. *verum de appell.* Optio autem cenſeri debet inter fructus, ſicuti electio, & præſentatio, *cap. conſultationibus de xurepatr.* Mihi æquior videtur opinio Garz. quia licet excommunicatus priuetur fructibus, hoc tamen procedit durante excõmunicatione, vt infra in ſequenti capite Deo dante explicabitur. At ſi excommunicatus optare non poſſet, pæna quidem infligeretur, vltra tempus, quod non eſt iuri conſonũ cum videamus quod relegato ad tempus, bona nõ ſubtrahuntur, niſi hoc in ſententia exprimatur, *l. deportatorum* C. *de poenis*, *exommunicatus* autem æquiparatur relegato ad tempus, *gloſ. in d. cap. paſtoralis* §. *verum*, *verb. ſubtrahantur de appell.* Ad has difficultates vitandas in caſu in quo contingat fieri optionem, ſiue illa ſit noui tituli, ſiue præbendæ temporalis, erit cautela quod excommunicatus declaret voluntatem ſuam eſſe optandi, ſed differat prouiſionem optionis poſt abſoluonem.

Quid autem ſi coadiutor cum futura ſucceſſione reperiatur excommunicatus de tempore vacationis, *vide Garz. loco cit. num.* 55. & 56. *cum ſeq.*

SVMMARIVM.

1 E*xcommunicationis tempore obtento beneficio poteſt quis diſpenſari ſequuta abſolutione.*

2 *Diſpenſatio ab excommunicatione in materia retentionis beneficii obtinet vim collationis.*

3 *Diſpenſatio retinendi beneficium obtentum tempore excommunicationis nõ poteſt concedi niſi ab habente facultatem conferendi.*

4 *Diſputatio operatur vt ex nunc licite teneas ſecus ex tunc.*

5 *Epiſcopus poteſt diſpenſare vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis.*

6 E*piſcopus qui contulit beneficium excommunicato ignorãter, poteſt diſpensare.*

7 *Diſpensatio Episcopi ſufficit etiam quod collatio ſpectet ad inferiorem collatorem.*

8 *Beneficii permutatio ſpectantis ad inferiorem coram ordinario requirit conſensum inferioris.*

9 *Diſpensare non poteſt inferior ſi collatio ſit facta per Papam.*

10 *Dispensare non poteſt Epiſcopus qui scienter contulit beneficium excommunicato.*

11 *Epiſcopus conferens excommunicato scienter eſt priuandus conferendi poteſtate.*

12 E*piscopus poteſt dispensare ex delicto occulto ipſo sciente facto.*

13 *Conferendi facultas tollitur episcopo in pœnam cum scienter contulit excommunicato.*

14 *Dispensare non poteſt episcopus quando cum excommunicatione concurrit intruſio.*

ARGVMENTVM.

Sequuta abſolutione an poſſit diſpenſari cum excommunicato, vt retineat beneficium collatum ſibi tempore excommunicationis, & à quo poſſit talis diſpenſatio dari.

CAP. XII.

1 DIſpenſari poſſe docemur *ex Teſtu n d. cap. poſtulaſtis, de cler. excom. miniſtr. ibi. niſi forte cum eis* fuerit diſpenſatũ, cuius teſtus auctoritate hoc ibi tradũt *Doct. communiter Couar. in d. cap. Alma mater par.* 1. §. 7. *num. Vgolin. d. tab.* 2. *cap.* 13. §. 1. *num.* 2. *Azor. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæſt.* 2.

2 Circa quod eſt aduertendum Primo

mo

mo, quod diſpenſatio in hac materia vim obtinet collationis, *Card. in d. cap. poſtulaſtis ſub num. 5. verſ. ſolutio die*, ideoque diſpenſatione ſequuta non eſt opus noua collatione, *Abb. in d. cap. poſtulaſtis, ſub num. 8. verſ. intellige*, quod licet collatio, *Vgol. loc. cit. Suarez d. diſput. 13. ſect. 1. ſub num. 34. verſ. ratio*, & hanc eandem probant *Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis in gloſ. num. 70. Sayr. de cenſur. cap. 5. num. 21. Alter. loco cit. cap. 7.* Quæ Concluſio manifeſte probatur *ex d. cap. poſtulaſtis*, dicit enim excommunicatum non poſſe obtentum beneficium retinere, niſi cum eo fuerit diſpenſatum: ergo ſi diſpenſatum fuerit, poterit retinere abſq. alia collatione, per Argumentum a contrario ſenſu, quod eſt in iure validiſſimum, *l. 2. ff. de iuriſdic. omn. iud.* Immo ſi alia collatio eſſet neceſſaria, diſpenſatio eſſet ſuperflua, quia ſequuta abſolutione poteſt quis beneficiari, non obſtante quod antea fuerit excommunicatus, dicto *cap. poſtulaſtis*.

3 Notandum ſecundo, quod hæc diſpenſatio non poteſt concedi niſi ab habente poteſtatem conferendi, *Card. in d. cap. poſtulaſtis ſub num. 5. verſ. Intelligo enim.*

4 Notandum tertio, quod diſpenſatio operabitur, vt ex nūc licite teneat, non aut vt ex tunc idem *Card. loco cit.* Vnde ſi ante diſpenſationem
5 quis impetrauerit beneficium, diſpenſatio ſuperueniens non operabitur. Sed quæritur quis poſſit ſuper hoc diſpenſare; *gloſ. in d. cap. poſtulaſtis, verb.* diſpenſatum, tenet poſſe concedi etiam per epiſcopū ex reg. quod omnis diſpēſatio, quę non reſeruatur Papæ, poteſt concedi ab epiſcopo, *arg. cap. nuper de ſentent. excom. et tradit Innoc. in cap. dilectus de tempor. ordinat. quem poſt alios ſequuntur Abb. & Felin. in cap. At ſi Clerici §. de adulteriis de iudic.* Cum ergo in dicto cap. poſtulaſtis, diſpenſatio non ſit reſeruata Papæ, conſequens eſt vt poſſit concedi etiam ab epiſcopo: Qua ratione ducti concluſionem gloſæ ſequuntur *Abb. in eodem cap. poſtulaſtis num. 8. Rebuff. ibidem num. 64.* vbi teſtatur de communi *Couar. in d. cap. Alma mater par. 1. §. 7. n. 8. Vgolin. d. tab. 2. c. 13. n. 21. Suarez d. diſput. 13. ſect. 1. ſub num. 34. Azor. par. 2. libr. 6. cap. 7. q. 2.*

6 Extende primo, vt procedat etiam in eodem epiſcopo, qui contulit beneficium excommunicato ignoranter, & bona fide, putans illum, cui facta eſt collatio, non eſſe excommunicatum, *Abb. in d. cap. poſtulaſtis num. 9. de Cler. excom. Suar. loco cit. ſub. num. 36.* quorum opinio bene probatur *in d. cap. poſtulaſtis, §. conſultationi, in fine ibi*, vt puniantur in hoc, in quo delinquere præſumpſerunt, nam verbum, pręſumpſerunt, importat actum factum ex contemptu, *c. decernimus de iudic. cap. monaſteria, de vit. & honeſt. cler. cap. cum laici de Iurepatr. cap. omnino de pœnit. & remiſſ. cap. 1. ne Prælat. vices ſuas cap. fin. de tempor. ordin. lib. 6. cap. 5. cum gloſſa de conſuetud.*

7 Extende ſecunda, vt procedat etiam ſi collatio non ſpectet ad epiſcopum, ſed ad inferiorem Collatorem, quia nihilominus ſufficit diſpenſatio epiſcopi, *Abb. in d. cap. poſtulaſtis nu. 9. verſ. & intellige de cler. excom.* Quod tamen intelligas, dummodo, is, ad quem ſpectat collatio diſpenſationi conſenſeat, & non alias, vt docte ſcribit *Couar. in d. c. Alma mater par. 1. §. 7. ſub num. 8. verſ. ego vero non admitterem, quem ſequitur Suarez d. nu. 36. verſ. Addit* Panormitanus

Probatur autem primo, quia talis diſpenſatio obtinet vim nouæ collationis, vt ſupra dictum eſt num. 2. hæc autem noua collatio in caſu noſtro nō ſpectat ad epiſcopum, ſed ad Prælatum inferiorem.

8 Secundo, quia permutatio beneficij ſpectantis ad inferiorem, facta coram ordinario, requirit conſenſum inferioris, *gloſ. in cap. vnico verb. collationem de rer. permut. lib. 6. ibiq;* Doct. *& in clem. 1. eod. tit. Abb. in cap. quæſitum de rer. permut. & iteram in*

d.

d. cap. poſtulaſtis ſub num. 9. verſ. Et ſic poteſt Epiſcopus.

9 Hæc concluſio declaratur Primo, ne procedat, quando collatio eſſet facta per Papam, tunc enim non poſſet inferior etiam diſpenſando ſe ingerere, *Abb. in d. cap. poſtulaſtis ſub num.* 10. *verſic. ſed ſi collatio*, Rebuff. *ibidem nu.* 66. *Couar. loco cit. ſub num.* 8. *verſic. Quod ſi* Romanus Pontifex: *Simonet. de reſeruat. q.* 64. *num.* 6. *Suarez loco cit. Sayr. d. cap.* 5. *num.* 22. *Gonzal. in reg.* 8. *gloſ.* 54. *nu.* 22. *Garz. de benef. par.* 7. *cap.* 13. *num.* 78. Ratio eſt, quia Papa ſemel manum appoſuit, quo caſu nõ poteſt inferior amplius ſe ingerere, *cap. vt noſtrum de appell. cap. cum in diſtribuendis de tempor. ord. cap.* 1. *&* 2. *de confirm. vtil. vel iniutil. cum aliis per Gonzal. gloſ.* 52.

10 Declaratur ſecundo, ne procedat in eo Epiſcopo, qui ſcienter contulit beneficium excommunicato, *Abb. in d. c. poſtulaſti num.* 9. *verſic. Dum tamen, & ibi Alex. ff. de Neuo in addit. ad Rebuff. num.* 65. *Silueſter. in verb. excommunicatio* 3. *num.* 1. *verſic.* 9. *Sayr. loco cit. nu.* 22. *verſic.* 3. Idq; tum quia cum peccauerit in conferendo, non eſt dignus hac poteſtate, vt in ſimili de epiſcopo Simoniaco ſcribit *gloſ. in cap. præſentium* 1. *q.* 5.

11 Tum etiam, quia ſi de iure epiſcopus ſcienter conferens excommunicato, eſt priuandus conferendi poteſtate donec ſuper hoc veniam conſequi mereatur, *cap. poſtulaſtis, §. Illi vero*; vtiq. veriſimile non, eſt quod ius voluerit illi concedere licentiam diſpenſandi, quia in quacumque diſpenſatione debet cenſeri diſpoſitum, quod eſt veriſimile, *cap. eccleſia veſtra el* 2. *de elect. clem. exiui, §. deinde, & §. rurſus, & ibi Card. de verb. ſignific.*

Contrarium, videlicet, quod idem Epiſcopus, qui ſcienter contulit excommunicato, habeat poteſtatem diſpenſandi tenent, *Suarez loco cit. num.* 36. *Garz. loco cit. à num.* 84. *vſque ad numero* 88.

Ducuntur Primo, quod licet per huiuſmodi collationem epiſcopus veniat priuandus conferendi poteſtate, tamẽ non priuatur ipſo iure, igitur ſicuti antequam ſuſpendatur poteſt conferre, ita poterit diſpenſare.

12 Secundo, quia videmus, quod epiſcopus auctoritate Concilii Tridentini *in cap.* 6. *Seſſ.* 24 poteſt diſpenſare in irregularitate ex delicto occulto, ipſoque ſciente facto, imo etiam de eius mandato perpetrato, vt tenet *Nauar. conſ.* 97. *q.* 8. *de Sim. quem ſequuntur Zerol. in praxi Epiſcop. par.* 2. *verb. Epiſcopi, Manuel. Rodriguez in Sum. tom.* 2. *cap.* 18. *num.* 1. *& Vega in Summa par.* 2. *cap.* 101. *caſ.* 34.

13 Ego veriorem exiſtimo ſententiam, Abb. tum ex rationibus pet ipſum allatis, tum etiam quia *Teſt. in d. cap.* poſtulaſtis nulla alia ratione imponit prouiſo poenam nullitatis collationis, & epiſcopis poenam ſuſpenſionis a collatione, niſi vt puniantur in hoc, in quo delinquere præſumpſerunt, At ſi idemmet Epiſcopus, qui ſcienter contulit, poſſet diſpenſare, vtraque poena eſſet fruſtratoria, quia conſequeretur per indirectum, quod recta via facere non potuit, *arg. l. oratio ff. de ſponſal. cap. fin. de cler. excommunicato miniſtr.* Non obſtant contraria, & quo ad primum non eſt bona conſequentia, non priuatur epiſcopus ipſo iure poteſtate conferendi, ergo non priuatur facultate abſoluendi, quia non eſt neceſſe quod poteſtas diſpenſandi in d. cap. poſtulaſtis, auferatur, ſed ſufficit, quod expreſſe non concedatur ad hoc, vt præſumi debeat quod epiſcopo non ſit tributa, nam ibi non diſputatur quis ſit priuandus poteſtate diſpenſandi, ſed cui talis facultas ſit conceſſa. Ad Secũdum mirum non eſt, ſi facultas conceſſa per Concilium competit etiam Epiſcopo delinquenti, quia concilium apertis verbis concedit epiſcopis poteſtatem abſoluendi, adeo quod non eſt dubitandum concilium loqui voluiſſe de epiſcopis, At in caſu noſtro facultas eſt indeterminata, & ideo non eſt trahenda ad inueriſimile ex allegatis.

Declaratur tertio,ne procedat,quando ſimul cum excommmunicatione concurrit intruſio ſcienter in beneficio, vt per *Garz. loco cit. nu.* 88. *licet* contrarium ſentire videantur *Rodriguez, & Auil.per eum allegati*.

Ratio eſt, quia in tali caſu præter inhabilitatem per excommunicationem contractam, concurrit etiam inhabilitas contracta per intruſionem, *cap.cum iamdudum de præben.cap. per inquiſitionem de elect.* ſuper qua inhabilirate non poteſt diſpenſare, niſi Papa, *Nauar.in c.ſi quando de reſcrip.except.* 18. *n.*6. *& in Manual.cap.* 27.*nu.* 194. *verſic. ad quaſitum,& conſil.* 12.*de reſcript.num.* 13.*& ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta excommunicato nulliter tenet ſi de nullitate conſtet tempore collationis.*

2 *Excommunicatus tempore quo ſibi fuit facta collatio non poteſt moleſtari ſi ſit poſſeſſor triennalis.*

3 *Collatio facta illi qui erat habitus excommunicatus ſi re vera non erat tenet.*

4 *Collatio facta excommunicato interpoſitam appellationem tenet.*

5 *Appellatio friuola non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis.*

6 *Appellationis validitas dubia regulatur a futuro euentu.*

7 *Excommunicatio non impedit collationem vel electionem factam ante excommunicationem.*

8 *Cautela pro aduocatis ſi quando contingat impugnari collatio, tanquam excommunicato facta.*

ARGVMENTVM.

Quinque recenſentur Caſus, in quibus præter ſupradictos collatio excommunicato facta ſubſtinetur.

CAP. XIII.

PRimus eſt caſus, quando verſamur in excommunicatione nulla,& de nullitate conſtat tempore collationis, *& tunc tenet Innoc.*
*Hoſtien.et Io.Andr.in c.dilectis n.*66. *de*
1 *cler.excom.miniſtr.Abb.in c.ita quorundā n.*4.*verſ.iniuſte vero de iudais Boich.*
in c. dilectis nu. 11.*verſ.* *Aut excommunicatio lata ab homine de appell. excom. Cou. d.§.*7.*nu.* 5.

2 Secundus,quando prouiſus eſſet poſſeſſor triennalis, quia tunc non poteſt moleſtari, non obſtante quod collatio ſibi fuerat facta tempore quo erat excommunicatus, *Nauar.in cap.ſi quando except.*10.*nu.*9.*de reſcript.quem ſequetur,Garz.de benef.par.* 7. *cap.*13.*nu.* 7. Contrarium tenet *Rebuff.in tract.de pacif.poſſ.nu.* 253. Opinio Nauar.eſt probabilior, quia regula triennalis excipit tantum Simoniacum, & intruſum in beneficio reſeruato in corpore iuris, ideoq. coeteros omnes includit, *l.nam quod liquide ff. de pœna legat.* Et ſicuti tuetur prouiſum ab excommunicato, vt late probat *Sarn. ibi q.* 28. pari ratione tueri debet ipſum excommunicatum,quia non minus eſt nulla prouiſio facta ab excommunicato, quam ſit illa,quæ fit excommunicato, *c.illa quotidiana, vbi Doct. communiter de elect.*

3 Tertius, eſt caſus quando verſamur in eo,qui habetur pro excommunicato, ſed re vera non fuerat excommunicatus,vel ſi fuerat, erat abſolutus, & in tali caſu collatio tenet ita colligitur ex Teſt.*in cap.propoſuit de cler. excom. miniſtr. per quem ita ſcribit Rebuff. in cap. poſtulaſtis num.*65. vbi rationem ſubdit, quia in hac materia veritas prȩualet opinioni, *cap. veritate* 8. *diſt. vt in l. ſi Pater, §. final. ff. de manum. vind.Alter.lim.*1. *lib.* 2. *diſput.* 6. *c.* 6.

4 Quartus, ſi verſemur in eo, qui fuit excommunicatus poſt interpoſitam

appel.

appellationem, quia pendente cauſa appellationis eſt capax collationis, ita probat *Teſt. in cap. ſolet §. fin. verſ. extra iudicium de appell. gloſ. in c. paſtoralis verb. excommunicatio, verſ. tamen ſi talis, Gemin. conſ. 99. ſub num. 3. verſic. ex prædictis, & nu. 4. & 5. Abb. conſ. 33. ſub nu. 3. verſic. ſed bis non obſtantibus lib. 1. Rebuff. qui alios refert in d. d. cap. poſtulaſtis num. 71. Nauar. in cap. cum contingat remed. num. 9. & ſeq. de reſcript. Couar. in d. §. 7. ſub num. 5. Alter. de cenſur. tom. 2. diſp. 6. cap. 6. verſic. vnde Gem.*

5 Hoc tamen debet intelligi, quando eſt certum appellationem eſſe validam, ſecus ſi eſſet notorium eam non valere, quia friuola appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, *cap. cum appellationibus, & cap. non ſolum eodem tit. lib. 6. per quæ ita tradit, Abb. in d. cap. paſtoralis, §. verum num. 14. de appellat, cum quo ſentire videtur Boich. in d. cap. dilectis ſub num. 11. verſic. Aut eſt excommunicatio lata ab homine.*

6 Coeterum in caſu, in quo appellatio eſſet dubia, tunc validitas, vel inualiditas collationis regulatur à futuro euentu, ita vt, ſi conſtabit appellationem fuiſſe legitimam, collatio erit valida, ſin autem contra, erit nulla, *Abb. & Boich. locis citatis Rebuff. in d. cap. poſtulaſtis nu. 67. verſic. ſi vero, Franc. Marc. deciſ. 967. num. 3. & 4. Alter. loco cit. cap. 6. verſic. eſt autem intelligenda.*

7 Quintus, quando excommunicatio ſuperuenit poſt collationem, vel electionem factam, quia licet nondum ſit effectuata tamen valet, *Rebuff. loc. cit. num. 74. Abb. in d. cap. primo, num. 8. de iudic. ibiq; Felin. num. 8. Dec. num. 44. in ſecunda lectura Rota dec. 534. nu. 10. par. 1. tom. 2. in recentior.*

8 Ratio eſt, quia, vt alias eſt, dictum licet excommunicatio reddat inhabilem ad obtinendum, tamen non priuat obtentis, *Abb. in cap. primo num. 24. de iudic. ibique Dec. num. 83. Rip. num. 78. Rom. ſing. 303. Menoch. de arbitr. caſu. 416. num. 52. & ſeq. Gonzal. in reg. 8. gloſ. 15. num. 101. Seraphin. in Segobien. 5. Iunii 1598.* Quare cauti Aduocati partes erunt, quando collatio contingerit impugnari tanquam excommunicato facta, vt concipi faciat Articulos, (ſi ſic facti veritas ſe habeat) qualiter prouiſus, aut electus erat excommunicatus de rempore collationis, vel electionis, alias probatio non erit concluſiua, *Archid. in cap. nullus 63. diſt. Rebuff. loco cit. num. 74. & 75. & ſeq.* apud quem videas modum probandi excommunicationem, ad effectum, vt prouiſus repellatur tanquam incapax. Et ſimul etiam animaduertere debebit vt probationes ad probandum excommunicationem ſint plenariæ, & concludentiſſimæ, alias non ſufficerent, cum agatur de poena, Rota in Tuden. beneficij 5. Aprilis, & 25. Iunii 1604. coram Penia; *& deciſ. 534. ſub nu. 2. & deciſ. 602. nu. 3. par. 1. tom. 2. in recenſior.*

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ communio cui denegatur, eccleſiaſtici prouentus ſubtrahuntur.*

2 *Excommunicationis originalis effectus eſt priuatio prouentuum.*

3 *Excommunicatus durante excommunicatione priuatur fructibus beneficii.*

4 *Excommunicatus ſi ſit Epiſcopus priuatur fructibus Epiſcopatus.*

5 *Excommunicatus priuatur fructibus penſionis.*

6 *Excommunicatione durante quod ſoluendum erat penſionario cedit lucro titularis.*

7 *Excommunicatus priuatur diſtributionibus quotidianis.*

8 *Excommunicatus priuatur prouentibus qui veniunt cauſa eccleſiæ.*

9 *Excommunicatus priuatur ad miniſtratione rerum Temporalium eccleſiæ.*

10 *Qui eſt extra eccleſiam nihil nomine eccleſiæ poteſt prouidere.*

11 *Excommunicatione pendente in beneficio excommunicati debet deputari Economus.*

12 *Excommunicatus non poteſt percipere fru-*

fructus nec exercere temporalia per vicarium.

13 *Pendente appellatione ab iniuſta excommunicatione excommunicatus priuatur fructibus.*

14 *Excommunicatio non ſumit vires a iuſtitia cauſæ, ſed a poteſtate clauium.*

15 *Excommmunicatus poſt excommunicationem non recuperat neque fructus neque diſtributiones amiſſas.*

16 Excommunicatio *occulta priuat fructibus.*

17 *Excommmunicatus priuatur fructibus etiam quod non ſit in mora petendi abſolutionem.*

18 *Excommunicatus amittit fructus beneficii etiam ſi ſit ad eius titulum ordinatus.*

19 Excommunicatus *amittit fructus etiam ſi ante excommunicationem fuerint aſſignati pro ſoluendo ære alieno.*

20 *Excommunicatio ſola ſufficit ſine ſententia ad hoc vt quis dicatur priuatus prouenientibus.*

21 *Excommunicato non poteſt iudex reſeruare fructus in ſententia.*

22 *Suſpenſus et depoſitus priuantur prouentibus beneficii.*

23 *Suſpenſo, & depoſito ſi non habeant bona nec induſtriam vnde viuere poſſit ſubminiſtratur de fructibus beneficii.*

24 *Suſpenſus, & depoſitus propter crimen, quantumcumque emendatus non recuperat priſtinum ſtatum.*

25 *Suſpenſus propter contumaciam a qua non reſipiſcit denegantur alimenta ex redditibus eccleſiaſticis.*

26 *Excommunicato ſi per ſe non ſtet quo minus obtineat abſolutionem, eſt ſubueniendus de reditibus eccleſiaſticis.*

27 *Excommunicato depoſito, & ſuſpenſo ſubuenitur in extrema neceſſitate ne fame pereat.*

28 *Excommunicatus obtinens beneficium cum clauſula teq. abſoluentes, priuatur fructibus.*

29 *Fructus percepti tempore excommunicationis, Depoſitionis, vel ſuſpenſionis non poſſunt teneri in conſcientia.*

30 *Excommunicatio nulla non inducit priuationem prouentuum, nec ligat.*

31 Excommunicato *ſunt reſtituendi prouentus detecta iniuſtitia excommunicationis.*

32 *Excommunicatus detecta iniuſtitia excommunicationis, debet repetere diſtributiones a Maſſa capituli.*

33 *Excommunicatus qui conſueuerat interuenire quotidianis officiis priuatur diſtributionibus.*

34 *Infirmo qui ante infirmitatem non ſolebat interuenire Diuinis non debentur diſtributiones.*

35 *Excommunicatus iniuſte ſi ſit in mora petendi abſolutionum, amittit diſtributiones, ſecus fructus.*

36 Excommunicatus *ex cauſa eccleſiæ ſuæ an priuatur fructibus.*

37 *Excommunicatus putatiuus non priuatur prouentibus.*

38 *Excommunicatus hodie ex communi vſu priuatur diſtributionibus non autem fructibus.*

39 *Excommunicationem contemnens vel inſordeſcens priuatur fructibus, & diſtributionibus.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus poſſit percipere prouentus beneficiorum Eccleſiaſticorum.

CAP. XIV.

QVi denegatur eccleſiæ communio, prouentus eccleſiaſtici merito ſubtrahuntur, *cap. paſtoralis, §. verum in fine de appell.* Ideoque clericus durante excommunicatione, prouentus non facit ſuos, *d. cap. paſtoralis, §. verum in fine de appell. ibique Doct. communiter, & præſertim Bald. num. 17. & latius explicat Suarez tom. 5. lib. ſecundo diſp. 13. ſect.*

13. *ſect.* 2. *numero* 4. Quod procedit ſiue excommunicatio ſit ab homine, ſiue à iure lata, *Suarez loco cit. ſub numero* 19.

2 Eſt enim priuatio prouentuum, originalis effectus excommunicationis, meraq; exequutio vt vtar verbis, *Bald. loco cit. quem ibi Doct.* pari conſenſu ſequuntur, qui quidem effectus neq; poteſt a iudice impediri, idem *Bald. loco cit. nu.* 18.

Cum autem prouentum appellatio ſit lata, & generalis, vt poſt alios late docent, *Mandoſ. in gloſ. facultatum, §. taxam, verb. prouentus,* Gonzal. *in reg.* 8. *in probem.* §. 7. *num.* 197. Ideo excommunicatus durante excommunicatione priuatur imprimis fructibus beneficiij; *Doct. communiter in d. §. verum, & præſertim, Abb. num.* 17. *Dec. nu.* 9. *Franc. num.* 20. *Archid. in cap. ad hac* 32. *diſt. Dec. in cap.* 1. *in* 8. *notab.*

3 *de iud. in* 2. *lectur.* Rip. *ibidem nu.* 127. *vbi teſtatur de communi, Bart. Imol. Caſtr. Alber. & Cuman. in l. inter quos §. damni, ff. de dam. infect. Soccin. in capitulo ſacris num.* 109. *de ſent. ex. com. Bellenz. de charit. ſubſid. quæſt.* 33. *Gig. de penſ. quæſt.* 64. *Marant. in praxi par.* 6. *tit. de appell. nu.* 179. *Franc. Marc. deciſ.* 884. *num.* 1. *par.* 2. *num.* 1. *par.* 2. *Mandoſ. de ſign. gratiæ tit. de abſol. ab excom. in fine Couar. Var. reſol. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 8. *Guttierez can. quæſt. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 90. *& ſeq. Clar. in praxi lib.* 5. *q.* 37. *num.* 7. *Lancell. de attent. cap.* 12. *limit.* 2. *Pariſ. de reſign. lib.* 4. *q.* 3. *nu.* 52. *Borgaſſ. de irregul. par.* 6. *tit. qui ſint effectus excomm. Nauar. in Manual. cap.* 25. *nu.* 124. *& cap.* 27. *nu.* 21. *Palud. in* 4. *ſent. diſt.* 18. *q.* 4. *ibiq; Gabr. q.* 2. *art.* 3. *Suarez tom.* 5. *diſp.* 13. *ſect.* 2. *Alter. de cenſur. tom.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 6. *cap.* 8. *& ſecundum hanc ſæpe reſpondit Rota, & ſignanter deciſ.* 8. *num.* 10. *de ſent. excom. in antiq; & apud Bignet. deciſ. vlt. num.* 7. *eod. tit. & apud Put. deciſ.* 280. *lib.* 1. *& apud, D. Thom. de Tanis dec.* 29. *& in Pacen. penſionis* 20. *Nouẽbris corã* Reuerendiſ. *D. Archiep.* Lugdunen. *impreſſa per Far. tom.* 2. *Conſ. dec.* 275. *& in Iacẽ. portionis prima* Februarii 1610. *corã* Reuerẽdiſ. *Archiep. Attrebatẽ. impreſſa per eũdẽ eod. tom.* 2. *dec.* 280. & hæc eſt omniũ Theologorum, & Canoniſtarum ſententia in Scholis, & foro probata, & ſicuti receptiſſima ſic veriſſima, quicquid aduerſus eam fremat *Boſchus Codecha in d. cap.* 1. *num.* 80. *de iud.* leuibus quibuſdam Argumentis, quæ refutarem, niſi hoc facillimum eſſet cuilibet etiam mediocriter in iure verſato.

4 Extenditur primo, vt procedat non ſolum in fructibus beneficiorum inferiorum, ſed etiam in fructibus epiſcopatus, *Innoc. in cap.* 1. *de iud. Couar. variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 8. *verſic.* 12. *hinc Suarez d. ſect.* 2. *nu.* 4.

5 Extenditur ſecundo, vt pari ratione excommunicatus priuetur fructibus penſionis, quia cum diſpoſitio d. §. verum inducat priuationem prouentuum, vtiq. ſub tali voce comprehenduntur omnes fructus, non ſolum naturales, & induſtriales, ſed etiã artificiales, & ſic fructus penſionis, *l. ſi vrbana, ff. de cond. indeb. l. deducta §. fin. ff. vſufr. Bald. in cap. cum M. de conſt.* & in ſpecie hanc concluſionem firmant, *Suarez, et Alter. loco cit. ille ſub num.* 21. *Iſte pagin.* 247. *in princ. Garz. de benef. par.* 1. *c.* 5. *n.* 131. *et ſeq. et par.* 7. *cap.* 13. *num.* 114. *Rota apud Seraph. deciſ.* 1164. *num.* 2. *et in allegata pacen. penſionis* 20. *Nouembris* 1609. *coram* R. P. D. *Lugdunen.* ſubdens quod excommunicatione durante non poteſt excommunicatus agere ad fructus penſionis, neq. per viam manutenſionis, & idem fuerat antea deciſum in Valentina penſionis 31. *Ianuarii* 1600. *coram bo. me.* Litta. Adeo

6 quod durante excommunicatione quod erat ſoluendum penſionario, cedit lucro titularis, non ſecus ac ſi excommunicatus eſſet mortuus, cum tanquam talis cenſeatur, *Bald. in d. cap. paſtoralis, §. verum num.* 20, *verſic. idem de Neſtorianis, pro quo eſt Teſt. in c. vnico in princ. ne ſede vacante lib.* 6. ibi Epiſcopo mortuo, vel a beneficiorum collatione ſuſpenſo, in tãtũ vt titularis

ſi ſoluerit ignoranter, poſſet ſolutum re petere, ſi credimus, *Garzia de beneficiis par. 1. cap. 5. num. 133. & iterum par. 7. c. 13. nu. 139.*

7 Extenditur Tertio, vt eadem & maiori ratione, excommunicatus priuetur etiam diſtributionibus quotidianis, tum quia diſtributiones veniunt appellatione prouentuum eccleſiaſticorũ, vt eſt *Teſt. in extrau. vnica. verſ.* Et quia non occurrit *de decim. & in ſpecie Imola in d. cap. paſtoralis, §. verum, quem ſequitur* Franch. *num. 16. Duenuas in reg. 52. Fallent. 8. Didacus Perez ordinat. lib. 8. tit. 5. col. 2. Guttierez. Canon. quæſt. lib. 1. c. 1. nu. 93. Cou. Var. Reſol. lib. 3. cap. 13. ſub num. 8. verſic. duodecimo hinc; Alter. de cenſur. tom. 1. lib. 2. diſp. 6. c. 8. pagina mihi 246. verſ.* Reſpondeo ad dubitationem, *Monet. de diſtribut. quotid. par. 2. cap. 15. num. 18.* Tum etiam quod in omnibus caſibus, in quibus amittuntur fructus, amittuntur etiam diſtributiones quotidianæ, licet non è contra, *cap. ad audientiam, & cap. de coetero de cler. non reſid. cap. licet de præbend.*

8 Extenditur Quarto, vt priuetur omnibus, & quibuſcunque redditibus, qui ex bonis eccleſiæ, vel cauſa eccleſiæ proueniunt, vt ſunt decimæ, oblationes, etiam perſonales, nam & illæ continentur ſub generali nomine prouentuum, *gloſ. in cap.* Ad audientiam *el 1. de eccleſ. ædific. ibique Abb. num. 15.* nec non, & mortuaria, & emolumenta ſigilli, *Boer. dec. 224. num. 5. Guttierez conſil. 8. num. 3. Alter. loco cit. pag. 247. in princip.*

9 Extenditur Quinto, vt priuetur etiam adminiſtratione rerum temporalium eccleſiæ, vt probat aperte *Text. in cap. veritatis, §. non igitur de dolo, & contum.* ibi, ea nihilominus in irritum reuocantes, quæ poſt inhibitionem Apoſtolicæ Sedis, ſeu facta ſuſpenſione de rebus eccleſię alienare præſumpſerit, per quem *Teſt. ita ſcribunt,* Abb. *in d. cap. paſtoralis, §. verum num. 18. Franch. ibidem num. 17. Dec. num. 22. & 28. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 22. verſic. 10. vbi Vgolin. de cenſur. tab. 2. c. 12. §. 1. ſequitur eodem tract. lib. 2. eodem tract. lib. 2. cap. 5. nu. 31. Suar. loco cit. num. 6. Garz. de benef. par. 2. cap. 13. num. 115.* Alter. *loco cit.*

10 Et ratio eſt, quia qui eſt extra eccleſiam, nihil nomine eccleſiæ poteſt poſſidere, *cap. quo iure 8. diſtinc. cap. 2. & 3. 23. quæſt. 7. cap. eos, & cap. præter hoc 32. diſt.* Et hæc opinio procedit citra controuerſiam in his, quæ ſunt de collegio, vel corpore temporalium, *Butr. in d. §. verum col. fin. verſic. ex his Concluditur,* Cæterum in his, quæ ſunt proprii beneficii, idem Butrius loco cit. eſt in contraria ſententia, nempe excommunicatum non priuari.

11 Retenta priori opinione, ex ea deducitur, quod pendente excommunicatione, in beneficio excommunicati debet deputari economus, ſeu vicarius generalis, Abb. *& Franch. locis Paulo ante citatis; Alex. de Neuo num. 34.*

12 Extenditur Sexto, vt excommunicatus neque poſſit percipere fructus, vel exercere temporalia per Vicarium, vel per Coadiutorem, *gloſ. in cap. 1. ad fidem de offic. Vicar. lib. 6. ibiq; Monach. num. 6. Prob. num. 3. & 4. & bene probat Gonzal. in reg. 8. gloſ. 5. §. 10. nu. 123. cum ſeqq. Garzia debent par. 4. cap. 5. num. 85. Rota in ſalamantina Coadiutoria 20. Iunii 1594. coram Penia.*

13 Extenditur Septimo, vt procedat etiamſi prætendat ſe excommunicatum per iniuriam, & iniuſtitiam, & propterea ab excommunicatione ſit interpoſita appellatio, nam nihilominus appellatione pendente prædictis omnibus priuatur, ita probat *Teſt. in d. cap. paſtoralis, §. verum, vbi hoc notant,* Abb. *nu. 6. Franc. num. 4. et 16. Vgolin. loco cit. nu. 1. Monet. de diſtrib. quotid. par. 2. q. 15. nu. 19. Suarez d. ſect. 2. ante num. 20.*

14 Ratio eſt, quia excommunicatio quamuis iniuſta, tamen eſt vera excommunicatio, Illa enim non ſumit vires à iuſtitia cauſę, ſed à poteſtate clauium,

Gem.

Gem. per illum Teſt. in cap. Romana in vniuerſitate ante num. tertium de ſens. excom. lib. 6. ibiq; franch. num. 4. Abb. cum excommunicato num. 10. verſ. Item quia de reſcrip. quæ poteſtas reſidet in ſola iudicis iuriſdictione *Innoc. & Abb. ex parte de offic. iud. ord.*

15 Extenditur Octauo vt poſt abſolutionem ab excommunicatione neque fructus, neque diſtributiones, neque Emolumenta recuperentur, quia iam ſunt ſemel amiſſi; *Bal. in d. cap. paſtoralis* §. *verum num. 20. Abb. ibidem num. 22. Franc. num. 21. Vgolin. loco cit. num. 1. Sayr. loco cit. num. 24. Suarez num. 20. Garz. d. cap. 13. nu. 106. & 107. vbi propterea improbat Nauar. contrarium aſſerentem conſ. 54. de ſent. excom. pro qua ſententia facit optime Teſt. in l. 1. C. de re milit. lib. 12. vbi* miles captus ab hoſtibus regreſſus non recuperat donatiua temporis quo fuit apud hoſtes.

16 Extenditur Nono, vt procedat, etiam ſi excommunicatus non eſſet ad huc declaratus, nec eſſet alias notorius, quia nihilominus ad effectum vt priuetur prouentibus, ſufficit excommunicato quamuis occulta, nam quod excommunicatio lateat, & ab alijs ignoretur non impedit effectum excommunicationis, quantum ad ipſum excommunicatu, *Innoc. in cap. cum dilectus num. 5. conſuetud. Doct. communiter in d.* §. *verum, Suarez loco cit. num. 19. Guttierez; qui teſtatur de communi loco cit. num. 103.*

17 Extenditur Decimo, vt procedat etiam pro eo tempore, pro quo occulte excommunicatus conuenit ſimul cum alijs in Eccleſia, & interfuit *Diuinis, Monet. de diſtrib. quotid. par. 2. q. 15. num. 25.*

18 Extenditur Vndecimo, vt procedat, etiamſi excommunicatus non ſit in mora petendi abſolutionem, quia hæc priuatio non fundatur in mora, & negligentia petendi abſolutionem, ſed conſideratur tanquam effectus manãs ab excommunicatione ob culpam inflictam, qui quidem effectus tamdiu durat, quandiu durat cauſa, Ledeſma in ſumma *par. 1. de excom. cap. 6. Toles. in ſumma lib. 1. cap. 13. in vlt. effectu ſecundum nouiſſimam impreſſionem, Garz. loco cit. num. 93.*

Contrarium, nempe quod quando non ſtat per excommunicatum, quominus abſolutionem conſequatur, non amittat fructus, tenet *Silueſt. in verb. Clericus el 4. quæſt. 25. & in verb. excom. 3. n. 1. verſ. 9. Armill. in verb. Clericus n. 28. Zech. de caſibus reſeru. caſ. 1. de excom.* §. *de male excommunicatis verſ. 7. Vega in Summa cap. 36. caſ. 2. Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 20. num. 29. Ludouic. Lopez tom. 2. cap. 18.* Hęc opinio & ſi ęquitate nitatur, prior tamen videtur verior, quia iniuſtitia Iudicis non tollit, quia excommunicatio non operetur ſuum effectum, ſed poſſet operari vt iudex faciat litem ſuam, & teneatur ad intereſſe, *argumento cap. ſacro, verſ. cunque de ſent. excomm.*

19 Extenditur Decimoſecundo, vt procedat etiam in fructibus illius beneficij, ad cuius titulum excommunicatus fuit ordinatus, nam, vt ſupra dixi, priuatio eſt effectus manans ab ipſa excommunicatione, quæ reſpicit æqualiter omnia beneficia cuiuſuis generis & qualitatis exiſtant, et facit quod hæc diſpoſitio procedit in excommunicato qui non habet aliud vnde viuat, *gloſ. in d. cap. paſtoralis*, §. *verum de appell. ibiq; Abb. num. 16. Sigiſmund. Scaccia de appell. lib. 3. cap. 2. q. 17. lim. 22. num. 10.* vbi quod in tali caſu eſſet illi prouideri, ne fame periret.

20 Extenditur decimotertio, etiamſi fructus ante excommunicationem eſſent aſſignati creditoribus pro ſoluendo aere alieno iuxta diſpoſitionem *cap. 2. de fideiuſſor. nam* hac aſſignatione non obſtante, ſi excommunicetur, non facit fructus ſuos, non obſtante præiudicio, quod infertur creditoribus, ita in facti contingentia reſpondit *Rota in mediolanen. fructum 20.*

Iunii

Iunii 1597. *coram 60. bo. me. Card. Pamphilio*, & hanc eandem probat Garzia *d.cap.13.loco cit.num.* 4. *verſ.* 7. *Moneta de diſtribut. quotid. par.* 2. *cap.*15. *num.* 30.

21 Extenditur decimo quarto, ſiue in ſententia ſit facta priuatio prouentuum,ſiue non,quia ſufficit ſola excommunicatio ad hoc, vt in conſequentiam dicatur priuatus prouentibus,*gloſ. in cap. præter* 32.*diſt. Innoc. in cap. qualiter el* 2. *in fine de accuſat. Hoſt. in ſumma tit. de ſent. excom.* §. *qui ſit eius effectus*, *verſ.* Item quod *num.* 11. *Specul. tit. de ſuſpenſ. & interd. in fine Doct. in d. cap. paſtoralis* §. *verum & ſignanter Butr. num.* 17. *franc. nu.* 15. *& ſeq. Dec. num.* 20. *verſ. in ea gloſa Rebuff. in d. cap. poſtulaſti ſub num.* 81. *Ripa qui teſtatur de communi in cap.* 1. *num.* 17. *de iudic. Marant in ſpecul. par.* 6. *rubr. de appell. num.* 68. *Vgolin. loco ſæpe cit. uum.* 1. *Suarez d. ſect.* 2. *num.* 4. *&* 5. *Garz. qui teſtatur de communi d. cap.* 13. *num.* 92. *Guterez d. cap.* 1. *num.* 94. *Monet. loco cit. num.* 21. *Sigiſmund. Scaccia de appellat. lib.* 3. *c.* 2. *q.*17. *lim.* 22. *n.* 9. Ex quo patet gloſam *in d.* §. *verum, verb. ſubtrahuntur*, quam ibi ſunt ſequuti Doct. antiqui, vſque ad Io. Andr. incluſiue eſſe in hac parte communiter reprobatam, eiuſque rationes non eſſe concludentes vt poſt alios oſtendit *Suarez d. ſect.* 2. *num.* 4.

22 Extenditur decimoquinto vt Iudex neque poſſit in ſententia reſeruare fructus excommunicato quia cum priuatio ſit effectus originalis excommunicationis, vt ſupra dictum eſt, ex *Bal. in d. cap. paſtoralis* §. *verum ſub num.* 17. non poteſt iudex poſtquam pronunciauerit, quem excommunicatu impedire effectum ab excommunicatione reſultantem, Nam, vt inquit Iuriſconſultus in *l.* 1. § *calumniatoribus*, *verſ. Nam vt Papinianus, facti quidem queſtio in arbitrio eſt iudicantis, pœna vero proſequtio non eius volũtati mãdatur, ſed legis auctoritati reſeruatur*, Nec debet iudex eſſe clementior lege, *vt in* §. *oportet Aut. de iudic.* per quæ iura hanc opinionem firmat, *Bald. in d.* §. *verum nu.* 17. *et* 18. vbi eam modificat, non procedere, quando fructus eccleſiæ eſſent tenues,ita vt non ſufficerent duobus,quia tunc poſſunt excommunicato reſeruari loco alimentorum, ſi aliud non haberet ex quo viuere poſſet.

23 Extenditur, Decimo ſexto, vt procedat non ſolum in excommunicato, ſed etiam in depoſito, & ſuſpenſo, *Doctor communiter in d.* §. *verum, & ſignanter dec. num.* 16. *cum ſequen. præpoſ. num.* 29. *Franc. Marc. deciſ.* 884. *parte* 1. *Bellenez de charit. ſubſid. q.* 33. *num.* 5. *cum aliis per Surd. in tract. de alimentis tit.* 1. *q.* 82. Eſt tamen inter ſuſpenſum, & depoſitum, & excommunicatum in hac materia aliqua differentia, nempe quia licet ſuſpenſus, & Depoſitus propter crimen priuetur fructibus, & prouentibus Eccleſiaſticis, ſicuti priuatur excommunicatus, nihilominus, ſi ſuſpenſus, & Depoſitus non habeat bona, nec induſtriam vnde viuere poſſit illi ſubminiſtrantur alimenta de fructibus beneficii, quod quidem non eſt in excommunicato niſi fame periret, *c. cum Ventonienſis poſt med. de*
24 *elect. Franc. Marc. d. dec.* 884. *numero* 29. *gloſ. fin. in capitulo ſtudeat* 50. *diſt. et iterum in d. capitulo paſtoralis*, §. *verum, verb. ſubtrahuntur, ibique Abb. num.* 16. *Franch. num.* 13. *et* 14. *Guttierez loco cit. nu.* 100. *verſ. idem eſſet, alios refert. Surd. loco cit. num.* 2. *et* 5. *quibus adduntur*, *Guttirez Canonic. quæſt. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 96. *Suar. d. ſect.* 2. *num.* 12. *Garzia d. c.* 13. *nu.* 98. *et* 99. *Alter. de cenſur.* Eſtq. ratio diuerſitatis in promptu, quia excom-
25 municatus poteſt ſibi prouidere, petendo abſolutionem, quam ſi non petat, non eſt dignus miſeratione, quia videtur contemnere claues eccleſiæ, quod quidem non eſt in depoſito, & ſuſpenſo propter crimen, quia quantuncunq. emendatus, non recuperat priſtinum ſtatum, vnde merito eccleſia prouidet illi de aliquo ſubſidio temporali, ne coga-

cogatur mendicare in opprobrium Clericatus, *teſt. vbi gloſ. fin. in d. cap. ſtudeat* 50. *diſt. gloſ. in d. §. verum in fine*, *ibiq; Io. Andr. Abb. & reliqui omnes*.

26 Ex quibus deducitur Primo, quod ſi quis ſit ſuſpenſus propter contumaciam, a qua poteſt reſipiſcere, & non reſipiſcat, eidem etiam ſicuti excommunicato eadem ratione alimenta ex redditibus Eccleſiaſticis dari non debent, *Abb. in d. §. verum num.* 16. *verſ. ſed ſi propter contumaciam, Franc. in gloſ. num. Dec. num.* 17. *Præpoſit. num.* 31. *Guterez loco cit. num.* 100.

27 Et ex eadē ratione deducitur Secundo, quod ſi excommunicatus eſſet impeditus ex aliqua iuſta cauſa, vt non poſſet abſolutionem petere, vel petitam non obtinere, adeo vt per ſe non ſtet, vt ipſam obtineat, hoc quidem caſu eſſet ſibi de Eccleſiaſticis redditibus ſubueniendum, *Io. de ligna. in clem. vt hi qui Diuinis §. 1. de æt. et qua. lit. quem refert, & ſequitur ibi Card. q.* 20. *Dec. in d. §. verum num.* 19. *Felin. in ſape alleg. cap. Apoſtolice num.* 10. *Silueſt. in ſum verb. Clericus* 4. *nu.* 17. D. *Anton. in tract. de excom. cap.* 76. *num.* 16. *Guterez d. cap.* 1. *num.* 101.

28 Indiſtinctè vero excommunicato, vel ſuſpenſo, aut Depoſito etiam ob contumaciam, exiſtente in extrema neceſſitate prouidendum eſt, ne fame pereat, *gloſ. in d. §. verum in fine, quam* Doct. *communiter ſequuntur*, prout de communi teſtatur *Dec. ibi n.* 19. *Borgaſ. de irreg.* eleemoſina de præcepto, *nu.* 13. *Guterez tit. de effect. excom. vbi ſupra num.* 102.

29 Extenditur Decimo ſeptimo, vt prædicta procedant etiam in fructibus, & prouentibus beneficij, quod excommunicatus obtinuit tempore quo erat excommunicatus, ſed fuit illi facta collatio cum clauſula, teque abſoluentes, nam prædicta abſolutio licet proſit ad effectum validitatis collationis, tamen non prodeſt, vt poſſit lucrari fructus ex *alleg. ſupra cap.* 9. *num.* 6.

30 Extenditur Decimo octauo, vt fructus, & prouentus percepti ab excōmunicato, Depoſito, vel ſuſpenſo, tempore quo erat excommunicatus, Depoſitus, aut Suſpenſus, quamuis occultus non poſſint in conſcientia authoritate propria retineri, neque per Iudicem relaxari, niſi ſecundum diſtinctionem traditam per *Suarez d. ſect.* 2. *à num.* 7. *vſque ad num.* 19.

31 Principalis Concluſio limitatur Primo, vt procedat, quando excommunicatio eſt ualida, ſecus ſi eſſet aliqua ratione nulla, tunc enim non ligat, *cap. diuerſitatem de conceſſ. præben. gloſ. in verb. ſubtrahuntur, verſ. Sed nunquid Felin. in cap. apoſtolicæ* 12. *de except. & conſequenter non poteſt operari effectum excommunicationis, & ſic inducere priuationem prouentuum, Abb. in d. §. uerum num.* 16. *ibiq;* Dec. *nu.* 16. *Præpoſit. in cap. præter hoc num.* 9. 32. *diſtinct. Franc. Marc. deciſ.* 884. *num.* 6. *par.* Couaru. *d. §.* 7. *num.* 5. *Nauar. in cap. cum cōtingat in* 2. *remed. num.* 3. *de reſcript. Rota in Calagurritana fructuum* 24. *Ianuarii* 1586. *coram Bubalo, & in Salamantina cenſurarum* 11. *Iunii* 1594. *coram Corduba, & apud Seraphin. deciſ.* 1098. *num. quarto, Suarez d. ſect. ſecundo ſub num.* 19. *verſ. Quocirca, ſubdens hoc procedere, etiamſi alioqui ſententia excommunicationis in iuſta.* Eſt verum quod onus dicendi de nullitate cenſurarum incumbit excommunicato, vſque adeo, vt quatenus velit de illa docere teneatur tranſportare proceſſum, *Rota apud Seraph. deciſ.* 1164.

32 Limitatur Secundo, vt licet excommunicatus iniuſte priuetur prouentibus, vt ſupra dictum in ſexta extenſione, tamen vbi erit detecta Iniuſtitia excommunicationis, prouentus ſunt illi reſtituendi Ita probat *Teſt. in cap. ſuper cauſa* 2. *q.* 4. ibi tunc durante iniuſtitia ſine omni controuerſia Præſbyter quecumque ob hoc iniuſtæ amiſerit, ac ſacerdotium accipiat, & integra beneficia, ibique hoc tenet expreſſe *gloſ. inuerb. beneficia, et Gemin. in gloſ. fin. et iterum gloſ. in d. §. uerum uerb.*

verb. ſubtrahuntur, vbi Bald. num. 20.
Abb. num. 6. Imola *num.* 9. *in fine ver.*
in ea gloſ. Dec. *num.* 14. *Franch. num.*
21. *Præpoſ. num.* 27. *Alexander de*
Neuo num. 39. *verſ. Aduerte, Felin. in*
cap. Apoſtolice num. 12. *de except.* Co.
uar. loco cit. Lancellot. *de attent. cap.*
12. *limit.* 22. *num.* 5. *&* 6. *Guterez*
Canonici quæſt. lib. 1. *cap.* 1. *num.* 135.
Copuſ. de fruct. cap. 5. *Surd. de alim.*
tit. 1. *q.* 82. *num.* 14. *Rota apud Thom.*
de Tanis deciſ. 26. *& in d. Salamanti-*
na cēſurarum prima Iunii 1594. *coram*
Corduba. Et hæc quidem procedunt
non ſolum in prouentibns, qui conſi-
ſtunt in veris fructibus, ſed etiam in
quotidianis diſtributionibus, quæ ſibi
debent reſtitui perinde, ac ſi excom-
municatus fuiſſet preſens in eccleſia, &
interfuiſſet Diuinis, vt fatentur Do-
ctores proxime allegati, & præſertim
Guterez *num.* 137. Eſt verum quod
hæc recuperatio fiet per viam Iuſtitiæ
principaliter querelando, non autem
per viam attentatorum, quia quamuis
à ſententia excommunicationis ſit in-
terpoſita appellatio, tamen illa non
ſuſpendit, & ſic nouatio fuit legitima,
Butr. Imol. *& Præpoſ. in d. S. verum*
in gloſ. fin. Lancell. loco cit. num. 4.
Alex. de Neuo num. 39. *verſ. Aduert.*
Gutierez. d. c. 1. *n.* 136. Difficultas eſt
a quibus ſunt reſtituendæ quotidianæ
diſtributiones in caſu in quo veniant,
reſtituendæ? Vgolin. loco ſæpe citato
num. 4. arbitratur non eſſe reſtituen-
das ab illis quibus accreuerunt, ſed
ab eo, qui fuit auctor iniuſtæ excom-
municationis, & hoc idem affirmant
Sayr. de cenſur lib. 2. *cap.* 5. *num.* 27.
33 *Suarez d. ſect.* 2. *num.* 25. Contrariū
& rectius mea ſentētia ſcribit *Guterez*
d. lib. 1. *num.* 136. *Garzia d. cap.* 13.
num. 120. *cum ſeq.* exiſtimans vindi-
candas eſſe à Capitulo, vel maſſa com
muni, cui accreuerunt. Nam cum ex-
communicatio ſit cauſa, & radix, ex
qua oritur priuatio tanquā coſequens
neceſſarium, *Bal. in d. cap. paſtoralis*
S. verum num. 20. *vtiq;* quando ex-
communicatio detegitur iniuſta, redu-
citur ad non cauſam, & conſequenter
poteſt in iuſte excommunicatus repe-
tere à capitulo diſtributiones, non ſe-
cus ac repetere poſſet rem propriam
quę deueniſſet ad manus Capituli ſine
cauſa, *l. ſi & me, Titium, ff. ſi cert. pet.*
Rota in Hiſpalen. quinctorum 27. *No-*
uembris 1617. *coram R. P. D. Duno-*
zetto, vbi Capitulum fuit condemna-
tum ad reſtituendum fructus perce-
ptos pro fabrica ex cauſa vacationis,
propterea quod fuit declaratum nullam
ad fuiſſe vacationem.

Prudenter ergo aget Capitulum, ſi
pendente quæſtione ſuper iuſtitia,
vel iniuſtitia cenſuræ, diſtributiones
excommunicato contingentes conſer-
uabit ad hoc, vt negotio terminato
vel eas excommunicato tradat, vel di-
uidat inter Capitulares, vt admonet
Guterez loco cit. num. 136.

34 Declaratur hæc Secunda limitatio
dupliciter, primo vt procedat in excō-
municato qui ante excommunicatio-
nem conſueuerat intereſſe Diuinis, &
quotidianas diſtributiones lucrari, tūc
enim excommunicatio eſt cauſa, vt il-
lis careat; ſecus ſi nōcōſueuiſſet Diui-
nis intereſſe, tum quia tunc nō eſt quid
imputet excommunicationi tum etiā
quia ſi illa perciperet excommunica-
tus fieret melioris conditionis quam
non excommunicatus, **Felin.** *in cap.*
Apoſtolicæ num. 13. *de except. Couar.*
in d. cap. 13. *ſub num.* 8. *Guterez loco*
cit. ſub. n. 137. *verſ. cuius opinio Suarez*
d. ſect. 2. *ſub n.* 20. *ver. vbi addit.*

35 Simile eſt in Infirmo, cui quamnis
debeantur diſtributiones, *vt in cap.*
vnico de Cler. non reſid. in fine v[illegible] *qui*
vero lib. 6. *etiam ſi* propria culpa in
morbum inciderit, *Couar. d. cap.* 13.
num. 8. *verſ.* 7. *quotidiana*, tamen ſi
ante infirmitatem non ſolebat intereſ-
ſe Diuinis, illi quidem non debentur
diſtributiones, Doctores communi-
ter in *cap. Ad audientiam de Cler. non*
reſid. Felin. *in d. cap. Apoſtolicæ num.*
12. *de except. Couar. loco cit. Guterez d.*
cap. 1. *num.* 138.

36 Declaratur Secundo, ne procedat
quando

quãdò excommunicatus eſſet in mora petendi abſolutionem, quia pro eo tempore, pro quo mora conſiderari poteſt, non recuperat, neque diſtributiones neque fructus, *Borgaſſ. de irreg. tit. qui ſint excom. effectus, num.* 17. *Gutterez loco cit.* 13. *in fine Vgolin. & Sayr. locis cit. ille num.*4. *hic num.* 25. Hæc declaratio ſiquidem intelligatur reſpectu diſtributionum quotidianarum, procedit ſine Contradictore, quia ſicuti illas non lucraretur, ſi non intereſſet Diuinis, pari ratione non lucratur, quando negligit abſolutionem petere, nam tunc negligentia ſua eſt cauſa immediata amiſſionis. Si vero intelligitur reſpectu fructuum, tunc contrarium tenet. G*arz. d. cap.* 13. *nu.* 124. *cuius* opinio mihi verior videtur, propterea quod fructuum priuatio in tali caſu, aut deſumitur ex potentia excommunicationis, aut ex negligentia. Excommunicatio quando eſt iniuſta non habet vim priuationis ex allegatis ſupra in ſecunda limitatione Ergo tota reducitur ad negligentiam petendi abſolutionem; Atego nullibi reperio quod ſimplex negligentia inducat priuationem fructuum.

37 Tertio limitari ſolet, ne procedat in excõmunicato ex cauſa Eccleſiæ ſuæ Is .n. nõ priuatur neq; diſtributionibus neque alijs eccleſiaſticis prouentibus, vt cenſet G*uterez loco cit. num.* 142. *ſubdens n.* 147. *cũ ſeq.* ſubdẽs hoc idẽ procedere in prouiſore, ſeu Vicario epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante, vel alio Iudice Apoſtolico, ſi ſit excommunicatus ex cauſa offitij ſui. Mouetur ad id dicendum, Primo quia hic patitur pro vtilitate, & defenſione Iurium eccleſiæ exiſtimans eam iuſtã fouere cauſam, vnde nõ debet ipſius eccleſiæ fructibus priuari, ad eius exẽplum qui patitur moleſtias, & damnũ pro amico, cui iuſtum, & æquum eſt, vt ab eodem amico damna rependantur.

Sed hoc Argumentum eſt in qualibet ſui parte falſum, ſi quidem in prima ſupponit, quod priuatio fructuum contingat ratione illius eccleſiæ particularis, cuius negotium gerit, quod eſt falſum, quia, vt ſæpe dictum eſt, prouenit tanquam effectus naſcens ab ipſa excommunicatione, quæ cum ſeparet excommunicatu ab eccleſia vniuerſali, ex late deductis in capite primo huius libri, parum refert, quod gerat negotium vnius eccleſiæ, hoc enim non facit quin ſit excommunicatus etiam reſpectu illius eccleſiæ, cuius negotium gerit, quia excommunicatus quo ad vnã eccleſiã cenſetur excommunicatus quo ad omnes, *c. quis quis* 4. *q.* 5. In ſecunda eius parte ſupponit etiam falſum, quia nullibi probatur, quod patiens damnum pro amico, teneatur amicus ad eius emendam. Secundo mouetur à ſimili, nam clerici accedentes ad Sedem Apoſtolicam pro negotijs ſuarum eccleſiarum lucrantur fructus, *cap. cum deceat* 30. *de elect. lib.* 6. *ibiq; gloſ. & Doct.* ergo eadem ratione debet eos lucrari excommunicatus ex cauſa eccleſię.

Hoc etiam Argumentum non concludit, quia diſpar eſt ratio abſentis ex cauſa eccleſiæ, & excommuuicati ex cauſa eccleſiæ, ſiquidem excommunicatus ex cauſa eccleſiæ, vt ſupra dictum eſt, ſeparatur à corpore vniuerſali ecceleſiæ, quod quidem operatur per neceſſarium conſequens, ne poſſit fructus percipere, quæ ratio non militat in abſente, & propterea mirum non eſt, ſi adeſt diuerſa iuris diſpoſitio, *l. Papin. ff. de minor.* Ceſſantibus ergo Argumentis adductis per Guterez ego ſum in contraria ſententia eadem ratione qua vſus ſum in diluendis contrarii Argumentis.

38 Quarto limitatur, ne procedat in excommunicato putatiuo, qui vere, & realiter non eſt excommunicatus, nam in hac materia inſpicitur veritas, non opinio Argumento *Teſt. in cap. propoſuit de cler. excom. miniſtr. Rebuff. in ſepe allegato cap. puſtulaſtis num.* 65. *Suarez d. ſect.* 2. *ſub num.* 19.

39 Quinto limitatur vt hodie de communi conſuetudine excommunieatus

ſo-

ſoleat priuari diſtributionibus tantum non autem fructibus, *Rebuff. in d.cap. poſtulaſtis ſub nu. 84. in fine de cler.ex. com. miniſtr. quem ſequuntur Vgolin. d. c. 12. in fine, Suarez d. ſect. 2. ad finem Garzia d. cap. 13. num. 128. & ſeq. ſubdentes quod cum priuatio fructuum in excommunicato ſit de iure poſitiuo, dubio procul aduerſus illud valet conſuetudo. Ego autem non audeo de hac communi conſuetudine atteſtari, propterea quod Rota in cauſa Mediolanen. fructuum 20. Iunij 1597. coram bo. me. Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio* contra Excommunicatum non parentem dedit declaratoriam etiam reſpectu fructuum, non obſtante quod illi eſſent Creditoribus aſſignati. In locis tamen, in quibus talis conſuetudo probabitur, vera mihi videtur opinio *Garzia loco cit. num.* 131. exiſtimantis non teneri excommunicatos reſtituere fructus perceptos de tempore excommunicationis, neque in foro fori, neque in foro poli, quicquid in contrarium ſcripſerit *Moneta de diſtr. quotid. par. 2. q. 15. ſub num.* 31. cum conſuetudo ſit altera lex, quæ iuſtum præbet titulum, *Can. conſuetudo 1. q. 1. l. de quibus ff. de legib.*

Addit idem Garz. & recte, neque iudicem hac conſuetudine ſtante poſſe per ſententiam, etiam ad partis inſtantiam, priuare excommunicatum fructibus beneficii, quia ſi ex conſuetudine illi remittantur, non poteſt iudex imponere poenam quam conſuetudo remittit. Quod ſane eſt intelligendum, dummodo excommunicationem non contemnat, vel in ea non inſordeſcat, nam in tali caſu poteſt priuari non ſolum fructibus, ſed etiam beneficiis iuxta ea, quæ late dixi ſupra nu....

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato habente Coadiutorem fructus applicantur coadiutori.*

2 *Excommunicati fructus prouenientes, ex diſtributionibus quotidianis applicantur fabricæ eccleſiæ vel alio loco pio.*

3 *Excommunicati diſtributiones quæ ſolent dari ſeruientibus in eccleſia applicantur intereſſentibus.*

4 *Fructus quibus onera debent applicari oneribus ſtante excommunicatione alias in vtilitatem eccleſiæ.*

5 *De fructibus excommunicati debent ſolui ſeruitia Capellanorum, & ſubſtitutorum ad ſeruitium eccleſiæ.*

ARGVMENTVM.

Cui ſint applicandi prouentus, quibus priuatur excommunicatus, vel ſuſpenſus, aut Depoſitus excommunicatione, ſuſpenſione, vel depoſitione pendente.

CAP. XV.

QVamuis *Doct. cōmuniter in cap. paſtoralis, §. verum*, affirment eſſe applicādos in vtilitatem eccleſiæ, nihilominus facilioris doctrinæ gratia, aliqui ſunt diſtinguendi
caſus. Primus quando excommunica-
1 tus habet coadiutorem, & tunc fructus
illi applicantur, vt in facti contingentia
reſpondit, *Roſa in Salamantina coadiutoriæ 9. Iunii 1599. coram Penia.*

Quod crederem procedere ſiue fructus ſint, coadiutori aſſignati pro congrua ſiue non, dummodo verſemur in coadiutore cum futura ſucceſſione, quia coadiuto demedio ſublato per excommunicatum, coadiutor habetur ac ſi nullus adeſſet coadiutus.

Secundus quādo agitur de prouenti-
bus cōſiſtētibus in diſtributionibus quo
tidianis, quę dātur Dignitatibus, vel per
ſonatibus ratione certi ſeruitii in eccle-
2 ſia Cathedrali, vel collegiata; & tunc
applicantur fabricæ eccleſiæ quatenus
indigeat, aut alteri pio loco arbitrio ordinarii iuxta decretum, *Sacri Concilii*

Tri.

Tridentini Seſſ.22. c.3.de Reform. Guterez *d.c.1.nu.*106.

3 Terrius eſt caſus, quando agitur de diſtributionibus, quæ dantur indifferenter inſeruientibus in eccleſia, & tunc applicantur coeteris intereſſentibus iuxta rationabilem eccleſię conſuetudinem, *vt in cap. vnico de cleric. non reſid. lib.6.* cuius diſpoſirio eſt innouata per *Concil. Trid. Seſſ. 24. cap. 12. §. Diſtributiones, gloſ. in clem. 2. verb. ſuſpenſos de vit. & honeſt. cler. & in clem. vt hi hi §. 1. verb. dimidia de æt. & qualit. Felin. in cap. Apoſtolicæ ſub num. 12. de exceſſ. Dec. in d. cap. paſtoralis, §. verum ſub num. 21. Couar. Var. Reſol. cap. 13. nu. 7. Guterez d. cap. 1. num.* 106.

4 Quartus eſt caſus, quando agitur de fructibus, & tunc ſi quidem beneficio quod obtinet excommunicatus nulla incumbunt onera, fructus applieantur inutilitatem eccleſiæ, *d. cap. paſtoralis, §. verum*, Si vero beneficio cohærent aliqua onera propria, ſeu neceſſaria, in primis ſunt ad hoc deputandi, ne eccleſia propter Rectoris excommunicarionem debitis fraudetur obſequiis, vt recte probat *Teſt. in c. peruenit 28. de appell. & in c. de cler. non reſid.*

5 Vnde deducitur primo, quod ſeruitia cappellanorum, & ſubſtitutorum ad ſeruitium eccleſiæ, nec non, & alia ad vſum eccleſiæ neceſſaria, debent ſolui de fructibus, quos amiſit excommunicatus, *Borgaſſ. de irregular. tit. qui ſint excom. effect. nu. 18. Guterez d. cap. 1. nu. 105. & 126. Suarez 2. num. 24.*

Deducirur ſecundo, hoc idem eſſe dicendum de charitatiuo ſubſidio, & in hoc caſu procedunt deducta per *Bellenez de charit. ſubſid. q. 33. Gig. de penſ. q. 64. num. 9.* nec non, & in decimis Papalibus, vel ob publicam aliquam neceſſitatem impoſiris, vt cenſet, & recte *Suarez d. ſect. 2. ſub nu. 24. verſ. Tandem idem.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus nulliter, vel per iniuſtitiam ſoluit penſionem de beneficio.*

2 *Excommunicatus quo ad onera habetur pro non excommunicato.*

3 *Excommunicatus non debet reportare emolumentum de propria malitia.*

4 *Nobilis priuatus nobilitate tenetur ad onera nobilium.*

5 *Bartolus in l. inter quos 39. §. damni ff. de damn. inf. explicatur.*

6 *Excommunicatus ſi non percipit fructus propria negligentia tenetur ſoluere penſionem alias non.*

7 *Collecta onus non pertinet ad venditorem deſcriptum in extimo ſed ad emptorem qui percipit fructus.*

8 *Excommunicatus non poteſt eligi iudex neq. eccleſiaſticus neq. ſecularis.*

9 *Excommunicatus nequit exercere iuriſdictionem etiam ſi ſibi ſit delatã iure ſucceſſionis aut Primogenituræ.*

ARGVMENTVM.

An penſio impoſita beneficiis, pẽdente excommunieatione beneficiati ſit ſoluenda de fructibus beneficij, An vero de bonis proprijs excommunicati.

CAP. XVI.

1 DVo ſunt conſiderandi caſus. Primus, ſi quærimus in excommunicato nulliter, & in hoc nulla poteſt adeſſe dubitatio, proprerea quod, vt ſupra dixi in precedenti capite in prima limitatione excommunicatio nulla non priuat fructuum perceptione, & conſequenter excommunicatus percipit fructus, de quibus tenetur ſoluere penſionem.

Hoc idem dicendum de excommunicato per iniuriã, & iniuſtitiã, quia cũ vt ſupra dictum eſt, recuperet non ſo-

lum fructus, ſed etiam diſtributiones, & integros prouentus etiam perſonales poteſt de illis ſoluere, vt in ſpecie tenet *Guterez d.cap. 1.nu. 125.verſic. hoc tamen*, Quid dicendum ſi non poſſent recuperari, vel propter impotentiam debitoris, vel quia forte per negligentiam ſint amiſſi articulus eſt dubius, ad cuius reſolutionem vide *notata per Bal. in d.cap.paſtoralis §. verum ſub num.20. verſ. Alii dicunt*.

Secundus eſt caſus, quando excommunicatio fuit iuſta, adeo quod excommunicatus realiter, & cum effectu caruit prouentibus, & tunc An teneatur ſoluere penſionem, tres ſunt ad inuicem contrariæ ſententiæ.

Prima, quod quamuis excommunicatus prouentibus caruerit, nihilominus teneatur ad ſolutionem penſionis de proprio, quam fuſo calamo probare nititur, *Gig. de penſ. q. 64. quem ſequitur Alter.de cenſur.tom.1.lib.2.diſp. 6.c.9.pag.248.*

2 Ducitur Primo, quod excommunicatus, quo ad onera ſubeunda, habetur pro non excommunicato *vt in cap.ſi vere 34.de ſent. excom.& in c. intelleximus de iudic.* Verum hoc Argumentũ parũ vrget, quia prædicta iura expreſſe loquuntur in oneribus incumbentibus ex obligatione camerali, ad quæ excommunicatus tenetur, quia ſi

3 excommunicatio diſſolueret propriã obligationem, excommunicatus emolumentum reportaret de malitia ſua, quod fieri non debet, *c.intelleximus de iudic.* & late probat *Roman. conſil. 73.circa primum nu.3. verſ.hæc autem & nu.4.cum ſeq.*

4 Secundo Ducitur a ſimili, ſi quidem videmus quod ſi nobilis priuetur nobilitate, tenetur tamen ad quæ tenentur nobiles, etiam poſt priuationem, *Bal. poſt Din.in l.ſi quis ſolidum ff. de hæred. inſt.* nec non, & quia excommunicatus tenetur recitare officium, *Card. in clem. 1.in 6. oppoſit. de reg. iur.* Sed hæc quidem, & alia in hac re probanda allata per Gigantem tantum concludunt in onere, & obligatione perſonali, & ideo ab eo non bene infertur ad onus ſoluendi penſionem, quod eſt reale, cum debeatur de fructibus, qui

5 ſunt pro penſione obligati; *Rom. d. conſ.73.nu.4.& ſeq.* Demum hoc idem probare nititur *ex Bart. in l. inter quos 39. §. damni ff. de dam.infect.* vbi ait, quod ſacerdotes vltramontani, qui sũt excommunicati fructus beneficiorum non percipiunt, tenentur tamen cenſum ſoluere, ſi ſua culpa ſint excommunicati. Sed certe *Bar.* hoc non dicit, ſed diſtinguit, et in eius diſtinctione contrariam probat ſententiam, inquit enim, quod aut Bannitus, vel excommunicatus nõ percipit fructus, eo quia non retinet poſſeſſionem, ex quo poſſeſſiones deuenerunt in fiſcum, & tunc non tenetur ſoluere, ſed tenetur ſoluere fiſcus, qui res habet, aut non percipit culpa ſua, & tunc tenetur.

Vnde patet quod menſ.Bart.vſque adeo non opitulatur Giganti, quod quinimo illum validiſſime oppugnat, & dum inquit, quod tenetur quando non percipit culpa ſua non intelligit de culpa in ordine ad excommunicationem, ſed de culpa, ſiue negligentia in nõ percipiendis fructibus, alias Bar. eſſet ſibi contrarius in primo, & ſecundo capite diſtinctionis, & latius patebit ex infra allegandis, & præſertim ex *Soccino conſil. 217. col. 2.verſic.11. confirmatur lib.2.* qui in hunc ſenſum allegat Bart. Contrariam proinde ſententiam aduerſus tenent *Vgol. de cenſ. tab 2.c.12.verſ.quare penſionarii, Cou. d.c.13.ſub n.8.verſ.12.hinc in fine Didacus Perez li. 8.ordinamẽti in l. 1.tit. 5.Suar. d. ſect.2.ſub nu. 24.verſic. neque enim probo*. Nituntur hac ſola ratione, quia cum non perceperint fructus, non tenentur, ad onera, *Bar.in d. §.damni*.

Tertiam opinionem attulit, *Guterez loc.cit.ſub.nu.125.verſ.quid tenendum*, qui exiſtimauit poſſe opiones foedere diſtinctionis conciliari, vt ibi per eum, nam cum eius opinio mihi non probetur, ideo eam referre non curo.

Arbi-

6 Arbitror ergo in hac controuerſia duplicem poſſe conſiderari caſum, primum quando excommunicatus non percepit fructus, eo quia ſtante excommunicatione ab alio fuerunt percepti, & tunc ille, qui fructus percepit, tenetur ſoluere penſionem; Alter eſt caſus quando excommunicatus non percepit fructus ex cauſa abſentię, vel ex negligentia ſua, & tunc tenetur ſoluere penſionem, etiam de proprio, quia non percepit culpa ſua, ſcilicet ex negligentia ſua, quæ alteri obeſſe nõ debet. hãc diſtinctionẽ probat *Bart. in d. §. dam. ff. de dam. infect.* quẽ in hũc ſenſum ſequuntur ibi *Cuman. nu. 4. Imol. ibidem in finalibus verbis, Alber. num. 3. Roman. d. conſil. 73.* Dec. *conſ. 156. col. 2.*

7 Comprobatur ex *Bal. in l. ſi negotium C. de negot. geſt.* vbi concludit, quo onus collectæ, quæ imponitur pro bonis, non pertinet ad venditorem deſcriptum in extimo, ſed ad emptorem, qui habet fructus, & *Bald.* ſequuntur Dec. *loco cit. Gozad. conſil. 83. nu. 2.* His omnibus perſolutis reliqui fructus ſunt applicandi inutilitatem eccleſiæ, iuxta, *gloſ. & Doct. in d. cap. paſtoralis §. verum de appell.* Quid aut intelligatur pro eccleſiæ vtilitate, & quomodo, & à quo ſit facienda iſta applicatio, *Suarez d. ſect. 2. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non poteſt eligi in iudicem neque aſſumi ad dignitatem cui annexa eſt iuriſdictio.*

2 *Excommunicato ſunt interdicta omnia illa quibus poteſt deueniri ad iuriſdictionem.*

3 *Excommuuicatus non poteſt eligi in iudicem neque ordinarium neque delegatum.*

4 *Excommunicati electio in iudicem vel dignitatem cui annexa eſt iuriſdictio eſt nulla.*

5 *Excommunicati electio in iudicem vel dignitatem ſecularem eſt nulla.*

6 *Actus factus ſatis inualidatur per prohibitionem legis abſque eo quod dixerit irritum eſſe.*

7 Ex*communicatus, etiam politicè non debet eligi in iudicem.*

8 *Excommunicato per viam ſucceſſionis, ſeu primogenituræ defertur iuriſdictio.*

9 E*xcommunicato poteſt transferri iuriſdictio cum vniuerſitate bonorum.*

10 *Excommunicatione durante iudex iam electus priuatur exercitio iuriſdictionis.*

11 *Excommunicatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis Vicarii, & omnium ab eo deputatorum.*

ARGVMENTVM.

Excommunicatus non poteſt eligi iudex neque eccleſiaſticus, neque ſecularis, & electus nequit exercere iuriſdictionem etiamſi ſibi ſit delata iure ſucceſſionis aut primogenituræ.

CAP. XVII.

EXcommunicatum non poſſe eligi in iudicem, neque aſſumi ad aliam dignitatem, cui ſit annexa iuriſdictio docemur *ex cap. venerabilem de elect. ibique Butr. num. 12. & 13. Abb. nu. 11. Card. in cap. perpendimus in 4. oppoſit. de ſent. excom. Socc. in cap. ſacris num. 240. de ſent. excom. Boich. in cap. dilecti, num. 6. de except. Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. num. 271. verſic. Quod, & in dignitatibus, Suar. tom. 5. diſput. 16. ſect. 2.*

2 Ratio eſt, quia cum excommunicato ſit interdictum exercitium iuriſdictionis, *cap. intelleimus de iudic. c. ad probandum de ſent. & re iud.* vtique ex neceſſario antecedenti videntur interdicta omnia illa, ex quibus ad tale exercitium poteſt deueniri, *l. 2. ff. de iuriſdic. omn. iud. l. oratio ff. de ſponſal. cap. finali de cler. excom. miniſtr. cap. ſuper his de accuſat.* Iacob. Bu*trigar. in l. indebitum ff. de condit. iu*-

d. ... in ſpecie Soec.in d.c.ſacris n.241.

3 Extenditur primo, vt procedat ſi-
ue iudex ſit ordinarius, ſiue delega-
tus, *d.cap. ad probandum*, ibi vnus ex
delegatis, *de ſent.et re iudic.& ibi Abb.
nu. 2.Vant. de nullit.* ex *defect. iuriſd.
num. 61. Soec. in c.ſacris ſub nu. 280.*
vbi quod non acquirit iuriſdictionem
neq. in habitu, neq. in actu.

4 Extenditur ſecundo, vt ſi excom-
municatus eligatur in iudicem, vel di-
gnitatem, cui ſit annexa iuriſdictio,
electio ſit nulla ipſo iure, *gloſ. in cap.
venerabilem, verb. electus de elect. ibi-
que* Butr. *num. 14. Abb.nu. 11.& ite-
rum gloſ.in c. 1.verb. recipiunt de offic.
Vi. ar. lib. 6. Soec. in cap. Sacris num.
240. de ſent.excom. & num. 277.verſ.
intelligendo*. Hæc ſecunda extenſio,
ſi loquamur de electione in iudicem,
ſiue Dignitatem eccleſiaſticam proce
dit ſine difficultate. Quinimo ſi iuriſ-
dictio, ad quam deputatur, debet exer
cere eccleſiaſtica ſacramenta, erit nul-
la etiamſi eſſet excommunicatus ex-
communicatione minori, vt tradit
Socc.in d.c.ſacris ſub nu. 239. verſ. Aut
ex iuriſdictione ad quam.

5 Si vero loquamur de electione in
iudicem, ſiue dignitatem ſecularem,
tunc licet *glo.Butr.et* Abb *locis cit.* cæ-
terique communiter arbitrentur con-
cluſionem habere locum etiam in ele-
cto ad dignitatem ſecularem, nihilo-
minus *Suarez d.ſect.2.* putat, quod in
tali caſu electio non ſit nulla ipſo iure,
ſed magis veniat infirmanda per ſen-
tentiam, propterea quia (vt ipſe in-
quit) nullum adeſt argumentum ſuf-
ficiens ad aſſerendum talem electio-
nem eſſe nullam ipſo iure, quia iura
quæ prohibent excommunicatum
eligi non habent decretum irritans, &
conſequenter non magis probant eſſe
irritam, quam eſſe irritandam.

6 Quo non obſtante, a communi ſen-
tentia recedendum non eſt, quia vbi
lex prohibet ſubſtantiam actus, tunc
ſola prohibitio ſufficit ad inuali-
dandum actum, etiamſi lex ſpecialiter
non dixerit inutile eſſe debere quod
geſtum erit, *cap. quæ contra de regul.
iur.lib.6. l. non dubium, §.ad omnes C.
de legib.ibiq.* Bald. *num. 15. uerſic. Pe-
trus dicit*, Cum ergo habeamus tex-
tum apertum in dicto *cap. uenerabilem
de elect.* prohibentem excommunica-
tum eligi in dignitatem ſecularẽ, iſta
ſola prohibitio ſufficit ad reddendum
7 actũ nullũ ipſo iure. Præterea quãuis
eligi in iudicem, & ferre ſententiam
in iudicio ſæculari, ſit actio mere tem-
poralis, quæ eſt introducta iure gen-
tium in omni Republica tam fideli
quam infideli, politicè inſtituta,
& ob id non videatur de per ſe per-
tinere ad eccleſiaſticam poteſtatem,
nihilominus etiã politicè conuenit ne
excommunicatus poſſit in iudicem eli
gi tum quia politicè non conuenit, vt
exiſtens extra eccleſiam adipiſcatur
poteſtatem in eccleſia, *l. fin. C. de iu-
dæis*. Tum etiam quia hoc fieri non
poteſt citra communionem, quæ etiã
politice eſt deneganda excommuni-
cato, ſi quidem *Plato lib.9.de leg.* ſacris
priuatum iubet communione priuari,
& ſi ex liberis cum eo communicaue-
rit, præcipit illum neque in templum
ingredi, neq. in forum, neq. in Vrbem,
antequam purgetur. Hæc ſecunda
extenſio limitatur, vt procedat in iu-
riſdictione, quę tribuitur per viam ele-
ctionis, aut collationis, ſecus, ſi defe-
ratur alia via, quia ceſſante electione,
vel collatione, poteſt excommuoica-
tus adipiſci iuriſdictionem, quamuis
excommunicatione durante careat
exercitio *Suarez d. ſect 2.num.6.* Vn-
de deducitur, quod ſi iuriſdictio de-
8 feratur per viã ſucceſſionis, illa acqui-
ritur etiam excõmunicato, *Suarez lo-
co cit.* excommunicatio enim non pri-
uat iure ſuccedendi, iuxta *trad. in cap.
cum inter de except.* Hoc idem erit mul
to magis dicendum ſi deferatur iure
primogenituræ, aut fideicommiſſi, aut
ex ſucceſſione aſcendentium: hæc
enim habent ius radicatum de præ-
terito, adeo vt non videatur noua
acquiſitio, *l.in ſuis cum ibi trad. ff. de
lib. & et poſthum. l. in ſuis, ff. de ſuis*

et

& legit. l. 1. §. qui ſunt in poteſtate, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti §. ſui inſt. de hæred. qualit. & differentia, & in ſpecie Suarez loco cit.

Idem pariter erit, ſi iuriſdictio transferatur per viam contractus, nam excommunicatus contrahere non prohibetur, vt infra dicetur latius hoc eo-
9 dem libro *cap.* 57. Idque mulro magis ſi transferatur cum vniuerſitate bonorum, quibus ſit annexa iuriſdictio, ad exemplum iuriſpatronatus, quod licet nequeat transferri titulo particulari venditionis, tamen transfertur cum vniuerſitate bonorum, *cap. cum ſeculum, & cap. ex litteris, & vtrobique Doct. de iurepatr. gloſ. in cap. de iure verb. vendi eodem titulo, Bald. conſil. 1. lib. 3. Dec. conſil. 127. ſub num. 1. & ſecundo Couar. Variar. Reſol. lib. 1. cap. 13. num. 4. & cap. 18. ſub numero 7. verſic. quarto conſtat, Rota in Neapolitana iuriſpatronatus 11. Maii 1592. coram Illuſtriſſimo Arrigonio, & apud Mantic. deciſ. 140. num. 12. vbi quod procedit etiam ſi uniuerſitas ſit data in dotem.*

Procedit pariter etiamſi vniuerſitas conſiſteret in ſolo dominio vtili, *d. cap. ex litteris, ubi notatur de iurepatr.* ac etiam ſi conſiſteret in ſolo vſufructu bonorum, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. q. 10. art. 3. in fine Mantica loco cit. num. 13.*

10 Extenditur tertio, principalis conclusio, vt excommunicatus non ſolum nequeat eligi iudex, vel adipiſci per electionem dignitatem, cui ſit annexa iuriſdictio, ſed etiam ſi poſtquam fuerit iudex electus incidat in excommunicationem, licet non priuetur iuriſdictione ante excommunicationem quæſita, tamen excommunicatione durante eſt priuatus exercitio iuriſdictionis, *cap. intelleximus de iudic. cap. ad probandum de ſent. & re iudic. cap. decernimus de ſent. excom. lib. 6. c. 1. de offic. Vicar. eodem lib. c. aperte, & c. miramur, & c. ait Caleſtinus 24. q. 1.*

11 Extenditur Quarto, vt iudex excommunicatus antequam abſoluatur, neque poſſit exercere iuriſdictionem per Vicarium, ſeu alium ab eo deputatum, nam excommunicatio in per ona iudicis ſuſpendit nedum iuriſdictionem ipſius, ſed etia n Vicarii, & omnium, qui ab eo iuriſdictionem recipiũt, *d. c. 1. §. ea tamen de offic. Vicar. lib. 6. ibique gloſ. in verb. ipſius officialis, Anchar. num. 2. Franch. nu. 3. gloſ. in clem. final. verb. conteſtata, ibiq. Imol. et Card. de procurat. Innoc. in cap. licet ſub nu. 3. verſ. 3. ſecus autem dicerem in Vicariis de offic. deleg. ibiq. Bal. nu. 14. Anchar. in clem. 2. col. 1. in fine, & ibi Card. nu. 9. de reſcript. Boich. in d. cap ad probandum nu. 2. de ſent. & re iudic. Socc. in c. Sacris ſub num. 241. verſ. talis enim de ſent. excom. Bald. in cap. licet num. 9. de offic. deleg. Dec. in d. c. intelleximus nu. 3. de iudic. Feltn. in cap. inſinuante num. 1. circa fin. de offic. deleg. Pariſ. conſil. 89. num. 6. lib. 4. Selua de benefic. par. 2. quæſt. 14. num. 6. Sbrozz. in tract. de offic. Vicar. lib. 3. quæſt. 17. num. 1. Rota deciſ. 4. nu. 2. de offic. Vicar. in nouiſ.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata a iudice excommunicato eſt nullius momenti.*

2 *Sententia iudicis excommunicati eſt nulla etiam ſi ſit vel Deffinitiua, vel interloquutoria, vel ſimplex decretum.*

3 *Proceſſus compilatus a iudice excommunicato eſt nullus.*

4 *Sententia excommunicationis lata a iudice excommunicato eſt nulla.*

5 *Excommunicatus non poteſt ferre laudum tanquam arbitrer electus a partibus.*

6 *Excommunicati non poſſunt eſſe arbitri iuris, ſeu neceſſarii.*

7 *Excommunicatus vel ſolus vel cum aliis ſi ferat ſententiam eſt nulla.*

8 *Excommunicatus datus iudex cum clauſula, & ſi non omnes procedent inficit aliorum iuriſdictionem.*

9 *Excommunicatus ſi ſit vnus, e duobus iudicibus ordinariis ſententia Suſtinetur ex perſona non excommunicati.*

10 *Excommunicatum ſi alii Iudices amittant ignoranter ſententia ſuſtinetur.*

Excommunicatus ſi velit iudicare cum aliis qui proteſtantur velle iudicium valere pro ſe, tenet ſententia.

11 *Excommunicati actus ſiue a principio ſiue medio tempore factus eſt nullus.*

12 *A ſententia lata per iudicem inferiorem non poteſt appellari ad iudicem excommunicatum.*

13 *Excommunicati occulti ſententia valet.*

14 *Excommunicatus ſi fuerit iudex, deinde communi opinione reputatus abſolutus, valet ſententia.*

15 *Excommunicati occulti ſiue reputati abſoluti ſententia ſuper excommunicatione lata eſt nulla.*

16 *Sententia lata per iudicem excommunicatum in fidei valorem tenet.*

17 *Excommunicationis exceptio contra iudicem appoſita, ſi contra excipientem fuit lata ſententia, nec fuit appellatum valet ſententia.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata per Iudicem excommunicatum an, & quomodo poſſit ſubſtineri.

CAP. XVIII.

1 REgula conſtitui poteſt ſententiā latam à iudice excommunicato nullius protſus eſſe momenti, ita *Text. in cap. ad probandum, vbi gloſ. in verb. innodatus, Bald. nu. 1. Butr. num. 3. Abb. nu. 2. Felin. in princ. & alii communiter de ſent. & re iudic. cap. excommunicamus §. credentes de hæret. cap. aduerſus, §. quia vero, vbi gloſ. in verb. valitura de immunit. Ecclesiaſt. cap. Præsidentes de hæret. lib. 6. Specul. tit. de ſent. § 9. ver. vt autem & tit. de appell. §. 3. & 10. ver. Cæterum, Vant. de nullit. tit. de nullis. ex defectu iuriſdictionis num. 137. Suar. d. diſpus. 16. ſect. 1. nu. 6.*

2 Extenditur Primo, vt procedat non ſolum in ſententia diffinitiua, ſed etiam interloquutoria & in ſimplici decreto, vt ſcribit, & recte, *Bal. in rubr.* C. *qui admitti num. 19.*

3 Extenditur ſecundo, vt procedat non ſolum in ſententia ſed etiam in proceſſu, nam ſi fuerit compilatus ab excommunicato, erit nullus, ſecundum diſtinctionem, quam tradit, *Abb. in d. cap. Ad probandum, num. 6. de ſent. & re iudic. Bald. in cap. ad probandum num. 6. de ſent. & re iudic. &. in cap. contingit de dolo, & contum. Rimin. ſen. conſ. 101. num. 22. lib. 1.*

4 Extenditur Tertio, vt multo fortius procedat in ſententia excommunicationis; Illa enim ſi feratur à iudice excommunicato, nullius erit momenti, *cap. audiuimus 24. q. 1. cap. Ad abſoluendam, & cap. excommunicamus de hæret.* Lap. *in cap. ſi is cui de offic. deleg. lib. 6. Gem. in cap. 1. colum. pen. verſ. in ea gloſa de offic. Vicar. lib. 6. & ibi Franc. num. 7. Socc. in cap. ſacris. num. 264. de ſent. excom.*

5 Extenditur Quarto, vt excommunicatus non poſſit ferre laudum tanquam Arbitrer electus à partibus, quia cum illa ſint redacta ad inſtar iudiciorum, non poſſunt ab excõmunicato ferri, *gloſ. in l. Pedins, in princ. verb. ignominioſus ff. de arbitr. Archid. in cap. à iudicibus 2. q. 7. Bart. in l. ex facto §. ſi quis rogatus el 2. ff. ad Trebell. & in l. ſi quis arbitratu, ff. de verb. oblig. ibique Iaſ. num. 26. Soccin. ſub num. 40. verſ.* Arbiter, *vbi teſtatur de communi, Butr. in cap. quintauallis numero 33. & ibi Abb. num. 37. de iureiuran. & iterum* Abb. *in cap. Ad probandum ſub num. 2. verſ. quid autem in arbitro num. 33. & ibi Abb. numero 22. de Iureiur.* Franc. *Marc. q. 527. num. 3. par. 1.* Dec.

in

Digitized by Google

in cap. intelleximus num. 4. de Iudic. Suarez d. diſput. 16. ſect. 1. ſub num. 6. verſ. in particulari vero; Et tanto
6 minus poteſt eſſe arbiter Iuris, nempe vigore legis, aut ſtatutis, qui alio vocabulo nuncupantur Arbitri neceſſarij, iſti enim dicuntur habere iuriſdictionem iuxta ea, quæ tradidimus ſupra *lib. 2. cap. 23. num. 1.*

7 Extenditur Quinto, vt procedat ſiue excommunicatus exerceat iuriſdictionem ſolus, ſiue ſimul cum aliis, nam ſufficit, quod vnus tantum ſit excommunicatus ad hoc, vt actus, & ſententia vitietur in totum, ita probat *teſt. in d. cap. ad probandum de ſent. & re iudic. ibi pro eo quod vnus ex Iudicibus delegatis, & ibi Innoc. Hoſt. num. 1. Io. Andr. num. 3. Butr. num. 7. Imol. ſub num. 5. verſ. Item actus ſententiandi Abb. num. 4.* Item hæc ſententia probatur in *l. Pedius §. in ſeruum ff. de arbitr.* vbi compromiſſum factum in ſeruum, & liberum ex ſola ſerui perſona vitiatur in vtroque. Et ratio eſt, quia exercitium iuriſdictionis competit eis pro parte, & non in ſolidum, *d. §. in ſeruum in fine cap. vno ſe legatorum, & cap. cauſam Matrimonii de offic. deleg. Sententia autem* non poteſt valere pro parte, *c. cum ſuper Abbatia de offic. deleg.*

8 Extenditur Sexto, vt procedat etiã ſi plures iudices fuiſſent dati cum clauſula, quod ſi non omnes. Nam nihilominus procedendo cum vno excommunicato inficiunt propriam iuriſdictionem, ita concludit, *Hoſt. in d. cap. ad probandum, verſ. ſed eſto quod iſte tertius, Io. Andr. num. 3. Abb. ſub num. 4. verſ. quod procedit*, ſecus ſi non excommunicati proceſſerint ſoli iuxta, *Text. in l. Pedius §. in ſeruum iuxta l. ſequenti, ff. de recept. Arbitr. Soccin. in cap. Sacris num. 269. cum ſeq.*

9 Hæc Sexta extenſio eſt declaranda, Primo vt procedat in iudicibus delegatis, ſecus in duobus, aut pluribus ordinariis, quorum ſi vnus ſit excommunicatus, & alter non, ſententia ſuſtinetur ex perſona non excommunicati, vt tradit *Soccin. in cap. ſacris ſub n. 271. verſ. & idẽ etiã defent. ex. com. & licet Soc. loquatur* quando ſententia eſt lata à non Excommunicato ex cauſa fauorabili, tamen idem crederem ſimpliciter, quia ratio, propter quam ſuſtinetur ſententia lata à iudice ordinario nõ excõicato ſimul cũ excõicato eſt, quia iudices ordinarii habent iuriſdictionem inſolidum, *glo. in c. prudentiam de officio. delegati Bar. in l. Pomponius ff. de re iudic. & in l. 1. §. ſi plures, ff. de exercit. act.* ideoque ſententia quamuis ab vno lata ſuo robore nititur, *Abb. in cap. fin. num. 9. de ſent., & re iudic.* Et hæc eo fortius procedunt, quando ex duobus iudicibus ordinariis vnus Excommunicatus fert ſententiam condemnatoriam, vel contra cauſam fauorabilem, & alter excommunicatus fert abſolutoriam, vel pro cauſa fauorabili, *cap. fin. de ſent. & re iudic. l. inter plures ff. eodem tit. Socc. loco cit. num. 271. verſ. Et idem etiam arbitror.*

10 Secũdo, eſt declarãda, vt procedat quãdo iudices nõ excõmunicati admittunt Excõmunicatũ ſciẽter, ſecus ignorãter, quia tũc ſentẽtia ſuſtinetur ex auctoritate eorũ, qui nõ erant excõmunicati, ita declarat *Innoc. in cap. illa quotidiana num. 3. verſ. vnde dicerem, & num. 4. verſ. nobis videtur, de elect. quem ſequitur ibi Bald. num. 5.* qui licet loquatur ſimpliciter, tamen debet intelligi ſecundum Doctorem, quem allegat, ſicuti debet etiam intelligi *Felin. in d. cap. illa quotidiana col. 3. circa med. verſ. vnde dicit Innoc. Butr. num. 15. Imol. ſub num. 5.*

11 Tertio eſt declaranda, vt procedat, quando excommunicatus poteſt prohiberi, ne interueniat, ſecus ſi prohiberi nequeat de iure, vel de facto, quia tunc vt ſententia ſuſtineatur ſufficit, quod non excommunicati proteſtẽtur, quod ipſi nõ intelligunt, quod aliquis, qui non poteſt intereſſe, interueniat, vel quod habeat votum, & quod illi intelliguntur iudicare pro ſe, & iudicium

tium inniti ex votis, & conſenſibus ſuis tantum, *Innoc. d. cap. illa quotidiana ſub num.* 4 *verſ. quod intelligo verum Hoſt ſub num.* 4. *Io. Andr. ſub num.* 8. *&* 9. *& ſeq. Card. col.* 2. *verſ. quaro circa hoc Butr. ſub nu.* 15. *Imol. ante num.* 6. *vbi teſtatur de communi Anchar. ſub num.* 2. *Henrich. Boich. ſub num.* 5. Dicitur autem non poſſe prohiberi de iure, quando excommunicatio eſt dubia, vel occulta, de facto autem quando licet excommunicatus ſit publicus, tamen eſt potens, adeo vt interuentus illi prohiberi non poſſit, vt vtrumque declarat *Innoc. Hoſt. Io. Andr. Card. & alii locis citatis*.

. Et hæc proteſtatio fieri poteſt publice ſi audent, ſin autem occulte, *c. per latum quod met. cauſ.* Innoc. *in d. cap. illa*, Imol. *ibidem ſub num.* 5. *verſ. circa ſecundum, Henric. Boich. num.* 5. An autem talis poteſtatio poſſit in aliquo caſu eſſe contraria facto, vide *Innoc. loco cit. verſic. hic tamen prudenter*.

12 Extenditur ſeptimo, vt procedat ſiue iudex fuerit excommunicatus a principio, ſiue medio tempore, nam vtroque caſu actus per ipſum factus eſt nullus, *gloſ. in dicto cap. ſciſcitatus verb. in fame, verſic. item ſi medio tempore de reſcriptis*, Sufficit enim quod inhabilitas ſuperueniat pendente iudicio, *cap. præter de teſtib. cogen. cap. inſinuâte de officio delegati*. An autem ſi iudex delegatus ſit excommunicatus de tempore datæ reſcripti, & Abſolutus tempore receptionis valeat ſententia data per ipſum, vide *Abb. in c. dilectus* 26. *ſub num.* 7. *de præbend. Spec. tit. de iudice delegato*, §. 1. *in princ. Pariſ. de reſign. lib.* 4. *q.* 1. *num.* 16.

Et ſi iudex excommunicatus exerceat, An peccet mortaliter, vide *Alter. de cenſur. par. prima lib.* 2. *diſput.* 2. *cap.* 1. *verſic. ſi quærat aliquis*, Et an ſententia lata per iudicem excommunicatum poſſit à partibus ratificari, *Socc. in d. cap. ſacris num.* 274. *de ſent. excom.*

13 Extenditur octauo, vt ad iudicem excommunicatum, neque poſſit appellari à ſententia lata per iudicem inferiorem, *cap. ſi is cui de offic. deleg. lib.* 6. *Socc. in d. cap. ſacris num.* 275.

Hæc eadem concluſio ſic multipliter extenſa, limitatur nonnullis modis, &.

14 Primo, ne procedat in excommunicato occulto, cuius ſententia valet, quia talis non erat de neceſſitate vitandus, ſiue eſſet iudex ordinarius, ſiue delegatus, *cap. ad probandum de ſent. & re iudic. ibique Gloſ. in verb. innodatus Bal. nu.* 1. *Butr. num.* 3. *Abb. num.* 2. *Felin. in princ. num.* 3. *& alii communiter Socc. in d. cap. ſacris num.* 267. *de ſent. excom.*

51 Hoc idem eſſet dicendum ſi iudex fuiſſet aliquando excommunicatus, & deinde communi opinione reputaretur abſolutus, quia ratione communis reputationis valerent geſta per ipſum ratione officii publici propter publicam vtilitatem, ita probat *Teſt. cap. infamis* §. *tria, verſic. verum tamen ſi ſeruus q.* 7. *& in l.* 1. *C. de teſtamentis, & in l. Barbarius ff. de offic. Prætor.* ibique ſignanter, *Bar. nu.* 6. *verſic. item Iaſ. num.* 61. *& in l.* 2. *vbi etiam Bar. Bal. & cæteri in l.* 2. *C. de ſent. & interloquut omni iud. Io. Andr. Butr. & Abb. in cap. fraternitatis de teſtib. & in cap. cum ſuper Abbatia, de offic. deleg.*

Quare prudentis Aduocati partes erunt, vt quando vult excipere de excommunicatione contra iudicem, vel teſtem, aut contra ſententiam, vel dictum teſtis, articulet quod is, qui ſententiam tulit, aut protulit teſtimonium erat excommunicatus, & vti talis de illo tempore habebatur, & reputabatur, vt eleganter docet *Bart. in l. prima num.* 4. *C. de teſtament.* Hæc pri-
ma limitatio declaranda eſt ne proce-
16 dat in ſententia ſuper excommunica-
tione, illa enim ſi ſit lata à iudice ex-
communicato, viribus protſus caret,
etiam ſi iudex communi opinione re-
putaretur non excommunicatus, vel

ab.

abſolutus, quia in hac materia magis inſpicitur veritas, quam opinio, Ita ſingulariter poſt *Vincent. antiquum Gloſatorem tenet Archid. in cap. ſententia colum. 1. verſ. & dicas quod in ſententia 11. q. 3. & in cap. 1. in gloſ. 1. de ſent. excom. libr. 6. Butr. in d. cap. ad probandum, verſ. quintus caſus, de ſent. & re iudic. Alber. in d. l. Barbarius num. 27. ibique Iaſ. num. 61. verſ. limita notabiliter*. Toleranda tamen eſt talis ſententia, quouſque excommunicatio detegatur, vt nos monet *gloſ. in Summa 24. q. 1. verb. quod autem in fine*.

17 Limitatur Secundo, ne procedat in concernentibus fidei fauorem, in iis enim valet ſententia, quamuis lata per iudicem excommunicatū, aut alias de facto iuriſdictionem exercentem, *cap. Præſidentes, vbi Gem. Franch. & reliqui de hæret. lib. 6. gloſ. in cap. 1. in fine de offic. Vicar. lib. 6. Socc. in cap. ſacris num. 268. de ſent. excom. Villadiego de hæret. q. 19.* Rojas *eodem tract. par. 2. num. 441.*

18 Limitatur Tertio quando exceptio excommunicationis contra Iudicem fuiſſet oppoſita & fuit pronunciatum contra opponentem, nec a tali pronuncia fuit appellatum, tunc enim ſententia lata per iudicem licet excommunicatū ſuſtinetur ſecundum opinionem *Socc. loco cit. num. 273.*

Hæc Tertia limitatio patitur aliquam difficultatem ex deductis ſupra in prima limitatione, ideo in facti contingentia eſt cogitandum.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio ſubdelegati non dicitur ſuſpenſa, quando non pendet ab eo in cuius locum eſt facta ſubdelegatio.*

2 *Epiſcopo excommunicato oeconomus vel Coadiutor non prohibetur exercere iuriſdictionem.*

3 *Excommunicato Vicario vel Auditore non eſſet ſuſpenſa iuriſdictio Vicegerentis vel Locumtenentis.*

4 *Iuriſdictio non transfunditur ſi ſubdeleganti erat excommunicatus tempore delegationis.*

5 *Delegans excommunicatus priuatur exercitio iuriſdictionis.*

6 *Delegante excommunicato poſt delegationem articuli, remanet ſuſpenſa iuriſdictio delegati.*

7 *Delegante excommunicato poſtquam delegatus perpetuauit iuriſdictionē remanet ſuspensa iuriſdictio.*

8 *Delegati iuriſdictio an expiret quando delegans eſt excommunicatus.*

9 *Delegans excommunicatus non poteſt reuocare delegationem.*

10 *Delegatus non requirit nouam delegationem ſed procedit ex veteri delegante abſoluto ab excommunicatione.*

ARGVMENTVM.

An iuriſdictio Iudicis delegati remaneat ſuſpenſa per excommunicationem ſuperuenientem in perſona eius in cuius locum eſt delegatus.

CAP. XIX

QVamuis de hoc non leuis ſit inter Doct. altercatio in *cap. licet de off. delegati*, tamen vt diſſonæ opiniones in conſonantiā redigantur plures ſunt diſtinguendi caſus.

1 Primus quando iuriſdictio ſubdelegati non dependet ab eo, in cuius locum eſt facta delegatio, ſed dependet à lege, vel à Principe, & tunc per excommunicationem eius in cuius locum eſt facta delegatio, non dicitur ſuſpenſa iuriſdictio delegati, *ita probat Teſt. in cap. primo de offic. Vicar. lib. 6.* in illis verbis, *ſi iuriſdictionem recipiunt ab eodem, ibique* Anchar. *ſub num. primo* Gem. *num. 4. Franch. nu. 4.* Qua ratione cum Coadiutor, Oeconomus

nomus,&'ſimiles habeant iuriſdictio.
2 nem à lege non ab epiſcopo, *cap. volu-*
mus, & cap. quia 89. diſt. merito ex-
communicato epiſcopo non prohibe-
tur eius Coadiutor, vel Oeconomus
exercere iuriſdictionem, *Anchar. in*
d. cap. 1. in 2. notab. de offic. Vicar. lib.
6. & in cap. conſulti num. 6. ibiq; Gem.
num. 7. Et pari ratione crederem
3 quod licet Gerens uices Illuſtiſs. Car-
dinalis Vicarij Vrbis, ac etiam Lo-
cumtenens Auditoris Cameræ e xer-
ceant iuriſdictionem Vicarii,& Audi-
toris, nihilominus quia ipſi deputan-
tur mediante reſcripto Sanctiſſimi
quod excommunicato Vicario, vel
Auditore non eſſet ſuſpenſa iuriſdictio
Vicegerentis, nec Locumtenentis,
cum ipſi recipiant iuriſdictionem
à Papa *d. capitulo primo de offic. Vicar.*
lib. 6.

4 Secundus eſt caſus, quando iuriſ-
dictio ſubdelegati dependet à iuriſdi-
ctione eius, in cuius locum eſt facta
ſubdelegatio, & ſubdelegans erat ex-
communicatus de tempore delegatio-
nis, & in tali caſu non transfundit in
Delegatum iuriſdictionem, neque in
actu, neque in habitu, quia cum iuriſ-
dictio ſit mortua penes ipſum excom-
municatum, *Franch. in d. cap. 1. num. 7.*
eam in alium transfundere nequit, *d.*
c. 1. in fine de offic. vicarii, Franch. lo-
co citato poſt gloſ. ibi verb. recipiũt, Gem.
num. 6. verſic. aut erat ſubdelegatus
Butr. ſub num. 7. & iterum Butr. in c.
licet ſub nu. 21. Socc. in d. cap. ſacris ſub
num. 280. verſic. Aut non ſubdelegatur
de ſent. e xcom. Sbroz. d. quæſt. 18. ſub
num. 8.

Ratio eſt, quia licet delegans per ex-
5 communicationem non remaneat pri-
uatus iuriſdictione, tamen remanet pri-
uatus exercitio, quod eſt medium,
per quod transfertur iuriſdictio in de-
legatum, ſeu ſubdelegatum, & pro-
pterea nulla poteſt transfundi iuriſdi-
ctio, neque actualiter, neque habi-
tualiter, *Soccin. loco proxime citato.*

6 Tertius eſt caſus, quando iuriſdictio
ſubdelegati dependet a iuriſdictione
delegantis, & excommunicatio ſuper-
uenit poſt delegationem factam, ſed eſt
delegatus purus articulus conſiſtens
in exequutione facti tantum, ſine iu-
riſdictione, & tunc ſuſpenſa per excom
municationem iuriſdictione delegan-
tis, erit etiam ſuſpenſa poteſtas delega
ti, nam cum ipſa de per ſe nihil habeat
propriæ iuriſdictionis, *l. 1. ff. de offic.*
eius, operatur, vt noſtri aiunt, tanquam
Pica, & animatum inſtrumentum dele
gantis, apud quem dicitur reſidere
poteſtas in exercitio, prout eſt iuris,
Innoc. loco cit. Butr. in d. cap. licet n.
21. de offic. delegati, Abb. ibidem
num. 8. ver. Innocent. tenet hic, Imola
ſub num. 29. Gemin. in d. cap. primo
num. 6. verſ. tu conclude de offic. Vica-
rii lib. 6. Soccin. in cap. Sacris num.
280. de ſent. excom.

7 Quartus eſt caſus, quando eſt dele-
gata iuriſdictio, & res non eſt integra,
nempe quia delegatus perpetuauerat
ſuam iuriſdictionem ante excommuni-
cationem, & tunc non ſuſpenditur iu-
riſdictio delegati, *Innoc. in d. cap. licet*
ſub num 3. ibique Abb. ſub num. 8.
verſ. Poſſent tamen iſta, Ioan. Andr. in
d. cap. primo, ibique Gemin. num. 6. verſ.
aut ſubdelegatur iuriſdictio, Butr. ſub
num. 7. verſ. ibi ſi is. Probatur autem
per *Teſt. in d. cap. ſi is cui de offic. deleg.*
lib. 6. Item probatur ratione, quia
ante excommunicationem iam erat
fundata iuriſdictio in perſona delegati,
& nihil remanſerat penes delegantem
cap. quamuis de offic. delegati, lib. 6.
Socc. in d. cap. Sacris num. 282. verſ.
Alii, vbi teſtatur de communi.

Et hæc procedunt, ſiue delegatio
eſſet facta in totum, ſiue in parte, vt
probat *Teſt. in d. cap. ſi is cui, Innoc. in*
d. cap. licet num. 3. verſ. Idem dicitur
etiam, ibique Butr. *ſub num. 21.* Imol.
ſub num. 30. ver. hoc vltimum, num.
31. cum ſeq. Abb. Butr. *ſub. num. 8.*
ver. Poſſent tamen iſta, Gemin. in d. ca-
pitulo 1. de offic. Vicar. libro 6. nu. 6.
ver. Aut ſubdelegatio non eſt facta in
totum, quicquid in contrarium ſcripſe-
rit Hoſt. in d. cap. licet, cuius opinio
com.

communiter rei;citur, *Soccin. loco cit. ſub numero 282. verſ. prædicta tamen opinio*.

8 Quintus eſt caſus, quando poſt excommunicationem eſt ſubdelegata iuriſdictio, & res eſt integra, & tunc iuriſdictio delegati, ſiue ſubdelegati, quamuis non expiret, tamen ſuſpenditur, ſicuti ſuſpenditur iuriſdictio delegantis, *Hoſt. Calder. & Card. in d. c. licet Abb. ibidem ſub num.* 8.

Contrarium tenent *Innoc. in d. cap. licet, ibiq; Butr. ſub num.* 21. *Imol. ſub num.* 29. *& 31. verſ. ſed vt ſupra dixi.* Et hæc opinio vti frequentior, ſic etiam verior, ex rationibus *per Butr. & Gemin. locis citatis* adductis, ad quos lectorem breuitatis gratia remitto. Eſt verum, quod ex quo durante excommunicatione iuriſdictio delegantis eſt omnino ſuſpenſa, ſi interim contingat appellare à delegato, appellatio non poterit interponi ad delegantem, ſed debet appellari ad ſuperiorem delegantis, *d. cap. ſi is, cui de offic. deleg lib.* 6. *Gemin. in d. cap. primo col. penult. ver. fatendum. eſt de offic. Vicar. Soec. in d.*
9 *cap. Sacris num.* 276. Item excommunicatione durante non poteſt excommunicatus reuocare delegationem, ſeu ſubdelegationem iam factam, quia ſuſpenſum eſt in eo totale exercitium, *Butr. in d. cap. licet ſub num.* 21. *Gemin. in d. cap.* 1. *colum. penult. verſ. nec obſtat; & colum. fin. verſ. Item nec pro nunc. de offic. Vicar. lib.* 6. *Socc. in d. cap. Sacris ſub num.* 281. *verſ. nec obſtat de ſent. excom.* Præterea in caſibus in quibus ſuſpenditur iuriſdictio delegati per excommunicationem ſe peruenientem in perſona delegantis poſt factam delegationem, abſoluto delegante non requiritur noua delegatio, ſed proceditur ex veteri, *Goffred. & Calder.* quos refert, & ſequitur *Imol. in d. cap. licet ſub num.* 31. *verſ.* Io. *tamen, & ibi Butr. ſub num.* 21. *verſ. Goffredus dicit*.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus poteſt eſſe arbitrator aliquo modo.*
2 *Excommunicatus non poteſt profferre per modum laudi.*
3 *Excommunicatus ex cauſa hæreſis non poteſt eſſe arbitrator.*
4 *Cum excommunicato nemo poteſt cogi communicare.*
5 *Excommunicatus non poteſt ferre arbitramentum ſi illud habet executionem vel ſententia.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus poſſit proferre arbitramentum.

CAP. XX.

ILluſtris eſt apud Doctores concertatio, quã ſubiectis vtriuſq partis fundamẽtis diſputat Io. *And. in cap. dolo de reg. iur. lib.* 6. affirmans eã fuiſſe valde in facti contingentia agitatam Florentiæ, ſicut etiam fuiſſe agitatam in partibus Alemaniæ in cauſa maximi momenti teſtantur *Soccin. & Iaſ. in l. ſi quis arbitratu ff. de verb. oblig. illes ſub num.* 37. *hic num.* 26. Magis
1 communis opinio fert, excommunicatum eſſe poſſe arbitratorem, quam tuentur *Bart. & Ang. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus el* 2. *ff. ad Trebbell. & in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. ibique Soccin. num.* 37. *Iaſ. num.* 26. *Butr. in cap. Quintauallis num.* 33. *Franch. de Marc. q.* 527. *num.* 3. *par.* 1. *& de magis communi præter Soec. & Iaſ. locis cit. teſtantur Alex. in d. §. ſi quis rogatus nu.* 3. *Rip. ibidem num.* 7. *& 9. verſ. retenta tamen*, & pro hac opinione dum cauſa ventilaretur Alemaniæ, conſuluit Collegium Peruſinum, vt teſtatur *Soec. loco cit.* Coeterum Io. *Andr. in d. cap. dolo*, expenſis hinc inde Argumentis tandem cenſet hanc opinionem

non

Digitized by Google

non aliter eſſe probandam, niſi quando Arbitrator eſſet ſimplex mediator, & proxeneta, ex cuius ordinamento partes ad inuicem componerent, ita quod actus firmaretur ex ipſarum partium compoſitione, nec ex arbi-
2 tramento, vel illius pronunciatione: ſecus quando arbitramentum fertur per modum laudi, vel ſentiæ; quia hoc fieri à publico excommunicato non poteſt, & ſi fiat, nullius reputatur momenti, *& Io. Andr. ſequuntur Abb. in d. cap. Quintauallis ſub num. 27. verſ. in arbitratore, de iure iur. Imol. in d. l. ſi quis arbitratu, Alber. in l. ſi ſi. quis in condemnatione*, §. *doloſa. cis ff de reg. iur. & idem tenet Archid. in capitulo à iudicibus 2. quaſt.* 7. Ripa tamen *in d.* §. *ſi quis rogatus el 2. numero* 9. ſtudet opiniones concordare, vt ibi per eum. Mihi opinio *Io. Andr.* videtur verior ex rationibus per ipſum allatis, quas huc transferre laborioſum eſſet magis, quã vtile, quibus accedunt quæ ſupradicta ſunt *lib.* 2. *cap.* 23. *num....* & quia Doctores, qui illum ſequuntur, ſunt magnæ auctoritatis, ideo putarem abſonum non eſſe ſecundum eam in facti contingentia reſpondere, ſicuti quandoque reſpondit Collegium Patauinum, vt teſtatur, *Soccin. in d. l. ſi quis arbitratu num.* 37. Si quis tamen adhærere velit opinioni magis communi, eam multipliciter declarare debet. &

3 Primo ne procedat in excommunicato ex cauſa hæreſis, qui intra annum ſatisfacere diſtulit, *Rip. loco cit. per Teſt. in Auth. credentes C. de hæret.*

4 Secundo ne procedat, quando altera pars opponit excommunicationem, & non vult cauſam proſequi, quia non cogitur communicare cum eo, quem tenetur vitare, *capitulo nuper de ſent. excommun. capitulo 2. de except. Ripa loco cit. verſic.* 3. *vt non.*

Tertio vt procedat in cauſa prophana, ſecus in ſpiritualibus, *Imol. in cap. in cauſis, de elect.* prout illum refert *Ripa loco ante citato.*

5 Quarto ne procedat, quando arbitramentum haberet exequutionem vti ſententia, vigore Statuti, quia tunc arbitramentum æquipolleret rei iudicatæ, quæ ferri nequit per excommunicatum, *Ang. & Alexan. quos refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. ſi quis arbitratu ſub num. 27. ff. de verbor. obligat.*

SVMMARIVM.

1 *Aduocati officium nequit exerceri ſine communicatione forenſi.*
2 *Aduocati officium excommunicatus non poteſt exercere.*
3 *Aduocatus excommunicatus non poteſt exponere deſiderium amici ſui apud iudicem.*
4 *Excommunicato mittens nuntium vel litteram incurrit minorem excommunicationem.*
5 *Prohibitus poſtulare non cenſetur prohibitus conſulere ſeu mittere informationes iudicibus.*
6 *Excommunicatus, ab officio aduocati non deſiſtens, debet repelli à iudice.*
7 *Excommunicatum ab officio aduocati debet repellere iudex etiam partibus inuitis.*
8 *Iudex ſecularis non repellens aduocatum excommunicatum ab officio, poteſt cogi ad repellendum a iudice eccleſiaſtico.*
9 *Aduocatus exercens officium tempore quo eſt excommunicatus peccat.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus poſſit exercere officium Aduocati.

CAP.

CAP. XXI.

CVm officium ad-
uocati nequeat
exerceri ſine
communicatio-
ne forenſi, l. pro
1 uidendum C. de
poſtul. l. 1. C. de
aduocati; diuerſ.
iudic merito cum excommunicato ſit
vetita forenſis cõmunio, c. intelleximus
2 de iudic. inde reſultat, vt nequeat exer-
cere officium Aduocati, cap. decerni-
mus, vbi gloſ. & Doct. de ſent. excom.
lib. 6. cap. excommunicamus §. creden-
tes de hæret. lib. 6. cap. excommunica-
tos cum ſeq. 11. quæſt. 3. cap. exceptio-
nem de except. cap. fin. ne clerici, vel
Monachi, cap. 1. 4. quæſt. 1. cap. bea-
tus, & cap. illi 4. quæſt. 1. cap. alieni
2. quæſt. 7. Specul. tit. de aduocato §.
primo verſic. item quod excommunica-
tus, Soccin. in cap. ſacris num. 412. de
ſent. excom. Abb. in cap. intelleximus
num. 2. de iudic. ibiq. Barbatia num.
1. Dec. num. 6. & 7. Suarez tom. 5.
diſp. 16. ſect. 7. num. 1.
3 Extenditur primo, vt excommuni-
catus neque poſſit deſiderium Amici
ſui apud iudicem exponere, neque
alterius deſiderio contradicere, l. 1.
ff. de poſtuland. neque in Camera priua-
tim conſulere, neque informationes
iudicibus tranſmittere, quia commu-
nicatio æquè fit verbis, ac litteris, ita
deſumitur ex cap. vbi periculum §. nul-
li de elect. lib. 6. vbi pari poena puni-
tur alloquens cum Cardinali exiſten-
te in conclaui, ac mittens illi nuntium
vel ſcripturam, hoc etiam probatur
in clem. ſi Summus Pontifex, ibi parti-
cipet litteris, verbo de ſent. excom. quo-
rum iurium auctoritate ſubnixa gloſa
in cap. Conſtitutione verb. participatio-
ne ſcripſit, quod ſicuti quis incurrit
minorem excommunicationem lo-
quendo cum excommunicato, ita
incurrit mittendo illi nuntium, aut lit-
4 teram, & ſequuntur Io. Andr. ibi num.
2. Ancar. ſub num. 1. verſic. quærit de
illo Franch. num. 2. Gemin. num. 6.
Cardinal. in d. clem. Si Summus Pon-
tifex num. 2. Vital. num. 7. & ſeq. Ro-
man. in l. 1. num. 3. ff. de verb. oblig.
ibique Iaſ. num. 13. Barbat. in clem.
cauſas, col. 6. verſic. nota paria eſſe de
elect. Anan. in rubr. de magiſtr. nu. 23.
Felin. in rubr. de fid. inſtrum. num. 2.
Io. Petr. Ala in tract. de aduocato, &
Cauſid. Chriſtiano quæſt. 8. facit etiam
quod prohibitus loqui cum moniali,
prohibetur, etiam mittere nuntium
cap. clericus 81. Aret in d. l. 1. in princ.
ff. de verb. oblig. & ibi Iaſ. num. decimo
quarto.
Nec refert quod prohibitus poſtu-
5 lare non prohibetur in camera conſu-
lere, & informationes iudicibus mit-
tere, Bart. in l. Paulus §. Paulus ff. de
legation. & in l. 1. §. poſtulare ff. de po-
ſtulando, & in l. 1. §. Aduocatos ff. de va
riis, & extraord. cogn. Abb. in rub. de po-
ſtulando, item quod ſtatutũ prohibens
quod forenſes non poſſint eſſe aduoca
ti, non habet locum in mittente vnam
allegationem iudici, quia reſponde-
tur quod prædicta procedunt quando
eſt prohibita ſola poſtulatio, Cęterum
quando eſt prohibita communicatio,
ſiue commercium, prout eſt prohibita
Excommunicato, vt in c. nuper, & c.
cum deſideres de ſent. excom. illud latius
patet, & compræhendit non ſolum
actus perſonales, & verbales, ſed etiam
ſcripturam, & nuntios, vt animaduer-
tit Iaſ. loco cit. nu. 13. His accedit quod
prohibitus poſtulare ratione perſonę,
prohibetur etiam mittere informatio-
nes iudicibus, ſi credimus Vaſquio de
ſucceſſ. progreſſ. par. 1. §. 15. ſub nu. 58.
quem ſequitur Io. Petr. Ala loco citato,
quamuis opinionem Alæ in caſu ſuo
probare non auſim. Vidi propterea
quandoque in Romana Curia, quod
cum quidam aduocatus fuiſſet ab Ad-
uocationis munere ſuſpenſus durante
tempore ſuſpenſionis etiam eius in-
formationes in ſcriptis a iudicibus re-
pellabantur.
6 Extenditur ſecundo, vt niſi excom-
municatus ab aduocationis exercitio

ſe abſtineat, poſſit, & debeat repelli à iudice coram quo ligatur, ſiue ſit iudex eccleſiaſticus, ſiue ſecularis, non enim eſt recipiendus, à filiis, quem mater excluſit, *d. cap. decernimus de ſent. excom. lib. 6. ibique Archid. in principio Io. Andr. ante nu. 1. verſ non enim debet iudex*, *Gemin. ſub num. 3. verſ. quæro de ratione*.

Extenditur tertio, vt quando excommunicatio, eſt notoria debeat iudex repellere excommunicatum ex officio etiam nullo excommunicationẽ opponente, *Io. Andr. & Gemin. loco cit. num. 1. Archid. ſub num. 1. verſic. repellere, Specul in tit. de offic. omn. iud.* §. 1. *num.* 16.

7 Quinimmo poteſt, & debet repellere etiam partibus inuitis, & contradicentibus, *Specul. loco cit.* Io. *Andr. in d. c. decernimus verb. item facit hæc littera Stephanus Coſta ibidem ſub nu. 7. verſ. inducitur etiam*.

8 Extenditur quarto, vt ſi iudex ſæcularis negligat repellere excommunicatum ab exercitio aduocationis, poterit ipſe cogi a iudice eccleſiaſtico per cenſuras ad repellendum, *d. c. decernimus de ſent. excom. lib. 6. ibique Archid. Io. Andr. reliqui communiter*. Iudicem autem eccleſiaſticum in hac materia dicimus, non ſolum epiſcopum, qui eſt iudex ordinarius in tota ciuitate, & Dioeceſi, ſed etiam eum, qui habet quaſi epiſcopalem iuriſdictionem in loco, Io. *Andr. loco cit. paulo poſt princip. Gemin. ſub num. 3. verſic. quæro, de quibus iudicibus, Stephan. Coſta ſub num. 6. verſic. Nota*.

9 Extenditur Quinto, vt aduocatus exercens officium tempore quo eſt excommunicatus peccet, *Suarez tom. 5. diſput. 16. ſect. 7. in principio, Alter. de cenſur. diſput. 7. lib. 2. c. 3. pag. 202. ſub littera E. verſic. Si loquamur*.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatum excommunicatum teneri ad reſtitutionem ſalarii tenuerunt aliqui.*

2 *Contraria opinio defenditur vt æquior.*

3 *Acquiſitum illicite ſine alterius iactura non ſubiacet reſtitutioni neceſſaria.*

4 *Reſtitutioni nemo obligatur niſi acceptio ſit iniuſta.*

5 *Lex non obligat ad reſtitutionem, & pœnam actus niſi hoc exprimat.*

6 *Meretrix non tenetur ad reſtitutionem ſalarii.*

7 *Simoniacus mentalis licet peccet non tamen tenetur acquiſitum reſtituere.*

ARGVMENTVM.

Aduocatus excommunicatus ſi de facto patrocinetur, an teneatur ad reſtitutionem ſalarij.

CAP. XXV.

1 TEneri ad reſtitutionem exiſtimant *Hoſt. &* Io. *Andr. in d. cap. decernimus ſub num.* 1. *Gemin. nu.* 5. *Coſta num. 7. de ſent. excom. lib. 6. & iterum Hoſt. in cap. cum ſit, de iudæis* mouentur autem *ex cap. cum ſit nimis* §. *officiali vero de iudæis*, vbi præponens infidelem publico officio propter peccatum, quod contra legis præceptum admiſit tenetur erogare in vſum pauperum, quicquid occaſione officii eſt adeptus.

2 Contrarium tenent *Abb. in cap. cum ſit ſub nu. 2. de iudæis, Suarez d. diſput. 16. cap. 2. ſect. 7. verſic. Tandem colligitur ex dictis*, cuius dicta tacito Auctore ſibi vſurpat *Alter. de cenſ. lib. 2. diſput. 3. cap. 3. in vltima quæſtione*, & hæc opinio mihi videtur verior, & æquior.

3 Primo, quia illicite acquiſitum ſine alterius iniuria non ſubiacet reſtitutioni neceſſariæ, ſed ſufficit agere

poeni-

Digitized by Google

poenitentiam, *cap. fin. de ſimonia Innoc. in cap. quia plerique de immunit. Eccleſ.* At quæſitum ab aduocato tempore excommunicationis eſt quęſitum ſine alicuius iniuria, quia licet ſit actus contra obedientiam eccleſiæ, tamen non eſt contra iuſtitiam ſtipendii, quod datur pro ęquiualenti labore, ergo non impedit quominus ſtipendiũ iuſte accipiatur nec obligat ad eius reſtitutionem, quia ad eam nemo obligatur, niſi acceptatio ſit iniuſta vel a lege prohibita, D. *Thom. quem coeteri ſequuntur 2.2. q. 62. art. 1. 2. & 6. Medina in Codice de reſtitutione q. 9. Nauar. in Manual. cap. 17. num. 11. q. 3. concluſ. 6. Couar. in reg. peccatum par. 2. in princ. late* Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 2. cap. 2. num. 1.* At in caſu noſtro acceptatio non poteſt dici iniuſta, quia neminem lædit, nec poteſt dici à lege prohibita, quia non reperitur prohibitum, niſi quod Aduocatus poteſt à patrocinio per exceptionem remoueri, vt fatetur idem *Io. Andr. in cap. ſi aduerſus num. 4. de haret.* Ergo.

5 Tertio, quia quando lex vult obligare ad reſtitutionem, & pœnam actus geſti, tunc hoc exprimit aperte, vt videre eſt in *d. cap. cum ſit* §. *officiali de iudæis, & in cap. ad liberandam eodem titulo*, in quibus iuribus reſtitutio ponitur in poenam, propter criminis grauitatem, at nulla lex reperitur, quæ obliget Aduocatum excommunicatum ad reſtitutionem ſalarii, ergo neque nos obligare debemus *l. generaliter ff. de legat. præſtand.*

Nec refert, quod excommunicatus prohibetur exercere officium aduocationis, quia non ideo ſequitur, quod ſi exerceat tenetur reſtituere quęſtum, quia ſatis eſt, quod per exercitium incurrat in obedientiam, & conſequęter peccatum, *cap. ſi aduerſus in fine,*
6 *de hæretic.* Simile videmus in meretrice, quæ fornicans turpiſſime facit, & mortaliter peccat, *cap. nemo, & cap. Meretrices 32. quæſt. 4.* & nihilominus acceptum non tenetur reſtituere *l. 4.* §. *ſed, & quod meretrici ff. de cond. ob turp. cauſ.* cum aliis latius adductis infra *tit. de meretricibus cap. 2. num....*

7 Item quia Simoniacus mentalis peccat, non tamen tenetur acquiſitum reſtituere, *cap. tua in fine, & cap. fin. de Simonia*, fateor, quod poteſt eſſe talis contemptus aduocati patrocinantis erga excommunicationem, per quem poſſet puniri, & poenæ loco inter coeteras poſſet imponi reſtitutio lucri, idem *Io. Andr. in d. cap. ſi aduerſus ſub nu. 4. de hæretic. & ibi Abb. num. 3. verſ. item lucrum.*

SVMMARIVM.

1 *Actus prohibitus pro quo ſolum eſt impoſita poena excommunicationis minoris ſuſtinetur.*

2 *Excommunicatus non denunciatus ſi Doctoretur in illo tantum conſideratur culpa.*

3 *Excommunicatus denunciatus ſi Doctoretur, licet teneat, eſt tamen iuſta cauſa cur non recipiatur inter Doctores.*

4 *Doctoratus acceptus ab apoſtata religionis non prodeſt ad iuſtificandam gratiam in qua ſe aſſeruit Doctorem.*

ARGVMENTVM.

Excommunicatus an poſſit doctorari.

CAP. XXIII.

Non poſſe doctorari cẽſuit *Bal. in l. vnica*, §. *Ideoque nu. 5. & ibi Salicet num. 3. C. de nouo C. faciendo*, & hanc opinionem in Apoſtata religionis probat Rota apud *Verall. deciſ. 219. num. 5. par. 1.*

Contrarium nempè quod quamuis hoc fieri non debeat, tamen ſi fiat,

teneat, cenſuerunt Card. in cap. perpendimus num. 29. de ſent. excom. quem ſequuntur Anan. in rubr. de magiſtr. num. 9. Decius in d. cap. intelleximus num. 12. de iudic. Suarez. diſput. 16. ſect. 2. ſub num. 4. verſic. ac propterea, Alter. loco cit. lib. 2. diſput. 8. cap.
1 *2. prope fin. verſic. hac ratione.*

Ducuntur, quia licet actus ſit prohibitus, quia tamen pro eo eſt impoſita poena excommunicationis minoris communicantibus cum illo, actus ſuſtinetur, quia ſufficit poenam ſubire, *d. c. tua in fine, & cap. fin. de Simon. Dec. loco cit. num. 11. & 21.*
2 *& 22.*

Fgo crederem valde referre, an verſemur in excommunicato denunciato, vel in non denunciato: Si quidem in non denunciato culpa tantum conſideratur in doctoıato, non autem in illis, qui gradum contulerunt, qui ante denunciationem illium vitare non tenebãtur, *Extrauag. ad euitanda*; Si vero verſamur in denunciato, tunc culpa, & contemptus, verſatur in vtriſque, quo caſu etiam ſi admittamus opinionem Card. nihilominus, quia contemptus eſt valde notabilis, præſertim ſi verſaremur in doctorato in Sacra Eheologia, vel in iure canonico, crederem ſaltem iuſtam eſſe cauſam, ob quam in poenam contemptus, promotus inter Doctores non reciperetur, *Argum. text. in cap. poſt ceſſionem de probatum*, vbi is, qui fuerat conſtitutus procurator tempore quo erat excommunicatus etiam abſolutus nõ admittitur, Huc etiam pertinet *Verall. dec. 219. num. 3. & 4. par. 3.* vbi doctoratus acceptus ab Apoſtata Religionis, non prodeſt ad iuſtificandam gratiam, in qua Apoſtata aſſeruerat ſe Doctorem. Item hæc eadem eſſet cauſa, propter quam Vniuerſitas ſiue collegium, quod gradum contulit, priuaretur in futurum facultate docto randi, vt in eo puniretur in quo temere deliquit, *arg. c. penultim de iudais.*

Hæc eadem ſecunda illatio limitatur, vt quamuis aduocatus excommnnicatus peccet patrocinando, tamen ſententia vigore patrocinii lata tenet, *Specul. tit. de aduocate ſub nu. 1. verſio. verumtamen quamuis, Socc. in d. cap. ſacris nu. 413. de ſent. excom.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus repellitur ab officio procuratoris.*

2 *Patrocinandi verbum commune eſt aduocato, & procuratori.*

3 *Excommunicatio ſiue ſit publica ſiue occulta repellit procuratorem ab officio.*

4 *Excommunicatus non poteſt eſſe procurator, ſiue mandatum ſit datum ab homine, ſiue a lege.*

5 *Litis conſortium non ſupplet inhabilitatem perſonae xcommunicata.*

6 *Procuratoris officio repellitur quis ſiue ſit excommunicatus tempore conſtitutionis ſiue tempore acceptationis mandati.*

7 *Mandatum recipit robor a conſenſu mandantis, & mandatarii.*

8 *Abſolutio ſubſequens non validat conſtitutionem mandati in perſona excommunicati.*

9 *Mandatum validum per ſuperuenientiam excommunicationis reuocatur.*

10 *Procurator per litis conteſtationem efficitur* Dominus *cauſa non tamen inſtantiæ.*

11 *Excommunicato ſi non opponatur de excommunicatione iudicium cum eo agitatum valebit.*

12 *Excommunicatus ſi conſtituatur procurator conſtitutio eſt nulla.*

13 *Excommunicatus poteſt pro ſe cauſam defendere in iudicio.*

14 *Geſta cum procuratore excommunicato ſunt nulla.*

15 *Sit excommunicatus ſiue publicus ſiue oceulto.*

16 *Procuratorem excommunicatum conſtituens ignoranter, poteſt agere ad damnum contrarium illum qui ſe ingeſſit in officio ſibi probibito.*

17 *Excommunicatio ſuperueniens poſt conſtitutionem procuratoris ſi illa non opponatur iudicium tenet.*

Con-

Digitized by Google

18 *Conſtituens procuratorem excommu. nicatum ſi certioratus de abſolutione perſeueret in voluntate mandatum accipit robor ex nouo conſenſu.*

19 *Perſeuerantia habet vim conſenſus expreſſi in procuratore conſtituto poſt abſolutionem .*

20 *Perſeuerare vt quis dicatur debet habere notitiam .*

21 *Acta geſta per procuratorem excommunicatum ex ſequenti ratihabitione non validantur .*

22 *Ratihabitio nō habet locum vbi non reperit extremum habile .*

23 *Ratihabitio non poteſt ſupplere inhabilitatem procuratoris .*

ARGVMENTVM.

Excommunicatus repellitur ab officio Procuratoris, & Sollicitatoris in iudicio .

C A P. XXIV.

EAdem ratione qua excommunicatus repellitur ab officio
1 Aduocati, repellitur etiam ab officio procuratoris, *cap. poſt ceſſionem , vbi plene Doctores , & præſertim Abb. ſub num.* 10. *verſ. nunc veniamus , & num.* 11. *cum ſeq. cap. decernimus de ſent. excom.* quatenus generaliter repellit Aduocatum à patrocinando , quod verbum eſt commune aduocato , & procuratori, *Abb. in c. conſulti ſub num.* 1. *de procurator.*
2 *Rota apud Creſcen.deciſ.* 12. *de procur. Viuius dec.* 99. *num.* 4. *& facit,* quia rationes conſideratæ ad repellendum aduocatum, fortius militant in procuratore , cuius nomen redigitur in Actis, & frequentius perſonaliter agit in iudicio, quam ſit neceſſarium agere aduocato .

Extenditur primo, iiſdem modis , quibus eſt extenſa antecedens concluſio de aduocato , qui commode in hanc poſſunt transferri .

3 Extenditur ſecundo , vt procedat ſiue excommunicatio ſit publica , ſiue occulta , non obſtante diſpoſitione *cap.* 1. *de except. lib.* 6. quia illa procedit in principali non autem in procuratore, *Imol. Felin. & alii , quos refert , & ſequitur Rota apud Creſcen. dec.* 12. *de procur.*

4 Extenditur tertio, vt procedat, ſiue mandatum ſit datum ab homine , ſiue ſit datum à lege, nam excommunicatus non poteſt eſſe procurator , nec legitimus Adminiſtrator pro coniuncta perſona, *Butr. in d. cap. intelleximus ſub num.* 6. *verſ. Item nec alias de iudic.* vbi neque poteſt eſſe tanquam legitimus adminiſtrator pro filio , nec filio poteſt auctorari .

5 Extenditur Quarto , etiamſi mandatum ſit datum à Socio ad gerendum cauſam communem cum ipſo excommunicato , quia conſortium litis non ſupplet inhabilitatem perſonæ, vt ſentire videtur *Io. And. in d. cap. poſt ceſſionem num.* 18. *de probat. & aperte hoc profitentur Butr. num.* 12. *Abb. nu.* 28. *Boich. ante num.* 12. *verſic. ſed an in cauſa communi* , niſi forte cauſa ſit indiuidua, quia tunc poteſt excommunicatus in caſibus in quo ipſe poteſt eſſe in iudicio defendere conſortem ex propria perſona abſq. mandato, *Butr. & Abb. loco cit. argumento l.* 2. *§. ex his ff. de verb. oblig. & faciunt tradita per Roman. conſ.* 506.

6 Extenditur Quinto, vt ad effectum, quod excommunicatus repellatur ab officio procuratoris, ſufficiat ſi ſit excommunicatus , vel de tempore Conſtitutionis , vel de tempore acceptationis mandati, nam requiritur habilitas vtroque tempore , & ſi deſit in vno , mandatum eſt nullum , *Cald. in d. capitulo poſt ceſſionem ſub numero quarto , quem ibi ſequuntur Imol. ſub numero octauo , & concludit Butr. num.* 10. *in* 2. *&* 3. *caſu Abb.*

num. 14. & iterum Abb. in cap. conſulti ſub nu. 1. de procur. Ratio potiſſima eſt, quia mandatum recipit robur à conſenſu mandantis, & mandatarii *§. vnico inſtit. de oblig. quæ ex conſenſ. naſc.* ideoque non perficitur, niſi perficiatur tempore quo poſſit adeſſe conſenſus mandantis, & exceptio mandatarii, *§. mandatum Inſt. mandati.*

8 Extenditur ſexto, vt ſubſequens abſolutio non validet conſtitutionem in perſonam excommunicati factam, *d. cap. poſt ceſſionem Hoſtienſ. in ſapè cit. cap. conſultis, ibique Abb. ſub num. 1. verſic. nota ibi de procur.*

9 Extenditur ſeptimo, vt ſi poſt conſtitutionem, & acceptationem mandati ſuperueniat excommunicatio, licet mandatum ſit validum, quia recepit ſuũ robur tẽpore habili tñ per ſuperuenientiam excommunicationis reuocatur, *cap. ſi inimicus 11. quæſt. 1. Bald. in l. aut 18. ff. de procur. in addit.* Vel ſaltim impeditur exercitiũ quouſque excommunicatio durat, *Io. Andr. in d. cap. poſt ceſſionem, & ibi Butr. nu. 10. verſic. 4. caſus, Imol. ſub num. 8. verſic. Si autem tempore, Abb. num. 15. Soccin. in cap. ſacris num. 331. verſic. Aut in Procuratore ſimplici de ſent. excom.*

10 Quod procedit etiamſi excommunicatio ſuperueniat in perſona Domini poſt litem conteſtatam, quia licet per litis conteſtationem procurator efficiatur Dominus inſtantiæ, non tamen efficitur Dominus Cauſæ, nam Cauſa non eſt ipſius procuratoris, ſed Domini, ad quem ſpectat commodum, & incommodum, ita concludit *Hoſt. in cap. licet vndique de offic. deleg. quem ſequitur Socc. in ſape cit. cap. ſacris ſub num. 332. cum ſeq. de ſent. excom.* Aufrer. *ad Cappell. Tholoſ. deciſ. 143. ſub litt. A.*

11 Eſt verum, quod ſi de excommunicatione non opponatur, iudicium cum eo agitatum valebit, *Creſcen. dec. 12. de procur. Soccin. loco cit. ante num. 334.*

Extenditur Octauo, vt procedat, ſiue excommunicatus ſit conſtitutus procurator pro parte Actoris, ſiue pro parte Rei, vt eſt communis opinio, de qua teſtatur *Abb. loco cit. ſub num. 16. & ante ipſum Butr. col. penult. verſ.* An autem ex parte Rei.

12 Extenditur Nono, vt ſi excommunicatus conſtituatur procurator, conſtitutio ſit nulla ipſo iure, ita tenet *Spec. in tit. de procur. in princ. Cald. in d. cap. poſt ceſſionem num. 42. de prob. & ibi* Butr. *ſub num. 10. Imola ſub nu. 7. Felin. nu. 20.* vbi teſtatur de communi, de qua etiam teſtatur *Card. in clem. Religioſus ſub. nu. 17. q. 16. verſ. item conſiderandum de procur. Creſcen. dec. 12. de procur.*

Probatur autem *in d. cap. poſt ceſſionem*, vbi Pontifex de quodam procuratore loquens ait, *cum nobis conſtiterit, quod excommunicatus erat, cum procuratoris officium aſſumpſit, ipſum tanque procuratorem non duximus admittendum.*

Contrariam opinionem, quod immo conſtitutio procuratoris in perſona excommunicati non ſit nulla ipſo iure, ſed requiratur oppoſitio, tenent *Innoc. in cap. veritatis num. 2. de dolo, & contum. quem late probant* Suarez *diſput. 16 ſect. 7. num. 10. verſic. ſed non video fundamentum, & verſic.* Alia igitur ſententia, *Alter. d. lib. 2. diſput.*
13 *3. cap. 2. verſic.* Contraria tamen opinio. Mouentur primo, quia excommunicatus poteſt pro ſe ipſo cauſã defẽdere in iudicio, & Acta valent, quouſque non opponatur exceptio, *c. pia de except. lib. 6.* Ergo, & idem in procuratore, cuius geſta habentur perinde ac ſi eſſent geſta à principali, *l. 1. ff. de procur.*

14 Retẽta cõmuni ex ea infertur quod geſta cum procuratore excommunicato ſunt nulla, *Io. Andr. Butr. Imol. & Abb. quos refert, & ſequitur Felin. in d. cap. poſt ceſſionem nu. 24.* Si enim conſtitutio eſt nulla, ergo quidquid inde ſequitur eſt nullum *l. 2. in princ. ff. quemmadmodum teſtam. aper. l. 4. §.*

con-

condemnatum ff. de re iud. Gemin. conſ. 10. Anchar. conſil. 359. num. 3. facit teſt. in l. 1. ff. quod falſo tut. vbi geſta cum tutore, qui à principio habebatur verus, ſunt nulla, niſi iudex aliud decernat.

Quod procedat, ſiue excommunicatus ſit publicus, ſiue ſit occultus, *Io. Andr. Butr. Imol. Abb. & Felin. proxime citati Creſc. dec. 12. de procur. quicquid in contrarium ſcripſerit Cald. in d. cap. poſt ceſſionem.*

15 Ratio eſt, quia officium Procuratoris eſt priuatum, & in hac materia non adeſt differentia inter excommunicatum publicum, & priuatum, vt vtrumque probat *Felin. in d. cap. poſt ceſſionem num. 24. Abb. in cap. fin. nu. 12. de procur.*

16 Hæc Nona, extenſio declaratur Primo, vt ſi ex nullitate horum geſtorum Conſtituens paſſus eſt damnum, ſi ille culpa careat, nempe quia dedit mandatum ignorans excommunicationem poterit pro damno agere contra procuratorem, qui ſe ingeſſit in officio ſibi prohibito, vt ſingulariter ſcripſit *Io. Andr. in cap. conſulti num. 10. de procur. & ibi Abb. num. 13. Fel. in d. cap. poſt ceſſionem nu. 24. verſ.* Et nota quod ſi ex nullitate: pro qua opinione facit *teſt. in l. 2. C. ſi ſeruus, vel liber ad decurionat. aſpir. lib. 10.* vbi punitur is, qui promotus ad officium non pandit ſuum defectum.

17 Declaratur ſecundo, ne procedat quando excommunicatio ſuperuenit poſt conſtitutionem, quia tunc ſi non opponatur, iudicium valet, *Creſcen. dec. 12. de procur.*

18 Declaratur tertio, vt ſi is qui conſtituit excommunicatum procuratorem, deinde ſit certioratus de abſolutione, & nihilominus perſeuerauerit in ſua voluntate, conſtitutio incipiat habere robur ex nouo conſenſu, *Butr. in d. cap. poſt ceſſionem ſub num. 10. verſ. non obſtat, quem ibi ſequuntur Abb. ſub num. 12. verſic. item dic clarius, Felin. num. 20. verſic. hanc concluſionem.*

Dicitur autem in eadem voluntate perſeuerare, quando ſcit cauſam ſuam agi per eundem, & non contradicit, *Butr. Abb. & Felin. modo citati.*

19 Et hæc perſeuerantia ſufficit etiam ſi non ad ſit conſenſus expreſſus, *Abb. & Felin. proxime allegati, ille ſub num. 13. hic num. 20. verſic.* Immo ſecundum: eo quibus facit, quod conſenſus tacitus ſufficit ad faciendum quem procuratorem, *Innoc. in cap. ex parte Decani de reſcript.* Hic antequam vlterius procedatur, monendus eſt lector, quod vt hæc declaratio poſſit ſibi locum vindicare, requiritur, quod probetur Dominum habuiſſe notitiam abſolutionis impenſæ eius Procurato-

20 ri, alias non ſuffragabitur, tum quia in dubio præſumitur ignorantia, *cap. præſumitur, de reg. iur. in 6.* tum etiam quia ſcientia in tali caſu eſt fundamentum intentionis, quod eſt ab vnoquoque probandum, *l. qui dicit ff. de prob. l. actor quod aſſeuerat C. eodem tit.*

Quare prudentis Cauſidici partes erunt, vt ſi quando in hunc caſum incidat, cócipiat articulos ſuper ſcientia abſolutionis, alias proceſſum à nullitate non ſaluabit.

Declaratur Quarto, ne procedat quando conſtituens haberet rata geſta per Procuratorem nomine ſuo, quia tunc ex ſequenti ratihabitione acta validantur, *l. licet de procur. cap. ratihabitio de reg. iur. lib. 6. Cald. in d. cap. poſt ceſſionem ibique Abbas num....*

21 Contrarium, & rectius quo ad hanc partem tenet, *Felin. in d. cap. poſt ceſſionem num. 21.*

22 Primo, quia ratihabitio non habet locum, vbi non reperit extremum habile, *l. bonorum, vbi Bar. ff. rem ratam haberi, plene Imola in cap cum nos de his quæ fiunt à prælatis.* In caſu vero propoſito extremum eſſet inhabile, quia à principio excommunicatus nó potuiſſet procurator conſtitui, *d. c. poſt ceſſionem de probat.*

23 Secundo, quia ratihabitio poteſt ſupplere defectum mandati, *l. Paulus, ff. rem ratam habere*, non autem

habi-

habilitatem in Procuratore, iuxta tradita in *l. nemo poteſt ff. de legat.* 1. At in caſu noſtro defectus eſt in habilitate Procuratoris, Ergò.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus conſtitutus procurator non poteſt ſubſtituere.*

2 *Subſtituere poteſt ille cui fuit datum mandatum ante excommunicationem.*

3 *Contraria opinio approbatur.*

4 *Non bene arguitur ex actu conſumato ad conſumandum.*

5 *Procurator conſtitutus poſt excommunicationem incurſam, non poteſt ſubſtituere.*

6 *Procuratoris conſtitutio expeditur per uiam contractus.*

7 *Subſtitutus ab habẽte poteſtatẽ ſubſtituẽdi, videtur ſubſtitutus a principali.*

8 *Subſtituendi poteſtas non poteſt radicari in perſona excommunicati.*

9 *Qui repellitur ne poſſit eſſe in iudicio, debet repelli ab actu a quo incipit iudicium.*

10 *Delegatus factus inhabilis per exceptionem, poteſt ſubdelegare, ſecus ſi ſit inhabilis ipſo iure.*

11 *Mandatum excommunicati ad conſtituendum certam perſonam poteſt effectuari, ſecus ſi ſit ad ſubſtituendum aliquem loco ſui.*

12 *Mandatum ſi ſit datum ad nominandam certam perſonam, nominans dicitur explicare nudum facti miniſterium.*

13 *Actus qui non requirit niſi miniſteriũ facti poteſt fieri ab inhabili.*

14 *Poſſeſſio acquiritur.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus conſtitutus Procurator de facto cum facultatate ſubſtituendi poſſit alium ſubſtituere.

CAP. XXV.

SVppoſita communi opinione, quod excommunicatus ſit inhabilis ipſo iure ad ſuſcipiẽdum mãdatum, prout de communi teſtatur *Card. in clem. Religioſus, quaeſt. 16. verſ. Item conſiderandum de procurator,* & *dictum eſt ſupra in cap.*
1 *praecedenti in nona extenſione num....*
Sequitur illum non poſſe ſubſtituere, *gloſ. in clem. Religioſus, verb. commiſſum. verſ. tu diſtinguas de procur. Bar. in l. 1. §. Item acquiritur num. 9. ff. de acquir. poſſ.* & *in l. ſi is, qui pro emptore num. 63. ff. de uſucapion. Bald. in l. quod quis, q. 5. C. de procur.* Vt tamen haec materia magis liqueat, nonnulli ſunt diſtinguendi caſus. Primus, quando mandatum in perſona excommunicati fuit datum ante excommu-
2 nicationem, & tũc videtur quod poſſit ſubſtituere, quia ſubſequens excommunicatio non tollit facultatem ſubſtituendi; ita *Felin. in d. cap. poſt ceſſionem ſub num. 25. verſ. fallit primo de probat.* & *ante ipſum Card. in clem. Religioſus num. 17. q. 16. verſ ſi vero fuit excommunicatus de procur.* Mouetur Primo auctoritate *Teſt. in cap. ſi iudex de offic. deleg. lib. 6.* vbi ſubſequens recuſatio non tollit delegationem alteri factam ante recuſationem. Item mouetur ex notatis per *Bar. in l. 1. §. item acquirimus num. 9. de acquir. poſſ. vt per Imol.* & *Abb. in d. c. poſt ceſſionem,*
3 *de probat.* Quibus parum obſtantibus crederem hanc opinionem in hac ſpecie ſubſtineri non poſſe, licet enim verum ſit per ſubſequentem excommunicationem non tolli facultatem ſubſtituendi, nihilominus aeque verum eſt, quod excommunicatione durante, non poteſt Excommunicatus vti hac facultate, quia impeditur exercitium mandati vt dictum eſt ſupra hoc eodem

dem *lib.cap.28. extenſione 7.num....* Et conſequenter non poteſt ſubſtituere, quia hoc ſupponit mandati exercitium.
4 tium. Ad Argumentum Felini reſpondetur, & quo ad primum, non eſt bonum Argumentum, per ſubſequentem excommunicationem non tollitur delegatio facta; Ergo pari ratione non tollitur excommunicato facultas ſubſtituendi, quia ab actu conſumato ad conſumandum non bene arguitur, cũ piura facta teneant, quæ nouiter fieri non poſſunt, *cap. ad Apoſtolicam, de regul. l. Patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*. Ad ſecundum Doctores per Felin. allegati magis probant contrarium eius, ad quod probandum afferuntur, & ideo non meruerunt allegari. Secundus eſt caſus, quando mandatum fuit datum poſt excommunicationem incurſam, & Procurator fuit conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi generaliter, & tunc quod non poſſit ſubſtituere firmant *Calder. in d. cap. poſt ceſſionem num. 44. ibiq; Imola in fine, verſ. vltimo adde Abb. num. 12. cum ſeq. Dec. num. 63. Cardinal. in clem. religioſus q. 16. de procur. Bart. in l. 1. §. item acquirimus num. 9. ff. de acquir poſſ. Bald. in l. quod quis q. 5. de procur. & iterum Bald. & Ang. in l. inſtitutio, ff. de condit. inſt.* Mouentur, quia quando facultas ſubſtituendi eſt generalis, tunc ſubſtitutio fundatur tota ſuper facto Procuratoris, qui cum ſit inhabilis ipſo iure ad exercendum actum reſpicientem munus Procuratoris, merito ſubſtitutio non valet, vt præter coeteros conſiderat, *Dec. in d. cap. poſt ceſſionem ſub num. 64. verſ. vere tamen factum*. Contrariam opinionem, nempe quod poſſit ſubſtituere defendit, *Butr. in d. cap. poſt ceſſionem ſub num. 10. col. penult. verſ. ſed aduerte*

6 Ducuntur Primo, quia ſubſtitutio Procuratoris expeditur viam contractus, & in contractibus excommunicatus non reputatur inhabilis, *iuxta trad. in cap. veritatis, de dolo, & contum*.
7 Secundo, quia ſubſtitutus ab habente poteſtatẽ ſubſtituendi uidetur ſubſtitutus à principali *l. item eorũ, § ſi Decuriones, ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nom. l. cũ eſſent, §. 1. ff. de ſeru. ruſt. præd.* Tertio per *Teſt. in d. c. ſi iudex de officio deleg. lib. 6.* vbi delegatus inhabilis ſub
8 delegat. Mihi opinio cõmunis videtur verior, quia negari non poteſt, quin habens poteſtatem ſubſtituẽdi generaliter, non poſſit vti hac facultate, niſi primum officium ſit radicatum in perſona ſua, *gloſ. in d. clem. Religionis, verb. commiſſum de procur. Bar. in d. l. 1. §. adipiſcimur ſub num. 9. de acqu. acquir. poſſ.* At tale officium non poteſt radicari in perſona excommunicati, quia, vt dictum eſt ipſe eſt inhabilis ipſo iure, ergo neque poteſt fieri ſubſtitutio, quia dum procurator ſubſtituit, dicitur fungi officio procuratoris, *cap. is qui vbi gloſ. in verb. aliud de procur. lib. 6.* præſertim quandu ſub ſtituit tanquam Dominus litis effectus poſt litem conteſtatam, *Card. in d. clem. Religioſus quæſt. 16. verſic. ſed ſi ſubſtituit*.

Ad contraria reſpondetur, & quo ad primum fateor ſubſtitutionem expediri per viam contractus, in ordine tamen ad iudicium, ideoq; ſicuti pro-
9 curator remouetur ne poſſit eſſe in iudicio, ita debet remoueri ab actu, à quo incipit iudicium, ex reg. quod qui eſt inhabilis ad conſequutiuum, repellitur ab antecedẽti, *l. oratio ff. de ſponſal. cap. fin. de cler. excomm.* & ſic in ſpecie reſpondet *Imola in d. cap. poſt ceſſionem in fine*. Hinc videmus, quod cum excommunicato ſit prohibitum ſtare in iudicio, *cap. intelleximus, de iudic.* eſt etiam prohibitum impetrare reſcriptum, quod eſt præambulum ad iudicium, *cap. primo, de reſcript. lib. ſexto*.

Ad ſecundum ſubſtitutus ab habente poteſtatem ſubſtituendi, videtur conſtitutus a Domino quo ad iuris interpræt ationem, omnia enim, quę auctoritate noſtra fiunt, a nobis fieri dicuntur, *l. 1. §. deieciſſe, ff. de vi, & vi armata*, verè tamen quando facul-

tas

tas ſubſtituendi eſt generalis, factum cohæret perſonæ procuratoris, vt ſupra dictum eſt.

10 Ad Tertium, Delegatus inhabilis ſubdelegat quando eſt inhabilis ope exceptionis, cuiuſmodi eſt in iudice, qui poteſt recuſari, *vt in d. cap. ſi iudex*, ſecus quando eſt inhabilis ipſo iure, prout eſt excommunicatus in munere procuratoris gerendo, quia iſte non ſubdelegat, neq; ſubſtituit, *gloſ. in ſæpe cit. clem. Religioſus, verb. commiſſum ver. in diſtingue de procur. Bar. in d. l. 1. §. item acquiritur num. 9. & 10. ff. de acquir. poſſ.*

11 Tertius eſt caſus, quando eſt data facultas ad ſubſtituendum certam, ſeu certas perſonas, & tunc inſpicienda ſunt verba mandati, Aut enim datur mandatum ad conſtituendum aliquẽ, & hæc Conſtitutio poteſt fieri, quia in hac conſtitutione procurator præſtat nudum miniſterium, Aut datur ad ſubſtituendum aliquem loco ſui, & tunc non poteſt fieri ſubſtitutio, vt diſtinguit *Bar. in d. l. 1. §. itẽ acquirimus n. 10 ff. de acq. poſſ.* Hanc differentiam inter verbũ cõſtituo, & verbũ ſubſtituo impugnare nititur *Imol. in d. § item acquirimus n. 29. ſuffultus auctoritate teſt. in d. clem. Religioſus de procur.* vbi Religioſus, qui ſine ſui Superioris licentia accepit mandatum, ſicuti non poteſt ſubſtituere, ita neq. poteſt conſtituere alium. Verum vt rectè animaduertit, *Iaſ. in d. §. item acquirimus ſub num. 53. ille teſt. loquitur, in Religioſo*, qui cum ſine auctoritate ſuperioris nõ habeat, neque velle, neque nolle, *cap. non dicatur 12. quæſt. 1. cap. Si Religioſus de elect. lib. 6.* ſequitur, vt neutrum poſſit explicare, quia in vtroque eadem militat ratio. Quare dicendum eſt *Bar.* diſtinctionem eſſe iuridicam, eamque in vtroque eius capite proba-
12 ri, nam quantùm attinet ad primum, ſcilicèt quando mandatum datur ad nominandum, ſiue ſubſtituendum perſonam, tunc ipſe nominans dicitur explicare nudum facti miniſterium, *l. licèt ff. de conſtit. pecun.* vbi autem facti miniſterium præſtatur, tunc actus non tribuitur procuratori, ſed principali, vt probat apertè *teſt. in l. pater ex Prouincia, ff. de manumiſſ. vind.* vbi manumiſſus à filio de mandato patris dicitur manumiſſus à patre, *& in l. vnum ex familia, §. ſed ſi de falcidia, ff. de legat. 2.* vbi electus non dicitur capere ex teſtamento eligentis, ſed ex teſtamento eius, qui electionem fieri iuſſit, *& in l. inſtitutio talis, ff. de condit. inſtit.* vbi licèt non poſſit inſtitui hæres in Codicillis, poteſt tamen inſtitui ille, qui in Codicillis nominabitur, & conſequenter poteſt exerceri etiam ab inhabili, quia vbi actus non requirit, niſi
13 miniſterium facti, exercetur etiam ab inhabili, vt probat *teſt. in l. cum pater 79. §. hæreditatem filius, ff. de legat. 2.* vbi deportato, poteſt tamen dari facultas eligendi habilem. licèt ipſe ſit incapax hæreditatis, *l. 1. C. de hæred.*
14 *inſtit.* Hinc videmus, quod cùm in acquirenda poſſeſſione requiratur ſimplex miniſterium facti, *l. quod meo in princ. verſ. procurator, ff. de acquir. poſſeſ.* poſſeſſio nobis quæritur, etiam per ſeruum *in l. 1. à §. item acquirimus, cum pluribus ſeqq. ff. eodem titulo.* & quod prohibitus lege municipali, nè poſſit conſtitui exequutor teſtamenti, poteſt tamen conſtitui vt exequutorem Eccleſiaſticum eligat, *Io: And. in addit. ad Specul. tit. de inſtr. edit. §. verò aliqua, verſ. inſuper, Iaſ. in d. l. 1. §. item acquirimus, num. 51. ff. de acquir. poſſeſ.* facit etiam quod frater minor, quamuis non poſſit eſſe exequutor, *clem. exiui de verb. ſignif.* poteſt tamen deputari, vt eligat pauperes, in quos per exequutorem fiat diſtributio, *Bar. in l. cum pater §. hæreditatem filius, ff. de legat. 2. Iaſ. loco citat. num. 52.* Quo verò ad Secundum Caput, quando datur mandatũ ad ſubſtituendum loco ſui, tunc procurator ſubſtituens non præſtat nudum facti miniſterium, ſed officium radicatur in perſona procuratoris, *Bar. in d. §. item acquirimus, nu. 10. & ibi Iaſ. ſub nu. 58.* & propterea non poteſt alium ſubſtituere,

tuere,

tuere, quia ſapere naturā ſubſtituentis iuxta tradita in *l. ſi eum* §. *qui iniuriam ff ſi quis caut.* §. *ſuerat Inſt. de action.* & hæc quo ad Procuratorem. Coeterum excommunicatum non poſſe eſſe Solicitatorem ſcribit *Butr. in d. cap. intelleximus ſub num.* 6. *verſ. Item nec vti cauſam ſollicitans de iudic. Barbat. ibidem ſub num. primo.*

SVMMARIVM.

1 *Probatur opinio negatiua.*

2 *Auctoritas interpoſita in actu per curatorem notorie excommunicatum eſt nulla.*

3 *Excommunicatus non notorius poteſt agere in iudicio rationem officii publici.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus poſſit eſſe in iudicio ratione officii publici.

CAP. XXVI.

1 NEgatiua opinio probatur primo ex *cap. fin. de procur.* vbi officiales vniuerſitatis ſi ſint excommunicati, non poſſunt nomine vniuerſitatis conſtituere procuratorem. Item quia videmus Tutorem vel Curatorem non poſſe agere cauſā pupilli, vel adulti, quia non poteſt perſonam ſuam legitimare in iudicio, *Bal. in cap. cum inter ſub num.* 10. *in fine, de except. Franch. in cap. primo nu.* 8.
2 *eod. tit. lib.* 6. Demum quia non valet auctoritas interpoſita per Curatorem notorie excommunicatum, *Abbas in capitulo veritatis, ſub num.* 54. *verſiculo Non enim facit, de dolo, & contumacia.* Hæc tamen ſunt accipienda in excommunicato notorio, alias ſi notorius non ſit, non pro-
hibetur ratione officii publici agere,
3 *Butr. in cap. nihil. col. penult. de elect.* vbi Prælatus, & Beneficiatus excommunicatus poteſt ratione prælaturę, vel beneficij agere, ſi excommunicatio non ſit notoria, & illum ſequuntur *Abb. in d. cap. veritatis ſub num.* 34. *Felin. in cap. Intelleximus ſub num.* 3. *verſ.* 12. *declaratio de iudic.* & ſic etiā eſt accipiendus, *Viuius deciſ.* 99. *nu.* 14. quia licet ſimpliciter loquatur, tamen debet intelligi ſecundum Doctores, quos allegat *Rom. conſ.* 211. *ſub num.* 5. *ibiq;* plene addentes.

SVMMARIVM.

1 *Miniſtri agentes prælati, eo excommunicato agere non poſſunt.*

2 *Iuriſdictio delegata remanet ſuſpenſa excommunicato delegante.*

3 *Excommunicatio lata contra prælatum non repellit miniſtros agentes nomine eccleſiæ.*

4 *Coadiutor poteſt agere etiamſi coadiutus ſit excommunicatus.*

ARGVMENTVM.

An excommunicato Prælato poſſint agere pro Eccleſia coeteri miniſtri.

CAP. XXVII.

1 TRes ſunt inſpiciendi caſus. Primus quando verſamur in miniſtris qui agunt nomine Pręlati, cuiuſmodi ſolent eſſe ſindici, & iſti quidem excommunicato Prælato non poſſunt agere, quia ſi repellitur Pręlatus, ergo & conſtitutus ab eo, *cap. primo* §. *ea tamen, de offic. Vicar. lib.* 6. *cap. final. de procur. ibique Innoc. ſub num.* 4. *Card. num.* 3. *Imola num.* 19. *verſ.* Alii ſunt, *Anchar. in cap.* 1. *col.*

Digitized by Google

tas ſubſtituendi eſt generalis, factum
cohæret perſonæ procuratoris, vt ſu-
pra dictum eſt.
10 Ad Tertium, Delegatus inhabilis
ſubdelegat quando eſt inhabilis ope-
exceptionis, cuiusmodi eſt in iudice,
qui poteſt recuſari, *vt in d. cap. ſi iu-
dex*, ſecus quando eſt inhabilis ipſo
iure, prout eſt excommunicatus in mu
nere procuratoris gerendo, quia iſte
non ſubdelegat, neq; ſubſtituit, *gloſ. in
ſæpe cit. clem. Religioſus, verb. commiſ-
ſum ver. in diſtingue de procur. Bar. in
d. l. 1. §. item acquiritur num. 9. & 10.
ff. de acbuir. poſſ.*
11 Tertius eſt caſus, quando eſt data
facultas ad ſubſtituendum cettam, ſeu
certas perſonas, & tunc inſpicienda
ſunt verba mandati, Aut enim datut
mandatum ad conſtituendum aliquē,
& hæc Conſtitutio poteſt fieri, quia
in hac conſtitutione procurator præ-
ſtat nudum miniſterium, Aut datur ad
ſubſtituendum aliquem loco ſui, &
tunc non poteſt fieri ſubſtitutio, vt di-
ſtinguit *Bar. in d. l. 1. §. itē acquirimus n.
10. ff. de acq. poſſ.* Hanc differentiam in
ter verbū cōſtituo, & verbū ſubſtituo
impugnare nititur *Imol. in d. § item ac-
quirimus n. 29. ſuffultus auctoritate teſt.
in d. clem. Religioſus de procur.* vbi Re
ligioſus, qui ſine ſui Superioris licen-
tia accepit mandatum, ſicuti non po-
teſt ſubſtituere, ita neq. poteſt conſti-
tuere alium. Verum vt rectè animad-
uertit, *Iaſ. in d. §. item acquirimus ſub
num. 53. ille teſt. loquitur, in Religioſo,*
qui cum ſine auctoritate ſuperioris nō
habeat, neque velle, neque nolle, *cap.
non dicatur 12. quæſt. 1. cap. Si Reli-
gioſus de elect. lib. 6.* ſequitur, vt neu-
trum poſſit explicare, quia in vtroque
eadem militat ratio. Quare dicendum
eſt *Bar.* diſtinctionem eſſe iuridicam,
eamque in vtroque eius capite proba-
12 ri, nam quantùm attinet ad primum,
ſcilicèt quando mandatum datur ad
nominandum, ſiue ſubſtituendum
perſonam, tunc ipſe nominans dicitur
explicare nudum facti miniſterium, *l.
licèt ff. de conſtit. pecun.* vbi autem facti
miniſterium præſtatur, tunc actus non
tribuitur procuratori, ſed principali,
vt probat apertè *teſt. in l. pater ex Pro-
uincia, ff. de manumiſſ. vind.* vbi manu-
miſſus à filio de mandato patris dici-
tur manumiſſus à patre, *& in l. vnum
ex familia, §. ſed ſi de falcidia, ff. de
legat. 2.* vbi electus non dicitur capere
ex teſtamento eligentis, ſed ex teſta-
mento eius, qui electionem fieri iuſſit,
& in l. inſtitutio talis, ff. de condit. inſtit.
vbi licèt non poſſit inſtitui hæres in
Codicillis, poteſt tamen inſtitui ille,
qui in Codicillis nominabitur, & con-
ſequenter poteſt exerceri etiam ab in-
habili, quia vbi actus non requirit, niſi
13 miniſterium facti, exercetur etiam ab
inhabili, vt probat *teſt. in l. cum pater
79. §. hæreditatem filius, ff. de legat. 2.*
vbi deportato, poteſt tamen dari facul
tas eligendi habilem. licèt ipſe ſit in-
capax hæreditatis, *l. 1. C. de hæred.
14 inſtit.* Hinc videmus, quod cum in ac-
quirenda poſſeſſione requiratur ſim-
plex miniſterium facti, *l. quod meo in
princ. verſ. procurator, ff. de acquir.
poſſeſſ.* poſſeſſio nobis quæritur, etiam
per ſeruum *in l. 1. à §. item acquirimus,
cum pluribus ſeqq. ff. eodem titulo.* &
quod prohibitus lege municipali, nè
poſſit conſtitui exequutor teſtamen-
ti, poteſt tamen conſtitui vt exequu-
torem Eccleſiaſticum eligat, *Io: And.
in addit. ad Specul. tit. de inſtr. ædit. §.
verò aliqua, verſ. inſuper, Iaſ. in d. l. 1.
§. item acquirimus, num. 51. ff. de ac-
quir. poſſeſſ.* facit etiam quod frater
minor, quamuis non poſſit eſſe exe-
quutor, *clem. exiui de verb. ſignif.* po-
teſt tamen deputari, vt eligat paupe-
res, in quos per exequutorem fiat di-
ſtributio, *Bar. in l. cum pater §. hæredi-
tatem filius, ff. de legat. 2. Iaſ. loco citat.
num. 52.* Quo verò ad Secundum Ca-
put, quando datur mandatū ad ſubſti-
tuendum loco ſui, tunc procurator ſub
ſtituens non præſtat nudum facti mi-
niſterium, ſed officium radicatur in
perſona procuratoris, *Bar. in d. §. item
acquirimus, nu. 10. & ibi Iaſ. ſub nu. 58.*
& propterea non poteſt alium ſubſti-
tuere,

Digitized by Google

tuere, quia ſapere naturã ſubſtituentis
iuxta tradita in *l.ſi eum* §.*qui iniuriam*
ff ſi quis caut. §.*fuerat Inſt. de action.*
& hæc quo ad Procuratorem. Coeterum excommunicatum non poſſe eſſe Solicitatorem ſcribit *Butr. in d. cap. intelleximus ſub num.* 6. *verſ. Item nec vti cauſam ſollicitans de iudic. Barbat. ibidem ſub num. primo*.

SVMMARIVM.

1 *Probatur opinio negatiua.*
2 *Auctoritas interpoſita in actu per curatorem notorie excommunicatum eſt nulla.*
3 *Excommunicatus non notorius poteſt agere in iudicio rationem officii publici.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus poſſit eſſe in iudicio ratione officii publici.

CAP. XXVI.

1 NEgatiua opinio probatur primo ex *cap. fin. de procur.* vbi officiales vniuerſitatis ſi ſint excommunicati, non poſſunt nomine vniuerſitatis conſtituere procuratorem. Item quia videmus Tutorem vel Curatorem non poſſe agere cauſã pupilli, vel adulti, quia non poteſt perſonam ſuam legitimare in iudicio, *Bal. in cap. cum inter ſub num.* 10. *in fine, de except.* Franch. *in cap. primo nu.* 8.
2 *eod. tit. lib.* 6. Demum quia non valet auctoritas interpoſita per Curatorem notorie excommunicatum. *Abbas in capitulo veritatis, ſub num.* 54. *verſiculo Non enim facit, de dolo, & contumacia*. Hæc tamen ſunt accipienda in excommunicato notorio, alias ſi notorius non ſit, non prohibetur ratione officii publici agere,
3 *Butr. in cap. nihil. col. penult. de elect.*
vbi Prælatus, & Beneficiatus excommunicatus poteſt ratione prælaturę, vel beneficij agere, ſi excommunicatio non ſit notoria, & illum ſequuntur *Abb. in d. cap. veritatis ſub num.* 34. *Felin. in cap.* Intelleximus *ſub num.* 3. *verſ.* 12. *declaratio de iudic.* & ſic etiã eſt accipiendus, *Viuius deciſ.* 99. *nu.* 14. quia licet ſimpliciter loquatur, tamen debet intelligi ſecundum Doctores, quos allegat *Rom. conſ.* 211. *ſub num.* 5. *ibiq;* plene addentes.

SVMMARIVM.

1 *Miniſtri agentes prælati, eo excommunicato agere non poſſunt.*
2 *Iuriſdictio delegata remauet ſuſpenſa excommunicato delegante.*
3 *Excommunicatio lata contra prælatum non repellit miniſtros agentes nomine eccleſia.*
4 *Coadiutor poteſt agere etiamſi coadiutus ſit excommunicatus.*

ARGVMENTVM.

An excommunicato Prælato poſſint agere pro Eccleſia coeteri miniſtri.

CAP. XXVII.

1 TRes ſunt inſpiciendi caſus. Primus quando verſamur in miniſtris qui agunt nomine Prælati, cuiuſmodi ſolent eſſe ſindici, & iſti quidem excommunicato Prælato non poſſunt agere, quia ſi repellitur Prę'atus, ergo & conſtitutus ab eo, *cap. primo* §. *ea tamen, de offic. Vicar. lib.* 6. *cap. final. de procur. ibique Innoc. ſub num.* 4. *Card. num.* 3. *Imola num.* 19. *verſ.* Alii *ſunt, Anchar. in cap.* 1. *col.*

Digitized by Google

col. penultima, verſic. Septimo iuxta prædicta, de reſcript. lib. 6. facit, quod iuriſdictio iudicis delegati remanet ſuſpenſa per excommunicationem ſuperuenientem in perſona delegantis, quan-
2 do iuriſdictio delegati dependet ab ipſo delegante, *d. cap. 1. in fine, de offic. Vicar. lib. 6. cum aliis allatis ſupra hoc eodem lib. cap....*

Secundus eſt caſus, quando verſamur in illis, qui licet conſtituantur à Prælato, tamen conſtituti recipiunt poteſtatem agendi à lege, prout eſſe ſolent Oeconomus, Viſitator, & alii Officiales perpetui, & tunc ſiquidem conſtituens erat excommunicatus de tempore conſtitutionis, Conſtitutus non
3 poteſt agere, quia conſtitutio fuit nulla ab initio. Si vero excommunicatio ſuperuenit poſt conſtitutionem, poteſt Conſtitutus agere, quia non agit amplius nomine conſtituentis, ſed Eccleſiæ. *d. cap. 1. de officio Vicarii, lib. 6. Anchæran. in d. cap. 1. colum. penult. verſic. Septimo, iuxta prædicta, de reſcript. lib. 6. Innocent. Imola & Cardin. locis citatis. & iterum Anchar. in d. cap. 1. de offic. Vicar. lib. 6.*

Tertius eſt caſus, quando Miniſtri conſtituantur a Superiore de conſenſu vel citra conſenſum Prælati, vt fungatur vicibus Prælati, cuiuſmodi eſt Coa-
4 diutor, & tunc excommunicato Prælato, poteſt Coadiutor agere, quia non agit nomine Prælati, ſed nomine proprio, & Eccleſię, *Innocen. in d. cap. fin. num. 4. de procur. Compoſtell. in cap. fin. num. 17. de cler. excommun. miniſtr. Oldrad. conſil. 44. num. 2.* Garzia de *benef. par. 4. cap. 5. num. 83. Rota in Salamantina Coadiutoria, 20. Iunii 1594. coram Penia. Calder. qui conſuluit in pulcro caſu conſ. 16. de regular. & conſ. 3. de ſent. excom.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum hominis facit ceſſare mandatum iuris.*
2 *Coniuncta perſona dicitur habere mandatum à lege.*
3 *Prohibitus pro alio poſtulare, cenſetur etiã prohibitus poſtulare pro coniuncta perſona.*
4 *Iuris diſpoſitio eccleſia reddi non debet.*
5 *Mandatum hominis, plus operatur, quã mandatum iuris.*
6 *Socius non poteſt agere pro ſocio excommunicato.*
7 *Curatoris officium eſt publicum, procuratoris vero priuatum.*
8 *Coniuncta perſona poteſt in iudicio pro excommunicato excipere.*

ARGVMENTVM.

An coniunctus non excommunicatus poſſit eſſe in iudicio pro coniuncto excommunicato, poſito quod ſit talis, qui poſſit agere ſine mandato, ſecundum ea, quæ habentur in l. ſed, & hæ, ff. de procurat. & in cap. nonnulli, in fine, de reſcriptis.

CAP. XXVIII.

Qværſtio quidem difficilis, quam inſolutam reliquit *Soccin. in cap. Sacris, a numero 334. cum ſeq. de ſent. excomm.* pro cuius explicatione duo ſunt conſtituendi caſus.

Primus, quando coniuncta perſona, & quæ poteſt agere ex mandato iuris eſt etiam conſtitutus expreſſe procurator ab excommunicato, & in tali ſpe-
1 cie citra controuerſiam puto dicendũ non poſſe agere pro cõiuncto excõmunicato, quia mandatũ expreſſum datũ ab excõmunicato facit ceſſare mandatum iuris, *l. maritus, 21. §. ſi autem mandatum, C. de procur.* & conſequenter non iudicatur amplius tanquam coniuncta perſona, ſed tanquam extraneus, qui non poteſt eſſe procurator ad agendum pro excommunicato, *cap.*

cap. conſulti, de procur.

Secundus eſt caſus, quando con-
iūcta perſona vult agere ſimpliciter ex
mandato iuris, & tunc quæſtio eſt an-
ceps, & plena difficultatis.

Pro opinione affirmatiua facit Pri-
mo, quod ſimiles perſonæ non habent
2 mandatum ab excommunicato, ſed à
lege, *d. cap. nonnulli de reſcriptis l. ma-
ritus C. de procur. l. ſed & hæ eod. tit.* qui
autem habet mandatum à lege, vt poſ-
ſit pro aliquo agere, poteſt agere etiā
ſi ille ſit excommunicatus, *Anchar. in
cap. conſulti num. 7. de procur.* vbi quod
Curator adulti poteſt agere etiamſi
adultus ſit excommunicatus, quia
eius poteſtas non dependet ab adulto
ſed a lege. Secundo, ratio propter quā
excōmunicatus, repellitur ne poſſit eſ-
ſe in Iudicio per ſe, neq. per procurato
rē, eſt, quia ſibi eſt interdicta cōmunio,
*cap. intelleximus de iudic. cap. cum in-
ter de except. cap. primo de except. lib. 6.*
At iſta ratio ceſſat, quādo pro eo agit
coniūctus, qui poteſt exercere omnia
Acta, ergo debet ceſſare diſpoſitio,
cap. cum ceſſante de appell. cum vulgar.
Quibus non obſtantibus verius exiſti-
mo, neque coniunctum poſſe eſſe in
iudicio pro excommunicato.

Moueor Primo, quia prohibitus po-
ſtulare pro alio, cenſetur prohibitus
3 poſtulare etiam pro coniuncta perſo-
na, *l. militem 7. C. de procur. vbi Mi-
les, qui prohibetur poſtulare pro alio,
cenſetur prohibitus etiam poſtulare
pro Patre, Matre, & Vxore, & in l.
alienam 18. C. eod. tit.* vbi mulier, quæ
ſexus ratione prohibetur poſtulare pro
alio, prohibetur etiā poſtulare pro filio.

Secundo, quia ſi admitteremus
coniunctum poſſe ex legitimo manda-
to poſtulare pro excommunicato, elu-
ſoria quidem redderentur tot iura
prohibentia excommunicatum non
eſſe audiendum, neque per ſe, neque
per Procuratorem, cum ſemper adſit
4 coniūcta perſona, per quam poſſit eius
cauſa agi, ne autem diſpoſitio eluſo-
ria reddatur, præſertim in materia ex-
communicationis, facienda eſt latior
interpretatio etiamſi verba ſint im-
proprianda, *cap. ſi ciuitas, de ſent. ex-
comm. lib. 6.*

Tertio plus operatur mandatum
5 datum ab homine, quam operetur mā-
datum datum à lege, *l. maritus 21. C.
de procur.* At mandatum datum ab ho
mine ceſſat per excommunicationem,
*cap. poſt ceſſionem, cum ibi trad. de pro-
bat.* Ergo, & mandatum datum a lege.

Quarto, licet coniuncta perſona
agat ex mandato legis, tamen manda-
tum ipſum pendet ex domini volun-
tate, quod patet, quia ſi Dominus de-
derit mandatum eidem coniunctæ
perſonæ, tunc dicitur ceſſare manda-
tum iuris, *d. l. maritus verſic. Si autem
C. de procur.* At excommunicatus non
poteſt hanc voluntatem exercere, *d. c.
intelleximus*, Ergo.

Quinto, Socius habet mandatum
iuris ad agendum pro Socio *l. 2. C. de
6 conſort. eiuſdem litis, gloſ. in l ſed & hæ,
verb. & liberi ff. de procur.* At talis ſo-
cius non poteſt cauſam agere commu-
nem cum ſocio excommunicato, quan
do cauſa eſt diuidua, *Io. Andr. in c. poſt
ceſſionem n. 18. de prob. ibiq. Butr. nu. 12.
num. 28. Boich. ante nu. 12.* Ergo.

Sexto excommunicatus non poteſt
eſſe procurator, nec legitimus admi-
niſtrator pro coniuncta perſona, *Bald.
in c. cum inter ſub num. 10. ad finem de
except. Butr. in d. c. intelleximus ſub nu.
6. verſ. item nec vt alias, de iudic.* Ergo
neque coniuncta perſona pro excom-
municato, quia correlatiuorum eadem
eſt diſciplina, *l. 1. ff de his, qui ſui, vel
alieni iuris, & l. 1. ff. de tutel.*

Ad contraria reſpondetur, & quo
ad primum, Doctrina *Anchar. in d. cap.
conſulti*, non modicam apud me pati-
tur difficultatem ex deductis in ſecun-
do, & ſexto argumento, ea tamen ſup-
poſita, conſiderandum eſt inter officiū
curatoris, & procuratoris hanc eſſe dif-
7 ferentiā, quod curator eſt officium pu-
blicū, procuratoris vero eſt priuatū, vt
vtrumq. *probat teſt. in l. tutori, vel cura-
tori 20. C. de negot. geſt.* hoc ſtante mirū
videri nō debet ſi curator poteſt agere

pro adulto excommunicato, quia quãdo curatori defertur officium, defertur ipſi principaliter vti perſonæ conſiſtenti de per ſe, At quando lex deferr officium procuratoris perſonæ coniuctę, tunc dicitur deferre vti perſonæ, quæ repræſentet perſonam coniunctam, & a qua poſſit in exercitio impediri, *d. l. ſi maritus, verſic. Si autem C. de procur.*

Secundum parui eſt momenti, tum quia etiam perſona coniuncta agens non agit nomine proprio, ſed ſui principalis *d. l. maritus C. de procur.* tũ etiã quia ratio propter quam excommunicatus repellitur, ne poſſit agere in iudicio non eſt vna, ſed multiplex, vt *in cap. 1. de except. lib. 6.* ideoque ſufficit quod vna ratio remaneat ad hoc, vt eadem remaneat iuris diſpoſitio, *§. affinitatis inſt. de nupt. & in propoſito Soccin. in d. cap. ſacris ſub nu. 338. verſ.*
8 *non obſtat & nu. 339.* Prædicta ſunt intelligenda, quando coniuncta perſona vellet agere pro excommunicato, ſecus ſi vellet excipere, quia cum excommunicatus poſſit excipiendo eſſe in iudicio per ſe ipſum, & mediante perſona Procuratoris explicite conſtituti, *iuxta trad. per Doct. in c. intelleximus de iudais*, Sequitur quod poteſt eſſe etiam mediante procuratore dato a iure *d. l. Maritus C. de procur. l. ſed & hac ff. eodem titul.*

SVMMARIVM.

1 *Probatur opinio affirmatiua.*
2 *Exceptio excommunicationis non tranſit ad ſucceſſorem limita num. 3.*
4 *Ceſſionarius agens directa actione ſibi ab excommunicato ceſſa repellitur ab agendo, ſecus ſi agat actione vtili.*
5 *An procedat quando eſſet ad excommunicatum cedentem reditura.*
6 *Ceſſionarius ex cauſa lucratiua an poſſit agere ſi cedens ſit excommunicatus.*

ARGVMENTVM.

Habens iura ceſſa ab excommunicato an poſſit agere.

CAP. XXIX.

AGere poſſe cenſuerunt Bartholomeus Brixien. *in quaſt. Venerabili*, quę incipit, quidã cũ eſſet, prout illum refert, &
1 ſequitur *gloſa in cap. vnico, §. verum, verb. ſemeſtre, verſic. Et bene facit hac decretalis de iurepatr. lib. 6. & ibi Io. Andr. ſub num. 8. verſic. in gloſ. penult. Gemin. num. 8. Franch. num. 7. Felin. in d. cap. intelleximus nu. 14. de iudic. Pontan. de Spolio, lib. 3. c. 2. num. 3.*

Cuius concluſionis ratio eſt, quia exceptio excommunicationis non tangit rem, ſed cohæret perſonæ, nec tranſit ad ſucceſſorem; *Argumento l. vitia, C. de acquir. poſſ. & l. An vitium, ff. de diuer. & temporal. praſcript.*
2 Hæc concluſio declaratur multipliciter.

Primo, ne procedat, quando ex forma Statuti excommunicato eſſet
3 interdicta, vel eliſa actio; tunc enim exceptio, quæ obſtat excommunicato, obſtat etiam eius Ceſſionario, *Bart. in l. per diuerſas, C. mandati, & in l. qui ſtipendia, C. de procurat. Franc. in d. c. vnico ſub num. 7. verſ. 4. limita de iure. patr. lib. 6.*

Declaratur ſecundo, vt procedat dummodo Ceſſionarius agat vtili
4 actione nomine ſuo, ſecus ſi agat actione directa nomine cedentis, nam in tali caſu, exceptio, quæ obſtat excommunicato, obſtaret etiam ceſſionario, *Franch. loco cit. verſ. ſecundo limita Soccin. in cap. Sacris ſub num. 326. verſic. Aut poteſt per ſe ipſum de ſent. excom.*

De-

5 Declaratur Tertio, ne procedat, quando res ad quas agitur ex iure ceſſo eſſet reditura ad ipſum cedentem, quia tunc eadem exceptio, quæ obſtat excommunicato, obſtat ceſſionario Argumento *l. ſed ſi Iulianus*, *§. ſed & ſi mulier, & §. apud Iulianum ff. de exceptione doli Bart. in l. doli ff. de nouat. Io. Andr. in d. cap. vnico de iurepatr. in 6. & ibi Franch. ſub nu. 7. verſ. quinto limita*.

6 Declaratur Quarto, vt procedat, dummodo ceſſio fiat ex cauſa oneroſa, ſecus ſi fiat ex lucratiua, vt poſt *Din. in l. apud Celſum*, *§. ſi cauſa legitima ff. de doli mali, & metus except. tenet Bal. in d. capitulo intellimus, ſub numero 8. Anchar. numero 6. de iudic.*

Contrarium, quod ſiue ceſſio fiat ex cauſa oneroſa, ſiue ex lucratiua, poſſit Ceſſionarius agere, tenent *Io. Andr. in d. cap. vnico de iurepatr. Bart. in d. §. ſi cum legitima, idem Bald. in d. l. qui ſtipendia C. de procur. & in d. l. per diuerſas C. mandati.*

SVMMARIVM.

1 *Refertur opinio negatiua.*

2 *Excommunicatus in iudicio ſtare non poteſt.*

3 *Notarii notis adhibetur plena fides.*

4 *Notario maior fides adhibetur quam teſti.*

5 *Excommunicato interdicta eſt forenſis communicatio.*

6 *Excommunicatus non poteſt eſſe notarius tabellarius, etiam in extraiudicialibus.*

7 *Notarius excommunicatus aliquid agens rationem muneris grauiter peccat.*

8 *Vtentes opera notarii excommunicati peccant.*

9 *Inſtrumentum confectum a notario publice excommunicato eſt nullum.*

10 *Sola excommunicatio publica etiam ſine ſpeciali prohibitione ſufficit vt notarius exercere non poſſit.*

11 *Subſequens abſolutio non validat inſtrumentum ab initio nullum.*

12 *Inſtrumentum factum a notario occulte excommunicato eſt validum limita vt ibi.*

13 *Excommunicatus an poſſit creari notarius.*

14 *Item an poſſit eſſe teſtis.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus poſſit eſſe notarius, vel Teſtis in iudicio.

CAP. XXX.

Excommunicatũ non poſſe exercere officium notariatus in iudicio tradit,
1 *gloſ. final. in cap. decernimus verb. à teſtificando verſ. quid dices, de excom. lib. 6.* quem ibi ſequuntur Doct. communiter, *Card. in cap. perpendimus nu. 28. de ſent. excom. Socc. in c. ſacris nu. 407, de ſent. excomm. Craſſ. in tract. de except. n. 39.* Ratio eſt multiplex; Prima, quia excõmunicatus prohibetur ſtare in iudicio *d. c. Intelleximus de iudic.* notarius autem actuarius cogitur ſtare in iudicio de neceſſitate, *c. quoniam contra de probat.* Secunda, quia notarius adhibetur ad hoc, vt geſta, & acta iudicii debeat diligenter, & fideliter adnotare, eiuſque notis adhibetur ple-
3 na fides, *d. c. quoniam contra*, excommunicatus autem, quandiu ipſe in excommunicatione perſiſtit, nulla eſt fide dignus, *c. nullus 3. q. 4.* Præterea excommunicatus non poteſt eſſe teſtis in iudicio, *d. c. decernimus.* ergo tanto minus poteſt eſſe notarius, cui maior tri-
4 buitur fides, quam teſti *d. c. quoniam contra de probat.*

5 Demum facit ratio generalis, quia exercitium notarii non poteſt explicari abſque forenſi communicatione,

quæ excommunicato eſt prorſus interdicta *dicto c. decernimus de ſent. excom. lib. 6.* Ex quibus omnibus firma remanet concluſio, excommunicatum non poſſe eſſe Notarium in iudicio, quæ.

5 Extenditur Primo, vt procedat multo magis in Notariis, qui ex priuilegio ſunt iudices ordinarii, & poſſunt percipere guarentigiam, cuiuſmodi ſunt notarii Ciuitatis Senenſis, de quibus meminit *Socc. in c. Sacris num. 407. de ſent. excom.*

6 Extenditur ſecundo, vt procedat non ſolum in notario actuario, ſed etiam in notario Tabellatio, *Dec. in d. c. intelleximus num. 18. de iudic. Soccin. in dicto capitulo Sacris, ſub num. 407. verſ. aut quærimus, & num. 408. de ſent. excom.*

Extenditur tertio, vt procedat non ſolum in iudicialibus, ſed etiam in extraiudicialibus, *Abbas, & Dec. in d. c. intelleximus, ille ſub num. 8. verſic. idem extra iudicium, iſte nu. 20. Alter. loco infra citandi verſic. ſecunda propoſitio ſit.*

7 Extenditur quarto, vt Notarius excommunicatus ſi aliquid agat ratione muneris ſui, peccet grauiter, quia contra præceptum eccleſię ingerit ſe muneri ſibi interdicto, *Suar. d. diſput. 16. ſect. 5. in princ. Alter. d. lib. 2. diſput. 3 c. 4.*

8 Extenditur Quinto, vt peccet non ſolum notarius, ſed etiam alii, qui vtũtur opera Tabellionis excommunicati, vt colligitur *ex c. nuper de ſent. excom. Suarez, & Alter. locis proxime citatis.*

9 Extenditur Sexto, vt inſtrumentum confectum a notario publice excommunicato ſit nullum, *gloſ. in d. cap. decernimus, verb. à teſtificando, verſ. quid de tabellionatus, de ſent. excom.* quam ibi ſequuntur *Gem. num. 8. verſ. ſed Innocentius, verſic. Ego, Franch. ſub num. 7. Specul. in tit. de fide inſtr. §. reſtat. videre num. 31. Card. in cap. perpendimus num. 28. Turrecrem. in cap. nullus, verſic. ratio autem 3. quæſt. 4. & ibi Præpoſit. ſub num. 2. verſic. credere opinionem*, & eſt communis opinio, de qua teſtatur *Præpoſ. loco cit. verſic. & illud communiter Suarez d. diſp. 16. ſect. 5. num. 2.* Et hanc eandem opinionem probat *Federic. de Senis cõſ. 118. ſub num. 2. verſic. licet teſtamentum valeat*, Et ſi a nonnullis pro contraria opinione afferatur, *Alter. lib. 2. diſp. 3. cap. 4. verſ. hæc ſecunda reſponſio.*

10 Sufficit enim ſola excommunicatio publica, non obſtante quod ſpecialiter in ea non ſi illi interdictum officiũ tabellionatus, quia ſatis ſibi videtur interdictum officium, quando eſt declararus excommunicatus, vt præfati omnes affirmant contra *Innoc. in cap. pia de except. lib. 6. Soccin. qui teſtatur de communi in d. cap. ſacris num. 411.* Mouentur, quia ſiue dicamus notarium adhiberi in inſtrumento vti iudicem, ſiue vti teſtem, ſemper verum erit adhiberi non poſſe, quia vtroque modo prohibentur, *d. c. decernimus de ſent. excom. lib. 6.*

Contrarium, quod quinimmo licet notarius publice excommunicatus peccet faciendo inſtrumentum tamen factam probet, tenẽt *Io. de Lignano in capitulo veritatis de dolo, & contum. Suarez d. diſp. 16. ſect.* Retenta opinione communi quæ eſt verior, illa extenditur, vt procedat etiam poſt

11 ſequutam abſolutionem, nam ſubſequens abſolutio non validat inſtrumentum à principio nullum, vt probat *teſt. in ſæpe cit. capitulo poſt ceſſionem cum ibi trad. de probat.*

Dixi autem in concluſione inſtrumentum eſſe nullum, ſi ſit confectum a notario publice excommunicato, vt ſignificarem contrarium eſſe, ſi eſſet excommunicatus occultus, ſiue eſſet occultus per ſe, ſiue per accidens nempe quia non poſſet probari, nam inſtrumentum a tali notario confectum valet, vt ſcribunt *omnes Doct. ſupra cit. in ſexta extenſione* quibus additur *Suarez, & Alter. loco cit.* Niſi fortaſſe is, ad cuius vtilitatem inſtru-

inſtrumentorum geſtum eſt ſciret excommunicationem, tunc enim in eius odium inſtrumentum eſſet nullum, quamuis occulta eſſet excommunicatio, *Socc. in c. Sacris ante nu. 408. de ſent. excom.*

13 An autem excommunicatus poſſit creari notarius, ita vt creatio ſubſiſtat Controuerſi eſt iuris quæſtio, de qua *Soccin. in d. cap. Sacris num. 406. de ſent. excom. Suarez d. ſect. 5. num. 9. Alter. d. capitulo quarto, in vltima quæſt.*

14 Coeterum excommunicatus non poteſt eſſe teſtis, ſecundum diſtinctionem tamen quam tradit Far. *de teſtib. q. 56. à nu. 240. vſq. ad nu. 301.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus etiam agendo cauſam propriam, vti actor in iudicio ſtare non poteſt.*

2 *Excommunicatus agere non poteſt in iudicio etiam vigore inſtrumenti iurati vel exequutiui.*

3 *Reconuentio eſt impugnatio.*

4 *Excommunicatus, vigore contractus cor reſpectiui reconueniri non prohibetur.*

5 *Excommunicatus agere non poteſt etiam mediante perſona procuratoris.*

6 Excommunicatio *ſuperueniens in perſona Domini etiam poſt litem conteſtatam excludit procuratorem a iudicio.*

7 *Procurator in rem propriam a iudicio non repellitur, quamuis Domino ſit excommunicatus.*

8 *Item nec procurator vniuerſitatis, ſi in mandato non ſunt expreſſa nomina excommunicatorum.*

9 *Excommunicatus nec accuſare nec denũciare poteſt.*

10 Excommunicatus *poteſt criminaliter agere pro iniuria ſibi facta in explicatione actus ſibi permiſſi.*

11 *Ad iniuriam illatam tempore excommunicationis poteſt agere excommunicatus ſequuta abſolutione.*

12 *Iudex ex officio poteſt vlciſci iniuriam factam excommunicato.*

13 *Excommunicatus non poteſt agere in iudicio etiam vti promotor cauſæ publicæ.*

14 *Excommunicationes non compenſantur ad inuicem.*

15 *Excommunicatus repellitur ab omni iudicio tam ſeculari quam eccleſiaſtico.*

16 *De validitate excommunicationis cognoſcit tantum iudex eccleſiaſticus.*

17 *Coram exequutore excommunicatus comparere non poteſt.*

18 *Excommunicatus poteſt eſſe exequutor apoſtolicæ gratiæ.*

19 *Excommunicatus non agit poſſeſſorio reſtitutorio, limita num. 20. & nu. 21.*

22 *Excommunicatus non poteſt petere man datum de manutenendo.*

22 *Nec poteſt petere legitimationem perſonæ ſuæ in contradictorio iudicio.*

23 *Iudex excommunicato non ſecus ac deportato aſſidere non debet.*

24 *Exceptio excommunicationis opponi poteſt in quacunque parte iudicii.*

25 *An poſſit opponi poſt conclusum in cauſa.*

26 *Qualibet excommunicatio ſiue hominis ſiue iuris repellit ab agendo.*

27 *Exceptio excommunicationis poteſt opponi etiamſi poſt datum terminum peremptorii.*

28 *Iuramentum de non opponenda excommunicationis exceptione non obligat.*

29 *Exceptio excommunicationis opponi poteſt a iudice ex officio.*

30 *An opponi poſſit a tertio, remiſſiue.*

31 *Excommunicato admiſſo ad agendum non obſtante exceptione oppoſita proceſſus efficitur nullus.*

32 *Excommunicatio minor non priuat a communione.*

33 *Excommunicatio maior vel minor quæ dicatur.*

34 *Diſpoſitio loquens de excommunicato, ne intelligi debet de maiore, limitatur num. 35.*

36 *Exceptio excommunicationis opponi debet, alias iudicium valet tam in cauſa ciuili, quam in criminali.*

37 *Excommunicationis etiam publica opponenda eſt exceptio, item etiam quãdo ventilatur iudicium cum procura-*

tore num.38.
39 *Exceptio excommunicationis quo modo proponenda.*
40 *Diſpoſitio cap. 1. §. ſi quis igitur de except. in 6. in quibus caſibus locum habeat.*
41 *Propoſitio exceptionis excommunicationis eſt obſeruatu difficilis.*
42 *Tiraquelli Lapſus.*

ARGVMENTVM.

Excommunicatus non poteſt eſſe Actor in iudicio.

CAP. XXXI.

Excommunicatū non poſſe ſtare vti actorem in iudicio etiam agendo cauſam propriam, quia hoc fieri non poteſt, ſine pe-
1 riculo communicationis, probat *teſt. in c. intelleximus de iudic. c. cum inter de except. c. 1. eod. tit. lib. 6. c. c. 1. de reſcript. eod. lib. c. excommunicamus, §. credentes de hæret. c. rurſus ad finem, & c. excommunicatio. 11. q. 4. Feder. de Senis conſ. 116. in princ. Rot. deciſ. 7. nu. 2. de except. in nouis, cum aliis infra allegandis*. Quinimo citatus ad inſtantiam excommunicati non tenetur comparere, *Innoc. Io. Andr. & reliqui in c. 2. de dilat. Iaco. de Beluiſo in Auth. de litigioſis §. ad excludendas collat. 8.* & eſt communis opinio, quam comprobat, & declarat *Soce. in c. ſacris nu. 291. de ſent. excom.*

2 Extenditur primo, vt procedat etiamſi agatur in vim inſtrumenti iurati, aut alias exequutiui, *Bald. in ſæpe cit. c. intelleximus num. 3. de iudic.* & ſiue excommunicatus ſit actor per viā reconuentionis, nam vtroque caſu excommunicatus repellitur, quia reconuentio eſt impugnatio, *c. 1. & 2. de mutuis petit. c. fin. de ordine cogniti. d. cap. cum inter, in fine, de except. Io. Andr. in regul. dolo facis ſub num. 3. de reg. iur. lib. 6. Abb. in d. cap. cum inter ſub num. 8. verſic. nota quod reconuentio, Soccin. in c. ſacris num. 315. de ſent. excom.*

4 Hæc prima extēſio declaratur, ne procedat quādo recōuentio fit vigore cōtractus correſpectiui, vtputa, quia conuenior ad rem tradendā, & ipſe excipio de precio mihi non ſoluto, *Soccin. in dicto cap. ſacris, ſub num. 316. verſic. Quod tamen limitat, de ſentent. excomm.* licet hæc non ſit vera reconuentio, ſed magis exceptio non implementi, & pretii non ſoluti, vt infra dicetur.

Extenditur ſecundo, vt procedat, ſiue agat per ipſum, ſiue mediante
5 perſona procuratoris, vt probat *teſt. in cap. fin. de procur. & in cap. cum dilectus, de accuſ. Roffred. in quæſtione ſabbatina, quæſt. 52. num. 7. Ancharan. in cap. exhibit, à num. 4. de iudic. Ioan. de Lignano de cenſur. §. 25. num. 42. Cappell. Tholoſ. deciſione 143. Magon. dec. Lucen. 71. nu. 3.* facit, quod ſicuti excommunicatus non poteſt exercere per ſe iuriſdictionē, ita neque per procuratorem, *cap. 1. de ſupplenda negligentia Prælatorum cap. 1. de officio Vicarii lib. 6. Io. Andr. in deciſ. reg. dolo facis, ſub num. 3. de reg. iur.*

Item facit, quod in cauſa, eadem eſt conditio procuratoris, quæ Domini, *cap. licet, de teſtib. l. alia ff. ſolut. matr.*
6 Quod procedit etiam ſi excommunicatio ſuperueniat in perſona Domini, poſtquam lis eſt conteſtata, & procurator eſt effectus Dominus litis, quia nihilominus procurator non poteſt amplius comparere, propterea quod cauſa eſt Domini, & ad illum ſpectat commodum, & incommodum, *Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. dec. 143. ſub littera A. Hoſtienſ. in c. licet vndique de offic. de leg. Socc. in d. c. ſacris ſub num. 332. de ſent. excom.*

7 Hęc ſecunda Extenſio limitatur primo, vbi verſamur in procuratore in rem propriam intentante vtiles actiones nomine ſuo, quia is cum agat ad propriam vtilitatem, non repellitur

per

per excommunicationem ſuperuenientem in perſonam Domini, *gloſ. in cap. vnico de turepatr. lib. 6. Bald. in l apud Celſum. ff. de dolo malo, Hoſt. Butr. & Abb. in cap. licet, in fine de offic. deleg. Aufrer. loco cit.* Dixi in
8 Procuratore intentante vtiles nomine ſuo, quia ſecus eſſet ſi intentaret directas nomine Conſtituentis, tunc enim non audiretur, vt ſcribit *Socc. in d. cap. ſacris ante num. 331. verſ. cogitabis & hoc*. Secundo limitatur in Procuratore conſtituto ab vniuerſitate cuius officiales ſunt excommunicati, tunc enim mandatum ſuſtinetur ſi nomen excommunicatorum non ſit expreſſum in mandato procuræ, *iuxt. teſt. vbi notant omnes in cap. conſulti de procur.*

9 Extenditur Tertio, vt procedat nō ſolum in cauſa ciuili, ſed etiam in criminali, nam excommunicatus non poteſt accuſare, neque denunciare, Ita docemur *ex cap. cum dilectus de accuſat. & cap. à nobis de except. & cap. exhibita, de iudic. Io. Andr. in d. reg. dolo facis ſub num. 3.* Federic. de Senis conſ. 116. ante num. 2. verſ. Et ſi non admittitur. *Bald. in cap. intelleximus ſub num. 9. Anchar. num. 7. Socc. in cap. ſacris num. 289. de ſent. excom. Boer. conſ. 4. num. 61. Petrus Plaza in epit. delicti. c. 44. num. 10. Clar. in §. fin. q. 14. verſ. quaero nunquid, Magon. deciſ. 71. ante num. 2.* Quod quidem verum eſt, ſiue ſuam, ſiue ſuorum proſequatur iniuriam, *Federic. de Senis d. conſ. 116. Abb. in d. cap. communiter num. 29. & in d. cap. intelleximus, ſub num. 2. ibique Butr. ſub num. 6. Peregr. de iure fiſci num. 8. poſt med. verſic. vnde infert. Socc. in cap. Sacris num. 294. de ſent.*
10 *excom.* Hæc tertia extenſio declaratur primo, vt procedat quando iniuria irrogatur excommunicato volenti explicare rem ſibi permiſſam, veluti proſequenti appellationem, vel ſe defendenti in iudicio, quia in tali caſu etiam excommunicatus criminaliter, agere poteſt, vt declarat *Butr. in d. c. intelleximus, num. 7. de iudic. ibique Abb. num. 8. & iterum Abbas in cap. veritat, num. 41. de dolo, & contum. Peregr. loc. cit. num. 9.*

11 Declaratur ſecundo, vt ſequuta abſolutione, poſſit agere pro iniuria ſibi tempore excommunicarionis illata, ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur Soccinus *in dicto capitulo ſacris, ſub num. 294. verſic. Abſolutione vero.*

12 Declaratur tertio, vt iudex poſſit ex officio vlciſci iniuriam excommunicato factam, ſecundum *Anan. in d. cap. cum inter, numero quinto, de exception.* de qua tamen vide notata per *Bart. in l. non ſolum, §. fin. ff. de iniur. & per Anchar. in dicto cap. intelleximus, in fi. de iudic.*

13 Extenditur quarto, vt procedat etiā ſi compareat tamquam Promotor cauſæ publicæ, *Bald. in ſæpe citato capitulo intelleximus, ſub num. 9. de iudic. & ibi Abb. ſub num. 2. verſ. Item vt promouens, Butr. ſub num. 6. verſ. quandoq. vult ſtare, gloſ. in cap. 1. verb. alio de reſcript. lib. 6. ibiq; Anchar. n. 6. Butr. num. 30. Crot. num. 77. & 79. Gem. conſ. 71. ſub num. 2. verſ. Ad aliud.*

14 Extēditur quinto, vt procedat etiā ſi agat contra aliū excōmunicatum, quia nihilominus poteſt repelli, nam excommunicationes non compenſantur inuicem, *Hoſt. in cap. cum inter ſub num. 6. verſ. ſed numquid in perſonali de except. Bald. (poſt* Innoc.*) in cap. intelleximus num. 11. de iudic. & in cap. a nobis num. 2. de except. Dec. ibidem num. 3. & in d. cap. intelleximus num. 85. vbi teſtatur de communi Anan. in cap. cum inter ſub num. 3. verſ. nota quod, Peregr. de iure fiſci lib. 2. tit. 11. num. 13. Carolus de Graſſ. except. 4. num. 4.*

15 Extenditur ſexto, vt procedat ſiue agat corā iudice eccleſiaſtico, ſiue corā ſeculari, *l. placet, vbi Doct. C. de ſacroſ. eccleſ. gloſ. in l. 1. C. eodem, & iterum gloſ. in cap. 1. ſi quis igitur, verb. opponit de except. lib. 6. Bald. in l. quo*

ties

tiet num. 6.de iudic.Guidop. conſ. 220.
num. 1. Felin. *in cap. prouidentiam n.*
14.*&* 15.*de offic. deleg.* Gig. *de penſ.*
q. vlt. num. 19. *alios refert Tiraquell.*
de retract. §. 1 *gloſ.* 9. *num.* 28. *&*
82. quibus adduntur *Foller. in cap.*
regni tit. de ſacroſ.eccleſ. cap. item ſta
tuimus num. 6. Peregr. *d. tit.* 11. *num.*
15. *Surd. de alim. tit.* 8 *priuil.* 103. *n.*
4. Et generaliter quod procedat corã
quocunque iudice, ſiue Eccleſiaſtico
ſiue ſeculari, ſiue ordinario, ſiue de-
legato, *eſt gloſ. in d. cap.* 1. *verb. oppo-*
nit de except. lib. 6. Eſt verum, quod
16 vbi excõmunicatio opponitur coram
iudice ſeculari, tunc ſi contingat de
eius validitate dubitari, quæſtio eſt re
mittenda ad iudicem eccleſiaſticum,
Bald. in l. quoties, ſub num. 3. *verſ. Tu*
dic, C.de iudic. Franc.in cap. 1. §. *ſi quis*
igitur, num. 3. *verſic. Sed an iudex ſecu-*
laris, de except. Ancharan. ibidem colum.
quinta in principio, verſic. Ex iſto dicto
infert.

Extenditur ſeptimo, vt procedat
17 non ſolum coram iudice, ſed etiam
coram exequutore, nam neque coram
exequutore poteſt comparere excom-
municatus, *Gloſ. per illum teſt. in cap.* 1.
§. *ſed ſi poſt rem iudicatam, de except. lib.*
6. *ibique Gemin. ſub num.* 6. *verſic. Ex*
gloſ. igitur habes, Rota in Pacen. penſio-
nis 29. *Octobris* 1609. *coram R. P. D.*
Marcomontio. In contrarium facit,
quod excommunicatus poteſt eſſe exe
18 quutor gratiæ Apoſtolicæ, *Rota dec.*
9. *de ſenten. excommu. in antiq. Creſcen.*
dec. vnica eodem tit. Ergo tanto magis
videtur, quod poſſit coram exequuto-
re comparere, *Vide tradita ſupra hoc*
eod. lib. c 6.

Extenditur octauo, vt procedat nõ
ſolum in petitorio, ſed etiam in poſſeſ-
ſorio, *Lancell. de attent. par.* 3. *cap.* 24.
q. 3. *in princ.*

19 Vnde deducitur primo, quod ex-
communicatus non agit poſſeſſorio re
ſtitutorio, *Abb. in cap. cum quis, num.*
19 9. *ibique Beru. num.* 40. *de reſtitut. ſpol.*
Felin. in ca. dilectus filius el 1. *ſub num.*
9. *de reſcript. Rip. in l. naturaliter, §. ni-*
hil commune, num. 86. *ff. de acquirenda*
poſſ. Dec. in cap. cum inter, num. 16. *de*
except. alios refert Menoch. de recuper. re
med. 1. *num.* 322. *& ſeq.* quibus addun-
tur *Surd. de priuileg.* 83. *num.* 3. *Peregr.*
de iure fiſci tit. 11. *num.* 11. *Rota in Cõ-*
chen. Archipresbyteratus 13. *Nouem-*
bris 1605. *coram bo. me. Penia, & apud*
Tholomeum deciſ. 172. *Put. dec.* 15. *de*
reſtit ſpol. in manuſcr.
20 Niſi forte agatur de cauſa matrimo
niali, vel beneficiali iuxta ea quę tra-
dentur infra. Vel niſi ſpoliato impe-
diatur implementum actus ſibi permiſ
ſi, *Felin. in d. cap. cum dilectus ſub nu.*
11. *verſic. fallit tertio, de reſcript.*
21 Vel quando excommunicatio eſſet
procurata per ſpoliantem ad effectum
diutius ſe in ſpolio confouendi; in ta-
libus namque caſibus poſſet excom-
municatus agere, *Specul. tit. de reſcr.* §.
ratione autem impetrantis, & tit. de pe-
tit. & poſſ. §. *fin. in fin. Archid. Gemin.*
Butr. & alii quos refert & ſequitur Fe-
lin. in d. c. dilectus 27. *ſub num.* 11. *ver.*
Fallit ſecundo, de reſcr.
22 Deducitur ſecundo, excommunica
tum non poſſe petere mandatum de
manutenendo, quia petens manutene
ri eſt Actor voluntarius, *Gemin. in ca.*
1. *ſub num.* 11. *verſic. Item poſſet excom*
municatus, de reſcript. lib. 6. & ante ip-
ſum *Io. Andr. ibi verſic Item quod poſ-*
ſet, Butr. *num.* 11. *Franch. num.* 11. *verſ.*
Et ſimiliter, Et ſępiſſime cenſuit Rota
& ſignanter in Oſcen. anonicatus 1.
Decembris 1585. coram Penia. Et in
Cæſaraugustana diſmembrationis 31.
Maii 1596. coram Litta. Et in Con-
chen. Archiprerbyteratus 13. Nouem
bris 1605. coram Penia. Et in Tuden.
beneficii 20. Aprilis 1604. coram eo-
dem. Et in Signina Caſtrorum 26. Iu-
nii 1602. coram R. P. D. Ludouiſio,
nunc S. D. N. Gregorio XV. Et in Pa-
cen. penſionis 20. Nouembris 1609.
coram nunc Reuerendiſs. Lugdunen.
Et in Salamantina præſtimonii 31. Ia-
nuarii 1614. coram R. P. D. Buratto, re
probata deciſione alias facta in cauſa
Salamantina Canonicatus 24. Maii
1595.

1595.coram bo.mem.Cardinali Blanchetto, in qua obiter fuerat dictum excommunicatum propter recurſum ad iudices Regios poſſe petere manda tum de manutenendo. An autem poſ. ſit excommunicatus petere reuocationem attentatorum, dicetur *infra*.

22 Extenditur nono, vt neque poſſit petere legitimari perſonam ſuam in contradictorio iudicio, *Bald. in dicto cap. cum inter, in fine, de except. Socein. in cap. Sacris, num. 370. verſic. Nam voluntarius, de ſent. excom.*

23 Extenditur decimo, vt neque poſ. ſit donationem inſinuare, aut bonorũ poſſeſſionem agnoſcere, quia iudex nõ debet illi aſſidere, ſicuti neque deportato, *l. rei capitalis, ff. de panis*, cuius au. ctoritate hoc in ſpecie ſcribit *Bald. in d. cap. cum inter, ſub num.* 10. ſubdens, quod poteſt tantum declarare animũ ſuum, ſicut in contractibus, & pari ratione agere non poteſt, vt adminiſtratio tutelæ legitime ſibi delate decerna tur, *idem Bald. in cap. intelleximus, in fine, de iudic.*

24 Extenditur vndecimo, vt exceptio excommunicationis poſſit opponi in quacumque parte iudicii, *cap. 1. de except. lib. 6. cap. exceptionem, & vtrobique Doct. eodem tit.* etiam poſt concluſum in cauſa. *Specul. in tit. de renunciat. & concluſ. 3. verſ. Et ſcias, Abb. in dicto c. ſignificauerunt, num. 17. de except. Fel. in cap. exceptionem num. 18. eodem tit. Rota deciſ. 26. qua incipit, Nota quod in ſententia, de re iudic. in antiq.*

25 Contrarium quod quinimmo poſt concluſum in cauſa non poſſit opponi viſus eſt ſentire, *Cardinalis in clemen. vnica ſub num. 1. in prima oppoſitione.* Prior opinio ſicuti eſt receptior, ita eſt verior, quia ſi talis exceptio admittitur etiam poſt ſententiam, & rem iudicatam, ad differendam executionem, *ca. 1. §. ſed ſi poſt rem iudicatam*, vtique multo magis eſt admittenda poſt concluſum in cauſa.

Et hoc procedit citra controuerſiã, quando iudex reiicit excommunicatum ex officio; concluſio enim ſit par tibus, non iudici, *Doct. in cap. cum dilectus, de fide inſtr. Felin. loco cit. verſ. Iſtud autem.*

26 Extenditur duodecimo, vt procedat in quacunque excommunicatione, ſiue ſit lata ab homine, ſiue à lege, quia quælibet repellit ab agendo, *Cardin. in clem. vnica, ſub num. 1. verſ. Secundo quæro, de except.*

Extenditur decimotertio, vt procedat etiam ſi reo ſit datus terminus per emptorius ad opponendum ſuas exceptiones, & terminus ſit lapſus, quia nihilominus poteſt opponi exceptio ex

27 communicationis, *Clem. vnica, de except. Specul. in tit. de except. §. 2. verſ. ſed numquid, Glo. & Hoſt. in c. paſtoralis, de except. ibique Auchar. nu. 15. Abb. num. 12. Card. in d. clem. vnica, de except. Feder. de Senis conſil. 18. & 118. Abb. in ſæpe citato cap. intelleximus, nu. 6. de iudic. Gem. in d. c. 1. de except. lib. 6 Fel. in c. exceptionem n. 12. verſ. 1. igitur de except.*

Et ſiue terminus fuerit generalis ad opponendum exceptiones, ſiue ſpecialis ad opponendum exceptionem excommunicationis, *glo. fin. in d. elem. vnica. Felin. in dicto cap. exceptionem, num. 13.*

Et ſiue diſtuliſſet opponere malitioſè, *vt poſt Bald. ſcribit Fel. loco citato, num. 16.*

Extenditur decimoquarto, vt procedat etiam ſi quis iurauerit non opponere exceptionem excommunica-

28 tionis, quia poterit nihilominus illam opponere iuramento non obſtante, nã talis oppoſitio non concernit ius partis, ſed publicum, cui non poteſt iuramento renunciari, *gloſ. in d. Clem. vnica. Gem. in d. cap. primo ad fin. princ. eodem tit. lib. 6. Felin. in cap. intelleximus ſub num. 7. verſ. Item facit de iudic. & in d. cap. exceptionem num. 15. de except.*

Extenditur Decimo quinto, vt exceptio excommunicationis poſſit opponi non ſolum à parte, ſed etiam à

29 Iudice ex officio, *cap. exceptionem de except. cap. primo ad fin. eod. tit. lib 6.*

Socc.

Socc. in cap. ſacris num. 337. *de ſent. ex. com. Crau. conſil.* 191. *num.* 1. *Ferret. conſil.* 351. *num.* 4. *lib.* 2. *cum aliis per Peregr. d. tit.* 11. *num.* 16. Quid ſi dum iudex vult ex officio repellere excommunicatum, reus cuius intereſt petat procedi ad vlteriora in cauſa, an debeat iudex procedere admittendo excommunicatum diſtinguas, vt per *Socc. in d. ca. ſacris, num.* 338. *de ſenten. excom.*

30 Et an exceptio excommunicationis poſſit opponi a tertio, conſulas *Fel. in c. exceptionem num.* 17. *&* 49. *verſic. Item in quantum, de except. Gemin. in c.* 1. *ſub num.* 12. *verſ. Et ex hoc nota, de reſcript. lib.* 5.

31 Extenditur decimoſexto, vt ſi excommunicatus fuerit admiſſus ad agendum de facto, non obſtante exceptione oppoſita, proceſſus ſit nullus, adeo vt nec valeat ad interrumpendum præſcriptionem, *Abb. in dicto c. poſt ceſſionem num.* 4. *de prob. & ibi Dec. num.* 17. *Peregr. d. tit.* 11. *num.* 16. Limitatur principalis Concluſio.

32 Primo, vt procedat in excommunicatione maiore, non autem in minore, quia excommunicatio minor priuat participatione Sacramentorum, non autem hominum communione, *cap. à nobis, vbi Doct. de except. Abb. in cap. intelleximus num.* 14. *de iudic. ibique Felin. num.* 11. *Dec. num.* 32. *& iterum Dec. conſil.* 321. *num.* 6. *Pontanus de ſpol. lib.* 3. *cap.* 2. *Surd. de Alimentis tit.* 8 *priuil.* 83. *num.* 7.

33 Quando autem excommunicatio dicatur maior, vel minor, conſulas *Gloſ. in cap. eo qui, verb. Canonicis, de ſent. excom. lib.* 6. *Abb. in cap. ſi celebret, de cleric. excom. miniſtr. Carauita ſupra ritu* 236. *num.* 3. *Scapp. in tract. de iure non ſcripto, libro primo, cap.* 52. *num.* 10. *& ſequen.*

34 In dubio tamen diſpoſitio loquens de excommunicatione debet intelligi de maiore, *cap. penult. de ſent. excom. Io. Andr. in d. cap.* 1. *nu.* 16. *de except. Abb. in ſæpe citato cap. intelleximus, ibique Dec. num.* 33. *&* 34. *& ante eos Specul. tit. de except. §. viſo ſub num.* 21. *verſic. ſed quod dixi, Suarez à Paz.*

35 Niſi fortè agatur de materia concernente præiudicium tertii, quia tunc in dubio appellatione excommunicationis, intelligitur de minore, *Fel. in c. Venerabilem, de except. Put. dec.* 62. *num.* 5. *lib.* 1. *ſecundum nouiſſimam impreſſionem.*

Vel niſi quando verbum, excommunicatio, profertur in exceptione excõmunicationis, quia tunc in odium opponentium intelligitur de excommunicatione minori. *Franch. in d. cap.* 1. *S. ſi quis igitur ſub num.* 4. *de except.*

36 Secundo, limitatur vt procedat dũmodo de excommunicatione opponatur, alias oppoſitione ceſſante tenet iudicium, quamuis cum excommunicato agitatam, *cap.* 1. *de except. lib.* 6. *Abb. in cap. intelleximus ſub nu.* 13. *de iudic. ibique Felin. num.* 9. *Dec. num.* 76. *vbi teſtatur de communi. Pontanus d. cap.* 2. *Pereg. d. tit.* 11. *num.* 17. *Aym. conſil.* 199. *ſub nu.* 12. *Contardus in l. diffamari cap.* 4. *num.* 82. *Rota deciſ.* 27. *de reſcript. in antiquis.*

Quod procedit primo, ſiue verſemur in cauſa ciuili, ſiue in criminali, *Bald. in d. cap. intelleximus nu.* 9.

35 Procedit Secundo, etiam quando excommunicatus erat publicus, nam nihilominus requiritur oppoſitio, *gloſ. in d. cap.* 1. *verb. Si vero poſtmodum verb. duraturis de except.* quem ibi ſequuntur *Arch. Io. Monach. & Io. Andr. Gemin. nu.* 7. *Franchus ſub nu.* 4. *cæterique reprobata opinione Hoſt. Felin. in ſæpe cit. cap. intelleximus num.* 9. *de iudic.*

Procedit Tertio, ſiue iudicium ſit ventilatum cum perſona excommunicati, ſiue cum eius procuratore vt poſt multa tenere videtur *Soccin. in cap. ſacris num.* 329. *de ſent. excom.*

38 Procedit Quarto, etiam quando eſt ventilatum iudicium cum procuratore excommunicato poſt Conſtitutionem in ſuam perſonam factam, nam & in huiuſmodi caſu requiritur oppoſitio, alias iudicium ſuſtinetur, *Rota apud*

Digitized by Google

apud Creſc. deciſ. 12. num. 4.

Dixi, ſi iudicium ſit ventilatum cum procuratore excommunicato poſt cõſtitutionem procuratoris in ſui perſonam factam, quia ſi de tempore conſtitutionis procurator eſſet excommunicatus, iudicium vtique eſſet nullum ipſo iure, etiamſi excommunicatio non eſſet publica, & oppoſitio facta non fuiſſet, *Creſc. loco cit. n. 1.*

39 Tertio, limitatur vt ita demum ex-
ceptio excommunicationis repellat
agentem, quatenus oppoſitio fiat iux-
ta formam traditam *in cap. 1. de ex-*
cept. lib. 6. Specul. tit. de except. §. viſo
ſub num 2. alias de illa ratio non habe-
tur, ſed iudex oppoſitione non obſtan-
te, ad vlteriora procedit, opponentem
40 præuia taxatione in expenſis con-
demnans, *d. cap. 1. §. ſi quis igitur*,
cuius diſpoſitio procedit etiam in iudi
cio criminali, vt ex pluribus probat
Socein. in cap. ſacris num 290. *de ſent.*
excom. & cum forma præſcripta ſit ob-
ſeruatu difficilis, adeo vt vix debite
41 proponatur, & ſpecificetur, Hinc fit,
vt in Curia Romana non ſic facile ex-
communicationis exceptio propona-
tur, *Rot. deciſ 8. de ſent. excom in nou. ſ.*
Et hæc eadem difficultas, vt reor,
eſt cauſa cur in Gallia, ſtatuque Vene-
to non ſic paſſim admittatur excom-
municationis exceptio, vt teſtatur
Tiraquell. de retract. conſang. §. 1 gloſ.
9 *num. 282. Peregr. de iure fiſci lib. 2.*
42 *tit. 11. ſub num. 15. in fine* Ad quod ſi
animaduertiſſet, prout animaduerte-
re debuerat *Tiraquell. loco cit* equidem
incaute non pronunciaſſet ex genera-
li conſuetudine Galliarum in foro ſe-
culari exceptionem excommunicatio-
nis non ſeruari.

SVMMARIVM.

1 *In concernentibus animæ periculum, excommunicatus vti actor ſtare poteſt in iudicio.*

2 *Allegans propriam turpitudinem auditur in concernentibus animæ periculum.*

3 *Vbi adeſt periculum animæ iudex tenetur imperiri officium ſuum.*

4 *Vxor excommunicato reſtituitur iudicis officio.*

5 *Excommunicatus reſtituitur aduerſus omiſſam appellationem in cauſa matrimoniali.*

6 *Cauſa beneficialis æquiparatur cauſæ matrimoniali.*

7 *Excommunicatus qui poteſt abſolutionẽ obtinere non debet audiri etiam in cõcernentibus periculum.*

8 *Excommunicatus eſt audiendus quando dubia eſt excommunicatio, vel dubitatur de peccato.*

9 *Excommunicatus opponens nullitatem excommunicationis, auditur ſuper ipſa nullitate, ſed in ceteris actibus vitatur.*

10 *Excommunicatus agere poteſt in caſibus in quibus periculum eſt in mora.*

11 *Excommunicatus poteſt agere vt eius debitor fugitiuus retineatur, limita vt num. 12.*

13 *Quando actio eſt tempore peritura poteſt excommunicatus agere.*

14 *Excommunicatus laborans extrema neceſſitate petere poteſt alimenta.*

15 *Petitio alimentorum in caſu extremæ neceſſitatis defenſionem potius quam actionem reſpicit.*

16 *Mulier excommunicata agere poteſt ad dotem ſi maritus vergit ad inopiam.*

17 *Excommunicatus an poſſit agere ad præſcriptionem interrumpendam, remiſſiue.*

18 *In iudiciis duplicibus excommunicatus admittitur.*

19 *In iudicibus duplicibus qui primo prouocauit induit perſonam actoris.*

20 *Excommunicatus vt poſſit eſſe in iudicio tanquam reus, oportet vt ſit reus neceſſarius.*

21 *Excommunicatio non impedit reuocationem attentatorum.*

22 *Iudicium attentatorum ſapit naturam poſſeſſorii.*

23 *Attentata poſſunt reuocari ex ſolo iudicis officio.*

24 *Excommunicatus poteſt agere in iudicio*

ad

ad remotionem impedientium ſibi permiſſa.

25 *Excommunicatus poteſt conqueri ſi impeditur procuratorem conſtituere, vel Romam pro abſolutione petere.*

26 *Suſpenſus vel interdictus non prohibetur agere.*

27 *Suſpenſus a beneficio agens ad illum non auditur.*

28 *Prætendens ſe iniuſte excommunicatum, petere poteſt abſolutionem antequam in cauſa procedatur.*

27 *Excommunicatus in ſui præiudicium tenetur in iudicio comparere.*

28 *Cogitur excommunicatus proſequi iudicium.*

29 *Item compelli poteſt adimplere promiſſa.*

30 *Contra excommunicatum fieri poteſt executio.*

31 *Nec non aduerſus eum intentari poteſt remedium l. diffamari, C. de ingen. & manum.*

32 *Excommunicatus cogitur iurare de calumnia.*

33 *Item cogitur ſub iuramento reſpondere poſitionibus.*

ARGVMENTVM.

Plures recenſetur caſus in quibus excommunicatus etiam tanquam Actor poteſt eſſe in iudicio.

CAP. XXXII.

PRimus, eſt caſus in concernentibus animæ periculum, in his enim excommunicatus agens auditur, *Hoſt. in cap. significaue-
runt ſub num. 2. verſ. tu dic, de except.*
1 *Abb. ibidem num. 22. Felin. nu. 14. Rot.
dec. 7. eod. tit. in nouiſ.* ſicuti in concer-
nentibus animę periculum auditur quis
allegans propriam turpitudinem, *Gloſ.
in cap inter dilectos de donat.*

2 Quod eſt accipiendum vt excom-
municatus audiatur non ex iure ſibi
competente ſed ex iudicis officio, te-
netur enim iudex, vbi adeſt tale peri-
culum impartiri officium ſuum, vt de-
3 clarat *gloſ. in cap. quoniam multo verb.
vxores 11. quæſt. 3. Butr. in cap. fin. de
ordin. cogn. ibique Abb. nu. 12. Dec. in
ſæpe cit. cap. intelleximus num. 48. de
iudic.*

4 Vnde deducitur primo, Quod
excommunicatus agens ad reſtitutio-
nem Vxoris, reſtituitur ſaltem iudicis
officio, *Gloſ. in d. cap. quoniam multos
Hoſt. in ſumma tit. de reſtit. ſpoliat. §.
quando facienda num. 2. verſic. quid ſi
vir, Io. Andr. in cap. inter alia num. 2.
de ſent. excom. ibique Abb. num. 5. Fel.
n. 1. verſ. ſed numquid. Anchar. in c. ſta-
tuimus nu. 4. eod. tit. lib. 6. Vgolin. de
cenſur. tab. 2. cap. 15. §. 3. num. 4. & c.
23. §. 6. nu. 3. Specul. tit. de petit. & poſ-
ſeſſ. §. fi. n. 3. Cald. in d. c. fin. de ord.
cogn. ibique Butr. Pontan. de Spol. lib.
3. cap. 2. num. 4. Sanch. de matrim. lib.
9. diſput. 15. nu. 24.*

5 Deducitur ſecundo quod excommu
nicatus auditur, quando petit reſtitu-
tionem aduerſus omiſſam apellatio-
nem in cauſa matrimoniali, nam, & ibi
etiam verſatur animæ periculum *Rot.
d. deciſ. 7. de except. in nouiſ.*

Et pari ratione reſtituitur aduerſus
appellationem in cauſa beneficiali
quæ in hac materia ſimul cum cauſa
matrimoniali paribus greſſibus ambu-
lat, *Rot. d. deciſ. 7. de except. in nouiſ.*

6 Quæ omnia vera reputanda ſunt,
dummodo ſtante hoc periculo non poſ
ſit petere ſe abſolui, ſecus ſi poſſet, nam
ſi vere timet peccatum debet incipere
à priori periculo animæ, *Felin. in d. c.
7 ſignificauerunt nu. 14. verſ. ſed hoc forte
verum.*

Secundus eſt caſus, quando dubita-
tur de peccato, propter quod fuit ex-
communicatus, vel dubitatur de ipſa
excommunicatione, tunc enim audi-

tur

tur proſequens iudicium in materia
8 diſcuſſionis peccati iuxta terminos *capituli ſignificauit de off. iud.ord. ibique
Gloſ. fin. Butr. & Abb.* prout eos refert, & ſequitur *Felin. in d. capitulo intelleximus num. 7. verſic. 3. declaratio
de iudic. Bald. in l.lite C. de liberali
cauſa*.

Dixi quando dubitatur de peccato, propter quod fuit excommunicatus, vel ſuper ipſa excommunicatione, quo ſignificarem ad iſtum effe-
ctum opus eſſe quod dubitatio verſetur, An adſit, vel non adſit peccatum, ob quam lata eſt excommunicatio, cęterum ſi is, contra quem opponitur de excommunicatione fateatur ſe excommunicatum, ſed dicit excommunicationem nullam, eo quod lata ſit poſt appellationem legitimam, tunc
9 licet audiatur ſuper nullitate, tamen euitatur in cæteris actibus, vti excommunicatus *capitulo ſolet verſic. in ſecunda, de ſent. excom. lib. 6. Soccin. in d. cap. ſacris ſub num. 311. verſic. vnde ergo arbitror de ſent. excom. ſub num. 312. & 313.* ſubdit quid agendum, quando is, contra quem opponitur excommunicatio negat ſe eſſe excommunicatum.

10 Tertius, quando verſamur in caſibus, in quibus periculum eſſet in mora, tunc enim excommunicatus poteſt agere, quia non agit omnino voluntarie, ſed ſtimulatur ad agendum ex imminenti præiudicio, quod ſibi ex mora paratur, *Soccin. in cap. cum inter num. 13. de except. ibique Felin. ſub num. 16. & iterum Felin. in cap. dilectus col. penult. verſic. 4. fallit, de reſcript. & in cap. ſignificauerunt ſub num. 14. verſic. pro hoc facit, de except. Rot. deciſ. 7. cum aliis mox infra citandis*.

11 Qua ratione deducitur primo, excommunicatum agere poſſe vt eius debitor fugitiuus retineatur, *Soccin. Abb. & Felin. locis cit. Pont. d. cap. 2. ſub num. 4. Lupus in repet. cap. per veſtras §. 27. num. 8. de donat. inter vir. & vxor. Surd. de alim. tit. 8. princ. 83. numero 11. & 12. Viu. deciſ. 99. numero 13.*

Dixi agere poſſe vt debitor fugitiuus retineatur, nam hoc tantum ſufficit ad occurrendum præiudicio irreparabili, nec poteſt durante excom
12 municatione exercere actionem petendo debitorem cogi ad ſoluendum, quia hoc eſſet excedere periculi metas, *vt præcitati Doctores vnanimi conſenſu teſtantur*, ſubdit vlterius *Felin. in d. c. cum inter nu. 16. verſic. quare puto dicendum*, hoc quod de debitore fugitiuo diximus eſſe ſub duplici qualitate accipiendum, nempe quando periculum eſt in mora adeo, vt tempus quod requiritur in adhibenda ſummaria cognitione ad effectum, vt debitor poſſit de fuga ſuſpectus iurari, de qua *per Ang. in l. nemo C. de exact. trib.* non ſuppetat ad petendam abſolutionem, & quod iuramentum ſuper ſuſpicione debitoris probetur aliter, quam per excommunicati iuramentum.

13 Deducitur ſecundo, excommmunicatum agere poſſe, quando res eſt tempore peritura dummodo non ſit in eius facultate petere abſolutionem, alias agere non poſſet, *Abb. Felin. Lupus, Pont. & Surd. locis ante cit.*

14 Deducitur Tertio, excommunicatum extrema famis neceſſitate laborantem agere poſſe, vt ſibi dentur alimenta, niſi ſit moroſus in abſolutione petenda *gloſ. communiter approbata in cap. paſtoralis, cap. verum, vbi Abb. & ibi Dec. num. 9. de appell. Felin. in cap. Apoſtolica col. 5. de except. Franch. March. deciſ. 884. num. 2. Couar. var. reſol. lib. 3. capitulo 15. verſic. 12. cum aliis per Surd de alim. tit. 7. quæſt. 36. num. 7. & iterum tit. 8. priu. 83. num. 14. Carol. de Graſſ. d. except. 4. numero 55.*

Petitio enim alimentorum in tali caſu non tam actionem, quam defenſionem reſpicit, cum negare alimen-
15 ta ſit necare, *l. necare ff. de liber. agnoſc. c. paſce 36. diſt.*

Deducitur Quarto, quod licet mu-
16 lier excommunicata nequeat regulari-

ter agere ad dotẽ, *Bart. in l. ſi conſtante nu. 64. ff. ſol. matr.* tamẽ quando ſubeſt periculum perditionis, nempe quia vir vergit ad inopiam, & mulier non eſt moroſa in abſolutione petenda poteſt agere, *Lupus d. cap. 27. num. 8. Surd. d. priuil. 83. num. 7. cum ſeq.*

17 An autem excommunicatus poſſit agere ad interrumpendam præſcriptionem conſulendi ſunt *Doct. in cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend. & in cap. primo de præſcript. Socc. in cap. Sacris numero 292. de ſent. excom. Balb. de præſcript. par. 1. 6. par. num. 24.*

Quintus eſt caſus, quando verſamur in iudiciis duplicibus puta familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, in his enim
18 cum vterque ſit actor, & reus, *l. iudicium ff. commun. diuid. l. in tribus ff. de iudic. Abb. in cap. ex litteris numero 10. de prob.* Auditur etiam excommunicatus, ita ſcribunt *Butr. in c. ſignificauerunt circa med. de except. Felin. in d. capitulo intelleximus ante numero octauo, verſic. quinta declaratio, de iudic.*

Sed apud me hæc limitatio tuta nõ eſt, licet enim in duplicibus iudiciis quilibet dicatur actor, & reus; nihilominus negari non poteſt quin ipſe qui
19 primo loco prouocauit, dicatur magis ſubſtinere perſonam Actoris, *Bertrãd. conſil. 260. viſa extracta proceſſus nu. 2. lib. 2. par. prima, Lucchin. de curte in alleg. in materia Confin. impreſſa poſt Hier. de monte in tract. de fin. nu. 1. & 2.* Præſertim quando prouocatus nihil petit *idem de monte loco cit. cap. 48. num. 4. verſic. & quandocunque prouocatus*, ideoque in tali caſu nõ poſſet agere, quia actor excommunicatus repellitur, *d. cap. intelleximus de iudic.*

20 Præterea vt poſſit excommunicatus eſſe in iudicio tanquam Reus, non ſufficit quod ſit reus, ſed requiritur quod ſit reus neceſſarius, iuxta ea quę late dicentur *infra capitulo ſeq. num....* At nemo negabit quin is, qui in iudiciis duplicibus eſt primus in iudicio poſſit dici reus neceſſarius, Ergo.

Sextus eſt cauſus quando excommunicatus petit reuocationẽ attentatorum, nam in tali iudicio exceptio excommunicationis non obſtat; *Ita firmant expreſſe Franch. in cap. bonæ ſub num. 14. de appell. Dec. in cap. ex parte el ſecundo, verſiculo quarta concluſio, de reſcript. & conſil. 200. ſub numero ſecundo, Rip. in l. naturaliter §. nihil commune numero 68. ff. de acquir. poſſ. ibique Ant. de Matth. numero 43. Marant. Hier. de monte, & alii,*
21 *quos referunt, & ſequuntur Menoch. de recuper. remed. 17. numero 31. verſiculo quaro tertio, Lancell. de attent. part. 3. capitulo 22. numero 4. & plenius capitulo 24. quæſtione 3. numero 10. Rot. Lucen. apud Magon. deciſ. 71. in princ. Addentes ad Rotam deciſ. 2. numero tertio, verſic. tertia differentia de reſtit. ſpol. Gonzal. ad reg. 8. §. 7. probem. numero 239. Rota in Abulen. Cappellaniæ 5. Iunii 1598. coram bo. me. Giptio, & in Palentina Beneficii 4. Iunii 1614. coram R. P. D. Buratto, quæ eſt deciſio 589. numero ſexto, parte 1. tom. 2. in nouiſſ.*

Cæterum cum hæc materia iterum in facti contingentia fuiſſet in Rota ventilata de Anno 1605. res non paruam habuit difficultatem, propterea
22 quod videbatur iudicium attentatorum ſapere naturam poſſeſſorii, in quo exceptio excommunicationis admittitur, *cap. cum inter, & cap. ſignificauerunt de except. cum aliis relatis ſupra in decima extenſione.*

Tandem poſt multam diſſenſionem in eam ſententiam itum eſt, vt Attentata ad inſtantiam excommunicati non poſſint reuocari iure actionis, ſed iudicis officio, quia læſa eſt maieſtas iudicantis, quæ ex officio etiam parte non petente poteſt ad reuocationem procedere, apponendo ſequeſtrum, *ita fuit reſolutum in Concben. Archipresbyteratus 13. Nouembris 1605. coram bo. me. Penia tunc Rota Decano*, vide ad vlteriorem de-

cla-

Digitized by Google

clarationem *Soccin. in cap, ſacris num. 301. de ſent. excom.* vbi plures caſus diſtinguit.

Septimus eſt caſus vbi excommunicatus impeditur facere ſibi permiſſa, nam ad remouendum tale impedimen
24 tum poteſt eſſe in iudicio, *Lapus alleg. 54. quæ incipit quidam coram iudice ſub numero quinto, verſic. item ſi excommunicatus Io. Andr. in d. cap. intelleximus numero quarto, de iudic. ibique Abb. num. 7. Felin. numero 14. verſ. vltima declaratio Gemin. in cap. primo. num. 17. de reſcript. addentes ad Abb. in cap. apoſtolicæ num. 3. verſic. excommunicatorum, de cleric. excom. miniſtr.* quibus adduntur alii relati ſupra *in 6. extenſione verſic. Declaratur ſecundo, num. 2.*

Vnde cum permittatur excommunicato conſtituere procuratorem ad
25 ſui defenſionem, *d. cap. intelleximus de iudic.* vtique ſi ipſe impediatur in dando procuratore poteſt de hoc conqueri, & agere, *Io. Andr. in cap. intellleximus*, vbi quod procedit, licet ſit excommunicatus à longo tempore, & poſt multas inſtantias, *Archid. 4. quæſt. 1. in ſumm. Felin. loco cit. circa finem*

Et ſimiliter ſi excommunicatus Romam petat pro obtinẽda abſolutione, vel abſolutionis reſcripto, ſi oſſẽdatur vel impediatur in via poteſt conqueri & auditur, *Lap. Io. Andr. Abb. & Fel. locis citatis*.

26 Octauo, auditur quando verſamur in ſuſpenſo, vel interdicto, quia eis non eſt interdicta Hominum communio, *ita Innoc. in capitlo venerabili, & ibi Abbas de ſent. excom. Io. Andr. in d. capitulo intelleximus num. 1. & ibi Butr. num. 7. verſic. de ſuſpenſo, & ibi Abb. num. 14. & iterum Abb. in cap. Apoſtolicæ num. 2. de except. Felin. in d cap. intelleximus num. decimo*.

27 Niſi ſuſpenſus vellet agere pro beneficio, a quo eſt ſuſpenſus, quia tunc non auditur *Abb. in d. cap. Apoſtolicæ num. 9. Felin. in ſæpe cit. capitulo intelleximus, ſub num. 10. verſic. limita*.

Nono, auditur, excommunicatus quando prætendit ſe eſſe excommunicatum iniuſte, tunc enim quaſi
28 ſpoliatus iure ſpirituali poteſt petere ſe abſolui, antequam procedatur in cauſa, *Gloſ. in d. c. cum inter, de except. quem ibi ſequitur Bald. in 4.* dicens eſſe nota dignum.

Decimo, quando verſamur in his, quæ reſpiciunt excommunicati præiudicium, quia in his, non ſolum poteſt, ſed etiam cogitur excommunicatus in iudicium comparere, ne contingat ipſum ex ſua malitia commodum reportare, *d. cap. intelleximus, de iudic. ibique Abb. num. 4. Dec. num. 24. cap. ſi vere de ſent. excom. Gloſ. in cap. pro illorum de præbend. Innoc. in cap. exceptionem ſub num. 3. ad fin. de except. Bald. in l. nulla in fin. ff. de legibus*.

Vnde Deducitur primo, excommunicatum poſſe cogi ad proſequendum iudicium, quando Reus non excommunicatus vult, quod procedatur ad vlteriora, iuxta diſpoſitionem *Auth. qui ſemel C. quomodo iudex*, Ita ſcribunt *Innoc. loco cit. Bald in d. cap. intelleximus num. 7. de iudic. Felin. ibidem num. 7. verſ. tamen pro iſta opinione*.

29 Deducitur ſecundo, excommunicatum cogi poſſe ad ſoluendum debitum, & implendum promiſſa in contractu, *cap. ſi vere de ſent. excom.*

30 Deducitur Tertio, contra excommunicatum poſſe fieri exequutionem, *Franc. Marcb. deciſ. 868. num. 4. par. 2.*

31 Deducitur Quarto, contra excommunicatum habere locum remedium *l. diffamari C. de ing. manum. Innoc. in d. c. exceptionem ſub num. 3. Bald. loco cit. verſ. 4. Declaratio*.

32 Deducitur Quinto, excommunicatum conuentum cogi iurare de calumnia, licet non poſſit iurare in defe-

ctum probationis Bald. *in d. cap. cum inter num. 3. verſic. An excommunicatus, de except.*

33 Deducitur ſexto, excommunicatum cogi reſpondere ſub iuramento poſitionibus, quia per talia iuramenta non acquiritur ius, ſed preſtantur ad conuincendam maliriam, *Bald. loco modo citato.*

SVMMARIVM.

1 *Reus neceſſarius quis dicatur.*
2 *Citatio generalis per edictum facit reum voluntarium. limitatur vt ibi.*
3 *Reus voluntarius qui.*
4 *Excommunicatus non poteſt eſſe in iudicio vti reus voluntarius num. 5.*
6 *Excommunicatus non poteſt agere remedio l. diffamari C. de ingen.*
7 *Reus excommunicatus an poſſit petere vt cauſa expediatur actore eam proſequi negligente.*
8 *Excommunicatus petens abſolui fungitur iure rei.*
9 *Excommunicatus non poteſt petere exequutionem ſententia qua tranſiuit in iudicatum.*
10 *Nec proponere quarelam in officioſi. limita vt ibi.*
11 *Excommunicatus poteſt opponere exceptionem non numerata pecunia, & pracii non ſoluti.*
12 *Item exceptionem pacti de non petendo, ſolutionis, praſcriptionis, & rei iudicata.*
13 *Nec non iudicem vti ſuſpectum recuſare.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus poſſit eſſe in iudicio tanquam Reus.

CAP. XXXIII.

PRæfari primum oportet duas eſſe in hac materia iεorum ſpecies, Reum videlicet neceſsarium, & voluntarium. Neceſſarium reũ dicimus eũ, qui ſpecialiter & ſimpliciter vocatur ad iudicium; item, & illum, in quem actio expreſſe dirigitur, Innoc. *in d. cap. cum inter de except. quem ibi Doct. communiter ſequuntur, vt de communi teſtantur ibi* Dec. *num. 35. Bart.* Caſtr. *& reliqui in l. de pupillo §. fin. ff. de nou. oper. nunc. & iterum* Caſtr. *in l. liber. à patrono ff. de ius vocand. Soccin. in ſape cit. cap. ſacris num. 362. verſic. & dicitur eſſe de ſent. excom.* quod procedit ſiue vocetur pro ipſius proprio, & priuato intereſse, ſiue pro intereſſe ecclesiæ ſuæ, ſiue tanquam Tutor, vel curator, vel alius neceſsarius adminiſtrator, vt poſt *Io. de Lignano ſcribit Soccin. in d. capitulo ſacris, numero 362. verſic. & dicitur eſſe, de ſent. excom.*

2 Dixi ſpecialiter, & ſimpliciter vocatur ad iudicium, quia ſi citatio fieret generalirer per edictum contra quoſcunque contradicere volentes, tunc is, qui in iudicio ſe offert, non dicitur reus neceſſarius, ſed voluntarius, Innoc. *& cateri locis modo citatis. & iterum Innoc. in c. dilectis circa fin. de except. Felin. in d. cap. cum inter nu. 12. eod. tit.*

Niſi forte citatio eſſet contra plures citatos generaliter, ſed certos, veluti contra plures legatarios, de quibus conſtat in teſtamento, tunc enim eſſet perinde, ac ſi eſſent nominatim citati, quia genus in tali caſu operatur idem quod ſpecies, *l. ſi duo ff. de admin. tut. & in propoſito Dec. in d. c. cum inter ſub num. 35. verſic. pro concordia.*

Item

Item dixi ſimpliciter, quia ad effectum vt vocatus dicatur Reus neceſſarius, oportet citationem fieri ſimpliciter, ſecus ſi dicat, quatenus ſua intereſse putauerit, quia tunc eſſet Reus voluntarius, vt infra dicetur.

3 Voluntarium Reum appellamus eum, qui ad cauſam non trahitur, ſed iudicium aperit ſibi viam ad contradicendum, & opponendum, *Bald. in dicto cap. cum inter ſub num. 1. de exception. Soccin. in d. cap. ſacris num. 365.*

His ita explicitis duæ ſunt concluſiones in hac materia receptiſſimæ, prima quod excommunicatus non
4 poteſt eſſe iudicio, vti reus voluntarius, quia in hac materia æquiparatur actor, & reus voluntarius, vt tradunt *Doctores communiter in d. cap. intelleximus de iudic.* nec permittitur illi defenſio, quæ habet naturam impugnationis, *Innoc. in d. cap. cum inter de except. ſub num. 1. verſic. item etiam Io. Andr. num. 2 verſic. quid de illo, & num. 10. Abb. num. 12. & 24.* Dec. *nu 36. Caſtr. in d. l. libertas a patrono ff. de in iuſ. vocan. Soccin. in d. c. Sacris num. 362.*

Preterea Reus voluntarius primo debet legitimare perſonam ſuam in iudicio, quod quidem facere non poteſt excommunicatus, *Socc. in d. c. ſacris nu. 370. verſic. nam voluntarius de ſent. excom.*

5 Secunda eſt concluſio reus neceſſarius poteſt eſſe in iudicio, ibique poteſt proponere omnes defenſiones ad ſui fauorem facientes, & quæ habent naturam excluſionis, *Innoc. Io. Andr.* Abb. *& reliqui locis citatis.*

6 Ex prima concluſione, deducitur primo, excommunicatum non poſſe agere remedio, *l. diffamari C. de ing.* quia licet ſecundum receptiorem opinionem agens ex tali remedio dicatur reus, vt late probant *Oſaſch. deciſ. 150. Contard. in dicta l. diffamari, in prima quæſt. Couar. reſolut lib. 6. cap. 18. Rot. deciſ 422. numero 3. & deciſ. 601. parte 1. diuerſ. Caſ. de Graſſ. dec. prima, numero 1. & 2. de iudic.*

Tamen quia eſt reus voluntarius non poteſt experiri hoc remedio, cum ſaltem ſimilitudinarie ſit actor, *Butr. in d. capitulo intelleximus numero 13. ibique Abbas num.... Dec. num. 74. & iterum Dec. in d. cap. cum inter nu. 32. & 67. Caſtr. & Alex. loco cit. Cagnol. in d. l. diffamari n. 3. ibique Contard. numero 82. Bart. Blareri num. 24. verſic. vlt hoc loco Affl. deciſ. 288. ſub num. 3 Soccin. in cap. ſacris numero 310. de ſent. excom. Boer. deciſ. 255.* Cappell. *Tholoſ. deciſ. 137. Afflict. deciſ. 268.*

7 Deducitur ſecundo, quod licet quando Actor oblato libello negligit proſequi cauſam, poſſit Reus inſtare contra actorem, vt cauſa expediatur, vt in *Auth. qui ſemel C. quom. & quando iudex*; hoc tamen facere non poteſt Reus excommuuicatus, quia ad hoc nulla neceſſitate vrgetur, nam actore cauſam non proſequente ceſſat ratio odii, & neceſſitatis, quæ ſola operatur, vt excommunicatus poſſit ſtare in iudicio tanquam Reus; *Butr. in d. capitulo intelleximus num. 13. Abb. in d. cap cum inter num. 10. verſic aut eſt in iudicio, vt Reus, de except.* Felin. *ibidem ſub numero 10.* ſubdens hanc opinionem eſse ſubſtentabilem, & pro ea in facti contingentia fuiſse tempore ſuo in Rota pronunciatum de omnium conſenſu. *Alex. de Neuo ibidem ſub num. 2. ver tu autem aduerte, Caſtr. in d. l. libertus a patrono, & ibi* Alex. *numero 5. ff. de in ius vocan.*

Contrarium in hac parte exiſtimãt *Aretin. in d. c. intelleximus col. prima verſiculo 1. in quantum, cum ſequenti. Dec. in d. cap. cum inter, numero 32. verſic. mihi videtur verior, & hanc eandem opinionem tenet* Felin. *in hoc ſibi parum conſtans, in d. cap. intelleximus ſub numero ſeptimo, in ſecunda declaratione in fin. verſiculo ſecundo,*

allego, de iudic.

Hęc vltima opinio mihi videtur expreſſe probari *in d. cap. cum inter* § *porro*, dum inquit quod excommunicato quando in cauſa abſolutionis exiſtit non ſit iuſta deneganda ſententia, nam per iſta verba aperte fatetur excommunicato petenti iuſtam ſententiam abſolutoriam non eſſe denegandam.

Nec refert, ſi dicatur ſimul cum Abbate *d. text.* eſſe intelligendum quando excommunicatus petit ſe abſolui ab excommunicatione, quia ſequentia verba hanc interpretationem reiiciunt dum dicunt, nec interdici debet eidem appellationis remedium, ſi contra iuſtitiam condemnetur: Hæc enim verba demonſtrant pontificem loqui de ſententia ſuper petitione actoris, non autem ſuper abſolutione ab excommunicatione, vt bene animaduertit *Io. Andr. ibi, ſuper verbo abſolutionis*, dum exponit, quia abſoluendus eſt ab impetione Actoris & eundem ſenſum habuerunt ibi *Anchar. nu. 6. Butr. nu. 6. & 7. Dec. numero.* 32.

Præterea in iudicio licet non attendatur excommunicati fauor, tamen inſpicitur æquitas iudicantis, ne iudicium claudicare dicatur, vt ſunt formalia verba *Teſt. in d. cap. cum inter*, §. *porro* æquitas autem vult, quod vbi excommunicatus venit de neceſſitate ad iudicium, & conſtat eum iuſtam fouere cauſam, quod tunc Sententia abſolutoria feratur, alias iudicium claudicaret, quia non poſſet ferri niſi ſententia condemnatoria. Nec quēquam mouere debet ſi dicatur, quod ſi eſset habenda ratio ęqualitatis iudicii deberet excommunicatus recipi in iudicio, non ſolum tanquam Reus neceſſarius, ſed tanquam Actor voluntarius, quia ratio diuerſitatis eſt magna, ſi quidem excommunicatus ſi non poteſt in iudicium alium prouocare, non poteſt neq. condemnari, neq. abſolui, etiā quando ipſe eſt prouocatus, quia ſiue velit, ſiue nolit, tenetur eſſe in iudicio, *d. cap. intelleximus de iudic.* ſequitur quod ſi non poſſet abſolui, iudicium non poſset operari niſi ſolam condemnationem, quod eſt abſurdum, *d. cap. cum inter* §. *porro*.

Rurſum textus ibi loquitur de abſolutione, & condemnatione in caſu in quo condemetur, inquit .n. eſse admittendam appellationem; Ergo de neceſſitate debet intelligi de illa abſolutione, quæ opponitur condemnationi.

Demum negari non poteſt, quin excōcatus, poſſit eſse in iudicio tan-
8 quam reus, *d. cap. intelleximus*, At in caſu, in quo excommunicatus petit abſolutoriam, dicitur vere reus, quia nihil petit ſibi adiudicari, vt bene probat *Dec. in d. cap. cum inter ſub num.* 32. Ergo.

Prædicta ſemper intelligerem, quando excommunicatus non contemnit abſolui, quia tunc nec auditur ſe defendens, *Cald. in d. cap. ab excommunicato de reſcriptis, Felin. in d. cap. intelleximus ante num. 9. de except. Barbat. in c. ſacris extra quod met. cauſ. Marſ. ſing. 360. quod incipit, Apud Legiſtas Plot. inter conſ. crim. conſil. 73. ſub num. 8. verſic.* ex quo vſque demente.

9 Deducitur Tertio, excommunicatum non poſse petere, quod exequatur ſententia ad eius fauorem lata ante excommunicationem, etiam ſi illa tranſiſset in iudicatum, quia hoc non poteſt fieri, niſi per viam actionis, *c. 1. §. ſed et ſi poſt rem iudicatam de except. lib. 6. Io. Andr. in reg. dolo facis ſub num. 3. verſic. non petet de reg. iur. lib. 6.* Bald. *in d. cap. cum inter nu. 9. de except. Guidop. deciſ.* 215. *num.* 5. Aſin. *in praxi* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 17. Lancell. *de attent. par.* 3. *cap.* 24. *num.* 6.

10 Deducitur quarto, excommunicatum non poſse principaliter proponere quęrelam in officioſi teſtamēti, *Bal. loco cit. num.* 10. neq. excipere de non numerata pecunia *Bald. loco cit. numero* 10.

Dixi

Dixi principaliter, & per ſe, quia excommunicatus conuentus poterit intra legitima tempora excipere de non numerata pecunia, Hoc enim reſpicit defenſionem, non aut actionem, vt in ſimili dicimus, quando agitur contra ipſum, vt tradat rem venditam, poteſt excipere de pretio ſibi non ſoluto, *Io. Andr. in d. cap. cum inter, & ibi Bald. ſub num.* 8. *in fine, Abb. nu.* 26. *Dec. nu.* 64. *Soccin. in cap. ſacris, ſub num.* 316. *verſ. ſecus ſi eſſent, de ſent. excom.* Et hæc quo ad primam concluſionem.

Ex ſecunda concluſione, ſcilicet excommunicatum eſſe poſſe in iudicio vti reum neceſſarium, ac deducere omnes exceptiones ad ſui defenſionẽ facientes, & quæ habent naturam excluſionis,

11 Deducitur Primo, excommunicatum poſſe opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia hoc reſpicit defenſionem, dummodo proponatur excipiendo, non autem principaliter *Bald. in d. cap. cum inter num.* 10. *de except.*

Deducitur Secundo, quod ſi conueniatur ad tradendam rem venditam poteſt excipere de pretio ſibi non perſoluto, quia hoc etiam pertinet ad defenſionem ne cogatur ſine pretij ſolutione rem tradere, *Io. Andr. in d. cap. cum inter num* 7. *de except. ibiq; Bald. ſub num.* 8. *in fine. Abb. num.* 26. *Dec. num.* 64. *Socc. in cap. ſacris num.* 316. *verſ. ſecus ſi eſſent de ſent. excom.* Quod procedit etiamſi ad rem tradendum agatur in vim ſententiæ latæ, vel in vim iuramenti, aut alterius proceſſus exequutiui, prout reprobato *Specul. & Bart. in l. ſi duo patroni* §. *ſi quis iurauerit ff. de iure iur. tenent Bal. in d. cap. cum inter num.* 8. *verſ. Vtrum exceptio pretii ceterique communiter, prout de communi teſtantur Alex. in d.* §. *ſi quis iurauerit, num.* 3. & 4. *ibique Iaſ. num.* 4. *verſ. tu aduerte.*

12 Deducitur Tertio excommunicatũ excipere poſſe de pacto de non petendo, quia & hoc reſpicit defenſionem *gloſ. in d. cap. cum inter, verb. legitima defenſio verſ. et ſic poteſt de except.*

Deducitur quarto, poſſe opponere exceptionem ſolutionis, cum per eã omnis obligatio extinguatur *l. prout* 80. *ff. de ſolut. Inſt. quib. mod. oblig. tollitur in princ.* Similique ratione deducitur quinto, poſſe obiicere exceptionem præſcriptionis, quia illa ſimilis eſt ſolutioni *l. ſi pupillus ff. de admin. tut. l. ſi vnus* §. *ſed autem ff. de Iur. iur. & in ſpecie Bald. in d. cap. in telleximus num.* 9. *verſ. ſed nunquid ff. de Iudic.*

Deducitur Sexto, quod poteſt opponere exceptionem rei iudicatæ, doli mali, iuris iurandi, & quod metus cauſa, *Hoſt. in ſæpe cit. cap. cum inter ſub nu.* 6. *verſ. hic manifeſte patet.*

13 Deducitur Septimo, poſſe recuſare iudicem ſuſpectum, cum maxime defenſionem reſpiciat coram iudice non ſuſpecto litigare, *cap. cum inter.* §. *inquiſitioni ibique Hoſtien. num.* 6. *verſic. hic manifeſte, Bald. in principio. Butr. num.* 3. *An bar. num.* 3. *Abb. num.* 3. *Socci. in c. ſacris n.* 371. *de ſent. excom.*

Item, & poteſt excipere de non tuto acceſſu, iuxta terminos, *cap. ex parte* 47. *de appell. Hoſtiens. loco cit. verſi. vel ratione loci.*

Et quantum attinet ad hoc poteſt præſtare iuramentum deſuper neceſſarium, *Hoſtiens. loco cit. firmat.*

Et pari ratione dedicitur octauo poſſe excommunicatum obiicere fori declinatoriam, vt *idem Hoſtienſ. loco cit. firmat.*

Nec non poteſt excipere, quod iudex impetratus ab eius Aduerſario diſtet vltra duas dietas, hoc enim ad defenſionem pertinet, ne laboribus farigatus, & expenſis litis cedere cogatur, *cap. nonnulli, de reſcript. Hoſtienſ. loco citato. uerſ. Vel ratione iuris ſcripti.*

Deducitur nono, poſſe proponere exceptionem feriarum iuxta diſpoſitionem *cap. final. de feriis, Hoſt. in d. cap. inter, ſub. num.* 6. *uer. uel ratione temporis.*

Deducitur decimo, excommunicatum

tum poſſe excipere de nullitate, licet de illa agere non poſſit. Rota *deciſ.* 7. *de exc. in nouis, cũ aliis per Vant. de nullit. tit. qui poſſint de nullitate dicere, nu.* 30. *Pereg. de iure fiſci, lib.* 2. *tit.* 11. *n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus poteſt opponere exceptionem compenſationis quæ ſit ipſo iure.*

2 *Item quando pars aduerſa fatetur debitum.*

3 *Compenſatio quæ non ſit ipſo iure, non opponitur ab excommunicato etiam ſi debitum ſit liquidum, limita vt ibi.*

4 *Fideiuſor excommunicati conuenti an poſſit compenſare quod excommunicato debetur.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus poſſit proponere exceptionem compenſationis.

CAP. XXXIV.

EXcōmunicatum poſſe proponere exceptionẽ cōpenſationis, tenet Bart. *Brixien. in quæſt. Venereal. quæ incipit Quæritur vtrum excommunicatus. Io. Andr. in cap. cum inter, ibique Butr. num.* 4. *Dec. num.* 63. vbi inquit hanc eſſe veriorem. Contrarium cenſuerunt *gloſ. in d. cap. cum inter verb. reconuentione, & ibi Bald. num.* 5. *Anchar. num.* 10. *Imol. ſub num.* 8. *verſ. ſed forte. Felin. num.* 24. *Oldrad. &* Iacob. *de Aren. prout eos refert & ſequitur Bart. in l. amplius numero* 4. *ff. rem ratam haberi, & iterum* Bald. *in d. cap. intellexirrut num.* 5. *de iudic. Alex. conſ.* 12. *num.* 13. *lib.* 2. Pro opinionum concordia crederem aliquos eſſe di-
1 ſtinguendos caſus. Primus, quando verſamur in materia in qua compenſatio fit ipſo iure, & tunc excommunicatus poteſt compenſare, ita cenſuerunt Bald. *in cap. cum inter. num.* 5. *de except.* Alb. *de ſtatut. par.* 4. *q.* 92. *Nellus de bannitis par. prima tempore* 2. *q.* 67. *Tindar. de compenſat.* Ratio eſt, quia quando compenſatio fit ipſo iure, tunc debitum eſt extinctum *l. verum, & l. ſi ambo, & l. poſtquam, & l. fin. ff. de compenſ.* Ideoque exceptio compenſationis in tali caſu videtur magis exceptio intentionis, & facti, quam compenſationis, *Soccin. in d. c. ſacris, num.* 328.

2 Secundus eſt caſus, quando verſamur in materia, in qua non fit compenſatio, ipſo iure, & debitum ex parte excommunicati non eſt liquidum, ſed pars fatetur debitum, & acquieſcit cōpenſationi, & tunc etiam admittitur, nec debet iudex ex officio repellere excōicatum, quia non agit, ſed potius æquipollenter ſoluit, & ſatisfacit, & nō refert qualitercumq. ſatisfaciat, vt tenent *Hoſt. &* Card. *cum inter, ibique Abb. ſub num.* 24. *verſ. Puto quo ad noſtram, Socc. in d. cap. ſacris, num.* 383.

3 Tertius eſt caſus, quãdo cōpenſatio, nō fit ipſo iure, ſed debitũ eſt liquidũ, & tũc de rigore verior eſt opinio communis, quia quantũuis debitũ ſit liquidũ, tamen quia compenſatio non eſt ipſo iure facta, habet vim reconuentionis, vt notatur *in l. neque C. de compenſ. Bald. in d. cap. cum inter ſub num.* 5. *de except.* cum enim pars recuſet compenſare, oportet contra ipſum agere vt compenſet, a qua actione excommunicatus repellitur, vt bene in hac materia conſiderat *Abb. loco cit.* Cęterum de æquitate compẽſatio eſt admittenda, cum videatur quædam defenſio, ideo enim non ſoluit, quia impeditur facto Aduerſarii, qui ſi excōmunicato ſolueret, æque ille ſatisfaceret, *Abb. loco cit. & idem ſentire videtur Rota apud Put. deciſ.* 284. *num.* 3. *lib.* 2. Et facit quod licet regulariter aduerſus Inſtrumentum obligatione Camerali vallatum non admittatur com-

compenſatio, *Afflict. deciſ.* 381. *Capic. dec.* 167. tamen quando debitum eſt liquidum admittitur æquitate ſic ſuggerente, idem *Afflict. dec.* 163. *die 7. Octobris, ſub num. 3. verſ.* Ego ſtimulo *Galleſ. de oblig camer. par. 4. q. 2. nu. 7. & 8.*

Crederem tamen æquitatem huiuſmodi eſſe ſeruādam in excōmunicato, qui non eſt in mora petendi abſolutionem, nam ſi eſſet in mora, non eſſet dignus aliqua æquitate, *ex trad. per Felin. in cap. ſignificauerunt, num. 14. de except.*

4 An autem fideiuſſor excommunicati conuentus poſſit compenſare, quod debitum eſt excommunicato, conſulendi ſunt *Io. Andr. in d. c. cum inter, num. 12. de except. ibiq. Abb. num. 27. Dec. num. 65. Pariſ. nu. 48. & ſeq. Anchar. in cap. intelleximus, nu. 4. cum ſeq. de iudic. Socc. d. c. ſacris a num. 384. cum ſequentibus.*

SVMMARIVM.

1 *Referuntur quæſtiones remiſſiue.*

2 *Excommunicatus comparens tanquam tertius pro ſuo intereſſe auditur dummodo poſſideat.*

3 *Qui non poſſidet ſi comparet pro ſuo intereſſe dicitur actor.*

4 *Excommunicatus conuentus vigore laudi poteſt petere reductionem illius ad arbitrium boni viri, limitatur vt num. 5.*

ARGVMENTVM.

Excommunicatus an poſſit petere reſtitutionem in integrum, & an poſſit parere tanquā tertius, & an poſſit petere reductionem laudi.

CAP. XXXV.

1 QVęritur Primo An excommunicato ſit danda reſtitutio in integrum? quidem diſſonæ ſunt admodum Doct. ſentētiæ de quibus in cap. inter & cap. ſignificauerunt de exception. quorum dicta collegerunt *Pariſ. in d. cap. ſignificauerunt num. 44. cum ſequenti Soccin. in cap. ſacris num. 302. cum ſeq. de ſent. excom. Duen. reg.* 270. ad quos lectorem remitto.

2 Quæritur Secundo, An excommunicatus comparens tanquam tertius pro eius intereſſe audiatur? duo ſunt diſtinguendi caſus, primus ſi poſſidet & tunc auditur quia poſſeſſio facit illum reum, *l. ſi pupillus* §. *defendere ff. de priu. Cred. l. de pupillo* §. *qui remiſſionem ff de nou. oper. nunc.* quorum Iurium auctoritate, ſic in ſpecie ſcribit, *Bald. in d. cap. cum inter num. 6.*

3 Secundus quando non poſſidet, & tunc aut ipſe intendit aliquid conſequi, & quia comparens pro eius intereſſe dicitur Actor, vt pluribus probat *Anchar. conſ. 333. quod incipit, Ad dubia*, merito ſi ſit excommunicatus non auditur, *Abb. in d. cap. cum inter num. 39. Dec. num. 38. Felin. in d. cap. ſignificauerunt ante num. 11. de except.* Aut non intendit conſequi aliquid ſed venit vel tanquam citatus nominatim, vel quia ſi non eſt citatus ſaltim ex proceſſu agitato, vel agitando videt ſibi parari præiudicium & tunc admittitur, quia venit tanquam reus neceſſarius, vt bene firmat *Socc. in d. cap. ſacris ſub. num. 318. verſ. Aut iſte tertius, & verſ. ſecus ſi veniret de ſent. excom.*

Quæritur Tertio, An excommunicatus poſſit petere reductionem laudi ad arbitrium boni Viri, & regulariter petere non poſſe cenſuerunt *Imol. in d. cap. ſignificauerunt, ibique Abb. ſub num.*

num. 21. Felin. num. 10. & ante eos Bald. ibi ſub num. 9. verſic. Sed numquid.

4 Contrarium cenſuit *Cald. conſ. 1. tit. de arbitr. quem probat Butr. in d. cap. ſignificauerunt num. 13. verſ. ex hoc puto.* Mihi placet opinio Soccini diſtinguentis vt quando eſt excommunicatus eſt is, cōtra quem fuit laudatum & conuenitur vigore ipſius laudi, & tunc ſi comparens opponit de iniquitate laudi, poteſt petere illud reduci ad arbitrium boni Viri, quia taliter agendo ſe defendit.

Si vero excommunicatus non conuenitur, ſed petit principaliter laudū reduci, & tunc regulariter non auditur, & ita *Soccin. in cap. ſacris num. 309. verſic. ego arbitror de ſenten. excommun.*

5 Declaratur dupliciter, primo, ne procedat vbi ſtatuta tribuunt exequtionem laudo, non obſtante quod petatur reductio intra decem dies, *Felin. loco citato*.

Secundo, ne procedat in ſententia meri Arbitri, quæ ſi non contradicitur emologatur decēdio, *l. penult. C. de arbitr. Felin. loco citato*.

SVMMARIVM.

1 *Refertur opinio affirmatiua.*
Contraria num. 2.
Diſtingue vt num. 3.
4 *Canonicus excommunicatus an poſſit ſe opponere electo petenti confirmationē.*
5 *Excommunicatus an poſſit conqueri de nullitate vel iniuſtitia capturæ remiſiue.*

ARGVMENTVM

An excommunicatus paſſus immiſſionem in contumaciam, audiatur petendo eam reuocari.

CAP. XXXVI.

1 TRes ſunt Doct. ſententiæ. Prima eſt *Iacob. de Aretio* qui cēſuit ſimpliciter excōmunicatum audiri poſſe, prout ipſum refert *Bart. in l. de pupillo* §. *fin. ſub num. 2. ff. de nou. oper. nunciat.* cuius opinioni adhæſiſſe videtur *Bald. prout illum refert Iaſ. in d.* §. *fin. ſub num. 3.* ea potiſſimum ratione, quia ſi alter diceremus, ſequeretur quod poſſet fieri iniuria excommunicato concedendo immiſſionem, de qua excommunicatus conqueri non poteſt, quod eſt abſurdum, *l. ſi longius,* §. *ſi filius ff. de iudic. Auth. habita, C. ne filius pro Patre*. Verum hac ratione attenta, ſequeretur quod ex eius identitate deberet poſſe agere ſpolio, cum alioqui repellatur ab omni remedio reſtitutorio, *gloſ. in cap. ex inſinuatione de Procur. cum aliis congeſtis ſupra in cap. præcedenti num. 3.*

2 Secunda, propterea fuit opinio, quod indiſtincte excommunicatus nō poſſit petere reuocationem immiſionis, quam tenuit *Hoſtienſ. in cap. dilecto, de verb. ſign. Specul. tit. de contumacia* §. *finali verſ. ſed pone reus. Imol. & Rom. in l. pupillo* §. *fin. Lapus al. leg. 54. num. 5. verſ. declaro hoc. Io. Andr. in cap. de reſcript. lib. 6.* pluribus rationibus ſuffulti, quas videre licebit apud *Iaſ. in d.* §. *fin. ſub num. 3. col. 2. Felin. in d. cap.* Intelleximus *ſub num. 5. de iudic.*

3 Tertia fuit opinio *Bart. in d. l. de pupillo.* §. *fin. ſub num. 2.* qui mediam gradiens viam putat eſſe diſtinguēdum, quod aut excommunicatus venit vti reus principaliter, nempe vti citatus per prius, & ſic ad ſubeundum cauſæ defenſionem, & tunc licet conſequēter petat reuocari immiſionem, tamen debet audiri quia attento initio primordiali eſt reus neceſſarius, aut venit

nit

nit principaliter petens retractari tenutam tamquam non legitime factā, & tunc non poteſt audiri, & hanc *Bart. diſtinctionem ſequuntur* Felin. *in dicto cap. intelleximus, num. 4. & 5.* Dec. *à num. 51. cum ſeq. Nellus de Bannit. in prima parte. 2. tempor. q. 63. Roman. conſil. 217. per tot. Gemin. in c. 1. num. 7. de reſcript. lib. 6. Franch. num.* 13. & hæc eſt communis opinio, prout de illa teſtantur *Felin. in d. c. intelleximus ſub num. 4. col. 4. in fine, verſ. Et ex prædictis*, Vide ad vlteriorem huius rei declarationem, *Socc. in cap. ſacris, a nu. 291. cum pluribus ſequentibus, de ſent. excommun.*

4 An autem Canonicus excommunicatus poſſit ſe opponere electo petenti confirmationem, diſputat late *Socc. in d. capitulo ſacris a num. 368. cum ſeq.*

5 An vero excommunicatus poſſit conqueri de nullitate, aut iniuſtitiā, capturæ, conſulas *Io. Andr. in cap. 1. de reſcript. lib. 6. Felin. in d. cap. intelleximus, ſub nu. 5. verſ.* Pro *iſta opinione, & verſ. per hæc dubito*, & quomodo audiatur, appellans, & an poſſit accuſare teſtes de falſo, idem *Soccin. loco citato, num. 356. & 367.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem conſtituere regulariter nemo cogitur.*

2 *Verbum debet, quid importet, & nu. 7.*

3 *Qui ratione delicti perſonaliter comparere non poteſt, tenetur procuratorem conſtituere.*

4 *Excommunicato reſeruatur legitima defenſio.*

5 *Iudæus admittitur ad defendendam cauſam propriam.*

6 *Text. in l. cum miles. ff. de alien. iudic. mut. cau. fact. declaratur.*

8 *Diſpoſitio legis inducit neceſſitatem.*

9 *Sacerdos tenetur cauſam agere per procuratorem.*

10 *Mulier inhoneſte viuens, cogitur procuratorem conſtituere.*

11 *Excōmunicatus equiparatur relegato.*

12 *Vbi non reperitur procurator ſaltem idoneus excommunicatus admittitur ad defendendam cauſam propriam.*

13 *In locis inſignibus præſumitur copia procuratorum.*

14 *Excommunicatus admittitur ad defendendam cauſam propriam quæ requirit induſtriam perſonæ.*

15 *Item quando cauſa eſt criminalis.*

16 *Necnon vbi ita egeſtate laboret, vt procuratori ſatiſfacere nequeat; limita vt ibi.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus in caſu in quo poteſt eſſe in iudicio vti reus neceſſarius, ſit cogendus inuitus conſtituere procuratorem, An vero poſſit defendere cauſam per ſeipſum.

CAP. XXXVII.

SVnt qui extimāt excommunicatum non eſſe cogendū ſimpliciter, ſeu præciſe ad conſtituendum Procuratorem ſed ipſū debere ex debito honeſtatis comparere per Procuratorem, *Ita ſentiunt gloſ. in d. cap. intelleximus. verb. conueniri poteſt, verſ. ſed numquid* quem ſequuntur ibi *Hoſtienſ. ſub num. primo verſ. tamen non cogitur, Io. Andr. num. 3. Bald. num. 2. Butr. num. 8. & 9. Anchar. num. 2. verſ. oppono, & nu. 3.* Felin. *num. 3. Abb. num. 3. Socc. qui etiam teſtatur de communi in cap. ſacris, à num. 392. vſque ad num. 395. de ſent. excom. Peregr. de iure fiſci tit. 10. num. 22. Paris in cap. cum inter num. 1. de except.*

Mouentur Primo, quia regulariter nemo cogitur Procuratorem conſtituere, *cap. querelam de procur. l. prima §. vſus vultem ff. eodem tit.* quinimo

ad

Digitized by Google

ad factum pertinet, principales regulariter coguntur illud proponere per ſe ipſos, *cap. paſtoralis, de iudic.*

Nec refert, ſi dicatur eſſe cautum expreſſe quod excommunicatus debeat comparere per Procuratorem *in d. cap. intelleximus*, quia reſpondetur
2 quod verbum, debet, licet regulariter importet neceſſitatum præciſam, *gloſ. in clem. attendentes, verb. debent de ſtatu monach.* quam ſequuntur plures relati per *Tiraquell. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 15. in fine*, tamen plerumque ſolet importare honeſtatem, *gloſ. in d. clem. Attendentes, & iterum in cap. 1. de deſponſ. impub. & in cap. 1. 15. q. 1.* Quare verbum illud, debet, eſt intelligendum pro debito honeſtatis, prout illud intelligunt ibi *Doct. paulo ante citati*, vt euitentur abſurda, de quibus mox infra dicetur.

Huic Argumento reſpondetur, quod
3 quoties quis ratione delicti non poteſt perſonaliter comparere, tunc cogitur Procuratorem conſtituere, vt probat *Teſt. in l. Papinianus 21. ff. de minor.* vbi exuli currunt tempora, præfixa ad petendam reſtitutionem, nam licet non potuerit perſonaliter comparere poterat per procuratorẽ, quem teſtiũ ad hoc expendunt, *Aret. Barbat. & Alciat. loco cit.*

4 Mouentur Secundo, quia excommunicato reſeruatur legitima defenſio, *cap. cum inter de except. cap.* Intel*leximus, & vtrobique* Doct. *communiter de Iudic.* At ſi cogeretur inuitus Procuratorem conſtituere dateretur caſus, in quo ſibi tolleretur defẽſio, ergo. Minor probatur, quia cauſa poteſt eſſe ardua, quæ propterea requirit induſtriam principalis, *d. cap. querelam verb. grauibus, de procurat.* Item, quia contingere poteſt, ne reperiat Procuratorem idoneum, quo caſu eſt perinde ac ſi nullum Procuratorem habeat, *cap. 2. de translat. Pralat.* aut forte poteſt eſſe fortunis ita lapſus, vt nequeat Procuratori pro laboribus ſatisfacere, & conſequenter non reperiet, vel ſaltim non ita facile. Additur quod vt plurimum, cum excommunicatus debeant vitari, *cap. primo de except. lib. 6.* non ita lubenter Procuratores eius defenſionem ſuſcipient. Huic etiam Argumento adhærentes contrariæ opinioni reſpondent hoc eſſe imputan dum excommunicato eo quia poſſet his omnibus occurrere petendo abſolutionem, ideoque cum eam non petat, non eſt aliqua miſeratione dignus. Sed hæc ſolutio non tollit Argumentum, quia poteſt dari caſus, in quo abſolutio petatur, & nõ poſſit ſic facile obtineri. Quare crederẽ rectius poſſe reſponderi non eſſe bonũ Argumentum, poſſunt dari aliqui caſus, in quibus æquitas ſuadet debere excommunicatum audiri per ſeipſum; Ergo conſtituenda eſt regula generalis, in omni caſu excommunicatum poſſe comparere per ſe ipſum, & nuſquam eſſe cogendum comparere per Procuratorem, quia quilibet caſus eſt decidendus ſecundum ſuam rationem *l. Papinianus ff. de minorib.* Tertio hæc opinio probari poteſt à ſimili, quia etiam Iudæus admittitur ad
5 defendendã cauſam propriam ex allegatis ſupra, *lib. 2. cap. 26.* Ergo etiam excommunicatus, cum vterque ſit extra eccleſiam. Sed hoc Argumentum poteſt etiam euitari, quia excommunicato negatur forenſis cõmunio, vt rubore, & neceſſitate coactus, ad gremium eccleſiæ citius reuertatur, *cap. 1. de except. lib. 6.* quod quidem dici non poteſt de Iudeo, de quo nihil ad nos, *cap. gaudemus de diuort.*

Contrariam propterea opinionem, ſcilicet quod excommunicatus nequeat in iudicio defendere cauſam propriam, in qua ſuſtinet partes Rei neceſarij, tenent *gloſ. in cap. paſtoralis, verb. factum, verſ. Item excommunicatus de iudic. Calder. cuius opinionem dicit forte veriorem* Imola *in d. cap. intelleximus numero 2. eamque diſputando tenet Barbatia ibidem numero 8. & 9. & 31. & 32. Dec. num. 46.* vbi inquit hanc eſſe veriorem, *Franc. Aret.*

Aret. colum. 2. verſic. Vltimo adde dictum, *Alciat. num.* 13. & hanc eandem late defendit *Suarez de Paz in praxi.par.prima,tom.1.temp.5. a num. 53.cum ſequen. vbi nu.* 56. dicit hanc eſſe veriorem, & communem, allegans ad hoc *Pariſ. in cap. ſignificauerunt,num.* 8. *de except.* qui tamen non dicir illud, ad quod allegatur,& contrarium firmat in *d.c. cum inter, nu.* 1.

6 Ducuntur primo, per *Teſt. in l.cum miles*, *ff. de alienat.iudic. mutand. cauſa fact.* vbi cogitur alienans in eiuſdem odium litigare per ſeipſum, nec poteſt litigare mediante perſona militis.

Hic teſt. licet de illo ſatis more ſuo glorietur Barbatia, tamen ad rem parum facit: ibi enim non cogirur alienans lirigare per ſeipſum, ſed prohiberur fieri ceſſionem in militem, ne propter militis priuilegium, alienans videarur litem magis quam rem tranſtuliſſe.

7 Secundo, pro hac opinione affertur *Teſt. in dicto cap. intelleximus*, *de iudic.* vbi expreſſe dicitur excommunicatum debere comparere per procuratorem, verbum autem debet, ex propria ſignificatione importat neceſſitatem, *dict. clem. attendentes*, *verb. debent, de ſtatu monach.*& conſtat verba eſſe intelligenda ſecundum propriam eorum ſignificationem, *l. quicquid aſtringendæ*, *ff. de verb. ſignif. l. fideiuſſores magiſtratuum*, *§.pro Aurelio*, *ff. de fideiuß.cum aliis per* Surd. *deciſ.*283.*num.*5.

Huic argumento ſolet reſponderi ex traditis ſupra *num.* 2. Ego etſi fatear contrariam opinionem eſſe receptiorẽ,nihilominus inſpecta iuris cenſura crederẽ veriorem eſſe opinionem affirmatiuã, videlicet, quod regulariter etiam ſe defendendo non poſſit excommunicatus comparere per ſeipſum, ſed eſſe cogendum comparere per procuratorem.

Moueor primo,quod vbi lex diſponit aliquem debere comparere per procuratorem, illa diſpoſirio eſt neceſſaria.

8 At in caſu noſtro habemus *Teſt. in dicto capitulo intelleximus*, diſponentem excommunicatum debere comparere per procuratorem: ergo diſpoſitio eſt cenſenda neceſſaria. Aſſumptum probatur in *l. quicumque C. de procuratorib.* vbi Illuſtres perſonæ ſub pœna inualiditatis ſententiæ coguntur lirigare per procuratorem: Hoc idem à ſimili probari poreſt *in l. clarum*, *C. de auctoritate præſtandæ*, vbi minor cogitur eſſe in iudicio, cum auctoritate Tutoris, vel Curatoris.

Secundo cogitur Sacerdos cauſam
agere per procuratorem ad hoc ne
9 ab Eccleſiaſticis miniſteriis abſtrahatur, *capitulo Quia Epiſcopus,5.quæſtione tertia*. Ergo tanto magis cogi poteſt excommunicatus, quia plus eſt quod excommunicatus in foro verſetur, quam quod Sacerdos propriam, aut Eccleſiæ cauſam agat.

Tertio, ad effectum, vt quis cogatur conſtituere procurarorem, ſufficit minor cauſa, quàm importet ipſa excommunicatio: ergo tanro magis debet ſufficere excommunicatio ipſa, Argumenro, Authen. multo magis *C. de ſacroſ. eccleſ.*

10 Aſſumptum probatur, quia cogitur conſtituere procurarorem mulier luxurioſe viuens, *l. mulieri*, *ff. de curat. furioſo*. Item, & perſonæ in agendo indiſcretę, *c. paſtoralis,de iudic.* negari enim non poteſt, quin minor ſit cauſa luxurioſe vitę,& indiſcretionis, quam cauſa excommunicationis.

Quarto,exommunicatus non auditur in propria perſona proſequẽdo appellationem interpoſirã ab iniuſta excommunicarione, niſi prius abſoluatur, *c. per tuas,de ſent.excom.cap. ſolet*, *eod. tit. lib.* 6. Ergo tanto minus debet audiri, quando ſe defendit in alia

cauſa, in qua non impugnatur ipſa excommunicatio, Ita in ſpecie in hac materia argumentatur *Franc. Aret. in d. c. intelleximus, col. fi. verſic. Iſta conclusio probatur*, vbi occurrit obiectis, quæ fieri poteſt.

Quinto, quod excommunicatus debeat in iudicio ſe defendere per procuratorem, eſt introductum non ſolum gratia ipſius excommunicati, ſed etiã aliorum, & præcipue Iudicis, qui non eſt cogendus omnes indifferenter audire, *c. paſtoralis, de iud. & facit teſt. in d. l. quicumq. C. de proc.*

11 Demum, quia excommunicatus æquiparatur relegato, *glo. fin. ante med. in c. paſtoralis, de appel.* relegatus autẽ cogitur quamuis inuitus procuratorẽ conſtituere, *l. Papinianus, ff. de minoribus*.

Hæc Concluſio extenditur, vt ſine difficultate procedat in perſonis, quæ regulariter debent comparere per procuratorem, prout ſunt perſonæ illuſtres, *d. l. quicumq. C. de procur.* & aliæ, de quibus *per gloſ. in d. c. paſtoralis, de iudic.*

Eadem Concluſio limitatur primo, ne procedat in locis, in quibus non reperiretur procurator ſaltẽ idoneus, tunc enim etiam excommunicatus ad-
12 mittitur ad defendendam cauſam propriam, quia iura, quæ præcipiunt, vt aliquis debeat comparere per procuratorem, debent intelligi, ſi reperiatur procurator idoneus, vt probat *teſt. in l. idẽ que, in prin. ff. pro Socio, ibiq. Butr. Franc. Aret. in ſæpe citato c. intelleximus, col. fi. in fi. verſ. Reſpondeo vt dixi, de iudi. ibiq. Dec. nu. 46.*

13 In locis autem inſignibus copia procuratorum idoneorum præſumitur, *c. ſtatutum, de reſcr. lib. 6. Bar. in l. ſi bonorum, ff. de bonorum poſſ. Aret. & Dec. locis cit.*

14 Secundo limitatur, ne procedat, quando cauſa requireret de neceſſitate induſtriam principalis: tunc enim, quia hoc non poſſet explicari per procuratorem, poteſt comparere excommunicatus per ſeipſum, alias illi quodammodo denegaretur defenſio, *Doct. communiter in c. intelleximus, de iudic.* pro quibus facit *glo. in l. fi. ver.* Iuſtiores, *verſic. Vel tertio, quia Dominus, C. de procur.* quem ibi ſequuntur *Bar. Bal. & reliqui*.

15 Tertio limitatur, ne procedat in cauſa criminali, nam cum in ea regulariter non admittatur comparitio per procuratorem, *l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudic. l. 2. & l. fi.* Et vtrobique Gloſ. *& Doct. C. de procur.* ſi non admitteretur ad ſe defendendum per ſeipſum, tolleretur vtique excommunicato omnimoda defenſio, *Doct. in d. c. intelleximus; & præſertim Aret. in fin. verſic. Reſpondeo vt dixi, Abb. num. 5. verſic. Quid ſi cauſa criminalis, Soccin. in d. ca. ſacris, num. 394. de ſentent. excomm.*

16 Quarto limitatur, ne procedat, quãdo excommunicatus tali egeſtate laboraret, & non valeret procuratorem conſtituere, nam & in hoc etiam caſu audiretur per ſeipſum, *Abb. loco cit. ante nu. 6. verſic. Sed ex prædictis.*

Hæc limitatio in ſupremis Tribunalibus accipienda videtur cum grano ſalis, propterea quod in illis adeſſe ſolent Aduocati, & Procuratores pro pauperibus deputati, vltra quod (vt in Vrbe pluries ſum expertus, & præſertim in ſupremo Rotæ Tribunali) pauperi petẽti datur Aduocatus, & Procurator gratis, quæ res facit, vt ceſſet cauſa paupertatis. Quare crederem in tali caſu poſſe excommunicatum ſollicitare ſuum Aduocatum, & Procuratorem, ſed iudicium, & acta eſſe facienda ſub nomine procuratoris.

Demum limitatur in quocumque caſu iudici videretur quod ſi principalis non compareret per ſe ipſum, denegaretur illi defenſio, nam hæc materia, vt quis compellatur comparere per ſeipſum, vel per procuratorem videtur iudici arbitraria, *cap. paſtoralis, de iudic.*

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio reſcripti eſt praambulum, iudicii.*

2 *Excommunicatus neque per ſe, neque per procuratorem poteſt impetrare reſcriptum.*

3 *Etiam ſi mandatum ad impetrandum ſit datum nomine, & ratione publici officii quod excommunicatus gerit.*

4 *Profeſſio facta vigore reſcripti impetrati ab excommunicato eſt nulla.*

5 *Excommunicatus non poteſt impetrare reſcriptum, etiam a Prælatis, nec a Principibus ſæcularibus.*

6 *Reſcriptum impetratum ab excommunicato eſt nullum, etiam ſi parti aduerſa conſentiat impetrationi.*

7 *Excommunicatus non poteſt impetrare reſcriptum, etiam pro alio non excommunicato.*

8 *Excommunicatus etiam occultus, non poteſt impetrare reſcriptum.*
Limita vt ibi.

9 *Nec poteſt de iudice concordare, nec dare liſtam confidentium.*

10 *Excommunicatus non poteſt impetrare reſcriptum, etiam ſi ſit promotor fiſcalis.*
Limitatur vt ibi.

11 *Vigore reſcripti per excommunicatum impetrati, excommunicatus ipſe reconueniri non potiſt.*

12 *Excommunicatus poteſt reconueniri vigore reſcripti ante excommunicationem impetrati.*

13 *Reſcriptum indultũ, vel indulgentiæ motu proprio Principis excommunicato conceſſum, eſt nullum ipſo iure.*

14 *Legatus à latere non poteſt facere actũ contra ius.*

15 *Reſcriptum impetratum ab excommunicato, & non excommunicato, an ſit nullum ex parte vtriuſque.*

16 *Reſcriptum impetratum ab excommunicato, non inducit litis pendentiam, neque in petitorio, neque in poſſeſſorio.*

17 *Abſolutio ſuperueniens, non validat reſcriptum.*

18 *Sententia lata contra excommunicatum vigore reſcripti ab ipſo impetrati, an ſit valida.*

19 *Princeps poteſt rei ſubſtantiam amplexari reiecta ſolemnitate.*

20 *Excommunicatus non poteſt præſentare reſcriptum impetratum ante excõmunicationem.*

21 *Reſcripti præſentatio, eſt pars proceſſus.*

22 *Reſcripta de ſtylo Curiæ, continent abſolutionem a cenſuris.*

23 *Mentio excommunicationis impetrãtis, validat reſcriptum impetratum a Papa.*

24 *In caſibus in quibus excommunicatus eſſe poteſt in iudicio, poteſt etiam impetrare reſcriptum.*

25 *Excommunicatus poteſt impetrare reſcriptum ſuper articulo abſolutionis.*

26 *Excommunicatus duplici excommunicatione, poteſt impetrare reſcriptum ſuper abſolutione vnius.*

27 *Excommunicatus non poteſt pro alio abſolutionem impetrare.*

28 *Pater excommunicatus poteſt impetrare abſolutionem pro filio excommunicato.*

29 *Excommunicatus poteſt appellare.*

30 *Excommunicatus ſuccumbens, poteſt ſuper appellatione reſcriptum impetrare.*

31 *Ab actu partis extraiudicialiter facto, excommunicatus appellans, non auditur.*

32 *Actus reſpiciens legitimam defenſionem, poteſt in iudicio excommunicatus exercere.*

33 *Excommunicatus poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, dummodo non opponatur principaliter.*

34 *Item exceptionem precii non ſoluti, pacti de non petendo, ſolutionis, præſcriptionis, & rei iudicatæ.*

35 *Exceptiones percutientes iudicis perſonam, opponi poſſunt ab excommunicato.*

36 *Necnon exceptione fori declaratoria, & feriarum.*

37 *Excommunicatus poteſt impetrare reſcriptum circa omnia eius defenſionem concernentia. Limita num. 38.*

39 *Excommunicatus an poſſit impetrare reſcriptum ad recuperandam famam.*

40 *Excommunicatio doloſe lata non impedit impetrationem reſcripti.*

41 *Doloſe excommunicans, tenetur parti ad intereſſe.*

42 *Commiſſiones Rotales non tribuunt iuriſdictionem, ſed tantum iuriſdictionis exercitium.*

43 *Rotæ Auditores habent iuriſdictionē ordinariam in cognoſcendo, delegatā vero in decidendo.*

44 *Idem reſcriptum reſpectu diuerſorum, poteſt eſſe validum, & inualidum.*

45 *Ordinarius cui a Papa commiſſa eſt cauſa, quando procedat uti delegatus.*

46 *Excommunicatio ſuperueniens, non annullat reſcriptum ante impetratum.*

47 *Excommunicatus an poſſit petere vt committatur receptio teſtium.*

48 *Articuli dependentes, ſortiuntur naturam cauſa principalis.*

49 *Articuli dependentes debent tractari ſummarie, quando in cauſa principali ſummariè tractantur.*

50 *Eadem prohibitio quæ eſt de parte quo ad partem, viget de toto, quo ad totum.*

51 *Excommunicatus pendente appellatione, poteſt impetrare reſcriptum.*

52 *Reſcripti impetratio eſt actus extraiudicialis.*

53 *Excommunicatus ſub conditione, poteſt impetrare reſcriptum.*

54 *Excommunicatio non retrotrahitur.*

55 *Interloquutoria iudicis contra excipiētem de excommunicatione, a qua non eſt appellatum, validat proceſſum.*

56 *Excommunicatus minori excommunicatione, poteſt impetrare reſcriptum.*

ARGVMENTVM.

An excommunicatus poſſit impetrare reſcriptum.

CAP. XXXVIII.

EXcommunicatū eſſe inhabilem ad impetrandū reſcriptum ad lites, adeo vt ſi per ipſum impetretur ſit nullum ipſo iure, docemur *ex cap.* 1. vbi notant omnes, *de reſcript. lib. 6. cap. fin. de except. ibique* Felin. *num.* 2. *glo. in cap. poſt ceſſionem, verbo* Excommunicatus, *in fine, de probationib.* Et iterum *Felin. in cap. dilectus filius, ſub num.* 11. *de procur. Viuius dec.* 96. *nu.* 1.

1 Eſt enim impetratio reſcripti præambulum ad iudicium, in quo cum nequeat excommunicatus ſtare, *cap. intelleximus, de iudic.* conſequens eſt, vt neque poſſit impetrare reſcriptum, *ex reg.* quod cui prohibetur iudicium, prohibetur etiam impetratio reſcripti, *l. 3 C. ſi ſæpius ex reſcripto reſtit. in integr. pet.* Et quod qui eſt inhabilis ad conſequutiuum, repellitur ab antecedenti, *l. oratio, ff. de ſponſal. cap. fin. de cler. excom. Gemin. in dicto cap. 1. ſub num. 7. verſ. fortius ergo, ibique Crot. num. 1. verſic.* Ratio autem.

2 Extenditur primo, vt excommunicatus non ſolum ſit inhabilis ad impetrandum reſcriptum per ſeipſum, ſed neque mediante perſona procuratoris *dicto cap. final. vbi Innocen. & cæteri, de procur. Anchar. d. cap. 1. colum finali. verſic. Septimo iuxta prædicta, de reſcript. lib. 2.*

3 Extenditur ſecundo, vt procedat ſiue mandatum ad impetrandum ſit datum ab excommunicato nomine proprio, ſiue ratione officii publici,

quod

quod gerit in vniuerſitate, nam ſi ſit expreſſum nomen excommunicati in mandato, tunc illud,& ſucceſſiue reſcriptum impetratum, erit nullum, *dicto capitulo finali, vbi not. de procuratorib.* Hoc idem eſt dicendum, Si vniuerſitas ſciens officiales eſſe excommunicatos conſtituerit ſimul cum eis procuratorem, *dicto capitulo finali.*

Extenditur tertio, vt procedat non ſolum in reſcripto ad lites, ſed generaliter in quocumq. reſcripto, *Franch. in cap. 1. numero 3. de reſcript. libro 6.* quicquid in contrarium ſcribat *Balb. deciſione 29. Riceius collect.* 184. *in princip.*

Vnde reſcriptum erit nullum, ſiue ſit ad lites, ſiue ad beneficia, *capitulo poſtulaſtis, vbi Doct. de cleric. excommunic.* ſiue contineat diſpenſationem, *Roman. conſilio 506. numero 13. Et per integram conſultationem*, ſiue contineat donationem, *Franc. loc. cit. num. 3.*

Extenditur quarto, vt procedat etiam ſi reſcriptum contineat facultatem emittendi profeſſionem, nam profeſſio facta vigore reſcripti impetrati
4 ab excommunicato eſt nulla, quo ad eam religionem, licet remaneat obligatus ad Religionem in genere, *Calderin. conſil. 4. tit. de reſcript. & conſil. 12. de regular.* quem ſequuntur *Soccin. in cap. ſacris num. 174. de ſentent. excomm. & in capitulo cum pro illorum, num. 2. verſic. Limita, eodem tit. Suarez diſput. 15. ſect. 9. num. 9. Alter. de cenſuris lib. 2. diſput. 4. cap. 1. verſic. Tres tamen præcipuè*, vide latius infra hoc eodem *lib. cap. 41.*
5 Extenditur quinto, vt procedat nō ſolum in reſcriptis Pontificiis, ſed etiam prælatorum inferiorum, *Franch. in d. c. 1. nu. 6. verſic. In ea gloſa, & nu. 8. Alter. de cenſur. lib. 2. diſp. 7. cap. 1. in 1. quæſt.* vide latius infra eodem lib. *cap. 39.*

Extenditur ſexto, vt procedat,& in reſcriptis Principum ſæcularium, *Nauar. conſil. 28. alias 44. ſub num. 2. & 6. de ſent. excom.* vide latius infra hoc eodem lib *cap. 40.*
6 Extenditur ſeptimo, vt procedat etiam ſi pars contra quam impetratur, reſcriptum conſentiat impetrationi, nam nihilominus reſcriptum eſt nullum, quia habilitare impetrantem incapacem dependet a poteſtate Papæ, non a poteſtate partium, *Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de reſcript. præſentatione, §. ratione quoque impetrantis, verſic. Item quod impetrauit. Gemin. in dicto capit. 1. ſub num. 12. verſic. Hoc dictum eſt, de reſcript. lib. 6. Butr. in cap. cæterum, numero 21. de reſcript. Soccin. in cap. ſacris, numero 192. cum ſequens. de ſentent. excommun. Felin. in cap. vltimo ſub num. 2. verſic. Et primo amplia, de except. & in cap. dilectus 27. ſub num. 12. verſic. Et adde, de reſcript.* Similiter non poſſunt partes de conſenſu prorogare iuriſdictionem iudicis excommunicati, *Roman. conſil. 48 ſub num. 1. verſic. Et eſt notandum*, facit etiam, quia prohibitus poſtulare, cenſetur prohibitus etiam ſi Aduerſarius conſentiat, & ipſum poſtulare p atiatur, *l. quos prohibet, ff. de poſtulan. l. filius familias, §. veterani, ff. de poſtulat.*
7 Extenditur Octauo, vt procedat, ſiue reſcriptum fuerit impetratum per excommunicatum pro ſe, ſiue pro alio non excommunicato, *Butr. in dicto capit. 1. num. 32. de reſcript. lib. 6. ibique Gemin. ſub num. 17. Ancharan. in cap. acceſſorium, de regul. iur. lib. 6. Aretin. in cap. poſt ceſſionem, de probat. ibique Butr.* dicit hanc eſſe magis communem, *Rota deciſ. 20. de procurat. in antiq. Felin. in dicto cap. fin. num. 3. de except.*

Et hoc procedit etiam in caſibus, in quibus excommunicato eſt permiſſum impetrare reſcriptum pro ſe, cuiuſmodi eſt in cauſa excommunicationis, vel appellationis, quia dum impetrat pro ſe, agit ad propriam defenſionem, quod quidem non eſt, vbi impetrat pro alio, vt poſt *Lap. ſcribit Io. Monach. & Ioann. Andr. tenet Gemin.*

in d. cap. 1. nu. 17. Abb. in d. c. final. ſub nu. 11. de procur.

Contrarium tenet *Gomeſ. in d. c. 1. ſub num. 34. verſic. ſed iſta poſſent, de reſcript. lib. 6. Alter. de cenſ. tom. 1. diſp. 7. lib. 2. c. 2.*

Inhærendo primæ ſententię tanquã receptiori illa declaratur, vt procedat dummodo de tempore impetrationis fuerit oppoſitum de excommunicatione, alias reſcriptum ſubſtinetur, *ita gloſ. in d. cap. 1. verb. iurati in fine*, quã probant *Rota deciſ. 9. nu. 4. de reſcript. Felin. in cap. dilectus 27. in fine, eod. titulo.*

8 Extenditur nono, vt procedat, ſiue excommunicatus ſit publicus, ſiue ſit occultus, nam vtroque caſu impeditur impetrare nomine proprio, in his enim quæ reſpiciunt priuatum intereſſe non eſt differentia inter occultum, & publicum excommunicatum, *Cald. Io. Monach. & Io. Andr. in cap. 1.* quos ibi probat *Gem. ſub nu. 5. Roman. conſ. 506. ſub nu. 12. verſic. prout etiam, & iterum ſing. 718. quod incipit* Iura *faciunt, Abb. in cap. final. num. 11. de procur. Soccin. in cap. ſacris num. 229. de ſent. excom.* Felin. *in c. Rodulphus col. vlt. de reſcript. & in cap. fin. ſub num. 9. verſic. ſi pro ſe ipſo, de except.* Franc. *Marcb. deciſ. 969. par. 1. Caſſad. deciſ. 1. de prabend.*

Dixi quando impetrat nomine proprio, quia ſi impettaret nomine procuratorio pro alio non excommunicato, tunc valeret impetratio, ſi excommunicatio non eſt publica; *Gemin. loco cit. num.* 5. & multo magis valeret ſi impetraret nomine dignitatis ſuæ, Inn*oc. & Butr. quos refert, & ſequitur* Feli. *in d. c. fin. num. 9. de except.*

9 Extenditur Decimo, vt excommunicatus neque poſſit concordare de Iudice, nempe conuenire quod cauſa pro ipſo, vel contra ipſum committatur alicui, neque dare liſtam confidentium, quia ſi committeretur vni ex illis, qui ſunt dati in liſta eſſet quodammodo impetrare iudicem; *Arcbid. in c. 1. ibique Io. Andr. ſub nu. 5. verſic. notant etiam. Ancbar. num. 6. Gemin. ſub num. 12. verſ. An reus, Franch. nu. 14 & 21. Socc. in cap. ſacris nu. 226. de ſenten. excom.* Hęc decima extenſio declaratur, vt procedat ſi ſit oppoſitum de tempore conuentionis, *Gemin. & Franch. locis cit. Socc. in d. cap. ſacris num. 226. verſi.* Aduerte *tamen.*

10 Extenditur Vndecimo, vt procedat etiamſi reſcriptum impetretur per promotorem inquiſitionis publicæ, vel priuatæ, nempe per eum qui litteras impetrauit ſuper inquiſitione facienda, nam ſi talis promotor ſit excommunicatus non poterit iudex vigore talis reſcripti formare proceſſum etiam ex officio, quamuis excommunicatus præbuerit in impettatione nudum miniſterium, *gloſ. in d. cap. 1. verb. alio, de reſcript. lib. 6. quam ibi ſequuntur* A*ncbar. nu. 7. Butr. num. 30. Crot. num. 77. & 79.*

Hęc extenſio conſueuit declarari dupliciter, primo, vt procedat quando in reſcripto fuit expreſſa perſona excõicati, ſecus ſi non fuit expreſſa, veluti quia fuit impetratũ in perſonaliter, vt quia fuit dictum ad audientiam noſtram peruenit, &c. *ita poſt Lap.* A*rcbid.* B*ald. & Gemin. declarant Franch. in d. cap. 1. num. 9. Crot. num. 77.* quorum opinio recte probatur *in d. cap. fin. de procur.* vbi diſtinguitur An in mandato procurę ſit expreſſum, vel non expreſſum nomen excommunicatorum.

Declaratur ſecundo, vt procedat, quando impetrantur litteræ ſuper inquiſitione ad commodum excommunicati principaliter vel ſecundario, ſecus ſi principaliter ad commodum publicum, quia tunc litterę, valent, nam conſideratur Reſpublica non eius miniſter, *arg. l. 1. C. de precib. Imper. offer. Soccin. in d. cap. ſacris 211. verſ. forte dici poteſt, de ſent. excom.*

Sed hæc declaratio redditur valde dubitabilis tum ex *trad. per* B*utr. in d. cap. 1. nu. 30.* tum etiam quia excommunicatus nec admittitur ad agẽdum pro cauſa publica, *Bald. in c. intelleximus*

mus

mus ſub n.9.de iudic.ibiq. Butr.*ſub n.6. verſic. quandoque vult ſtare*, Abb. *nu. 2.verſic.* A*liud*.

11 Extenditur Duodecimo, vt vigore reſcripti ab excommunicato impetrari neque poſſit idem excommunicatus reconueniri, quia deficit fundamentum iuriſdictionis, & ex aliis rationibus, quos refert *gloſ. in d.cap.1.verb. reſcriptum*, quam ibi ſequuntur *Archid. et Io.de Lignano, Anchar.num.6. verſic.conclude ergò.Butr.nu.24.Crot. num. 62.*

12 Hæc extenſio declaratur dupliciter, primo, dummodo exceptio excommunicationis tendat contra reſcriptum, nempe quia illud ſit impetratum tempore quo impetrans erat excommunicatus, ſecus ſi tendat contra perſonam, videlicet, qu a ſit impetratum ante excommunicationem, quia tunc excommunicatus licet nequeat conuenire, eo quoniam non poteſt agere, poteſt tamen conueniri; *Anchar.loco ante cit. Gemin. num. 19. Crot.num.63.*

Secundo declaratur in caſu, in quo reus oppoſuit exceptionem excommunicationis contra actorem, a quo fuit impetratum reſcriptum, & ille ſuccubuit, nam hoc caſu poterit actorem conuenire coram iudice impetrato, cum exceptio ſit iam reprobara, vt declarant A*nchar.in d.cap. 1.ſub num. 6. verſic. quid ſi ſuccumbat*, F*ranch.nu.6.* C*rot.nu.66.Alter. de cenſur.diſp.7.lib. 2.cap.1. in 4.quæſt.pro quibus facit dictum* I*nnoc. in cap. mulieri, de iuretur.* vbi poſt ſententiam cuilibet permittitur agere etiam contra propriam confeſſionem.

13 Extenditur Decimotertio, vt procedat etiam in reſcripto, per quod excommunicato conceditur indultum, vel indulgentia motu proprio principis, nam hoc etiam eſt nullum ipſo iure, ita tenent *Archid.Zenzel.et Guliel. quos refert, et ſequitur* B*utr.in d.c. 1.nu.17.Crot.num. 31. verſ.hæc limitatio non placet quibus accedit*, quod collatio facta motu proprio, eſt nulla *Cardinal.in clem.1.§.1.q.4.de relig.domib.* R*ebuff.in c.poſtulaſtis num. 47. de clem.excom.*

Contrarium tenent *Riccard. de Senis Lapus, et Io.de* F*antutiis in d. c. 1. de reſcript. lib.6. quos refert, et ſequitur* S*occin. in c. ſacris, n.197.cum ſequenti*, vnica tantum ratione ducti, nempe quia cùm diſpoſitio *d. c.primi*, loquatur de impetratione, nō videtur quod locum habeat in conceſſione motu proprio facta, *argum.cap.odia, de reg. iur. lib.6.*

Sed hæc ratio parum facit, tum quia etiam in materia ſtricta ſit extenſiò de caſu ad caſuum, quando militat eadem ratio, *c.ſi Ciuitas, de ſent.excom. lib.6.* tum etiam quia motus proprius in hac ſpecie videtur nullus ex defectu voluntatis, quia non præſumitur principem voluiſſe fauere excōmunicato, A*rg.l.1.cum Auth.ſeq. C. de hæret. c. vt clericorum mores, de vita et boneſt. cleric.*

Retenta ergo prima opinione, quæ eſt verior, & communior, illa quidem
14 fortius procedit ſi indultum, aut priuilegium ſit conceſſum a legato qui ſicuti non poteſt (etiam faciendo mentionem excommunicationis) habilitare excommunicatum ad impetrandu, vt dictum eſt ſupra, ita etiam neque hoc facere poteſt mediante motu proprio, cum neutro caſu poſſit facere contra ius, G*em.in d.c.1.ſub num. 14. verſ.deciſio huius dubii.*

15 Extenditur Decimo quarto, vt procedat etiam quando excommunicatus impetrat reſcriptum ſimul cum non excommunicato, nam tunc ſi verſamur in cauſa indiuidua, reſcriptum eſt nullum ex parte vtriuſque, ita firmant *Io. Andr. in reg. vtile, de reg. iur. lib. 6.* quem ſequuntur *Anchar. in d. cap. 1. num. 4. et 5. ibique* C*rot. num. 21. Roman. conſ. 506. & ſing. 726. Felin. in cap. fin. num. 7. de except.* Dixi, ſi verſemur in cauſa indiuidua, quia ſi cauſa eſſet diuidua, tunc aut impetratio ſimul cum excommunicato eſt facta ignoranter, & vitiabitur tan-

tum

tum pro parte excommunicati, non aut pro parte non excommunicati, nam indiuiduis non data ſcientia incapacitatis, inhabilitas vnius Impetrantis non officit alteri, *l. 1. §. ſiquidē ff. quod falſo tut. l. ſi ſponſus §. ſi maritus ff. de donat. inter vir. & Vxor. l. ſi mihi, & Titio in princ. ff. de leg. 2. l. ſi communem, ff. quemadmodum ſeru. amit. cap. per tuas, de arbitr.* & ſic in ſpecie firmant *Io Andr. Anchar. Crot. Rom. & Felin. locis ante cit.* quibus additur *Gomeſ. in eodem cap. 1. num. 45. & 46. vſque ad 49.* Aut eſt facta ſcienter, & tunc erit nulla ex parte vtriuſque, vt probat pluribus *Crot. loco cit. ſub num. 21. verſ. ſed contra primum dictum.*

16 Extenditur Decimo quinto, vt ſi reſcriptum impetretur ab excommunicato, neque ſit validum ad inducendum litis pendentiam, *Card. in clem. final. q. 4 vt lit. pend. quem ſequitur Gomeſ. in cap primo ſub num. 31. verſ. nota regulam, de reſcript. lib. 6.*

Extenditur Decimo ſexto, vt procedat, ſiue reſcriptum ſit in petitorio, ſiue in poſſeſorio, *Innoc. in cap. paſtoralis circa fin. de appell. Capell. Tholoſ. dec. 172.*

17 Extenditur Decimo ſeptimo, vt ſuperueniens abſolutio non validet reſcriptum, *Anchar. in d. cap. 1. num. 6. verſ. quaero. Abb. in cap. cum bona ſub num. 6. verſ. praeterea de aet. & qualit. & in cap. prudentiam §. 6. num. 10. de offic. deleg. a Rebuff. in cap. poſtulaſtis num. 50. de Cler. excom. cum aliis alleg. ſupra, quicquid dicat gloſ. in d. §. Sexta.*

In contrarium facit, *Teſt. in cap. 1. de except. lib. 6.* vbi valet proceſſus, & acta ab excommunicato facta, antequam ſit oppoſitum de excommunicatione. Pro ſolutione *Io. Andr in d. cap. 1. de reſcript. lib. 6.* diſtinguit quod aut Impetrans erat excommunicatus tempore impetrationis, & tunc proceſſus, & ſententia ſunt nulli ipſo Iure, aut fuit excommunicatus poſt impetrationem, & tunc valent acta, niſi opponatur exceptio, & ſic procedat *d. cap. 1. de except. lib. 6. & Io. Andr. ſequuntur Doct. communiter, vt teſtatur Socc. in d. cap. ſacris num. 168. & 169. de ſent. excom.*

18 Extenditur Decimooctauo, vt procedat etiam ſi vigore reſcripti impetrati feratur ſententia contra excommunicatum, nam nihilominus erit nulla, ita concludunt *Butr. & Imol. in cap. prudentiam de offic. deleg. Socc. in d. cap. ſacris num. 218. & 219. de ſent. excom. Gemin. in d. cap. 1. num. 13. ibique Franch. num. 5. Alter. de cenſur. tom. 1. lib. 2. diſput. 7. cap. 1. ſub littera E. verſ. ſed poſtulabit.*

In contrarium facere videntur notata per *Innoc. & Io. Andr. in d. cap. prudentiam de offic. deleg.* vbi tenent, quod non excommunicatus poteſt vti reſcripto impetrato per excõmunicatum cum reſcriptum ſit commune iux ta *not. in cap. 10. conqueſtione, de reſt. ſpoliat.*

Sunt qui litem dirimant foedere diſtinctionis, Aut enim is, ad cuius fauorem eſt lata ſententia ſcit eius Aduerſarium eſſe excommunicatum, & tunc procedat opinio aſſerentium, ſententiam eſſe nullam, aut neſciebat, & tunc procedat haec vltima opinio, ita ſcribit Imola, quem refert, & ſequitur *Franch. in d. cap. 1. num. 5. Alter. d. diſput. 7. lib. 2. cap. 1. pag. 252. verſ.* res viderur contra uerſa.

Haec diſtinctio probari poteſt *in cap. fin. de procur.* vbi mandatum datum ad impetrandum reſcriptum ab vniuerſitate Hominum, quorum alii ſunt excommunicati, alii non, ſuſtinetur pro parte excommunicatorum ſi igno ranter cum excommunicatis conſtituerunt, ſecus ſi ſcienter. Et vtcumq; ſit, crederem ſaltim de aequitate, in tali caſu debere Principem ſanare proceſſum ab hac nullitate, cum hoc impedimentum poſſit eius arbitrio relaxari cap. poſtulaſtis, ibi, niſi forte fuerit cum eis diſpenſatum, ibique *Doct. de cler. excom. miniſtr.* Et bene facit, quod Princeps debet ſe conformare aequi-

æquitati, *l. ſi cum exceptione, §. aliquãdo*
19 *tamen, ibique Bald. ff. quod met. cauſ.*
Ideoque poteſt amplexari ſubſtantiam
rei, reiecta ſolemnitate, *gloſ. in clem.*
ſæpe, verb. defenſiones de verb. ſignific.

20 Extenditur Decimo nono, vt non
ſolum excommunicatus non poſſit
impetrare reſcriptum, ſed neque præ-
ſentare reſcriptum impetratum ante
excommunicationem, *Put. deciſ.* 128.
quæ incipit, In vna Florentina, *lib.* 3.
Felin. in cap. nonnulli §. ſunt alii, num.
37. *de reſcript.* quos nouiſſime ſequi-
tur *Alter. de cenſur. tom.* 1. *diſput.* 7.
lib. 2. *cap.* 1. *q.* 5. Ratio eſt tum quia
diſpoſitio *d. cap. primi de reſcript. lib.* 6.
21 inualidat non ſolum reſcriptum, ſed
etiam proceſſum, ac reſcripti præſenta-
tio eſt pars proceſſus, cap. quoniam
contra, de probation. tum etiam, quia
ſi excommunicato prohibetur impe-
trare reſcriptum, multo magis debet
cenſeri prohibita præſentatio, quia
ſola impetratio ante præſentationẽ eſt
inefficax, & ſine effectu, *c. ſuper eo de ap
pell.* Adde quod nihil refert, per quem
impetratio fiat, *l. Vniuerſis C. de prælib.
Imper. offer.* ſed bene refert, per quem
fiat præſentatio, per quam iudicium
inſtituitur, *cap. intelleximus de iudic.*
Principalis concludo.

Limitatur Primo, ne procedat in
reſcriptis, quæ hodierno tempore ma-
22 nant à ſede Apoſtolica, nam cum in
illis ex curiæ ſtylo ſoleat apponi ab-
ſolutio à cenſuris, illa quidem ope-
ratur validitatem reſcripti, non obſtan
te excommunicatione, Dec. *in cap.
Apoſtolicæ num. 6. de except. cum aliis
alleg. ſupra eodem lib. cap.* 9. Quibus
additur, quod ſufficit ad reſcripti va-
liditatem fieri mentionem de excom-
municatione Impetrantis, quando re-
ſcriptum impetratur à Papa, *Io. Andr.
in d. cap. primo*, quem ibi cæteri pari
conſenſu ſequuntur & ſignanter *Ge-
min. ſub num.* 22. *verſ. decima quan-
do*, Franch. *num.* 18. Dixi, quando
reſcriptum impetratur à Papa quia
ſecus eſſet in reſcripto conceſſo ab in-
feriore à Papa, qui non poteſt conce-
dere reſcriptum Excommunicato, etiã
facta mentione excommunicationis,
quia non poteſt derogare Conſtitutio-
ni Superioris, *cap. cum inferior de ma-
ior. & obed. clem. ne Romani de elect.
lib. 6.* & conſequenter non poteſt de-
rogare diſpoſitioni, *d. cap.* 1. per quam
excommunicatus prohibetur impetra
re reſcriptum, vt poſt *Lapum* tenet. &
recte *Franch. loco cit. num.* 19. *Gem.
ſub num.* 14. *verſ. tamen videtur. Socc.
in cap. ſacris num.* 195. *verſ. ſecus ſi
fieret de ſent. excom.*

Sunt tamen aliqui caſus, in quibus
abſolutio ſolita concedi per clauſu-
lam, teque abſoluentes, non ſaluat
reſcriptum à nullitate, de quibus di-
ctum eſt ſupra hoc eod. lib. *cap.* 9.

Limitatur Secundo, ne procedat
in caſibus, in quibus excommunica-
tus poteſt eſſe in iudicio, nam in illis
poteſt etiam impetrare ex reg. quod
cui permittitur conſequens, permitti-
24 tur etiam neceſſariũ antecedens, *l.* 2.
*de iuriſdic. omn. iudic. l. oratio, ff. de
ſponſ.* per quæ iura hoc in ſpecie faten-
tur *Doct. in d. cap. primo, & præſertim
Gemin. ante num.* 11. *verſ. credo quod
opinio. Butr. num.* 5. *&* 6. *Franch. nu.*
3. *verſ.* Ex his.

Vnde deducitur Primo, quod cum
excommunicatus poſſit eſſe in iudicio
in articulo abſolutionis, *cap. cum pro
cauſa, de ſent excom. cap. cum inter §.
porro de except.* merito ſuper eodem
Articulo poteſt impetrare reſcriptum
*cap. ab excommunicato de reſcript. d.
cap. prim vbi notant omnes de reſcript.
lib.* 6.

Hæc prima deductio extẽditur Pri-
mo ſiue agatur de iuſtitia excommu-
nicationis, ſiue de nullitate, nam
ſemper verum eſt cauſam ſuper arti-
culo excommunicationis verſari, *Butr.
in d. cap. primo num.* 14. *ibique* Frãch.
ſub num 3. *verſ. fallit tamen. Imol. &
Cardin. in cap. ab excommunicato in
principio de reſcript.*

26 Extenditur ſecundo, vt etiamſi ex-
communicatus ſit ligatus duplici vin-
culo excommunicationis poſſit impe-
tra.

Digitized by Google

trare reſcriptum ſuper abſolutione vnius, nec ab hac impetratione poteſt repelli propter aliam, *Io. Andr. in d. cap. 1. num. 2. de reſcriptis lib. 6.* quem ſequuntur *Gem. num.* 8. *Butr. num.* 22. *Franc. n. 3. verſ. & procedunt prædicta. Socc. in cap. ſacris num.* 176. *&* 220. *de ſent. excom.*

Hæc tamen ita demum accipienda ſunt, quatenus agatur de impetranda abſolutione propria, ſecus ſi peta-
27 tur abſolutio pro alio, nam excommunicatus non poteſt pro alio abſolutionem impetrare, quamuis poſſit pro ſe ipſo, *Io. And. in d. cap. primo*, quem ibi ſequuntur omnes, & præſertim *Gemin. num. 6. Anchar. col. 3. verſ. quæro, Butr. num. 6. verſ.* Et quod dicit *Socc. in d. cap. ſacris num. 175. & 221. de ſent. excom.*

Ratio differentiæ eſt, quia ad impetrandam propriam abſolutionem, quis trahitur, neceſſario, ſed ad impetrandum pro alio ducitur voluntate: quæ autem ſimplicis ſunt voluntatis non permittuntur excommunicato, *capitulo intelleximus, de iu-*
28 *dic.* Qua ratione crederem Patrem excommunicatum admitti ad impetrandum reſcriptum abſolutionis pro filio; propterea quod cum magnus ſit amor Patris erga filium, *l. vlt. in princ.* C. *de curat. furioſi, l. quidam cum filium ff. de hered. inſt. cum aliis per Tiraquell. in l. ſi vnquam, in præfat. à nu. 7. cum ſeq. C. de reuoc. donat.* non poteſt dici quod Pater ducatur ex ſimplici voluntate, ſed coactus: eſt enim Pater de filii ſalute ſollicitus, *l. cum Pater §. mando, ff. de leg. 2. §. Sin autem Inſt. de pupill. ſubſtit.* eiuſque viſcera commouentur in filium, *cap. afferte, de præſumpt.* adeo vt magis torqueatur in filio, quam in propria perſona, vt late probat *Tiraquell. loco ante cit. num.* 8.

29 Deducitur Secundo, quod cum excommunicatus poſſit appellare, *cap. cum inter, vbi not. de except. Specul. in tit. de appell. §. 1. num. 1. Franch. in rubr. extr. eod tit. num. 25. & in cap. bonæ memoriæ num. 25. verſ. 11. licet exceptio de appell. Contard. in l. vnica in ratione dubitandi nu. 4. C. ſi de moment. poſſ.* poteſt etiam ſuper appellatione impetrare reſcriptum, *cap. fin. de except. d. cap. 1. de reſcript. lib. 6. & vtrobique Doct.*

Et hæc ſecunda deductio procedit Primo, ſiue fiat mentio excommunicationis, ſiue non, *dicto cap. fin. vbi not. de except.* Quod eſt generale in omnibus caſibus, in quibus excommunicatus poteſt impetrare, quia in illis valent reſcripta non facta mentione excommunicationis, *cap. dilecte vbi Bald. de except. Felin. in dicto cap. fin. ſub num. 9. verſ. & adde quod vbi, eodem tit. de exception. & iterum in cap. dilectus 27. ſub num. 12. verſ. Item adde de reſcript. Franch. in d. cap. bonæ memoriæ ſub num. 25. & iterum in d. cap. 1. num. 19. de reſcript. in 6.* ibiq; ante ipſum *Lapus, Gemin. Socc. in cap. ſacris num. 178. de ſent. excom.*

30 Procedit Secundo, etiamſi excommunicatus eſſet Actor originarius, nã nihilominus ſi ſuccumbat, & appellet, poterit ſuper appellatione impetrare reſcriptum, Io. *Andr. in d. cap.* 1. de reſcriptis, quem ſequuntur *Gemin. ibi num. 9. Aret. in l. prima ſub num. 3. ff. de appell.* quicquid in contrarium ſcripſerit *Goffred. q. 22. & communem dicit Socc. in d. cap. ſacris ſub. nu. 344. de ſent. excom.* licet ipſe plures caſus diſtinguat.

Cæterum hæc Secunda deductio declaratur, vt procedat in appellatione interpoſita ab actu facto per iudi-
31 cem iudicialiter, vel extraiudicialiter, ſecus in appellatione interpoſita ab actu partis extraiudicialiter facto, puta in electione, vel alio ſimili caſu, quia tunc excommunicatus appellando, & appellationem proſequendo non audiretur, & reſcriptum impetratum ſimul cum proceſſu deſuper facto non valeret, vt eleganter declarat *Franch. in d. cap. 1. ſub n. 3. verſ.* Et quod dicitur.

Limi-

Limitatur Tertio, ne procedat in actibus reſpicientibus legitimam de-
fenſionem, eos enim poteſt excommu-
32 nicatus exercere in iudicio, *cap. cum inter, & cap. dilecti, & cap. dilecte, & cap. ſignificauerũt, & cap. vlt. de except. cap. 1. eod. tit. lib. 6.*

Vnde deducitur Primo, excommunicatum poſſe proponere ad ſui defenſionem omnes, & quaſcunque exceptiones, *d. cap. cum inter, vbi* Doct. *& ſignanter Hoſt. ſub num. 6. verſ. hic manifeſte patet, & verſ. poteſt ergo, d. c. dilecte,* vbi notatur, cum aliis mox ſupra allegatis, *Specul. tit. de except. §. fin. num. 3.* Dec. *in cap. à nobis num 3. eod. tit. Bart. in l. de pupillo §. fin. num. 1. ff. de nou. oper. nunc. Roman. conſ. 217. num. 1. Gaill. qui teſtatur de communi lib. 1. obſeruat. 71. num. 5. Peregr. de iure fiſci lib. 3. tit. 11. num. 19. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 83. num. 6. alios refert.* Carol. de Graſſ. *in tract. de except. 4. num. 51.*

33 Et hæc deductio procedit primo in exceptione reali, quæ defendit conuentum in eo ſuper quo conuenitur, vt ſunt omnes exceptiones peremptoriæ, quæ rei cohærentes dicuntur, *l. exceptiones 7. §. rei autem ff. de except.* Hoſtienſ. *in d. cap. cum inter ſub num. 6.* Poterit ergo excommunicatus primo allegare exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia hoc reſpicit defenſionem, & litem perimit, iuxta tradita in *l. 1. C. de non numerata pecunia*, quod eſt intelligendum, dummodo proponatur excipiendo, non autem principaliter *Bald. in d. cap. cum inter num. 10. de except.* Item & Secundo ſi con-
34 uenitur ad rem venditam tradendam poteſt excipere de prætio non ſoluto, Io. *Andr. in d. cap. cum inter num. 26.* Dec. *num. 64. Socc. in c. ſacris ſub nu. 316. verſ. ſecus ſi eſſent, de ſent. excom.* Quod vindicat ſibi locum, etiamſi ad rem tradendam agatur exequutiue in vim Iuramenti, ſeu alterius proceſſus exequutiui, vt reprobato *Specul. & Bar. in l. ſi duo Patroni §. ſi quis iurauerit el 1. ff. de iureiur. tenent* Bald. *in d. cap. cum inter ſub num. 8.* vtrum exceptio prętii, cæteriq. communiter prout de communi teſtantur *Alex. in d. § ſi quis iurauerit num. 3. & 4. ibique Iaſ. num. 4. verſ.* tu adde quod contraria opinio. Item & Tertio poteſt excipere de pacto de non petendo, quia & hoc reſpicit defeſionem, *gloſ. in d. c. cum inter, verb. legitima defenſio, verſ. & ſic poteſt, de except.*

Et pariter poteſt opponere exceptionem ſolutionis, cum per eã omnis obligatio cẽſeatur extincta, *l. prout 80. ff. de ſolut. inſt. quib. mod. obligatio tollitur, in principio*. Et ſimili ratione poteſt allegare exceptionem pręſcriptionis, quia illa ſimilis eſt venditioni, *l. pupillus ff. de admin. tut. l. vnus §. ſed autem, ff. de iureiur. & in ſpecie Bald. in d. cap. intelleximus num. 9. ver. ſed nunquid de iudic.* Et demum opponere poteſt exceptionem rei iudicatę, doli mali, iusiurandi, & quod metus cauſa, cum iſtæ omnes ſint exceptiones rei cohærentes, & defenſionem reſpiciunt, *d. l. exceptiones, §. rei autem ff. de except.*

Procedit Secundo hæc prima deductio non ſolum in exceptionibus realibus, ſed etiam in iis quæ percutiunt iudicis perſonam, nam hæc veluti de-
35 fenſionem reſpiciẽtes poſſunt ab excõmunicato proponi, vt recuſatio, & allegatio ſuſpecti, *d. cap. cum inter, §. Inquiſitioni de except. & ibi hoc idem not. Hoſtienſ. ſub num. 6. verſ. hic manifeſte patet, Bald. in princ. Butr. num. 3. Anchar. num. 3. Abb. num. 3. Socc. in d. cap. ſacris num. 471. de ſent. excom.* & quantum ad hoc poteſt etiam Iuramentum pręſtare, idem *Hoſt. loco cit. verſ.* & quantum ad hanc cauſam. Et ſimili ratione poteſt excipere quod Iudex ab eius Aduerſatio impetratus diſtat vltra duas dietas, nam hoc etiã reſpicit defenſionem, ne laboribus defatigatus, & expenſis liti cedere cogatur, *cap. nonnulli, de reſcript. Hoſtien. loco cit. verſ.* vel ratione reſcripti. Item & poteſt excipere de non tuto acceſſu, iuxta terminos, *cap. ex parte 47. de appell.*

*appel.Hoſt.loc.cit.verſ.*vel ratione loci.
36 Procedit Tertio,etiam in exceptio-
nibus fori declinatoriis, vt firmat *Ho-
ſtien. loco mox citato, verſ.* Et idem in
omnibus declinatoriis.

Procedit Quarto, etiam in exce-
ptionibus competentibus ratione tem
poris, & ſic poteſt proponere exce-
ptionem feriarum, iuxta diſpoſitionē
*fin.de feriis,vt firmat Hoſtienſ.in d.cap.
cum inter ſub num. 6.vel ratione tempo
ris de except.* Et hæc quod ad primam
deductionem.

Deducitur Secundo, quod cum ex.
communicatus poſſit eſſe in Iudicio
37 tanquam Reus neceſſarius, *cap.intelle-
ximus, cum ibi traditis de Iudic. d.cap.
cum inter de except.* merito in omnibus
concernentibus eium defenſionem po
teſt impetrare reſcriptum,*d.cap.fin.de
except.Butr.in ſæpe cit.cap.1.de reſcript.
num.5.& 6 ibique* Gemin.*nu.11.verſ.
credo quod opinio,Franch.ſub nu.3.ver.*
& ex his patet,Et bene facit quod diſ.
poſitio *d. cap.primi,*licet excipiat cau-
ſam abſolutionis, & appellationis. ta-
men extenditur ad alios caſus ſimiles,
*Felin. in cap. intelleximus ſub num. 7.
col. 8. verſ. nec obſtat, de Iudic.* Quare
poteſt excommunicatus impetrare
reſcriptum pro liberatione ſua,
Anan. in cap. excommunicamus §. *cre-
dentes, ſub num. 16. verſ. Vtrum aut
poſſit, de hæretic. vbi eiuſdem opinio-
nis laudat Bald. & idem ſequitur Fe-
lin. in cap. intelleximus ſub nu.7.col.8.
verſ.nec obſtat de iudic. & in cap.fin.
ſub num. 6. verſ. vide etiam de except.
Gomes. in d.cap.primo num.* 49.Et pa-
ri ratione poteſt excommunicatus im-
petrare reſcriptum ſuper repulſa ſuæ
exceptionis, *Io. Andr. in d. cap. primo
ibique Butr. num.*11.*Gemin.num.*11.
38 *cum ſeq.* Quod eſt intelligendum,
modo reſcriptum impetretur ad eun.
dem Iudicem, qui de cauſa cognoſce-
bat, & ſub eadem forma, ſecus ſi im.
petraretur ad alium, vel ad eundem
ſub diuerſa forma, quia in tali caſu
reſcriptum eſſet nullum, *Butr. et Ge-
min. locis cit. Socc. in cap. ſacris num.*
189. *de ſent. excom.* Ratio differentiæ
eſt,quia dum impetratur ad eundem
iudicem, ille per tale reſcriptum non
recipit nouam iuriſdictionem, ſed ex-
citatur antiqua ad defenſionem admit
tendam, vt in *capitulo licet, de offic.
ordin.* At quando impetratur ad ali-
um, vel ad eundem ſub diuerſa forma,
tunc tribuitur noua iuriſdictio, quam
excommunicato non licet impetrare,
etiamſi aliqualiter concernat defen-
ſionem,quia hac ratione poſſet etiam
impetrare reſcriptum ſuper interdicto
vti poſſidetis, & ſuper iniuria prohi-
benda,& ſimilibus, in quibus impetra-
re non licet ex late traditis ſupra.*c.*31.
*nu.*19 *cum ſeqq.*
39 Poteſt etiam excommunicatus im-
petrare reſcriptum ad recuperandam
famam, *Gomeſ. in d. cap. 1. num.* 49.
licet eius dictum mihi non probetur
vndequaque,propterea quod excom-
municatus quandiu reſtat in excom.
municatione dicitur infamis,*cap. cum
excommunicato* 11. *q.* 3. *Card. conſ.*
129. *num.* 1. Cęterum quia infamia,
quæ per excommunicationem contra.
hitur aboletur per abſolutionem, ideo
crederem opinionem Gomeſii proce-
dere poſſe, quando periculum eſſet in
mora, & per excommunicatum non
ſtat, quo minus abſolutionem reci-
piat, nempe quia contraheret infamiā
irreuocabilem, iuxta ea, quæ diximus
ſupra.
40 Limitatur Quarto, quando excom-
municatio procedit ex dolo, & induſ.
tria excommunicantis, puta quia pa.
rato clerico impetrare reſcriptum con
tra Epiſcopum ſuum, Epiſcopus ad red
dendum illum inhabilem ad impetrā-
dum excommunicat ſecrete, in tali
namq. caſu impetratio reſcripti ſubſ.
tinetur ne contingat epiſcopo dolum,
& induſtriam patrocinari, *Specul. in
tit. de reſcriptorū præſentatione* §. *ratio.
ne impetrantis,nu.*16.*Gemin. in d.cap.
primo num.* 4.*et* 5. *et ante ipſum Io.
Andr. ibi num primo.Felin.in cap. fin.
num.* 5.*de except. Socc. in cap. ſacris n.*
231. *de ſent. excom.* Dixi ſi excom-
municat

municat ſecretè, nam ſi excommuni-
catio eſſet publica, illa quidem tene-
ret, ſed epiſcopus teneretur impetran-
ti ad intereſſe, *Specul. loco cit. Felin. in*
c. dilectus 27. ſub nu. 12. verſic. idem-
dum tetigi de reſcript.

Limitatur Quinto, ne procedat in
reſcripto, per quod impetratur, vt
cauſa committatur in Rota, nam cum
eiuſmodi Commiſſiones ſint dumta-
xant diſtributiones, per quas non da-
tur iuriſdictio, ſed tantum iuriſdictio-
42 nis exercitium, *Rota deciſ. 61. nu. 61.*
de appell. in nouis, nõ poteſt dici, quod
per eas fiat impetratio, & conſequen-
ter in eo non habet locum diſpoſitio
cap. 1. de reſcript. lib. 6. Ita expreſſe te-
net *Rota deciſ. 13. nu. 2. de offic. dele-*
gati in nouis, & apud Verall. deciſ. 90.
par. 1. & deciſ. 6. quæ incipit Commiſ-
ſio ſub num. 1. de iudic. in nou. quem ſe-
quuntur Gem. in d. cap. 1. ſub num. 18.
ibique Crot. num. 39. Gomeſ. ſub num.
38. verſic. limitatur tamen, Egid. *deciſ.*
726. quæ incipit commiſſio nu. 5. verſ.
vltimo, hoc fortiter Socc. in cap. ſacris
num. 199. de ſent. excom. Scaccia de ap-
pell. quæſt. 5. art. 1. ſub nu. 7. verſic. ſed
declara 2.

Hæc Quinta, limitatio declaratur
dupliciter, Primo, vt procedat reſpe-
ctu proceſſus vſque ad ſententiam
excluſiue, adeo vt licet d. reſcripti vi-
gore valeat proceſſus, ſententia tamen
etiam in Rota ferri non poſſit, ita *Ge-*
min. & Crot. locis cit. Socc. in c. ſacris,
nu. 202. de ſent, excom.

43 Ratio eſt, quia auditores habent iu-
riſdictionem ordinariam in cogno-
ſcendo, ſed delegatam in decidendo:
Gloſ. in clem. Auditor de reſcript. vnde
negari non poteſt quin reſpectu ſen-
tentiæ, tale reſcriptum tribuat iuriſdi-
ctionem, & conſequenter cum excom
municatus non poſſit impetrare, ſequi
tur quod reſcriptum ſaltim in ea par-
te, in qua iuriſdictionem tribuit ſit
nullum, & hanc eandem opinionem
tenet *Gomeſ. in d. cap. 1. nu. 40. & 41.*
de reſcript. lib. 6. licet diſputationis gra
tia argumentetur in contrarium, *Vi-*
uius deciſ. 95. nu. 7. Dabitur ergo ca-
ſus in tali ſpecie, in quo idem reſcri-
ptum reſpectu diuerſorum pro parte
ſit validum, & pro parte nullum, quod
fieri poteſt, quia proceſſus, & ſen-
44 tentia ſunt ſeparata, poteſt enim eſſe
proceſſus validus, & ſententia nulla,
Bart. & reliqui in l. ſi vt proponis, C.
quomodo, & quando iudex, nec incon-
gruit quod reſcriptum ſit pro parte
validum, & pro parte nullum, *c. ſi eo*
tempore de reſcript. lib. 6.

Secundo declaratur, vt procedat,
quando diſtribntio fit ſimpliciter per
Vicecancellarium, ſecus ſi in commiſ-
ſione opponantur aliqua verba, per
quæ videarur velle facere illum dele-
gatum, etiam quo ad cognitionem,
quia tunc reſcriptum eſt nullum, non
obſtante, quod cauſa committatur in
Rota, ita Gemin. loco cit. Socc. in d. c.
nu. 20. 206, de ſent. excommun. Quan-
45 do enim Papa ſcribit alicui ordinario
apponens verba denotantia, quod ve-
lit dare delegatum, illa iuriſdictio eſt
delegata, & non ordinaria, *Innoc. Ho-*
ſtien. & Io. *Andr. in c. licet offic. ordin.*
Socc. loco cit. num. 207.

Limitatut Sexto, vt ad effectum
quod reſcriptum poſſit dici nullum
tanquam impetratum ab excommuni-
cato ſit opus, quod impetratio ſit fa-
cta tempore excommunicationis, ſe-
46 cus ſi excommunicatio ſequatur poſt
impetrationem, quia diſpoſitio *d. c. pri*
mi non procedit in excommunicato
poſt impetrationem, vt poſt Io. *Andr.*
cenſet ibi Anchar. num. 6. verſic. & per
prædicta ſentit Franch. ibidem nu. 21.
& col. vlt. verſ. in gloſ. fin. Crot. nu. 63.
verſ. ex quorum dictis; Nauar. conſ. 28.
alias 44. num. nu. 1. de ſent. excom. vbi
propterea tenet quod licentia aſſumẽ-
di ordines a quocumque obtenta ante
excommunicationem non inualida-
tur per excommunicationis ſuperue-
nientiam, quamuis durante excommu
nicatione impediatur vſus, & illum ſe-
quitur *Alter. tom. 1. diſput. 7. lib. 2. c. 1.*
poſt 4. q. verſic. Quid ſi reſcriptum.

Limitatur Septimo, ne procedat in
impetratione facta ſuper cõſequutiuis
47 cauſæ principalis, ueluti quia excom-

municatus petit committi receptionẽ teſtium, aut quid ſimile, ita limitat *Io. Andr. in d. cap. vtile col. 3. verſic. ſecundo certum eſt de reg. iur. lib. 6. quem ſequitur Gemin. in d. capitulo 1. num. 9. Soccin. in cap. ſacris, num. 191. in fine.*

Mouentur, quia reſctipta ſuper conſequutiuis iudicii differunt a reſcripto ſuper negocio perſonali, *cap. ex parte Decani de reſcriptis.*

Sed hoc argumentum en tum apud me non concludit, tum quia *teſt. in d. c. ex parte* non dicit illud ad quod allegatur, tum etiam quia non eſt bona conſequentia, reſcripta ſuper conſequutiuis differunt in aliqua parte à reſcriptis ſuper negocio principali, Ergo excommunicatus qui non poteſt impetrare ſuper principali, poteſt impetrare ſuper conſequutiuis.

Contrarium ergo non immetito in hac parte ſentiunt *Anchar. in d. c. 1. num. 5. Butr. num. 21. Franch. nu. 15. Crott. num. 42. & ſeq.*

Mouentur primo, quia *teſt. in d. c. 1. de reſcript. lib. 6.* dum annullat reſcriptum ab excommunicato impetratum, loquitur de reſcripto ſimpliciter, nulla facta diſtinctione inter reſctiptũ cauſæ principalis, & articuli conſequutiui, ergo ſimpliciter debet intelligi, *l. de pratio ff. de publican.*

Secundo, quia articuli dependen-
48 dentes ſortiuntur naturam cauſę prin
cipalis, *l. ſi quando verb. credere debent
C. de teſtib. Bart. in* Extrauag. *Ad repri
mendam, verb. ſummarie col.* 4. vbi
49 quod quando cauſa principalis agi-
tur ſummariè, omnes Articuli depen-
dentes debent tractari ſummariè, &
idem in ſimili voluit *Bart. in l. ſolent
in fine ff. de aliment. & cibar. leg.* vbi
inquit, quod ſtante ſtatuto vt in cau-
ſis damni dati ſtetur iuramento dam-
num paſſi, quicunque articulus inci-
dens in cauſa debet decidi iuramento
& idem exiſtimant *Bald. in l. 1. C. de reb.
cred. Caſtr. in l. cum hi in principio ff. de
tranſact. Franch. Aret. conſ.* 83. quod
incipit, quia multa fuerunt heri, *col.* 3.
*facit etiam deciſio Cini in l. ſi cuiuſdam
C. de accuſ.* Vbi ſicuti non poteſt inter-
uenite procurator in cauſa principali
ita non poteſt ſuper conſequutiuis,
& illum ſequitur *Bart. in l. penult. §.
crimen ff. de public. iudic.*

Item facit regula quod eadem pro-
hibitio eſt de parte quoad partem,
quæ de toto quo ad totum *l. quæ de
tota ff. de rei vendic. c. paſtoralis §. item
cum totum de offic. deleg.* & quod a quo
50 remouetur totum cenſetur etiam re-
mota pars, *l. ſi chorus ff. de legat. 3.*

Cum ergo reſcriptum impetratum ſuper cauſa principali, ſit nullum ipſo iure, ita erit nullum ſuper Articulo dependenti, & conſequutiuo.

Cœterum ſi quis pugnaciter adhærere velit opinioni *Io. Andr.* eam declarare debebit dupliciter, Primo, vt valeat impetratio, quatenus in ea non ſit exceptum de excommunicatione, vt declatat idem *Io. Andr. & Gem. loc. cit.*

Secundo, vt licet excommunicatio non obſtet impettationi reſcripti, obſtabit tamen teſtium productioni, ſi de tempore productionis ſit adhuc excõmunicatus *Gem. loco cit. ſub. n. 9.*

Limitatur Octauo, in excommuni-
cato poſt appellationem legitimam,
nam is pendente articulo appellatio-
nis poteſt impetrare reſcriptum, licet
51 interim non poſſit illo vti tanquam
actor, vt ſcribit *Gem. in d. c. 1. num. 15.
de reſcript. lib. 6. ſubdens d. reſcripti va-
liditatem pendere à futuro euentu; Socc.
in d. c. ſacris nu. 228. de ſent. excom.*

Ratio autem quare excommunica-
tus poſt legitimam appellationem po-
teſt impetrare, eſt, quia illi permittun-
tur actus extraiudiciales, *c. ſolet in fine
de ſent. excom. lib. 6. c. veritatis de dolo,
& contumacia, ibique Abb. & alii l.
cum quidam ff. de pœnis;* Impetratio ve-
52 ro reſcripti eſt actus extraiudicialis,
*c. ex parte Decani de reſcriptis Crot. in
d. c. nu. 1. de reſcript. lib. 6.*

Limitatur Nono, in excommunicato ſub conditione, nam conditione adhuc pendẽte poteſt impetrare reſcriptum,

ptum, & impetratio tenet, licet poſtea conditio purificetur, ita firmat *An-*
53 *char. conſil. 158. quod incipit, ex narra- tis in facto nu.* 20. vbi Signanter dicit in tali excommunicato non habere locum diſpoſitionem *d. cap. primi de reſcript. lib. 6. & ſequitur Felin. in cap. fin. num. 6. de except. Alter. de cenſur. diſput. 7. lib. 2. cap. 1. pag. 254. verſic. Quinto non extenditur Aret. in l. ſubſtitutiones col. 5. ff. de vulg. & pupill. Viuius deciſ. 65. ſub num. 1. verſic. Quod quidem.*

54 Ratio eſt, quia excommunicatio non retrotrahitur, iuxta notata *in cap. ſi pro te de reſcript. in 6. gloſ. in c. cum quis, verſ. in curis de ſent. excom. eodem lib. 6. Io. Baptiſta Coſta in tract. de retrotract. cap. 8. caſu 9. num. 1. & ſequen.* ideo dum pendet conditio poteſt excommunicatus impetrare, quia conditio impedit natiuitatem obligationis *l. cedere diem ff. de verq. oblig.*

Limitatur decimo, quando excommunicatus impetrat reſcriptum in caſibus non permiſſis, & opponitur de excommmnnicatione, & iudex pronunciat contra excipientem, nam licet iniuſte pronunciet, ſi tamen a tali interloquutoria non ſit appellatum, valebit proceſſus, nec poterit
55 vlterius opponi, *Lapus in d. cap. de reſcript. lib. 6. Socc. in d. c. ſacris nu.* 212. *cum ſeq. de ſent. excom.* vbi hoc declarat, vt ibi per eum.

Limitatur Vndecimo, vt procedat tantum in excommunicato excommunicatione maiori, quia *text. in d. c.* 1. loquitur de excommunicatione ſimpliciter, quo caſu intelligitur de excommunicatione maioti, *c. penult.*
56 *de ſent. excom. Card. in clem. 1. quæſt. 25. de priuileg. Gemin. in d. cap. 1. ſub nu. 12. verſic. item procedit de reſcript. lib. 6. & ibi* Gomeſ. *num. 4. & iterum Gemin. in capitulo ſi is cui in fine de offic. deleg.*

SVMMARIVM.

1 *Referuntur contraria opiniones.*

2 *Conſuetudo requirit frequentiam actuum.*

3 *Proceſſus ab excommunicato factus coram ordinario eſt nullus.*

4 *Identitas rationis inducit identitatem diſpoſitionis.*

5 *Excommunicatus eſt incapax beneficium.*

6 *Ordinarius non poteſt reſcribere cum clauſula teque abſoluentes eſt.*

7 *Prouiſiones per excommunicatum impetratæ a metropolitano extra cauſã abſolutionis, & appellationis ſunt nullæ.*

8 *Litteræ dimiſſoriales ad ordines impetratæ ab excommunicato ſunt nullæ etiã poſt obtentam abſolutionem. limita vt ibi.*

ARGVMENTVM.

An Diſpoſitio Cap. Primi de reſcript. lib. 6. habeat locum in reſcriptis Prælatorum.

CAP. XXXIX.

AFfirmatiuã opinionẽ probat *Franch. in d. c. 1. num. 6. verſic. in ea gloſſa, & num. 18. de reſcript. lib. 6. Alter. lib. 2. diſput. 7. c. 1. in 1. quæſt.*

Contrarium cenſuit *Nau. conſ.* 28. *alias 44 in 1. quæſt. de ſent excom. quē probat Suarez. de cenſur. tom. 5. diſp. 17. ſect. 1. ſub num. 67.* atteſtantes conſuetudinem huic parti fauere.

Sed ſi verum amamus quantum ad allegatam conſuetudinem illa quidem non poteſt dici introducta, nam cum ante tempora *Nauar.* vt ipſemet inquit, non euenerit caſus, non poteſt
2 adeſſe frequentia actuum, quæ requiritur ad inducendam conſuetudinem *l. de quibus ff. de legibus.*

Quantum vero attinet ad iuris cenſuram longe verior videtur Franchi opinio, tum quia argumenta Nauarri parum vrgent, tum etiam quia

in d.cap. 1 *.de reſcript.lib.6.* æquiparantur reſcriptum, & proceſſus,ac proinde ſicuti non poteſt dubitari,quin proceſſus factus coram ordinario per excommunicatum ſit nullum,ſecundum tradita in proximè præcedenti capit. ita dici debet de reſcripto,quia quan-
3 do duo æquiparantur in diſpoſitione, diſpoſitum in vno, cenſetur diſpoſitum, & in alio,*l.iam hoc iure ff. de vulgar.& pupill.l.*2.C.*de impuber.& aliis ſubſt.*

Præterea ratio, propter quam Pontifex in *d.cap.* 1. ſtatuit reſcriptum ab excommunicato impetratum eſſe nullum, alia eſſe non poteſt,niſi quia indignum ducit excommunicatum ad forenſem communionem admitti, *cap. decernimus de ſent.excom.lib.6.* ſed hęc ratio æquè militat in prouiſionibus,
4 quæ manāt à prælatis ordinariis, ac in apoſtolicis reſcriptis, ergo debet militare eadem diſpoſitio *l. adigere* §. *quamuis ff. de iurepatr. l. illud ff. ad l. Aquil.*

Rurſus prouiſio prælati ordinarii, vel eſt ad lites, vel ad beneficia,vel ad alia extra iudicialia:ſi eſt ad lites tunc ſi excommunicatus prohibetur fabricare proceſſum, erit prohibitus ex neceſſario antecedenti impetrare reſcriptum *cap.fin.de cler. excom. l. oratio ff de ſponſal.Crot.in d.cap.* 1 *.ſub nu.* 1 *.de reſcript.lib.6.*

5 Si eſt ad beneficia, & tunc tanto minus erit validum, quia perſona eſt prorſus incapax, **Cardinal.** *in clem.* 1.§. 1. *quæſt.* 50 *.de relig. domib. Abb. in c.pen.n.6.de cler.excom.Gig.de penſ.quæſt.*14 *.ſub num.* 2.

Si eſt ad actus extraiudiciales dummodo ſit actus eccleſiaſticus,eſt etiam nullus,Calder. *d.conſ.* 4. *de reſcript. & conſ.*12 *.de regul.* vbi eſt nullum reſcriptum ab excommunicato impetratum ad faciendam profeſſionem. Quare non video quæ prouiſiones poſſint emanere à prælato ordinario ad fauorem excommunicati, quæ non ſubiaceant vitio nullitatis. Et hæc proce-
6 dunt etiamſi in reſcripto ordinarii adſit clauſula,teq.abſoluentes,quia ipſe non poteſt abſoluere ad iſtum effectū; *Socc.in c. ſacris nu.*195 *. verſ. ſi fieret de ſent. excom.*

7 Ex prædictis infertur primo, quod prouiſiones impetratæ per excommunicatum a metropolitano excepta cauſa appellationis, & abſolutionis ſunt nullæ,cum nequeat aſſignari diſparitatis ratio, cur magis debant eſſe nullæ, ſi impetrentur à Papa, quam ſi impetrentur à prælatis ordinariis.

Infertur ſecundo, litteras dimiſſoriales impetratas ab excommunicato, ad effectum vt poſſit à quocumque antiſtite ordinari eſſe nullas, adeo vt nec ſequuta abſolutione poſſit clericus illarum vigore ordinari, quia eius
8 cōceſſio fuit nulla ipſo iure, quicquid dicat *Nauar. d.conſil.* 28 *.alias* 44 *.nu.* 12 *.de ſent. excom.*

Infertur tertio quod litteræ dimiſſoriales impetratę ante excommunicationem per ſuperuenientem excommunicationem non pereunt, ideoque licet durante excommunicatione ſit interdictus illarum vſus, ſequuta tamen abſolutione reſumunt priſtinum robur, *Nau.loc.cit.nu.* 1. *Alter de cenſur.tom.* 1 *.diſput.* 7 *.lib.*2 *.c.*1 *.pag.* 252 *. verſ. idem dicendum.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatione reſcripti venit etiam reſcriptum principis ſecularis.*

2 *Diſpoſitio cap.* 1. *de reſcript. eſt veteris iuris relatiua.*

3 *Conceſſio feudi noui facta excommunicato eſt nulla.*

4 *Princeps ſecularis præſumitur nolle fauere extra eccleſiam exiſtenti.*

5 *Excommunicato reſpectu excommunicati eſt medicina.*

AR.

ARGVMENTVM.

An diſpoſitio Cap. primi lib. 6. procedat in reſcriptis Principum ſæcularium.

CAP. XXXX.

AFfirmatiuam opinionẽ probat *Nauarr. conſ. 28. alias 44. ſub nu. 2. & 6. tit. de ſẽt. excom.*

Ratio eſt,
1 quia diſpoſitio *d.c.primi* loquitur ſimpliciter de reſcripto, cuius appellatione non minus venit reſcriptum principis ſecularis, quam Pontificis, *l. 1. & tot. tit. C. de diuerſ. reſcript. l. reſcripto, l. quoties, C. de precib. imper. offer. §. ſed quod principi inſt. de iure natural.*

Cæterum *Suarez loco ante cit. nu. 3.* licet Articulum decidere non audeat, propenſior tamen videtur in opinionẽ quod diſpoſitio *d.cap.primi* debeat intelligi tantum de reſcriptis eccleſiaſticis, idque duplici ratione, primo, quia neque gloſa, neque cęteri *Doct. in d. c. 1.* faciunt aliquam mentionem de reſcriptis principum ſecularium, quinimo Teſtus magis innuere videtur quod loquatur de eccleſiaſticis, dum inquit non poſſe impetrari reſcriptum, pręterquam ſuper appellationis, & abſolutionis articulo, abſolutio enim propria eſt principis eccleſiaſticis nec competit principi laico.

Secundo quia eius diſpoſitio eſt odioſa, ideoque reſtringenda, *c. odioſa de reg. iur. lib. 6.*

Verum his non obſtantibus opinio Nauarri mihi verior videtur, ad cuius comprobationem ſupponendum eſt quod diſpoſitio *d. c. primi de reſcriptis lib. 6.* non eſt noui iuris inductiua, ſed veteris declaratiua, vt tradit
2 *Socc. in c. ſacris, nu. 163. de ſent. excom.* item enim ante erat diſpoſitum *in c. fin. de except.*

Hoc ſtante dum in dicto *c. 1.* pontifex pronunciat tale reſcriptum eſſe nullum ipſo iure, non tam nouam legem fert, quam antiquam declarat, & conſequenter ex diſpoſitione antiqui iuris reſcriptum impetratum ab excommunicato eſt nullum, non quidem ex principis defectu, ſed ex incapacitate impetrantis, qui cum ſit extra eccleſiam non eſt habilis ad recipiendum beneficium principis, *cap. poſtulaſtis de cler. excom. miniſtr.*

Hinc videmus conceſſionem feudi
3 noui factam excommunicato eſſe nullam non ex defectu concedentis, ſed propter perſonæ incapacitatem, *Afflict. in cap. 1. num. 28. tit. quo tempore miles. Siluan. de feud. recognit. q. 99. num. 23. Io. Blanch. in ſum. feud. tit. 5. num. 12. lib. 1. Roſental. de feud. c. 3. concluſ. 23.*

Pręterea reſcriptum in tali caſu redditur nullum ex pręſumpta principis concedentis voluntate, quem non pręſumitur voluiſſe fauere exiſtenti extra eccleſiam argumento *text. in l.*
4 *1. cum Auth. ſeq. C. de hæret. Crot. in d. cap. 1. ſub num. 31. verſic. 2. facit, de reſcript. lib. 6.*

Non obſtant argumenta adducta per Suarez; nam primum licet *gloſ. & Doct. in d. capitulo primo*, non loquantur ſpecifice de reſcripto principis ſecularis, tamen quia nulla eſt ratio, per quam diuerſum debeat conſtitui in reſcriptis principis ſecularis, quam in Pontificiis ſunt intelligendi generaliter in omnibus, *l. illud ff. ad l. Aquil. & in l. adigere §. quamuis ff. de iurepatr.*

Secundum, argumentum nititur in
5 falſo aſſumpto, quia excommunicatio reſpectu eius in quem fertur, non eſt odioſa, ſed conſideratur tanquam medicina, *c. cum medicinalis de ſent. excom. lib. 6. c. notandum 24. quæſt. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio facta per excommunicatum, valet.*

2 *Profeſſio inducit mutuam obligationem inter religionem, & profitentem.*

3 *Excommunicatus poteſt contrahere Matrimonium.*

4 *Valet argumentum a matrimonio carnali ad ſpirituale.*

5 *Excommunicatus ab vna Religione, ad aliam tranſire poteſt.*

6 *Profeſſio facta vigore reſcripti per excommunicatum impetrati, valet.*

Limitatur vt num.7.

8 *Profeſſus vigore talis reſcripti, obligatur religioni in genere.*

9 *Superior recipiens ad profeſſionem excommunicatum, an male faciat.*

10 *Profeſſio facta per excommunicatum vigore reſcripti in quo adeſt clauſula (teque abſoluentes) valida eſt.*

ARGVMENTVM

An excommunicatus ſi ingrediatur, & profiteatur Religionem, ingreſſus, & profeſſio teneat.

CAP. XLI.

1 REgulatitet ingreſſus, & profeſſio facta per excommunicatum tenet; Ita probat *teſt. in c. cum illorum, 72. §. qui ſi clauſtralis, de ſent. excom.* vbi hoc notat *Innoc. in verbo* Prçlatis, *Card. nu. 8. Butr. num. 6. Soccin. num. 15. Boich. num. 4.* Felin. *num. 2. Archid. in cap. excommunicatos in gloſ. 2. 11. quæſt. 3.* Et itetum *Card. conſ. 46. in fine. Specul. tit. de reg. in fine.* Ioan. *Andr. in cap. nobis, paulò poſt princ. de iure patr. Bal. in l. qui ſub præ teſtu, num. 7.* C. *de ſacroſ. eccle. Abb. in c. ex publico, col. 2. de conuerſ. coniug. & in c. ſignificaſti, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, Gomeſ. in c. 1. nu. 32. de reſcr. lib. 6* Couar. *de ſponſal. p. 2. c. 6. verſ.* Etiam *ſi excommunicatus, Alter. de cenſur. lib. 2. diſp. 7. c. 1. pag. 253.*

2 Etenim profeſſio nihil aliud eſt, quam mutua obligatio, quæ contrahitur inter Religionem, & profitentem, *cap. ad Apoſtolicam, de regular.* excommunicati autem contractus tenet, ex multis allatis infra hoc eodem lib. cap. 56.

3 Et ſicuti excommunicatus poteſt conttahere matrimonium, *c. ſignificaſti de eo qui duxit in matrim. quam polluit*

4 *per adult.* Ita poteſt ingredi & profiteri Religionem, quia valet argumentum a matrimonio carnali ad ſpirituale, cum hæc duo adinuicem æquiparentur, *c. quoniam frequentius,* §. *porro, vt lit. nõ cont. c. inter corporalia, & c. fi. de transl. prælat. cap. inter canonicos, de elect.*

5 Hæc concluſio extenditur, vt excõmunicatus non ſolum poſſit ingredi, & profiteri Religionem, ſed etiam poſſit transferri ab vna ad aliam: *Card. d. conſil. 46. in fine.*

6 Eadem Concluſio limitatur primo ne procedat quando ingreſſus, aut profeſſio eſſet facta vigore reſcripti impetrati ab excommunicato, quia tũc nullius eſſet momenti, *ita Cald. conſ. 12. de regular. & 4. de reſcr. Socc. in c. ſacris n. 174. de ſent. excom. Fel. in d. c. cum illorum, n. 2. verſ.* Limita, *de ſent. excom. Suar. to. 5. diſp. 15. ſect. 9. nu. 9.*

Ratio alia non eſt, niſi quia in tali caſu tota profeſſio fundatur ſuper reſcripto, cuius cum excommunicatus ſit incapax, *d. c. 1. de reſcrip. lib. 6.* ſequitur quod ſit incapax etiam profeſſionis, *arg. c. fi. de cler. excom.* Contrarium quod profeſſio facta per excommunicatum vigore reſcripti valeat, tenent *Gomeſ. in d. c. 1. n. 32. de reſcr. lib. 6.* Co*uar. de ſponſ. p. 2. c. 6. ſub n. 3. verſ.* Etiã *ſi excommunicat. Alter. de cenſur. lib. 2. diſput. 7. cap. 1.*

Retenta opinione quæ eſt verior, & re.

Digitized by Google

& receptior, illa quidem declaratur dupliciter.

7 Primo vt procedat, quando receptio, ſeu profeſſio fuit facta principaliter vigore reſcripti, ſecus ſi fuiſſet facta alia ratione, veluti, quia Superior ſine reſcripto erat recepturus, tunc enim licet eſſet impetratum reſcriptũ, tamen profeſſio ſuſtinetur, *Ita Gaſpar. Cald. in d. cap. ſignificaſti, de eo qui duxit in matr. quam polluit per adult.* quẽ ſequitur *Felin. in d. cap. cum illorum num. ſecundo, verſ. limita hanc limitationem.*

8 Declaratur Secundo, vt taliter profeſſus remaneat obligatus ſaltim in religione generali, quia quo ad hoc, quantum in ſe fuit, potuit ſe obligare etiam nullo recipiente profeſſionem, *Inno. in cap. porrectum de regular. Cald. d. conſ. 12. in fine de regular.* & in hoc caſu poteſt accipi opinio Gomeſii, & eorum, qui ipſum ſequuntur, pro quo facit quod quantum attinet ad Religionem in genere, non inſpicitur modus intrandi, *cap. fin. 20. q. 3.* Li-

9 mitatur Secundo principalis concluſio vt ſuperior recipiens excõmunicatum ad habitum, ſiue profeſſionem ma le faciat, quia non debet illi communicare, *cap. cum deſideret, & cap. ſignificauit, & cap. ſacris de ſent. excom. Ita Rayner. in ſum. tit. de ſent. excom. §. quod ſi aliquis veniens, quem ſequitur Boich. in dicto cap. cum illorum, ſub numero 5.*

Contrarium attentari poſſe videtur ex eo, quod receptio, & profeſſio in religionẽ eſt de illis quæ pertinent ad ſalutem *cap. ſane, de regular.* in quibus licitũ eſt nobis cõmunicare cum excõmunicatus, *d. cap. cum illorum de ſent. excom. d. cap. 1. de reſcript. lib. 6.* Quare dicendum arbitror quod aut verſamur in excommunicato denunciato, aut alias notorio, & tunc Superior ma le facit, quia ſicuti prohibemur orare cum excommunicato, *cap. cum excommunicato 11. q. 3.* Ita prohibemur illum in Religionem recipere, non enim omnis actus reſpiciens ſalutem eſt licitus cum excommunicato, aut excommunicatus non eſt denunciatus, neque notorius clerici percurſor, & laudarem quod non reciperetur ante abſolutionem, quia non debet recipi in religione ſpeciali, qui eſt preciſus à gremio vniuerſalis eccleſiæ, ſi tamen reciperetur, non poſſet puniri, quia poſt diſpoſitionem *Extrauag. Ad euitanda,* etiam in Diuinis non tenemur, vitare niſi excommunicatum denunciatum, aut notorium clerici poſſeſſorem.

10 Limitatur Tertio, ne procedat, quando in reſcripto adeſt clauſula, teque abſoluentes, vel aliter eſt facta mentio de excommunicato, *Io Andr. in d. cap. 1. ibique Gem. ſub num. 22. verſ. decima, Franch. num. 18. cum aliis de quibus hoc eod. lib. cap. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas ferendi cenſuras trahit originem a lege euangelica.*
2 *Verba illa Quæcunq. ligaueris ſuper terram, quomodo ſint accipienda.*
3 *Vſus ſiue modus ferendi cenſuras, quo iure ſit introductus.*
4 D. *Paulus vſus eſt remedio cenſurarum.*
5 *Referuntur opiniones circa articulum quo iure ſit introducta obligatio excommunicatos euitandi.*
6 *Probatur d. obligationem eſſe de iure eccleſiaſtico poſitiuo.*
7 *Inferior non poteſt tollere legem ſuperioris.*
8 *Qui poſſunt cum excommunicato communicare, remiſſiue.*
9 *Vna determinatio plura reſpicient determinabilia determinat æqualiter.*
10 *Effectus tribuitur cauſa proxima.*
11 *Præceptum obedientiæ, quo iure ſit introductum.*
12 *Priuilegium apoſtolicum vt quis non teneatur vitare excommunicatum an valeat.*
13 *Cap. nulli de ſent. excom. intellectus.*
14 *Summ. Pontifex communicans cum excommunicato non incidit excommunicationem, cum tamen non videtur abſol.*

abſoluere.

15 *Princeps iure directionis propria lege ligatur.*

16 *Summus* Pontifex *abhorret colloquia excommunicatorum.*

17 *Epiſcopus non poteſt concedere priuilegium nõ euitandi excommunicatum.*

ARGVMENTVM.

Præceptum vitandi excommunicatos quo ire ſit introductum.

CAP. XXXXII.

AD intelligentiam
prēmittendum eſt,
tria in hac materia
reperiri, quæ ſimil-
lima videntur, re
tamen valde diſ-
tant inter ſe, ſcili-
cet primum poteſtas ferendi cenſuras;
ſecundum vſus, ſiue modus, aut forma
eas ferendi. tertium præceptum de vi-
tandis excommunicatis. Quantum
attinet ad poteſtatem ferendi cenſu-
1 ras, ea quidem eſt in eccleſia Iure
Euangelico, trahit enim immediaram
originem à Chriſto apud *Matth. cap.*
18. ſiquidem Chriſtus primo eccleſiæ
tradidit modum corrigendi fratrẽ pec
cantẽ, ſecundo ſtaruit ſi te non audie-
rit, ſit tibi ſicut ethnicus, & Publica-
nus; Quæcũq. enim ligaueris ſuper ter-
ram, erunt ligata & in Coelis. In his
2 namque verbis rraditam fuiſſe ec-
cleſiæ poreſtarem ligandi non ſolum
in foro interiori, ſed eriam per cenſu-
ras, tradit ibi D. *August.* quem cæ-
teri communi conſeſu ſequantur tum
ibi, tum etiam *in 4. ſent. diſt.* 2. ibique
præſertim *Sot. q.* 1. *art.* 1. *Abulenſ. in
Matth cap.* 16. *quæſt.* 3. *Alphonſus de
Caſtro aduerſus hæreſes lib.* 6. *verb. ex-
communicato. Viguer. inſt. cap.* 16. §. 6.
verſ 12. *Vittoria in ſumma, tit. de cla-
uib. concl.* 1. *ver. poteſtatem autem,* Lu-
douic. Magon. in clypeo mil. eccleſia cap.
7. *verſ. excommunicationem. Suarez
d. diſput.* 15. *ſect.* 2. *num.* 2. quibus
ex noſtris adhærent *Turrecrem. in c.
ſi inimicus num.* 6. 11. *q.* 3. *Vgolin. de
cenſur.* 6. 1. *cap.* 1. *num.* 1, & 2. *&
cap.* 2. *per tot. Alter. de cenſur. par.* 1.
diſput. 31. *lib.* 1. *cap. primo pag.* 26.
verſ. Et *ad dubitationem. Didacus
Spino de teſtamentis in gloſ. rubr. par.* 1.
num. 13. *ver.* Quare in hac veritate.

His accedit Teſt. *in cap. nemo* 11.
q. 3. *vbi* D. *Chryſoſt. nemo inquit, con-
temnat vincula* Eccleſiæ, *non enim ho-
mo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus, qui hanc
poteſtatem dedit, &* Dominos *fecit tan-*
3 *ti honoris.* Quo vero ad vſum, ſiue mo-
dum ferendi cenſuras, qui in Eccleſia
ſeruatur, tres ſunt opiniones, Prima
eſt *Tiraq. de retract. conſang.* §. 1. *gloſ.*
9. *num.* 271. vbi pluribus probare ni-
titur ante legem Euangelicam uſum
cenſurarum fuiſſe apud Gentiles. Sed
hæc opinio & ſi valde ſpecioſa videa-
tur, tamẽ nulla ratione probari poteſt;
nos enim loquimur de cenſura, prout
continet vim, & clauium poteſtatem,
quæ ante Chriſtum, & legem Euan-
gelicam adeſſe minime potuit. Con-
geſta vero per *Tiraquell.* nihil aliud
ſuadent, niſi quod apud Gentiles ad-
erant pro quibuſdã peccatis impoſitæ
poenæ non nullæ excõcationi ſimiles,
vt aduertit *Contard. in l. diffamari c.* 4.
Secunda eſt opinio *Turrecrem. in d.
cap. ſi Inimicus*, exiſtimantis eſſe de
4 Iure Diuino. Tertia eſt Soti, & alio-
rum infra citandorum aſſerentium
vſum cenſuræ ferendę coepiſſe tem-
pore D. Pauli; quia ipſe *ad Galat. cap.*
1. anathematizat eos, qui contra ſa-
nam doctrinam euangelizantur & ali-
bi non ſemel tanquam eccleſiæ doctor
iubet nos à peccatorum conſortio ab-
ſtinere, ad *Corinth.* Epiſt. 1. *cap.* 5.
& ad Theſſanlonicenſes 2. *cap.* 3. Quo
vero ad obligationem vitandi excom-
municatos quo iure ſit introducta, di-
uerſæ ſunt Doctorum opiniones.

Prima eſt opinio *Felini in cap. cum
nonnulli num.* 5. *de ſent. excom.* exiſti-
mantis eam eſſe de iure Diuino, quã-
uis

uis poena ſit iuris poſitiui, & hanc
5 eandem probare videtur, *Abb. in d.
cap.cum deſideres ſub num.3.verſ. quod
intellige eod. tit.*

Ducuntur tantum *ex d.cap.18.Mat
thei*, quod vt ſupra probauimus non
pertinet ad prohibitionem commu-
nionis, ſed ad poteſtatem ferendi cen-
ſuras.

Secunda eſt opinio *Couar. in cap.
Alma Mater par.* 1. §. 1. *num.* 2.
diſtinguentis inter communicationem
in Diuinis, & actionibus humanis, vt
ſcilicet illa ſit Iuris Diuini, hæc vero
Iuris Eccleſiaſtici. Verum hæc diſtin-
cti, cum neque iure, neque ratione
probetur, Ideo hac de cauſa mittenda
eſt, ac probanda opinio, quam tuetur
Suarez loco cit. Aſſert. 4. nempe pro-
6 hibitionem communicandi cum ex-
communicato ſiue in Diuinis, ſiue in
humanis actibus eſſe de iure eccleſia-
ſtico poſitiuo, & hanc eandem tenet,
Abb.in d.cap.nulli nu. 4.*de ſent.excom.*
Et hæc mihi videtur veriſſima ex in-
fraſcriptis.

Primo ex auctoritate D. *Thomæ*
(quę pro ſumma ratione ſufficit) *in* 4.
ſent. diſt. 18. *q.* 2. *art.* 4. *in addit. q.*
23.*art.*3.*ad ſecundum*, Ibi enim aperte
ſentit hanc obligationem oriri ex præ
cepto eccleſię, inquit enim præceptũ
eccleſiæ directe reſpicit ſpiritualia, &
ideo qui communicat excommunica-
to in Diuinis, facit contra pręceptum.

Secundo ſi pręceptum de vitando
excommunicato in Diuinis, vel hu-
7 manis eſſet de iure Diuino, eccleſia
non potuiſſet illud in aliqua parte tol-
lere, *cap. ſunt quidam* 25. *q.* 1. non
enim poteſt inferior tollere legem Su-
perioris, *cap. cum inferior de maior. &
obed.* At eccleſia pluries ſubſtulit
huiuſmodi præceptum, Ergo non po-
teſt eſſe de iure Diuino. Minor pro-
batur. *Primo ex extrauaganti ad eui-
tanda* ędita in Concilio Coſtantienſi,
in qua eccleſia ad conſulendum con-
ſcientiis timoratis, ſtatuit quod nemo
deinceps à communione alicuius in
Sacramentorum adminiſtratione, vel
receptione, aut aliis quibuſcunque
Diuinis, vel extra, pętextu cuiuſcun-
que ſententiæ, aut cenſuræ eccleſia-
ſticæ, ſeu ſuſpenſionis, aut prohibitio-
nis ab homine, vel à iure generaliter
promulgatæ, teneatur abſtinere, vel
aliquem vitare, niſi cenſuræ fuerint à
iudice publicatæ, vel denunciatæ, aut
fuerint ita notorię, quod nulla poſſint
tergiuerſatione celari, aut aliquo mo-
do iuris ſuffragio excuſari. Secundo
hoc idem probat efficaciter *Teſt. in c.
ſi vere de ſent. excom.* vbi Pontifex ex
cauſa diſpenſat cum cruce ſignatis, vt
poſſint communicare cum excommu-
nicatis. Tertio hoc idem probatur,
8 quia plures ſunt perſonæ, quæ ſpe-
ciali Apoſtolicæ Sedis miſericordia
poſſunt excommunicatis communica-
re, de quibus *in cap. omnis* 11. *q.* 3. *&
in cap. inter alia de ſent. excom.* At ſi
pręceptum de non communicando
eſſet iuris Diuini, hoc fieri non potuiſ-
ſet ergo. Quarto vtraque communi-
catio ſiue ſit in Diuinis, ſiue in huma-
nis actionibus, eodem pręcepto repe-
ritur prohibita, At idem *Couar.* fate-
tur præceptum de communicando in
humanis eſſe de iure poſitiuo eccle-
ſiaſtico, ergo & præceptum de com-
municando in Diuinis, quia vna, &
eadem determinatio plura reſpiciens
9 determinabilia determinat vtrumque
æqualiter, *l. Iam hoc iure ff. de vulg. &
pupill. l. quamuis C. de impub. & aliis
ſubſt. & vtrobique Doct.* Quinto ſolu-
to præcepto eccleſiæ de vitandis ex-
communicatis nullum remanet præ-
ceptum in lege Diuina, quod præci-
piat excommunicatum vitari, eo mo-
do quo vitatur ab eccleſia, nam dem-
pto loco *Matthæi in cap.*18. quod dixi-
mus pertinere ad poteſtatem ferendi
cẽſuras, nullus alius remanet locus, ex
quo probari poſſit. Nec refert quod D.
Paul.ad Theſſ. præceperit tantum non
communicari cum illis, & ad *Corinth.*
1. *cap.* 5. iubet cum eis cibum non ſu-
mere *& Io.Epiſt.*2.*cap.*1. prohibet ha-
bitationem in domo, & menſam, ibi
nolite eum recipere in domum, nec

Aue

Aue ei dixeritis, quia iſti prædicta pro
hibent tanquam eccleſiæ Apoſtoli, &
Doctores non tanquam præceptum
à Chriſto datum, vt colligitur *ex cap.
ſicut Apoſtoli* 11. *q.* 3. quia, vt mox
dictum eſt, Chriſtus ſimpliciter dedit
poteſtatem cenſuras ferendi.

Similiter licet apoſtolus prohibeat
Neophitum eligi in Epiſcopum ad *Thi
mot.* 1. *cap.* 3. tamen hoc non facit ex
præcepto Chriſti, ſed tanquam Doctor
Eccleſiæ, & ſecundum communem
legem, Az*or.moral.* I*nſt.par.* 2.*lib.*6.*c.*
2.*q.*2. Dices negari non poſſe quin
huiuſmodi pręceptum ſaltim origina-
liter debeat dici de iure Diuino, quia
Chriſtus tribuens poteſtatem excom-
municandi, videtur aliquo modo cen
ſuras inſtituiſſe. Sed reſpondetur,
hoc ſatis non eſſe, vt obligatio orta ex
particularibus præceptis dicatur iuris
diuini, nam cum talia precepta ſint for
malizata ab eccleſia, que illis tribuit
certos effectus, debent tribui eccleſiæ
tanquam cauſæ proximæ, & imme-
diate, non autem originali, vbi enim
concurrunt duæ cauſæ, quarum vna
ſubordinatur alteri, tunc licet prima
cauſa inducat ſecundam, tamen ſi non
inducit effectum, effectus tribuitur
10 cauſæ proxime, non cauſę originali,
vt probat *teſt. in cap. continebatur*, *&
cap. lator de homicid.* *& in l. quæcum-
que gerimus ff. de act. oblig. Bald. in c.*
I*mperialẽ* §.*illud.col.*1. *de probib. feud.
alienat. per* Federic. In propoſito ergo
licet habeamus cauſam primordialem
in lege diuina, cuius vigore eccleſia
conſtituit quedam præcepta prohibi-
toria, tamen iſta præcepta ſunt tri-
buenda eccleſiæ, non legi diuinę. Si-
militer videmus quod obedientia er-
ga Superiores generaliter trahit origi-
nem à iure diuino, iuxta illud *Paul. ad
Romanos capitulo* 13. omnis anima po-
teſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, no
bis translatum *in cap. omnis anima de
cenſib.* & nihilominus præcepta quod
obedientia præſtetur tali modo, non
ſunt de iure diuino ſed iure humano.
Et quidem ſi attenta hac ratione præ-
ceptum de vitandis excommunicatis,
eſſet de iure diuino, ſequeretur quod
cum obedientia erga ſuperiores ha-
beat originem à iure diuino. quinimo
a iure naturali in ordine ad rectam
rationem, quælibet inobedientia eſ-
ſet cõtra ius diuinum, & naturale quod
eſt abſurdum.

Remanet ergo firmum præceptum
de non communicando cum excom-
municatis, ſiue in diuinis, ſiue in ciui-
libus actibus eſſe de iure poſitiuo Ec-
cleſiaſtico, ex quo

12 Deducitur primo, valere priuilegiũ
Apoſtolicum, quod quis non teneatur
vitare excommunicatum non ſolum
in actionibus ciuilibus, ſed etiam in
diuinis, *d. extrauagan. Ad euitan. &
tradunt Suarez loco citato, ſect.* 1. *aſſert.*
4. *num.* 11. *Alter. de cenſur. tom.* 1. *diſp.*
3. *lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 27. *verſic. vnde & in
bis*, *Soccin. in cap. ſi vere*, *num.* 2. *de
ſent. excom.*

Confirmatur hæc deductio, quia
indubitati iuris eſt hoc poſſe fieri ab ec
cleſia per priuilegium in corpore iuris
clauſum, *dict. cap. omnis.* 11. *quaſt.* 3.
*cap. inter alia, de ſentent. excommunic.
Abb. Felin. & reliqui in cap. nulli, in
princ. eod. tit.*

In contrarium ex diametro videtur
teſt. in dicto cap. nulli, de ſenten. excom.
vbi Alexander Tertius pronunciat nul
los ſe poſſe priuilegio Apoſtolicæ Se-
dis tueri, quominus excommunicatos
vitare debeant. Huius teſtus timore,
Abb. in principio aſſerit non poſſe hoc
fieri ex priuilegio Apoſtolico. ſed vt
13 animaduertit, & recte *Couar. dicto* §.1.
ante num. 2. *verſic. Vnde ſolet*. Papa ibi
non loquitur de priuilegio ſpecialiter
conceſſo quod non teneatur vitare
excommunicatos, ſed de priuilegio ge
nerali exemptionis, cuius vigore ali-
qui Religioſi prætendebant ſe exem-
ptos a iuriſdictione Ordinariorum,
adeo vt nequidem excommunicatos
ab eis vitare tenerentur. Ad quorum
prætenſionem ſupprimendam emana-
uit diſpoſitio, *d. c. nõnulli*, quæ eſt pars,
& fragmentum diſpoſitionis *cap.* 3. *de
priuileg.*

Digitized by Google

priuileg. vt idem Pontifex Alexander Tertius plura reſoluit, quæ vigore priuilegiorum exemptionis prætendebātur, & inter cętera in §. excommunicatos, decidit excommunicatos eſſe ab eis iuxta Epiſcoporum ſententiam vitandas.

Deducitur ſecundo, quod ſummus Pontifex communicando cum excommunicato etiam ſcienter, quamuis nō videatur illum abſoluere, *vt in clem. ſi ſummus, de ſent. excom.* tamen non incidit in excommunicationem, quia cum prohibitio huius excommunicationis ſit iuris poſitiui, ea Pontifex non
14 ligatur, *cap. propoſuit, de conceſſ. præben. l. princeps, ff. de legibus, l. omnium, C. de teſtam. Cardin. in cap. nulli, in fine, de ſenten. excomm.* vbi quod Princeps nō ligatur poenis propria lege inflictis, & ita firmat *gloſ. in c. ſi inimicus, 93. diſt. & in cap. qui merito verbo pari, verſic. Sed quid ſi, 11. quaſt. 3. & in cap. ſi aliquando, verb. Salutationis, verſic. ſed pone quod Papa, de ſent. excom. & in dicto cap. nulli, verbo Vitare, eodem tit. ibique Io. Andr. nu. 2. Ancharan. nū. 5. Cardin. num. 1. Butr. num. 7. Boich. num. 4. Abb. num. 3. Felin. num. 5.* & iterum *Abb. in cap. cum deſideres, num. 3. de ſenten. excommun.* Ioan. de Lignano in *clem. ſi ſummus, de ſenten. excommun. Geminian. in cap. ſtatuimus, num. 11. de ſent. excomm. ibi* Franch. *ante num. 5. verſic. Licet aliud eſſet in papa.* Et hæc eſt communis opinio.

Contrariam opinionem tueri conatur *Couar. in dicto cap.* Alma mater, §. *1. num. 3. verſic. Nos contrariam.* Ea tantum ratione ſuffultus, quod prin-
15 ceps ſaltim directiue propria lege teneatur, *cap. iuſtum, 9. diſtinct. cap. nos ſi incompetenter, 2. quæſt. 7. l. digna vox, C. de legib. l. ex imperfecto, C. de teſtam. l. ex imperfecto, ff. de legat. 3. §. vlt. inſtit. quib. mod. teſtamenta infir. Sot. de iuſtit. & iur. lib. 1. quæſt. 6. art. 7.* Item quia ratio naturalis dictat principem eam legem ſeruare debere, quam ipſe tulit, *c. cum omnes, de conſt.*

Retenta opinione communi animaduertere oportet quod etſi pontifex hoc præcepto non teneatur, nihilominus conſueuit excommunicatorum colloquia abhorrere, & ſi quando
16 ex cauſa æquum ducit audientiam dare Oratoribus excommunicatorum eos ante abſoluit ad cautelam ad effectum audientiæ tantum, *Cardinal. in clem. ſi ſummus, de ſent. excom. Felin. in dict. cap. nulli, in fine, eodem tit.*

17 Deducitur tertio priuilegium conceſſum ab Epiſcopo, ne quis teneatur vitare excommunicatum nullius eſſe momenti, *Soccin. in cap. inter alia, nu. 22. & 23. de ſent. excom.* cui ſuffragatur, quod non valet præceptum Epiſcopi, vt quis debeat communicare cum excommunicato, *Ioan. Andr. in cap. cum deſideres, num. 4. eod. tit. de ſentent. excom. & ibi Butr. nu. 4. Anchar. num. 7. Abb. num. 2. Socc. in dicto cap. inter alia num. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Cum excommunicatis non eſt communicandum regulariter.*
2 *Ratio prædicte regulæ affertur.*
3 *Maxima pœna eſt inter homines eſſe, & hominum carere conſortio.*
4 *Iure ciuili quo paſto puniantur inſordeſcentes in excommunicatione per annum.*
5 *Item quomodo iure Regni Neapolitani.*
6 *Epiſcopus non poteſt concedere vt cum excommunicato communicetur.*
7 *Obligatio vitandi excommunicatos afficit omnes.*
8 *Epiſcopus excommunicatum vitare tenetur.*
9 *Excommunicatus alios vitare tenetur.*
10 *Excommunicatus eſt vitandus etiam extra territorium excommunicantis.*
11 *Excommunicatus in vna eccleſia, vitandus eſt ab omnibus eccleſiis.*
12 *Epiſcopus curare debet vt excommunicatus*

catus

catus ab alio Epiſcopo vitetur a ſuis ſubditis.

13 *Obligatio vitandi excommunicatos afficit etiam exemptos.*

14 *Excommunicati ſe inuicem vitare tenentur.*

15 *Cum excommunicato etiam contrito & ſatisfacere parato, non eſt communicandum.*

16 *Qui capit cum excommunicato communicare, adhuc illum vitare tenetur.*

17 *Pluralitas delicti auget culpam, & non minuit obligationem.*

18 *Cum excommunicato ſuam excommunicationem ignoranti, non eſt communicandum.*

19 *Excommunicatio durat etiam excommunicatore mortuo, vel translato.*

20 *Notarius excommunicatus etiam ſi appellet, eſt vitandus.*

21 *Quoad obligationem euitandi nihil refert, & quis a iure, vel ab homine ſit excommunicatus.*

ARGVMENTVM.

De prohibita communicatione cum excommunicatis in genere.

CAP. XXXXIII.

1 REgula eſt conſtituenda non licere fidelibus communicare cum excommunicatis, Ita probat *teſt. in cap. cum deſideres, & in capitulo ſignificauit, & in capit. inter alia, & capitulo ſacris, & cap. ſi concubina, de ſent. excommun. cap. cum excommunicato, & cap. ſicut Apoſtoli, & cap. quoniam multos, 11. quaeſt. 3. clem. final. ubi Doct. eodem titulo, de ſentent. excommun.*

2 Ratio prohibitionis eſt, vt contumacię vitium reprimatur, nempe, vt excommunicatus rubore ſuffuſus ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inducatur, *cap. cum non ab homine, de ſentent. excom. cap. 1. eod. tit. lib. 6.* ad quod conſequendum idonea viſa fuit communio-
3 nis priuatio, propterea quod maxima eſt poena eſſe inter Homines, & Hominum carere conſortio, *l. hi qui, C. de Apoſtat.* Vnde non mirum ſi Iure Cæſareo (quod ſolet famulari diſpoſitioni Iuris Pontificii vt *in cap. 1. de nou. oper. nunciat.*) ad excitandos excommunicatos ad petendam abſolutionem, ne in cenſuris inſordeſcant, cautum eſt, & quæcumque Communitas, ſeu perſonæ quę per annum, in excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ fractam, & violatam perſeuerauerit, ipſo iure Imperiali banno ſubiacet, à quo nullatenus extrahatur, niſi prius
4 ab eccleſia beneficium abſolutionis obtinuerit, vt in *Auth. de ſtat. & conſuetud. contra libertatem Eccleſiæ, §. item quæcumque collat. 10. & in Authen. item quæcumque, C. de epiſcop. & cleric.*

5 Regni etiam Neapolitani conſtitutionibus ſtatutum eſt, vt permanentes contumaciter vltra annum in excommunicatione per pręlatos, qui excommunicationis intulerunt ſententiam, aut ſucceſſores eorum, aut per Capitulum ſi eccleſia vacare contingerit denuncietur Curiæ, & contra excommunicatum poena debita per Curiam procedatur, vt in *cap. item ſtatuimus, quod ſi contingat, tit. de ſacroſan. eccleſ.* Poena autem de iure Regni debita contra morantes in excommunicatione ſtatuta eſt in cap. ſi quis ſubſter de morantibus in excommunicatione. Ex quibus plane patet poenas in excommunicatos inflictas omni iure probari.

6 Extenditur propoſita regula, primo vt procedat etiam ſi epiſcopus pręciperet, quod deberemus communicare ex communicato; epiſcopus enim non poteſt facere ex ſua voluntate aliquē haberi pro abſoluto, ſed requiritur actualis abſolutio, ideoq. præceptum de cō-

muni-

municando cum excommunicato ab
eo factum nullius eſt roboris, ita fir.
mat *Io. Andr. in cap. cum deſideres nu.
4. de ſent. excom. quem ibi ſequuntur
Butr. nu. 7. Abb. num. 3.*

Extenditur Secundo, vt pari ratio.
ne non valeat priuilegium conceſſum
ab epiſcopo, vt quis non teneatur vi.
tare excommunicatum, *Soccinus in
cap. inter alia nu. 22. etiam 23. de ſent.
excom.*

7 Extenditur Tertio, vt hæc obliga.
tio vitandi excommunicatos afficiat
omnes, nam iura, quæ prohibent
communicare cum excommunicato
loquuntur indiſtincte, & ſic indiſtin.
cte debent intelligi, *cap. omnis vtriuſ.
que ſexus de pœnit. & remiſſ. l. genera.
liter ff. de legat præſt. l. de prætio ff. de
publicand. Iaſ. in l. non dubium num.
38. C. de legbius, cum aliis per Surd.
conſil. 271. num. 28. & deciſ. 77. nu.
mero 4.*

8 Qua ratione tenentur vitare ex-
communicatos non ſolum inferiores,
ſed etiam ſuperiores quantæcumque
dignitatis exiſtant, ac etiam ipſe
epiſcopus, vt eſt *teſt. expreſſus in d.
cap. cum deſideres, de ſent. excom.* vbi
hoc ſignanter probant *Abb. nu. 2. An.
char. nu. 6. Soccin. num. 3. & 4. gloſ. in
d. cap. inter alia, numero 14. ff. eodem,
Suarez tom. 5. diſp. 15. ſect.. 7 ſub nu.
mero quarto, verſiculo quod adeo ve-
rum.*

9 Extenditur Quarto, vt non ſolum
alii teneantur vitare excommunica.
tum, ſed etiam ipſemet excommuni.
catus prohibetur aliis communicare,
*cap. final. de exceſſib. Prælat. cap. illud,
de cler. excom. miniſtr. gloſ. in cap. 1.
verb. periculum de except. lib. 6. Butr.
Boich. & alii communiter in ſæpe cit.
cap. inter alia de ſent. excom.* prout de
communi teſtatur ibi *Soccin. num. 12.*
vbi declarat hoc procedere dummo.
do ipſe excommunicatus ſciat ſe eſſe
excommunicatum, ſecus ſi ignoraret,
prout etiam declarant *gloſ. & Doct.
in cap. penult. de cler. excom.*

12 Extenditur Quinto, vt hæc obli.
gatio vitandi excommunicatos proce.
dat non ſolum in territorio excommu.
nicãtis, ſed etiam extra in quocum-
que territorio, & compræhendat om.
nes indifferenter ſiue ſubditos, ſiue
non ſubditos, quia excommunicatus
quo ad vnam eccleſiam eſt vti talis vi.
tandus ab omnibus eccleſiiis in toto
11 terrarum orbe, *capitulo 2. & capitulo
3. & 4. & cap. debent 11. quæſt. 3.
capitulo primo, de treuga, & pace, &
ibi ſignanter* Abb. *nu.* 2. vbi quod ex.
communicatio non clauditur territo-
rio, quia cum afficiat animam, & cor.
pus, ſequitur perſonã ſicuti lepra lepro
ſum, *cap. ad reprimendum, de offic. or.
din. gloſ. in cap. paſtoralis, §. verum,
verb. ſubtrahuntur, verſic. Qui autem,
de appell. ibi Butr. n. 20.* Bar. *in l. ex
ea ff. de poſtul.* Bald. *in l. 1. C. de hæred.
inſt.* Card. *in clem. 1. verſic. ipſius de
poenis,* Socc*in. in d. cap. inter alia num.
10. Rebuff. in cap. poſtulaſtis num. 55.
de cler. excom. miniſtr.* Abb. *in cap.* Ad
*reprimendam, in ſecundo notab. de
offic. ord. Caualcan. dec. 77. num. 55.
par. 2. Viuius deciſione 99. numero 10.*

12 Qua ratione boni epiſcopi partes
erunt curare, vt excommunicatus ab
alio epiſcopo vitetur à propriis ſubdi.
tis, non ſecus ac ſi eſſet ab eodemmet
excommunicatus, *cap. curæ ſit, 11. q.
3. Viuius deciſ. 99. num. 10. & hoc idem
in facti contingentia cenſuit ſacra con.
gregatio epiſcoporum in vna Tropien.
ſub die 23. Nouembris 1582.* ſubdens
quod ad iſtum effectum non eſt opus
videre proceſſum ab excommunica-
tore factum.

Et pari ratione extenditur Sexto,
vt obligatio vitandi excommunica-
tos afficiat etiam exemptos à iuriſdi.
13 ctione excommunicantis, nam quan-
tuncumque ſint exempti tenentur ni-
hilominus vitare excommunicatos,
hoc enim ſenſus accipiendus eſt *teſt.
in capitulo nulli, de ſent. excommunic.
& in capitulo tertio, §. excommunica.
tos, de priuileg. Viuius deciſione 99. ſub*

num. 8. *verſicule Tertio ampliatur*, & latius dictum eſt *in hoc eodem lib. cap.* 13.

14 Extenditur Septimo, vt obligatio vitandi excommunicatos afficiat non ſolum non excommunicatos ſed etiã ipſos excommunicatos inter ſe, quia non poteſt excommunicatus communicare cum alio excõmunicato, *Hoſt. Io. Andr. & Butr. in c. illud, de cler. excomm. miniſtr. & iterum Io. Andr. & Butr. in cap. nulli de ſent. excom. ibique Abb. nu.* 3. *vbi teſtatur de communi*.

15 Extenditur Octauo, vt neq. liceat communicare cum excommunicato quantumcumq. excommunicatus ſit contritus, & paratus ſatisfacere, ac etiam ſi iurauerit parere mandatis eccleſiæ, vt *eſt teſt. in cap. quod in dubiis, de ſent. excom. & ibi hoc notant Abb. num.* 2. & iterum *teſt. in cap. à nobis* 28. *verſic. vnde quantumcunq. & ibi etiam Abb. nu.* 1. *verſ. ſed ſumma aliter, eodẽ tit. & iterum teſt. in cap. cum deſideres, eodem tit. & in cap. ſacris, eodem tit.* vbi quod procedit etiam ſi excommunicatus deceſſerit in bello contra excommunicatos.

16 Extenditur Nono, vt obligatio vitandi excommunicatos procedat non ſolum quando quis nunquam communicauit, ſed etiam quando quis coepit communicare, nam hoc non obſtante tenetur abſtinere, quia pluralitas de-

17 licti auget culpam, & non minuit obligationem, *l.* 1. *ff. de priuat. delict.* Ita in ſpecie firmant *Butr. in cap. in præſentia, de ſent. excommunic. Soccin. ſæpe cit. capitulo inter alia nu.* 19. *eodem titulo*.

18 Extenditur Decimo, vt non ſolum teneamur vitare excommunicatos, qui ſciunt ſe eſſe excommunicatos, ſed etiam eos qui adhuc neſciunt ſe eſſe cenſura innodatos, veluti eos, qui fuerunt excommunicati in abſentia, quamuis enim ille communicando dum ignorat cenſuram non peccet, nihilominus nos qui eam ſcimus obligamur ad euitandum, vt notant *gloſ. in cap. penult. de cler. excom. Socc. in d. c. inter alia, num.* 21.

Qua ratione excommunicato ignoranti ſuam excommunicationem prohibemur alloqui, aut litteras dare, vt fuſius, Deo auſpice, infra ſuo loco dicetur.

19 Extenditur Vndecimo, vt excommunicatus ſit vitandus etiamſi epiſcopus excommunicator deceſſerit, vel ſit ad aliam eccleſiam translatus, quia nihilominus excommunicatio manet, *cap. paſtoralis* §. 1. *de off. ord. c. vnico, de maior. & obed. lib.* 6. *cap. ſi quis epiſcopus* 11. *q.* 3. *Soccin. in cap. à nobis num.* 74. *de ſent. excom.*

20 Extenditur Duodecimo, vt excommunicatus ſi ſit notorius debeat vitari, quamuis appellet; *cap. peruenit, de appell. Viuis deciſ.* 99. *num.* 8.

21 Extenditur Decimo tertio, vt procedat ſiue ſit excommunicatus a iure, ſiue ab Homine, nam in hac materia ſola attenditur excommunicatio non modus, & in vtraque eadem militat ratio, *Abb. in cap. Apoſtolicæ de except. Rebuff. in cap. poſtulaſtis nu.* 46. *de cler. excom. miniſtr. & in praxi tit. de forma nouæ prouiſ. verb. teque abſoluentes num.* 4. *Couar. in cap. Alma Mater par.* 1. §. 7. *ante num.* 2. *verſic.* 3. *conſtat.*

SVMMARIVM.

Num. 1. *et* 2. *referuntur authorum opiniones*.

3 *Communicare licet cum excommunicato ad vitandum famis neceſſitatem*.

4 *Præceptum ſeruandi feſtum, non obligat vbi imminet periculum mortis*.

5 *Dauid ad vitandam famis neceſſitatem comedit panes propoſitionis*.

6 *Macchabæi belli neceſſitate compulſi pugnarunt contra hoſtes die ſabbati*.

7 *Lex humana poteſt obligare ad obſeruantiam etiam cum vitæ periculo*.

8 *Miles tenetur ſeruare locum ſibi in militia*

litia aſſignatum etiam cum vitæ periculo.

9 *Lex humana poteſt præcipere actus fortitudinis.*

10 *Lex humana non ſemper præſumitur velle obligare ad obſeruantiam ſub periculo vitæ.et num.* 11.

12 *An teneatur communicare cum vitæ periculo quando metus incutitur in odium cenſurarum.*

13 *Exemplum Eleazari.*

14 *Metus in odium religionis quando dicatur incuti.*

15 *Obſeruantia cenſuræ ſi tendat in diſpendium eccleſiæ an obliget.*

16 *Populus hebræorum quadraginta annis abſtinuit à circunciſione, et quare.*

27 Leges *eccleſiaſticæ ſeruiuntur pro tuitione fidei catholicæ.*

18 Communicatio *quando eſt in crimine, non licet etiam pro uitando vitæ periculo.*

19 *Item quando tendit directe contra cenſuram.*

20 Communicare *cum excommunicato in diuinis, quando liceat, vſque ad num.* 24.

25 *Per excommunicationem cum excommunicato in actibus humanis regulariter contrahitur tantum peccatū veniale.*

26 *Peccatum veniale non licet committere etiam ad vitandum vitæ periculum; & quomodo intelligatur nu.*26.

27 Communicare *an liceat excommunicato ex neceſſitate famis.*

28 *Metus leuis reputatur vanus.*

30 *Intell. cap. ſacris de ſent. excom.*

31 Periculum *mutilationis membrorum, infamiæ, ſeruitutis, filiorum perditionis bonorum, an faciat vt quis poſſit communicare cum excommunicato vſque ad num.* 35.

ARGVMENTVM.

An præceptum vitandi excommunicatos afficiat, quando adeſt violentæ mortis periculum.

CAP. XXXXIV.

AFfirmatiuam opinionē probat *Teſt. in d. cap. ſacris de his quæ vi metuſue cauſ. fiunt*, cuius auctoritate hoc notant ibi *Io. Andr.*
1 *ante num.* 5. *Abb. nu.* 1. *Anan. num.* 2. *Anchar. not.* 6. *Imol. ſub num.* 5. *Socc. in cap. inter alia num.... de ſent. excom.* Alex. de Aleſ. *in* 4. *par. quæſt.* 81. *membr.* 6. *art.*2. *alias, quæſt.* 23. *membr.*1. *art.*6. §.2. Adrian. *in* 4. *ſent. in tract. de clauibus quæſt.* 3. *except.* 8. *Caiet. in prima,* 2. *quæſt.* 96. *art.* 4. & in eadem opinionem procliuiores videntur Durand. *in* 4. *quæſt.* 5. *ad* 3. *Petr. Soto lect.* 3. *de excom.*

Contrariam opinionem, quod ſimpliciter loquendo non teneamur vitare excommunicatum cum mortis periculo tenet *D. Thom. quodlibet.* 11. *art.* 9. *ad tertium* quem ſequuntur *Gabr. Almay, & alii, quos refert, & ſequitur Azor. moral. inſt. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *Silueſter in verb. excommunicatio* 5. *quæſt.* 14. *Angel. in verb. excom.* 8. *num.* 18. *Nauar. in cap. inter verba* 11. *quæſt.* 3. *prælud.* 3. *num.* 4. *Tabien. in verb. excom.* 8. *nu.* 9. *Greg. Sayr. in eleucci. tom.*1. *lib.* 3. *c.* 7. *num.* 31. & 32. *Couar. in cap.* Alma Mater *par.* 1. §. 3. *ſub num.* 9. *Suarez tom.* 5. *diſput.* 6. *ſect.* 3. *Io. de Salas* qui pluribus probat *de legib. diſput.* 11. *ſect.* 1.

2 Ducuntur primo, quia ad vitandā famis neceſſitatem licitum eſt nobis communicare excommunicato, *c. quoniam multos* 11. *q.* 3. ſicuti etiam licet communicare excommunicato imminente neceſſitate morali, *cap. inter alia vbi plene Doct. de ſent. excomm.*

& nos fuſius dicemus infra hoc eodẽ
lib. cap. . . Ergo tanto magis imminen
te periculo mortis.
3 Secundo ſicuti præcepta ſeruandi
dies feſtos,& ieiunium, non obligant
vbi imminet mortis, aut ſalutis peri-
culum, *cap. conſilium de obſeru. ieiun.*
Ita non debet obligare prçceptum de
non communicando excommunicato,
4 vbi adeſt tale periculum. Demum
quia Dauid ad vitandam famis neceſſi
tatem comedit cum ſuis panes pro-
poſitionis, quod tamen vetitum
erat laicis, *Reg. primo capitulo* 21. &
nihilominus Chriſti teſtimonio non
peccauit, *Matthæi cap.* 12.
5 Machabei etiam belli neceſſitate
compulſi pugnarunt contra hoſtes die
ſabbati, *Machab. lib.* 1. *cap.* 2. Con.
ſtat præterea Hebreos circumciſio.
nem omiſſiſſe toto quadraginta An-
norum tempore, quo ſunt peregrinati
per ſolitudinem ad hoc ne ingraue-
ſcẽte vulneris dolore, mortis periculũ
ſubirent, aut ne ab itinere laborioſo,
& diuturno retardarentur, *Ioſue c.* 5.

Res quidem lector, vt vides, habet
ex vtraque parte Doctores numero, &
grauitate pares, ac perpenſis hinc in-
de argumentis poſſet in longam pro-
trahi diſputationem.

Vt ergo res tota ex ſuo fonte dedu-
catur, & contrarię ſententiæ in con-
cordiam reducantur, præuia quadam
inſpectione aliquæ concluſiones ſubi-
6 iciendę ſunt, ex quibus ad difficultatis
reſolutionem infertur. Prima ergo ſit
concluſio, poteſt lex humana ſiue ſit
eccleſiaſtica, ſiue ciuilis obligare ad ob
ſeruantiam etiam ſub vitæ periculo,
Ita docemur *ex Textu in d. cap. ſacris*
vbi Doct. de his quæ metuſue cauſa
fiunt, ibi pro nullo metu poteſt committi
mortale peccatum. Item hoc probatur
in l. 3. *is qui in exploratione*, *&* §. *qui*
ſtationis munus ff. de re milit. vbi miles
etiam ſub uitæ periculo tenetur ſerua-
re locum ſibi aſſignatum, & in eadem
l. 3. §. *& is qui volens*, vbi transfugat
aut transfugere volens à bello, capite
punitur, & ſic cogitur in bello inſiſte-
re, non obſtante quod ibi adſit proba-
biliſſimum mortis periculum, hoc idẽ
7 probat *Ariſt. et hic lib.* 5. *cap.* 1. vbi
aperte docet lege humana præcipi poſ
ſe actus fortitudini, in quibus eſt vitæ
periculum, vt eſt non deſerere ordinẽ,
non fugere, non abiicere arma, & hanc
opinionem firmant *Caiet.* 12. *q.* 96. *art.*
4. *&* 2. 2. *q.* 125. §. *ad hanc rationem*,
Henric. de Synod. Epiſc. *par.* 1. *art.* 1.
num. 231. qui habetur *tom.* 13. tra-
ctatuum, cum aliis, quos refert late *Io.*
de Salas de legibus diſput. 11. *ſect.*
1. *ſub num.* 2. *verſ. et pro hac ſententia*
& numero quarto, vbi eam rationibus
probat.
8 Secunda concluſio, licet lex huma-
na poſſit obligare ad obſeruantiam,
etiam ſub periculo vitæ, nihilominus
in dubio non præſumitur velle ſub tali
periculo obligare, niſi ex cauſa grauiſ-
ſima, nempe vel quando legis obſer.
uantia cedit in magnum bonum
Reipublicæ, vel quando eius transgreſ
ſio cedit in magnum eius detrimen-
tum, tunc enim obligat, tum quia
poteſt Legislator qui curam Reipu-
blicam gerit, exponere membrum
periculo euidentiſſimo, ſi id neceſ.
ſarium ſit ad totius corporis conſer-
uationem, *dicta l. tertia ff. de militari*,
tum etiam quia quilibet tanquam
membrum, & pars Reipublicæ, ſiue
9 Communitatis tenetur regulariter
præponere bonum commune, bono
proprio, cuius ratione Ciuis dicitur
magis Reipublicæ, quam ſui ipſius,
Ariſt. prima pollit. & late probant
poſt alios *Gabr. Sayr. libro tertio cap.*
6. *nemero* 32. *Salas d. diſput.* 11. *sect.*
1. *num.* 4.

Tertia concluſio, quoties agimus
An prohibitum aliqua lege etiam na-
turali, & Diuina fiat licitum ex metu,
vel alia cauſa contingente, regulari-
ter eſt inſpiciendum An metus, vel
cauſa contingens faciat ceſſare mali-
10 tiam, cuius ratione fuit inducta pro-
hibitio, ſi enim illa ceſſabit, ceſſa.
bit etiam & legis prohitio, Sin au-
tem non ceſſabit, manebit probibitio

vt

Digitized by Google

vt docte more ſuo docet *Couar. in reg. peccatum, §. 1. num. 7. in d. cap. Alma Mater par. 1. §. 3. num. 9. verſ. 2. quo apertius*; *Suar. d. diſput. 6. ſect. 3. num. 5.* His ita prælibatis dum quęrimus An teneamur communicare excommunicato, ſub vitæ diſcrimine, nempe quia encommunicatus, vel alter mortem minatur, niſi cõmunicemus, inſcripti ſunt diſtinguendi ca ſus.

Primus quando metus incutitur in odium Religionis, vel in ſpretum, & contemptũ cenſurarum, nẽpe quia Hęreticus, vel Tyrannus volens Religionem, aut cenſuras contemnere, minatur alicui mortem, niſi cum illo communicet, & tunc qualiſcunque ſit communicatio, ſiue in diuinis, ſiue in humanis receptiſſima eſt concluſio teneri etiam ſub certæ & violẽtæ mortis periculo vitare excommunicatum, ita concludunt communi conſenſu *Doct. in d. cap. ſacris, vbi ſignanter* Io. *Andr. num. 20. verſ. Primus caſus, Anchar. num. 8. col. finali in principio, Butr. num. 17. verſ. primus quando, Imol. ſub num. 8. verſ. idem Archid. Abb. ſub nu. 8. circa fin. verſ. primus, Couar. in c. Alma Mater par. 1. §. 3. ſub numero 9. verſic. nam ſi quis, de sent. excommunic.* Io. *Friburgo in Summ. confeſſ. titul. de ſentent. excommunic. quæſt. 165. Soto Maior. in 4. ſent. diſt. 18. quæſt. 4. Nauar. in cap. inter verba 11. quæſt. 3. num. 10.* & iterum *in Manuali cap. 17. num. 29. & ſeq. Vgolin. de cenſur. tab. 2. cap. 23. in princ. Iacob. Graff. lib. 4. cap. 12. nu. 9. Gregor. Sayr. in claui regia lib. 2. cap. 11. in fine, Suarez de cenſur. diſput. 6. ſect. 3. 4. Salas de legib. d. diſput. 11. ante num. 13. verſic. qui omnes.*

Ratio eſt, tum quia in his caſibus obſeruantia legis tendit in magnum eccleſiaſticę Reipublicæ bonũ, & eius transgreſſio vergeret in magnum detrimentum, tum quia non adeſſet modus tuendi præcepta Religionis, & obedientię erga eccleſiam, tum etiam quia eſſet virtualiter denegare honorem externum debitum Religioni quod ſub nulla conditione licet, iuxta ea, quæ late tradidimus *ſupra lib. 1. cap. 3.*

12 Et huc pertinet exemplum Eleazari, & fratrum Macchabeorum, qui ideo mortem potius ſubire voluerunt, quam carnem porcinam comedere, nimirum quia mortis metus incutiebatur in legis odium, & ſpretum, *Machab. lib. 2. capitulo 6. & 7.*

Dicitur autem incuti metum in contemptum Religionis, aut cenſurarum, quoties Religio, vel cenſuræ impugnantur, ſecus ſi incutitur ex alia cauſa, veluti ex cauſa auaritiæ, aut luſus, aut ex alia ſimili, licet conſequenter cedat contra præceptum, & dignitatem cenſurarum, vt latius explicat *Suarez d. diſput. 6. ſect. 3. numero 4.*

Secundus eſt caſus, quando obſeruantia cenſuræ retorqueretur in diſpendium catholicæ Eccleſiæ, nempe quia eccleſia impugnatur, & ſi non 13 commmunicaremus excommunicato pateretur graue damnum, & tunc crederem fore citra controuerſiam dicendum, licere nobis communicare excommunicato. Moneor primo, quia Macchabei ab hoſtibus laceſſiti, ne interficerentur exierunt in pręlium die ſabbati, ne feſti obſeruantia in damnum populi retorqueretur, *Macchab. lib. 1. cap. 27.*

14 Secundo, quia populus Hebræus quadraginta Annorum ſpatio abſtinuit a circumciſione ad hoc nedum in latiſſima ſolitudine pergeret contra inimicos, dolore vulneris opprimeretur, & interiret, *Ioſue cap. 5.*

Tertio, quia leges eccleſiaſticæ feruntur pro Catholicæ fidei tuitione *l. 1. C. de Heret.* quando autem euenit caſus in quo poſſent in eius damnum retorqueri, tunc ceſſant ex præſumpta legiſlatoris volunrate, *d. l. 1. C. de heret. l. quod fauore, C. de legib.*

15 Tertius eſt caſus, quando excommunicatio eſt in crimine, & tunc non licet communicare excommunicato etiam pro vitando vitæ periculo; hæc

enim communicatio eſt intrinſece
mala, nec poteſt fieri ſine peccato
mortali, *cap. nuper*, *& cap. ſi concu-
binæ*, *& cap. ſignificauit de ſent. ex-
com. facit tcſt. in cap. 1. de offic. Vicar.
lib. 6. Io. Andr. in d. cap. ſacris ſub nu.
20. verſic. ſecundus caſus*; *ibique An-
char. ſub num. 8. Imola ſub nu. 8. Butr.
num. 17. Abb. ſub num.* 8. & conſe-
quenter metus non tollit malitiam.
*Nauar. in d. cap. inter verba, prælud.
3. num. 8. & in manuali cap. 27. nu.
32. & ſeq. Couar. d. §. 3. ſub num. 9.
verſic. tertio ſolet. Suarez d. diſput. 6.
ſect. 3. num. 11. Salas d. diſput. 11.
ſect. 1. num. 13. Vgolin. tab. 2. cap. 23.
§. 13. num. 2.*

Quartus eſt caſus, quando eſt quis
excommunicatus cum ſibi partici-
pantibus, & tunc quia talis communi-
catio tendit directe contra cenſuræ
19 præceptum, eſt intrinſece mala quia
includit contẽptum, & conſequenter
peccatum mortale, *Io. Andreas in d. c.
ſacris num. 20. verſic. quartus, & ibi
Butr. ſub num. 17. Abb. ante num. 9.
& alii paſſim Couar. d. §. 3. ſub num. 9.
verſic. Tandem dum in dicto cap.* quod
quidem peccatum operatur, vt nullus
ſi metus, per quem dilui poſſit, *d. cap.
ſacris, & ibi Federic. Surd. num. 109.
cum ſeq.* Hic monendi ſumus hodie
non poſſe ferri excommunicationem
contra participantes cum excommu-
nicatis, niſi Canonica monitione pre-
miſſa, alias nullius eſt momenti ex diſ-
poſitione *cap. ſtatuimus de ſent. excom.
lib. 6.*

Quintus eſt caſus, quando verſa-
mur in communicatione in diuinis, &
metus incutitur citra odium religio-
nis aut cenſurarum, & tunc duæ
20 ſunt opiniones, altera quod non li-
ceat communicare excommunicato,
etiam metu mortis, quam tenere
videntur, *Ioan. Andr. in ſepè citato c.
Sacris ſub num. 20. verſic. tertius ca-
ſus, Anchar an. ſub num. 8. Imol. ſub
num. 17. Anan. numero 2. Federic.
Surd. ſub num. 85. & 86. & ſeq.* dum
tenent ex tali communicatione con-
trahi peccatum mortale.

Pro hac opinione affertur *Teſt. in
cap. ſignificauit, de ſent. excomm.* vbi
clerici, qui communicant excommuni-
cato incidunt in eandem excommu-
nicationem.

Verum hic *Teſt.* potius retorquetur
ad hoc enim, vt eius diſpoſitio vindi-
cet ſibi locum requiruntur quinque
copulatiue, de quibus ibi per Docto-
res & ſignanter per *Butr. num. 4. Ab-
bas ſub num. tertio, verſic. ſed ad hoc
vt incurrant*, inter quæ adeſt; parti-
cipatio, quæ fit per metum, quia illa
non poteſt dici ſpontanea, *l. 2. vbi tra
ditur C. de his quæ vi, metuſue cauſa
fiunt, Auth. ſacramenta puberum C.
ſi aduerſus vend.*

Contrariam proinde ſententiam,
21 quod immo ſtante metu, & ſecluſo
contemptu communicans excommu-
nicato in diuinis non peccet, tenent
*Couarruu. Vaſquez, Nauarr. Silueſter,
& Salas locis proxime citatis, Suarez
num. 7. & 11. & 13. Angel. in verb.
excommunicatio 8. num. 18. & iterum
Nauar. in cap. inter verba 11. quæſt. 3.
prælud. 3. num. 4. Sot. in 4. ſent. di-
ſtin. 22. quæſt. 1. artic. 4.* & mihi vide-
tur verior, & receptior, tum ex ratio-
nibus, quas ad eam probandam ex-
pendit *Suarez loco citato, tum etiam ex
eodem cap. ſignificauit*, iuxta inductio-
nem hactenus factam in ſolutione con
trarii.

Additur qui ſicuti in aliquibus ca-
ſibus ab vitandam infamiam licitum
eſt celebrare in excommunicatione,
veluti quando ſacerdos recordatur in
22 altari ſe eſſe excommunicatum, nec
poteſt recedere ſine infamia, ita po-
teſt celebrare ad euitandum mortis
periculum, *Suarez, & Salas locis cit. il-
le num. 13. hic num. 13. verſic. addit.*

23 Quando autem dicatur communi-
care in diuinis, conſulendus eſt *Couar.
in d. cap. alma mater par. 1. §. 3. ſub
num. 7. verſic. primi caſus, ea eſt ratio,
& verſic. hæc ſanè expoſuimus.*

Sextus eſt caſus, quando commu-
nicatio eſt in humanis, & tunc exclu-

ſo

24 ſo Religionis, aut cenſurarum con-
temptu, licitum eſt pro vitando mor-
tis periculo communicare cum ex-
communicato, ita probant omnes
Doct. ſupra num. 2. pro ſecunda opi-
nione relati.

Ratio eſt, quia per communica-
tionem cum excommunicato in acti-
bus humanis, regulariter, contrahitur
25 tantum peccatum veniale, *D. Thomas*
in quodlibet. 11. artic. 9. Suarez qui plu-
ribus probat tom. 5. diſput. 15. ſect. 2.
Ioann. Andr. in d. cap. ſacris num. 20. de
his quæ vi metuſue cauſa fiunt, & ibi
Ancharanus num. 8. Butr. num. 17.
Imola num. 8. Abbas ſub num. 8. poſt
medium, & cęteri communiter, &
propterea mens eccleſiæ non eſt pro
tam leui cauſa ſubditos obligare ſub
periculo mortis, quia nec eccleſiæ ex-
pediret, vt pluribus poſt alios probat
Salas d. diſput. 11. ſub nu. 4. verſic. tunc
autem maxime.

Nec ad rem facit, quod non ſit li-
citum propter quemcumque metum
26 committere peccatum veniale, etiam
ad mortem vitandam, *cap. primum, &*
cap. ne quis 2. 2. quæſt. 2. glos. in probem.
6. verb. benedictionem, cum aliis per
Couar. de ſponſ. par. 1. §. 3. ſub num.
9. verſic. tertio ſolet, circa finem, quia
non dicitur poſſe admitti peccatum
veniale ad mortem vitandam, ſed di-
cimus quod quando in re pro qua
non committitur, niſi peccatum ve-
niale concurrit periculum mortis, ec-
cleſia benigne agens, non intelligit
nos obligare ſub tali periculo, & con-
ſequenter præceptum de vitando, in
tali caſu remanet ſuſpenſum, *Suarez*
d. ſect. 3. num. 1. & probat Teſt. in d. c.
quoniam multos 11. quæſt. 3. & in c.
inter alia de ſent. excomm.

27 Septimus eſt caſus, quando me-
tus prouenit ab intrinſeco, nempe ex
neceſſitate naturali, prout eſt neceſſi-
tas famis, & tunc licitum eſt commu-
nicare cum excommunicato ſine ſcru-
pulo peccati, dicto *cap. quoniam mul-*
tos, & dicto cap. inter alia, & ſi ſic ac-
cipi debet factum Dauidis, qui fame
Coactus comedit panes propoſitio-
nis, *Reg. 1. cap. 21. Matth. 11. de*
qua re latius dicemus infra hoc eodem
tit. cap.

28 Octauus eſt caſus, quando metus
incuſſus eſt leuis, & tunc quia talis me
tus reputatur vanus, *l. 5. & 6. ff. quod*
metus cauſa, l. metum C. eodem titul. c.
ad audientiam, & cap. dilectus de his
quæ vi metuſue cauſa fiunt, merito non
operabitur, vt quis communicare ex-
communicato, ita concludunt Do-
ctores communiter *in d. cap. ſacris, vbi*
præſertim Innocent. & Ioan. Andr. nu.
17. Anchar. num. 7. verſic. 3. quæro
Butr. num. 15. vbi quod non excuſat,
ſed aliquantulum attenuat ſub num. 4.
verſic. ſed qua hæc ſolutio.

Ex hac caſuum diſtributionem fa-
cilis eſt intellectus *d. cap. ſacris,* de his,
29 quæ vi metus ne cauſa fiunt, circa
quem, & ſi plurimum in ſudauerint ibi
Doct. & præſertim Abb. num. 4. & 6.
Federic. Surd. à num. 55. vſque ad 75.
Couar. d. §. 3. à num. 9. cum ſeq Suarez
d. ſect. 3. Salas d. diſput. 11. à num. 12.
cum ſeq. nihilominus breuitati conſu-
lens dicendum eſt Pontificem ibi lo-
qui de quacunque communicatione,
quę includit peccatum mortale, quem
ſenſum fateri videntur ſaltim per ſup-
poſitionem *Doct. omnes hactenus alle-*
gati.

Et vlterius hic ſenſus aperte proba
tur ex illis verbis, cum pro nullo me-
tu debeat quis peccatum mortale in-
currere, quæ verba cum ſint prolata
per modum rationis reſtringunt totã
diſpoſitionem, *l. non dubium C. de le-*
gibus l. cum Pater a dulciſſimis ff. de le-
gat. 2. l. cum tale §. falſum ff. de condit.
& demonſtr. l. adigere §. quamuis ff. de
iure patr. Tiraquell. in tract. ceſſante cau
ſa par. 1. num. 139. cum seq Surd. deciſ.
132. num. 17. & deciſ. 217. num. 2.

Vnde deducitur diſpoſitionem d.
teſtus vindicare ſibi locum in quacũ-
que communicatione, quæ fit in con-
30 temptum cenſurarum, vel Religio-
nis, ſiue ſit in diuinis, ſiue in huma-
nis, nec non, & in communicatione in
cri-

Digitized by Google

crimine,cum in his omnibus commit
tatur peccatum mortale, et e conuer.
ſo non habet locum in communicatio
ne in humanis, vel in diuinis, quoties
fit ex metu, &ſine contemptu, vt pa-
tet ex ſupradicta caſuum diſtin-
ctione.

Quę diximus de caſibus,in quibus
licet communicare excommunicato
ad vitandum mortis periculum, pro·
31 cedunt eitam in periculo mutilatio-
nis membrorum, & cruciatus iſte e.
nim metus aſſimilatur metui mortis
*l.interpoſitas C.de transact. l. 3. ff. ex
quibus caus.maior.*

Item procedunt, in periculo infa.
miæ vel honoris cum bonis uiris iſte
metus maior quã mortis eſſe debeat,
32 *l.iſti quidem §.1.ff.quod metus causa,
l.vim paſſam in principio ff.de adult. l.
iuſta ff.de manumiſſ.vind. l.repræhen.
denda C.de inſtit. & ſubſt.* Decian.*reſp.
1.num.134.& seq.lib* 3.

Item procedunt, & in metu ſerui-
tutis, non enim eſt dubitandum,
33 quin maximo metu compellatur, ſi
quis in ſeruitutem petitur,*d.l.iſti qui.
dem §.ſi is accipiat ff. quod metus cau.
ſa*.

Et hæc vindicant ſibi locum ſiue
quis vereatur in ſe,ſiue in liberis ſuis,
cum pro affectu magis in liberis, quã
34 in ſe ipſis parentes torqueãtur,*d l.iſti
quidẽ in fine,quod etiam probat* Ariſtot.
*Ethic.li.8.c.12.*inquiens æque parenti
bus liberorum vita chara eſt, atque
ſua,& late comprobat *Tiraquel.in præ.
fata l.ſi vnquam num. 7.*

Præterea procedunt etiam in timo
re perditionis omnium, aut maioris
partis bonorum, *cap.* Abb*as cum ibi*
35 *not.per* Io.Andr.*extra quod metus cau.
sa Gemin.conſilio 15. num. duodecimo,
verſic.item fuit timor cadens,*Curt.Iun.
in l.interpoſitas num. 7. C. de transact.
& hos omnes caſus in ſpecie noſtra,
firmat Sal*as taco cit.sub num.5.verſic.
idem de periculo.*

SVMMARIVM.

1 *Auxilium conſilium, vel fauorem præ.
ſtans dicitur in crimine communicare
etiamſi delinquens erat aliter factu.
rus.*

2 Gl*oſ.in c.nuper verſ.conſilium de ſent.
excom. reprobatur.*

3 *Conſilium in iudicio præſtitum non eſt
reprobatum.*

4 *Participans in crimine damnato ſenten.
tia iudiciali dicitur in crimine com.
municare.*

5 C*ommunicans cum excommunicato in
crimine ante ſententiam, non dicitur
in crimine communicare.*

6 C*lericus carnaliter cognoſcens mulie.
rem excommunicatam propter con.
cubinatum alterius clerici, dicitur in
crimine communicare.*

7 *Laicus cognoſcens mulierem excommu.
nicatam ob concubinatum clerici non
dicitur in crimine communicare.*

8 C*lericus cognoſcens mulierem excom.
municatam propter concubinatum
laici, an dicatur in crimine commu.
nicare.*

9 C*ontrariorum eſt eadem diſpoſitio.*

10 *In materia boneſtatis diſpoſitio loquẽs
in laico babet locum in clerico.*

ARGVMENTVM

Quis dicatur communicare in Crimine.

CAP. XXXXV.

1 IN crimine dicitur
communicare pri-
mo præſtans auxi-
lium, conſilium,
fauorem quo ex-
cõmunicatus foue
ri poteſt in excom.
municatione, vel contumacia,*cap.nu.
per §.primo ibique gloſ. & Doct. & ſi.
gnanter Abb.nu.4.& ante num.* 10.

Quod procedit etiamſi recipiens
auxilium erat aliter facturus, *Lapus,*
Abb.*& Hoſt.in d.cap.nuper,& ibi In-
noc.*

*noc.nu.*4.*Ancbar.ſub nu.*8.*Butr. num.* 18. & hæc eſt communis, quicquid in contrarium velle videatur, *gloſ. in*
2 *eodem cap.nuper,verb. conſilium*, cuius opinio confunditur per eandem rationem ab ea aſſignatam.

3 Hoc autem declaratur dupliciter, Primo, vt procedat de conſilio extra iudicium, ſecus ſi præſtetur in iudicio, quia tale conſilium non eſt reprobatum, *Io.Andr.in d.c.nuper nu.* 4. *Ancbar.nu.*7.

Secundo, vt procedat in auxilio, vel conſilio, quod datur directe ad crimen damnatum, ſecus ſi daretur in facto, ob quem ille, cui conſilium præſtatur non incurrebat in excommunicationem, nam quamuis deinde committat delictum propter quod incurrit excommunicationem, tamen dans conſilium non dicitur communicare in crimine, *Abb. antiq. & Hoſt. in d. cap. nuper. et ibi Butr. num.* 11. *Ancharan. ſub num.* 8. *verſic. Item intelligo.*

4 Secundo dicitur communicare in crimine, qui participat, ſiue cooperatur in crimine damnato ſententia iudiciali; *Doct. communiter in d. cap. nuper*, vbi præſertim *Ancbar. num.* 7. *et* 8. *Butr. num.* 2. *et* 3. *Felin. ſub nu.* 1. *verſic. nota ibi Abb. in d. capitulo ſi Concubinæ num.* 2. *et* 3. *de ſent. excom. Suarez. tom.* 5. *diſput.* 15. *ſect.* 2. *num.* 7.

Dixi qui participat, ſiue cooperatur in crimine, quia excluſa participatione, ſiue cooperatione non dicitur in crimine cooperari, etiamſi ſuccedat in officio, quod gerebat excommunicatus, *c.* 1. *vbi Doct. de offic. Vicarii lib.*6.

Dixi etiam in crimine damnato ſententia iudiciali, tum quia communicans excommunicato in crimine
5 ante latam ſententiam, non dicitur communicare in crimine, nec incidit in excommunicationem, *d.cap. ſi Concubinæ, ibique Ancbar. Butr. & Abb.* tum etiam quia ſi quis cõmunicet excommunicato non in crimine, ſed in alio negotio, non contrahit excommunicationem, vt in caſu, de quo *per Ancbar. loco cit. num.* 8. Exemplum communicationis in crimine poni poteſt in clerico, qui rem habeat cum mulier excommunicata propter concubinatum alterius clerici, ſic enim dicitur communicare in crimine, vt eſt *teſt. in d.cap. ſi concubinæ, vbi Io.Andr.*
6 *Butr. Abb. & reliqui cõmuniter, Socc. in cap. Inter alia num.* 45. *de ſent. excom.* Dixi, ſi clericus rem habeat cum muliere excommunicata propter concubinatum alterius clerici, nam ſi mulier excõmunicata propter concubina
7 tum clerici cognoſceretur carnaliter à laico, talis laicus non diceretur communicare in crimine, niſi excommunicatio eſſet lata generaliter propter peccatũ fornicationis, *Butr. & Abb. in dicto cap. ſi Concubinæ, ille num.* 4. *hic num.* 3.

8 Dubitari poteſt, ſi clericus rem habeat cum muliere excommunicata propter concubinatum laici, An dicatur communicare in crimine. Pro negatiua facit, quia, vt mox dictum eſt laicus rem habens cum muliere excõmunicata propter concubinatum Clerici, non dicitur communicare in crimine, ergo idem eſt dicendum in clerico rem habente cum excommunicata propter concubinatum laici, vt contrariorum eadem ſit diſpoſitio *l.* 1. *ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris l.*
9 *prima ff. de tutell.* Quo non obſtante contrarium puto verius, tum quia in materia honeſtatis diſpoſitio lo-
10 quens de laico, comprehendit etiam clericos, *cap. cum ab omni ſpecie, de vita & honeſt. cleric.* tum etiam quia in hac materia excommunicatio nititur in cauſa, nempe in fornicaria coniunctione, quæ operatur, vt extendatur de perſona ad perſonam *gloſ. in d.l. ſi concubina, ibiq. Butr. num.* 5.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Oris communicatio eſt cum excommunicato generaliter interdicta.*

2 *Neque ſecrete loquendum eſt cum excommunicato.*

3 *Etiam ſi excommunicatus ſolus loquatur, non ipſi auris præbenda.*

4 *Excommunicatus ſalutans non eſt reſalutandus.*

5 *Loquutio, nuntium, & epiſtola purificantur.*

6 *Neque per ſigna, & nutus loquendum eſt excommunicato.*

7 *Epiſcopus loquens cum excommunicato incidit in minorem excommunicationem.*

8 *Præceptum de non loquendo cum excommunicatis non obligat Sum. Pontificem.*

9 *Excommunicati inter ſe loqui non poſſunt.*

10 *Pluralitas delictorum auget delictum.*

11 *Faciens ſigna ſalutationis dicitur communicare.*

12 *Prohibitus ſalutare an cenſeatur prohibitus detegere caput.*

13 *Dicens excommunicato volo te alloqui ex hoc ſolo non incidit in minorem excommunicationem.*

14 *Cum excommunicato comedendum non eſt etiam ſi diuerſæ ſint menſæ, dummodo ſint eodem tempore, & in eodem cænaculo, num. 15.*

16 *Excommunicato ſuperueniente inchoato prandio menſa deſerenda eſt.*

17 *Dormiens in eodem lecto cum excommunicato, dicitur cum illo communicare, limita nu. 18.*

19 *Habitans in eadem domo, vel camera cum excommunicato, quomodo non dicatur cum illo communicare.*

20 *Xenia excommunicato dari prohibentur.*

ARGVMENTVM.

De quatuor ſpeciebus communicationis cum excommunicatis.

CAP. XXXXVI.

PRima ſpecies cõmunicationis eſt oris, cuius appellatione comprehenditur quęlibet alloquutio, quæ proinde generaliter eſt nobis cum excommunicato
1 interdicta, *cap. ſicut Apoſtoli 11. quæſt. 3. c. ſi aliquando de ſent. excom. c. ſtatuimus, & c. conſtitutionem eod. tit. lib. 6. clem. final. eod. tit. Couar. in cap. Alma mater par. 5. §. 2. Sot. & cæteri in 4. diſt. 22. q. 1. art. 4. Caiet. in ſum. verb. excommunicatio 5. Doct. in cap. nulli vbi ſignanter Abbas num. 3. Felin. nu. 4. Abb. in c. illud nu. 6. de cler. excom. cum aliis infra allegandis.*

2 Extenditur Primo, vt prohibeamur loqui non ſolum publice, ſed nec etiam ſecrete, *cap. cum excommunicato ibi aut palã, aut abſcondite eadẽ cauſa, & q. Suarez d. diſput. 15. ſect. 1. ſub num. 2. Alter. d. lib. primo diſp. 10. cap. 1. in princ. Viuius deciſ. 99. num. 5.*

3 Extenditur Secundo, vt procedat ſiue excommunicatus reſpondeat, ſiue non, & ſiue excommunicato, ſolam aurem præbeamus, quamuis ipſe tantum loquatur, vel ab ipſo ad loquẽdum prouocemur, *Sot. in 4. ſent. diſt. 22. q. 1. art. 4. Io. Andr. in cap. ad hæc in fine de priuileg. & ibi Butr. ante nu. 7. Suarez vbi ſupra, Caiet. in verb. communio 5. Silueſt. in verb. excommunicatio 5. §. 2. Sot. diſt. 2. quæſt. 1. art. 4. Couar. in cap. Alma Mater par. 5. §. 2. num. 1. Viuius deciſ. 96. numero tertio.*

4 Extenditur Tertio, vt neque liceat excommunicatum nos ſalutantem

ſalutantem reſalutare, *Sot. & Viuius locis mox citatis*.

5 Extenditur quarto, vt neque liceat
excommunicato litteras, aut nuntium
mittere, loqui enim & mittere litteras,
aut nuntium pariſicantur, *cap. ſi ali-
quando, de ſent. excom. clem. final. vbi
gloſ. in verb. litteris, eod. tit. & ibi Vital.
num. 7. & cæteri communiter, cap.
vbi periculum §. nulli extra de elect. c.
clericus 81. diſt. l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt.
gloſ. in cap. conſtitutionem verb. parti-
cipatione de ſent. excom. lib. 6. Doct.
communiter in l. 1. in princ. ff. de verb.
oblig. & ibi ſignanter Iaſ. num. 13.
Couar. qui alios refert in cap.* Alma
Mater par. 1. §. 2. num. 1. Suarez *loco
cit. ſub num. 2.*

6 Extenditur quinto, vt procedat e-
tiã in collocutione, quæ fit per ſigna,
& nutus, vel in itinere, aut ſimul con-
ſedẽdo, *gloſ. in d. clem. final. verb. quouis
modo de ſent. excom. Io.* Andr. *in cap.
nuper ante num. 6. de ſent. excom.* qua-
cumque enim ratione fiat humana col-
locutio, dicitur communicatio, *Suarez
vbi ſupra, vbi teſtatur de communi*.

Extenditur ſexto, vt procedat in
quocumque homine, cuiuſcumque di-
gnitatis exiſtat, vt probat *teſt. in cap.
cum deſideres, verb. nemo, de ſent. excom
& ibi notant Abb. num. 2. Felin. in
princ.* Inferentes propterea quod etiã
7 epiſcopus communicans cum excom-
municato incidit in excommunicatio-
nem minorem, & idem repetunt Do-
ctores communiter *in cap. nuper eod.
tit. gloſ. Gem. &* Franch. *in cap. ſtatui-
mus eodem tit. Couar. qui etiam teſta-
tur de communi in cap. Alma Mater
par. 1. §. 2. num. 2.* Hæc ſexta ex-
8 tenſio declaratur, ne procedat in Ro-
mano Pontifice, qui hoc præcepto nõ
ligatur, *Abb. & Felin. in d. cap. nulli
de ſent. excom. & latius diximus in præ-
cedenti cap. num.*

9 Extenditur Septimo, vt compræ-
hendat etiam excommunicatos lo-
quentes inter ſe, excommunicatus
enim non poteſt alloqui cum alio ex-
communicato, H*oſt. in ſumma tit. de
ſent. excom. num.* 11. Io. *de Lignano de
cenſur. §. 27. num. 2.* D*oct. in d. cap.
nulli, de ſent. excom. vbi Abb. num. 3.
teſtatur de communi,* Felin. *ibidem nu.
4. & iterum* Abb. *in cap. illud num. 6.
de cler. excom. miniſtr. Socc. in cap. inter
alia nu. de ſent. excom. Suarez qui etiã
teſtatur de communi d. ſect. 1. num. 12.
Alter. de cenſur. par. 1. lib. 1. cap. 1. diſ-
put. 9. col. 2. verſ. Nec excommuni-
catus,* quicquid in contrarium ſcripſe-
rit *gloſ. in capitulo deuotum, 26. quæſt.
prima*.

Extenditur Octauo, vt procedat
non ſolum quando quis nuſquam cõ-
municauit excommunicato, ſed etiam
poſtquam ſemel ipſi excommunicato
communicauit, pluralitas enim dele-
ctorum non minuit, ſed auget delictũ;
10 *l. 2. ff. de priuat. delict.* per quam ra-
tionem ſic in ſpecie tradunt *Butr. in
cap. præſentia, de ſent. excom.* Socc. *in
d. cap. inter alia nu. 19. eod. tit. & fa-
cit teſtus in cap. exceptionẽ de exception.*
Et hæc quo ad primam ſpeciem com-
municationis oris.

11 Secunda ſpecies communionis hu-
manæ eſt illa, quæ fit aſſurgendo, &
detegendo caput, & aliis ſimilibus ſi-
gnis denotantibus ſalutationem, *cap.
excommunicatus 11. quæſt. 3. cap. omnis
24. quæſt. prima, Cardinal.* Imol. *et re-
liqui in d. clem. final. de ſent. excom.
Silueſt. in verb. excommunicatio 5. §. 3.
Nauar. in manual. capitulo 27. nume-
ro 19.*

Hic dubitari contingit, An hæc ſa-
lutando prohibitio debeat intelligi de
illa ſalutatione, quę fit verbis, An etiã
de illa, quæ fit ex ſimplici actu, prout
12 eſt detegere caput, & ſimilia. Et qui-
dem *Cardinal.* Imol*a, et Nauar. locis
mox citatis* ſunt in ſententia debere in-
telligi de quacunque ſalutatione, ſiue
fiat verbis, ſiue ſimplici geſtu, & ean-
dem docet veriorem *Suarez d. diſput.
15. ſect. 1. ſub num. 3.*

Contrariam opinionem probant
*Diu. Anton. in. 3. par. tit. 25. cap.
2. in princ. Sot. d. ſtinct. 22. q. 1. ar. 4.
maior. diſtinct. 8. q. 2. Armil. in verb.
excom.*

Digitized by Google

excommunicatio 8.*num*.5. *Iacob. Graff. lib.* 4. *caſuum conſcientia cap.* 12. *nu.* 5. Et hęc ſententia mihi videtur potior, & receptior. moueor, quia hæc ſalutationis prohibitio habet fundamentum *in Ioan. Epiſtol.* 2. *cap.* 1. qui vere loquitur de ſalutatione verbali, ait enim, *neque Aue ei dixeritis*, dicere enim proprie ſignificat loqui voce, vel ſcriptura, *l. dicere ff. de arbitr*. Cō. probatur, *ex cap. excommunicatus* 11. *q.* 3. *ibi, nec Aue eis dicat*, facit etiam Geminian. *in cap. quid eſt hoc, in* 2. *not.* vbi quod ſi quis dicat excommunicato, volo te alloqui, ex hoc ſolo non incidit in excommunicationem minorem, & idem tenet Felin. *in d. c. nuper, colum.* 2. *in princ. verſic. Quid ſi aliquis, de ſent. excomm.*

Et hæc opinio apud me fortius procedit, quando fit gratia vitandi rixas, quæ de facili poſſunt euenire, & quia communis conſuetudo videtur hanc opinionem probare, ideo ſaltim ratione conſuetudinis communicans veniret ex cuſandus, quia cum hæc prohibitio ſit humana, moribus vtentium poteſt derogari, *l. de quibus ff. de legib. & in ſpecie Suarez loco citato*.

14 Tertia ſpecies communionis humanæ conſiſtit in menſa, quam habere prohibemur ſimul cum excommunicato, *cap. cum excommunicato* 11. *q.* 3. *cap. nuper, verb. comedendo, vbi gloſ. & Doct. communiter de ſent. excom. Diu. Thom. in* 4. *ſent. diſtinct.* 18. *art.* 1. *Summiſta in verb. excommunicatio*, *Viuius deciſ.* 99. *num.* 5. & eſt omnium receptiſſima opinio, quæ

Extenditur Primo, ut procedat ſiue excommunicatus cum non excommunicato ſocialem uitam agat, ſiue alter alterum inuitet, *Suarez tom.* 5. *ſect.* 2. *num.* 6.

Extenditur ſecundo, ut procedat ſi. ue communes cibi omnibus apponantur, ſiue ſingulis proprii, quolibet enim ex his modis, humana communicatio cedit inter, *Suarez loco citato*.

Extenditur tertio, vt procedat etiamſi excommunicatus, & non excommunicatus eſſent ad eandem menſam à tertio inuitati, *Suarez vbi ſupra*.

15 Extenditur Quarto, etiam ſi conuiuium fieret in pluribus menſis, dummodo fiat in eodem cænaculo, & eodē tempore, tunc enim licet materialiter ſint menſę diſtinctæ, tamen artificialiter videntur vnam, & eandem menſam conſtituere; ſecus ſi eſſent in diuerſis cænaculis, etiamſi conuiuium fiat eodem tempore, & ex eadem cauſa rogati, & expenſis vnius perſonæ; in tali namque caſu, neque phyſicè, neque moraliter poteſt dici, quod adſit communio, vt plenius declarat *Suar. dicta ſect.* 2. *num.* 7.

16 Extenditur Quinto, vt procedat etiamſi excōmunicatus adueniat prandio inchoato, nam tunc alii, ſi non poſſint aliter conſortium vitare, tenentur menſam deſerere, *idem Suarez loco citato ſub num.* 6. *in fine*.

Prædicta limitantur, quando caſu, & ſine vlla relatione vnius ad alterum in eadem menſa quiſque ſuis cibis vtitur, quia illa re vera non poteſt dici communicatio, *idem Suarez d. num.* 6. & comprobatur ex traditis per *Sanch. ad præceptu Decalogi lib.* 6. *cap.* 31. *num.* 14. vbi quod ſi fidelis caſu reperiatur cum infideli in caupona, vel alibi, poteſt quilibet in eadem menſa ſuis ſumptibus de propriis cibis comedere.

17 Et pari ratione licet non debeamus cum excommunicato in eodem lecto dormire, cum hoc fieri nequeat citra communicationem, & familiaritatem. Innoc. *in d. cap. nuper num.* 4. *de ſent. excom. Abb. in cap. ſi vere ſub num.* 10. *eodem tit.* tamen ſi hoc accidat caſu in hoſpitio, vbi vnus, & idem lectus aſſignetur duobus nulla præcedente communione, aut ſocietate, erit citra
18 peccatum, quia hoc non fit per modum ſocietatis, aut coniunctionis, *Suarez vbi ſupra num.* 7. vbi generaliter firmat eſſe inſpiciendam ſocietatem, aut familiaritatem, non autem actualem dormitionem, adeo quod ſi duo per modum ſocietatis vtantur eadem

came.

camera, licet dormiant in diuerſis lectis, tamen dicuntur ſimul communicare, & vice verſa, ſi caſu nulla præcedente communicatione dormiant in eodem lecto non erit communicatio.

19 Et hæc *Suar.* opinio mihi probatur duplici ratione. primo, ex traditis *per Innoc. in d. capitulo nuper numero quarto, de ſent. excom.* vbi quod non dicor communicare cum excommunicato, licet ego, & ille habitemus in eadem domo, quiſque pro ſuis negotiis, quinimo poſſumus habitare in eadem camera, dummodo non in eadem menſa, & lecto, quia tunc non eſt communicare, ſed quiſque vtitur iure ſuo, & hoc idem ſequitur *Abb. in cap. ſi vere num.* 10. *eodem tit.* 2. ex regula, quod in his quæ multiplici ex cauſa fieri poſſunt, non inſpicitur actus, ſed cauſa actus *c.* 2. *de Cappell. Menoch. Socc. conſil.* 3. *num.* 4. *lib.* 1. *Aym. conſ.* 55. *num.* 1. *verſ. ſed reſpondeo*, *Rot. deciſ.* 17. *num.* 2. *par.* 2. Ideo cum ſimul dormire, poſſit fieri ex cauſa includente, & non includente communicationem, merito actus iudicabitur ex illa cauſa, ex qua excluditur excommunicatio argumento *l.* 2. *C. de acquir. poſſeſs.*

Quarta ſpecies communicationis humanæ eſt honorifica Xeniorum miſſio, illa .n. excommunicato dare prohibemur, quia tendit in ſubſtentationem ſuperbiæ, *d. cap. quoniam multos in fi. ne* 11. *quæſt.* 3.

20 Sicuti ab eo recipere non prohibemur, ſi præſtentur ex cauſa neceſſaria, quia talia non ſolum recipi poſſunt, ſed etiam cogitur excommunicatus ad illa præſtandum, *Turrecrem. in c. qui communicauerit nu.* 1. 11. *q.* 3. Pro quo facit *teſt. in c. ſi verè* 34. *de ſēt. excom. cum ibi not per Abb. num.* 2.

Et ſi prohibemur in his communicare excommunicato, vtiq. multo magis erit prohibita, & damnata commiſſio carnalis cum excommunicata, vel excommunicato iuxta *teſt. in c. ſi concubinæ de ſent. excom.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ propter quas licet excommunicato communicare, reſtringuntur ad neceſſitatem, & ignorantiam.*

ARGVMENTVM.

Nonnullæ recenſentur cauſæ ob quas licita eſt communicatio cum excommunicato.

CAP. XXXXVII.

Licet cõmunicatio cum excommunicato ſit culpabilis, poteſt nihilominus interdum rationabilem excuſationem habere, quia cum non ſit intrinſece mala, ſed ſolum quia prohibita poſſunt plures cauſę aſſignari, quibus licita fieri poſſit, *cap. quoniam multos* 11. *quæſt.* 3. *cap. inter alia de ſent. excom.*

1 Cauſæ autem et ſi plures ſoleant recenſeri, omnes tamen ad duas poſſunt reſtringi, nempe ad neceſsitatem, & ignorantiam, iſtæ enim ſunt cauſæ, quibus mouetur Gregorius ſeptimus *in d. cap. quoniam multos.*

Et quantum attinet ad neceſſitatem, illa quidem eſt multiplex, prima eſt neceſſitas coniugii, & hæc tangit vxorem, & maritum; Secunda, neceſſitas ſubiectionis, quę tangit filios, ſeruos, & vaſſallos, Tertia neceſſitas ſimplex. Quarta, neceſſitas moralis, ſiue ad melius eſſe, de quibus ſigillatim erit agendum.

SVMMARIVM.

1 Vxor poteſt viro excommunicato communicare.
2 Socius excommunicato ſocio communicare poteſt.
3 Vxor viro excommunicato poteſt communicare quoad totam ciuilem, & vſualem communicationem.
4 Exceptio eſt intelligenda ſecundum terminos regulæ.
5 Vxor non ſolum poteſt viro excommunicato communicare, ſed etiam tenetur.
6 Excommunicatio mariti non tollit obligationem vxoris.
7 Quo iure competat vxori poſſe viro excommunicato communicare.
8 Eccleſia poteſt priuare principes, & abſoluere ſubditos a neceſſitate parendi.
9 Cap. quoniam multos 11. quæſt. 3. quomodo intelligendum.
10 Vxor propter excommunicationem mariti non poteſt repetere dotem, etiam ſi in excommunicatione perſeueret intellige vt num. 11.
12 Vxor quæ ſcienter excommunicato nupſit, an poſſit cum illo communicare.
13 Matrimonium cum excommunicato contractum valet.
14 Nubens excommunicato grauiſſime peccat.
15 Delinquens in eccleſia non gaudet immunitate illius.
16 Verba generalia reſtringuntur ad terminis habiles.
17 Actus cum peccato geſti interdicitur exequutio.
18 Contrahens ignoranter cum excommunicato poteſt cum illo communicare.
19 Contrahens cum excommunicato non denunciato non dicitur facere contra cenſuram.
20 Excommunicatus, ab vxore debitum petere poteſt.
21 Diſpoſitio loquens de vire locum habet in vxore.
22 Cap. quoniam multos 11. q. 3. conſiderat naturale fædus inter vtrumque coniugem.
23 vbi eſt eadem ratio, militat eadem iuris diſpoſitio.
24 Tex. in d. c. quoniam multos non excludit rationabilem interpretationẽ.
25 Vbi plura habent vnam rationem, expreſſio vnius exemplificat non reſtringit.
26 Vir eſt caput vxoris.
27 Excommunicatus agere poteſt ſpolio ad recuperationem vxoris.
28 Vxor putatiua communicare poteſt uiro putatiuo.
29 Matrimoninm putatiuum non detecto impedimento gaudet priuilegiis ueri matrimonii.
30 Sponſa per uerba de præſenti dicitur uere uxor.
31 Sponſa per uerba de futuro non gaudet priuilegio d. c. quoniam multos.
32 Excommunicatio lata contra participantes cum excommunicato non afficit perſonas exceptas in d. c. quoniam multos.
33 Perſona excepta in d. c. quoniam multos non poſſunt communicare in crimine criminoſo.
34 Communicans in crimine excluditur a qualibet communicatione ſibi permiſſa.
35 Vxor an poſſit in diuinis viro excommunicato communicare.
36 Lex generaliter loqnens, generaliter debet intelligi.
37 Diſpoſitio regulari debet a ratione.
38 Ceſſante cauſa ceſſat effectus.
39 Diuortium inter coniuges tollit priuilegium d. c. quoniam multos.
40 Vxor non poteſt communicare cum excõmunicatis participantibus cũ viro.
41 Viro coenante cum excommnnicato vxor in eadem menſa diſcumbere non poteſt.
42 Coniuges propter matrimonium excommunicato inuicem communicare non poſſunt.
43 Viro ob hæreſim, excommunicato, vxor communicare non poteſt.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An & quomodo vxor poſſit cõmunicare viro excommunicato ex neceſſitate coniugij, cuius occaſione plene agitur de intell. cap. quoniam multos 11. quęſt. 3. & cap. inter alia de ſent.excom.

CAP. XXXVIII.

Sit regula conſtituta Vxorem poſſe communicare viro excõmunicato, hoc enim exigit naturale foedus, & coniugii ne-
1 ceſſitas, ita habetur expreſſe *in d.c. quoniam multos* 11. *quaſt.* 3. *& in d. cap. inter alia de ſent. excomm. & vtrobique* Doct. *communiter gloſ. in cap. cum deſideres verb. pœnam eodem tit. D. Thom. in* 3. *par. quaſt.* 23. *art.* 1. *Sot. in* 4. *ſent. diſtinct.* 22. *quaſt.* 1. *art.* 4. *Silueſt. in verb. excommunicatio* 5. §. 4. *Angel. in verb. excommunicatio* 8. *num.* 7. *Caiet. in ſum. cap. de participatione cum excommunicato, Cou. in cap. Alma mater par.* 1. §. 1. *ſub num.* 8. *Suarez tom.* 5. *diſput.* 15. *ſect.* 4. *Sanchez de matrim. lib.* 9. *diſput.*
2 14. *num.* 2. *Felicius in tract. de Soc & cap.* 18. *num.* 9. facit quia ſi licet ſocio communicare cum ſocio excommunicato *gloſ. penult. in cap. ſi vere de ſent. excom. gloſ. in cap.* 1. *viuit* 41. *diſt.* vtiq. multo magis licebit Vxori, quę dicitur ſocia diuinæ, & humanæ domus *l.* 1. *ff. de tit. nupt.*

3 Extenditur Primo, vt procedat nõ ſolum quo ad coniugalem actum, ſed etiam quo ad alias actiones, & obſequia, ac denique quo ad totam ciuilem, & vſualem communicationem *Hoſtiens. in ſumm. tit. de ſenten. ex. comm. §. qua ſit poena num.* 15 *verſic. Lex excuſat. Turrecrem. in d. cap. quoniam multos paulo poſt princ. Palud. loco cit. quaſt.* 6. *art.* 2. *num.* 3. *Gabriel. ibi q.* 6. *art.* 1. *nu.* 2. *Ledeſma in ſum. Sacram. tit. de excomm. cap.* 6. *caſu* 2. *Suarez d. ſect.* 4. *Sanch. loco cit. ſub nu.* 4. *vbi quod de hac re neminem dubitare vidit Vgolin. de cenſur. tab.* 2. *cap.* 2. §. 6. *nu.* 1.

Ratio eſt duplex, prima quia cum coniux teneatur ad actum coniugalem; conſequens, vt teneatur ad communicationem ciuilem, ſine qua actus ille exerceri non poteſt, *d. c. inter alia, §. vt igitur in fine l. oratio ff. de ſponſal.*

Secunda, quia cum excommunicato ſit interdicta omnis communicatio, *cap. ſicut Apoſtoli cum ſeq.* ſitque excepta vxor generaliter, & indiſtincte in *d. cap. quoniam multos*, conſequens eſt, vt talis debeat cenſeri exceptio, qualis eſt prohibitio, cum
4 exceptio debeat intelligi ſecundum terminos regulæ *l. ſed an vltro §.* 1. *ff. de negot. geſt. l. nam quod liquida §. vlt. ff. de penu leg. Dec. in l.* 1. *num.* 20. *ff. de reg. iur. cum aliis per Surd. dec.* 123. *num.* 13.

5 Extenditur ſecundo, vt vxor non ſolum poſſit, ſed etiam teneatur ad communicandum marito excommunicato in his quæ lege matrimonii, ante excommunicationem tenebatur vt ad poſtulationem ſtudii Bononienſis prouida conſtitutione declarauit Innocentius Tertius *in d. cap. inter alia de ſent. excom. ibiq. Abb. nu.* 3. *&* 4. *Fel. nu.* 2. *Henric. Boich. nu.* 7. *Io. Andr. ad ſpecul. tit. de donat. inter vir. & vxor. §. final. verſ. Quid ſi vir, Bal. in l. penult. C. de leg. Iul. de plagiar Butr. in cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. Bald. Nouell. in tract. de dote par.* 3. *quaſt.* 24. *Suar. d. diſput.* 14. *numero* 13.

6 Ratio huius extenſionis petitur ex eodem *cap. inter alia*, nempe quia excommunicatio mariti non priuauit illum iure ſuo, & per conſequens non abſtulit debitum imo propter hoc debitum ſoluendum communicatio

eſt ſub obligatione, quia ſine obligatione debitum ſolui non poteſt *inſt. quib. mod. oblig. toll. in princ.*

7 Ex quo inferunt, *Tancred.* & Hugo *in d. cap. inter alia* diſpoſitionem *d. cap. quoniã multos*, non proceſſiſſe ex benignitate iuris poſitiui, ſed ex iure diuino, & naturali illam præcipiente, quia ſolutio debiti ex iuſtitia eſt neceſſaria iure naturali, §. *iuris præcept. inſt. de iuſt. & iur.* Et vlterius inferũt huiuſmodi communicationem eſſe neceſſariam adeo, vt non potuerit eccleſia illam prohibere. Hanc ſententiam quatum attinet ad has duas illationes vti falſam improbandam merito cenſet *Suarez d. ſect. 4. num.* 3. ductus potiſſimum ex *d. cap. inter alia, in illis verbis, cum adhuc debitum daret beneficio canonicis id agente, à priori non ſunt ob noxietate ſolutæ*, in quibus verbis aperte patet, quod vt debitum duret, non procedit ex obligatione naturali, aut Diuina, ſed ex canonis beneficio, nam ſi eccleſia vellet vti ſtricto iure, ſicuti poteſt priuare principem iure principatus, & abſoluere ſubditos ab obligatione parendi, *vt in cap. excommunicamus §. moneantur autem, & cap. fin. de hæret.* Equidem multo magis poteſt priuare coniugem communione, & conſortio alterius Coniugis.

Corroboratur hæc *Suarez* opinio ex eodem *cap. quoniam multos, in illis verbis, apoſtolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos ſubtrahimus, videlicet vxores, liberos &c.* Si enim Pontifex ibi ſubtrahit ab anathematis
9 vinculo, Ergo ipſa ſubtractione ceſſante, vxores, Liberi, & coeteri, de quibus ibi eſſent cenſura innodati, non autem exempti iure naturali, aut diuino. Dicendum ergo diſpoſitionem *d. cap. quoniam multos*, proceſſiſſe ex mera benignitate apoſtolica, quæ conſulere voluit communi fidelium bono, cum variis ex cauſis cenſuris implicarentur.

10 Extenditer Tertio, vt per excommunicationem mariti non poſſit vxor repetere dotem, *Bald. Nouell. in tract. de dote par. 3. quæſt. 24. Vgolin. d. tab. 2. capitulo 23. §. 6. numero quinto.*

Quod procedit, etiamſi perſeueraret in xecommunicatione, *Vgolin. loco mox cit. quem ſequitur Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 14. nu. 25.*

Contrarium in hac ſpecie tenet
11 *Alex. conſil. 78. num. 3. lib. 5. ex ſententia Roffredi in quæſt. Sabbatinis quæſt. 21.*

Opiniones conciliando diſtingui poteſt, vt ſi quidẽ vir eſt perſiſtens in excommunicatione, adeo vt tanquam inſordeſcens declaretur hæreticus, poterit vxor volens, repetere dotem, quia tunc vir amittit bona ſua, *cap. cum ſecundum leges §. fin. de hæret. lib. 6.* ſecus ſi non inſordeſcat, licet perſeueret ex rationibus allatis *per Sanchez loco cit.*

12 Extenditũr Quarto, vt procedat etiam in vxore, quæ nupſit excommunicato ſcienter, ita firmat V*golin. loco cit. num. 1. quem ſequitur* Alter. *de cẽnſur. lib. 1. diſput. 15. cap. 2. verſic, ſed poſſet Sanchez d. diſput. 24. num. 3.*

Mouentur vnica tantum ratione, nempe quia verba *Gregor. in d. cap. quoniam multos* ſunt generalia, & propterea debent complecti omnes vxores, *arg. c. omnis vtriuſq; ſexus, de pænit. & remiſſ.*

Item comprobari poteſt quia ma-
13 trimonium cum excommunicato contractum, eſt validum, vt plene probat *Sanchez de matr. lib. 7. diſput. 9.* Ergo debet producere ſuum effectum, alias parum prodeſſet validitas.

Contrarium nempe quod talis vxor nequeat communicare marito ſentit *Suarez d. ſect. 4. num. 6.* cuius opinio apud me eſt verior; Primo auctoritate *D. Thom. in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 4.* vbi explicans *d. c. quoniam multos* tenet ſeruos, qui poſt excommunicationem ſe ſubdiderunt Domino, non poſſe illi communicare; eadem ergo ratione, & mulier quæ poſt excommunicationem nupſit.

Secun-

14 Secundo, nubens excommunicato dubio procul peccat grauiſſime, vt probant multi relati per *Sanchez loco cit. num.* 3. At ſi poſſet communicare cum excommunicato reportaret commodum ex propria iniquitate, ergo, conſequentia probatur, quia ius, & æquitas vult, vt in eo, in quo deliquit, quis puniatur, *cap. paſtoralis de iurepatr. cap. ad liberandum de iudæis, cap cum olim de offic. deleg.*

15 Hinc delinquens in eccleſia non gaudet immunitate eccleſiaſtica, *cap. vult. de ſent. excom. immunit. eccleſ.* & arripientibus vaſa ſacra, & vſu humano illa contrectantibus cum ad poenitentiam reuertuntur, interdicitur ingreſſus eccleſiæ, *cap. De viro* 11. *q.* 2. Et epiſcopus, qui propria auctoritate ſe transfert in aliam eccleſiam, priuatur vtraque, *cap. quanto, de translat. Epiſcop.*

Non obſtant contrariæ opinionis Argumenta, & quo ad primum, verba generalia ſemper recipiunt interpretationem ab habilibus, *Bald. in l.* 1. *§. nunciatio num.* 21. *ff. de nou. oper. nunciat. Iaſ. in l.* 2. *§. Prætor ait num.* 3. *ff. qui ſatiſd. cogantur Ruin.*

16 *conſil.* 1. *num.* 15. *lib.* 4. *Natt. conſil.* 359. *num.* 5. *late Tiraquell. de retract. conſang.* §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 26. *cum aliis per Surd. deciſ.* 112. *nu.* 2.

Quo vero ad ſecundum, licet actus teneat, nihilominus quando in eo faciendo adeſt peccatum, tunc interdi-

17 citur vſus, & exequutio, *cap. pen. de tempor. ordinat.* vbi ſuſcipiens eadem die plures ordines ſactos, licet ordines imprimantur tamen caret exequutione, & vſu. hoc idem etiam probari poteſt ex *d. cap. vlt. de immunit. eccleſ. & ex aliis ſupra allegatis.*

18 Declaratur hæc concluſio dupliciter. Primo, ne procedat in ea, quæ contraxit cum excommunicato ignoranter, tum quia cum nihil egerit contra cenſuram, æquitas non patitur, vt poenis cenſurarum plectantur.

Tum etiam quia quantum in ſe eſt, habetur perinde ac ſi cum excommunicato non contraxiſſet, vt conſiderat *Suarez. d. diſput.* 15. *num.* 7.

19 Declaratur ſecundo, vt pari ratione non procedat in contrahente cum excommunicato adhuc non denunciato, quippe cum iſte *poſt extrauagantem, ad euitanda*, non ſit de neceſſitate vitandus, ſequitur, vt mulier contrahens cum illo, non dicatur facere contra cenſuram, *idem Suarez loco nuper citato.*

20 Extenditur Quinto, vt vxor non ſolum poſſit, & debeat reddere debitum marito excommunicato petenti, ſed etiam poſſit ab ea illud exigere, vt eſt communis opinio, de qua teſtantur *Suarez loco cit. num.* 8. *Vgolin. d. tab.* 2. *c.* 23. *§.* 6. *num.* 3. *Henriquez, & alii, vt per Sanchez d. diſput.* 14. *ſub num.* 20. *&* 23. *Alter. loco cit. cap.* 2. *verſic. ſi poſtules.*

21 Extenditur ſexto, vt ſicuti vxor cogitur communicare cum marito excommunicato, ita vir cogitur communicare cum vxore excommunicata, quia diſpoſitio loquens in uiro habet locum in uxore, & e contra, vbi militat eadem ratio *Argumento l. illud ff. ad legem Aquil.* ita firmant *Tur. recrem. in d. cap. quoniam multos, in principio, ibique Gemin. num.* 4. *verſ. Quæro quia textus Præpoſit. num.* 1. *Ang. in ſumma, verb. excommunicatio* 8. *quæſt.* 8. *Tabiena in verb. excommunicatio* 8. *num.* 9. *verſic.* 8. *Nauar. in ſum. cap.* 27. *num.* 27. *verſic. humile. Adrian. in* 4. *ſent. diſt.* 18. *quæſt.* 3. *de clauib. except.* 6. *diſp.* 6. *& ibi Palud. q.* 6. *art.* 2. *num.* 3. *Gabriel. q.* 3. *art.* 1. *notab.* 3. *Cou. in c. Alma mater, par.* 1. *§.* 2. *num.* 8. *Vgol. d. t.* 23. *§.* 6. *nu.* 6. *alios refert Sanch. d. diſput.* 14. *ſub num.* 16.

Contrarium tenent *gloſ. in d. cap. quoniam multos, verb. Vxores, ibique Archid. num.* 1. *verſic. in gloſa ſed nunquid, Goffred. in ſum. tit. de ſent. excomm. num.* 3. *Io. Monach. in cap. ſtatuimus num.* 2. *verſic. contra dic, de ſent. excomm. lib.* 6. *Hoſtiens. in ſumma eodem tit.* §. *quæ ſic poena participantium, numero decimo quinto,*

verſic. Lex, Boich. in cap. inter alia num. 5. de ſent. excom. D. Ant. in 3. par. tit. 25. cap. 1. §. 1. verſic. ſecundo excuſat, Suaderi poteſt hæc opinio, quia *teſt. in d. cap. quoniam multos* tecenſet peculiariter perſonas, quas vult eſſe, ab hoc præcepto exemptas, inquit enim, *Apoſtolica itaque auctoritate ab Anathematis vinculo hos ſubtrahimus, videlicet Vxores, Liberos*, &c. Inter has autem perſonas non reperitur connumeratus maritur.

Quo non obſtante prior opinio vi-
22 detur receptior, & verior ex infraſcriptis. Primo, quia diſpoſitio *d. c. quoniam multos*, non tam conſiderat perſonam mariti, quam neceſſitatem communicandi, & ſic naturale foedus inter vtrumque coniugem, quæ ratio cum æque militet in vxore, & in marito, parem in vtroque debet inducere diſpoſitionem, *l. illud ff. ad l. Aquil. l. à Titio in princ. ff. de verb. oblig. cap. tranſlato de conſt. cap. inter corporalia*
23 *de tranſlat. Prel.* vbi enim duo caſus ſunt ſub eadem ratione, tunc diſpoſitum in vno cenſetur tacite diſpoſitum in alio, *l. bis ſolis in illis verbis, ſatis tacite actum C. de reuoc. donat.* quem adhoc dicit ſingularem *Bald. in cap. quia V. in fine de iudic.* & iterum *in rubr. C. de Nautic. fœnere*, cum aliis pluribus congeſtis *per Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa par. 1. num. 151. Surd. deciſ. 276. num. 8. & 9.*

Secundo, quia *teſt. in d. cap. quoniam multos*, inter perſonas ibi ſpecificatas enumerat ruſticos, & ſeruientes, & deinde ſubdit, & omnes alios, qui non adeo curiales ſunt, vt eorũ cõſilio ſcelera perpetrentur. Ecce quod teſt. nõ reſtringit ſe ad perſonas ſpecificatas, adeo vt excludat rationabilem interpretationem, quia verba illa, *& omnes alios* demonſtrant eius mentem eſſe, vt præter perſonas expreſſas in-
24 cludantur alii ſeruientibus ſimiles, ergo pari ratione dum loquitur de vxore debet comprehendere virum, cum eadem militet ratio tum quia eatenus extenditur dictum, quatenus ratio illius extenditur, *Bald. per illum teſt. in l. quod dicitur ff. de pact. & conſil. 309. opinio communis, ante med. lib. 4. gloſ. in clem. 1. verb. eligatur, & ibi Card. de elect. Ang conſ. 246.*

25 Tum etiam quia vbi plura habent eandem, rationem licet fiat mentio vnius, id videtur fieri exemplariter non reſtrictiue, *Bald. in l. de quibus. ff. de legib. Alex. lat. & alii relati per Tiraquell. in l. ſi vnquam, verb. libertis num. 45. C. de reuoc. donat.*

Quod quidẽ procedit etiam in odioſis, *Abb. in cap. 1. de iur. calum.* atque etiam in poenalibus, vbi ratio eſt expreſſa, vt poſt alios docet idem *Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa par. 1. num. 150.*

26 Tertio, quia vir eſt caput vxoris, eamque regere, & corrigere tenetur, vt ad viam ſalutis redeat, *l. ſi adulterium, §. imperator ff. ad leg. Iul. de adult. Signorol. conſil. 63. nu. 1. Alex. conſil. 115. num. 2. lib. 4. Dec. in l. vt vim nu. 22. ff. de iuſt. & iur. cum aliis per Menoch. de arbitr. caſu 364. num. 8.* At huiuſmodi correctio fieri non poteſt ſine communicatione, ergo.

27 Demum ſi licet excommunicato agere ſpolio ad reſtitutionem vxoris ad euitandum animæ periculum, *Butr. in cap. finali, de ordine cognit. ibique Abb. num. 12. Pontan. de ſpolio lib. 3. c. 2. nu. 4.* vtique pari ratione licebit ſecum communicare quando eſt excommunicata.

28 Extenditur Septimo, vt procedat non ſolum vbi re vera matrimonium conſiſtit, ſed etiam in matrimonio putatiuo, nempe quia matrimonium eſt contractum in facie eccleſiæ, ſed adeſt impedimentum quod contrahentes ignorabant, vt firmat *Vgolin. de cenſur. tab. 2. §. 6. ſub num. 1. verſic. nam primo, Vxor.*

Ratio eſt, quia mattimonium puta-
29 tiuum, quandiu impedimentum ignoratur à Contrahentibus, gaudet priuilegiis veri matrimonii, adeo vt proles inde ſuſcepta dicatur legitima, *cap. 2. & cap. prolatum, & cap. peruenit, & c.*

ex

Digitized by Google

ex tenore, qui fil. ſint legit.
30 Extenditur Octauo vt procedat e-
tiam in ſponſa per verba de præſenti,
Ita docet *Sanchez de matr. lib. 9. diſp.
14. ſub num.* 8. tum quia in materia
indifferenti, & multo magis in fauora-
bilibus, quale eſt decretum excipiens
Vxorem ab excommunicatione, appel-
latione Vxoris venit etiam ſponſa per
verba de prçſenti, *Abb. in cap. tertio lo-
co, in fine, de præſumpt. ibique Felin. nu.
4. Silueſt. in verb. ſponſalia q. 1. dicto 2.
Auen. conſ.* 10. *num.* 3. *Alex. Carrer.
de ſponſal. lib. 5. cap. 5.* Tum etiam
quia per matrimonium nondum con-
ſumatum facta eſt inter coniuges mu-
tua corporum traditio, qua coguntur
ſimul habitare & mutua obſequia præ
ſtare, quæ res fuit cauſa deciſionis tex
31 tus *in d. cap. quoniam multos*. Dixi de
ſponſa per verba de præſenti, quia
aliud eſt dicendum in ſpõſa per verba
de futuro, vt docet, *Vgolin. d. tab. 2.
cap. 23. §. 6. num.* 4. cum quo in hac
parte concordat *Sanchez loco cit. &*
quibus adhçreo; Etenim Conſtitutio
loquens de matrimonio non habet lo-
cum in ſpõſalibus per verba de futuro,
l. in eo iure §. hoc apud ff. de ritu nupt.
nec in tali ſponſa poteſt dici matrimo
nium, *l. quod Seruius ff. de cond. ob cauſ.
l. 1. cum ſeq. ff. de ſponſal.*
32 Extenditur Nono, vt ſi iudex excõ
municet maritum, & participantes cũ
eo, talis excommunicato non afficiat
Vxorem, neque alias perſonas exce-
ptas *in d. cap. quoniam multos*, ſed af-
ficiat tantum eos qui communicant
extra caſus permiſſos, & exceptos, ita
docet, & recte *Socc. in d. cap. inter alia
num. 6. & 125. de ſent. excom. Vgolin.
d. tab. 2. cap. 23. §. 6. num. 3. Sanchez d.
diſput. 14. num. 7.*

Hæc eadem regula nonnullas ad-
mittit limitationes, & Primo non pro-
cedit in communicatione in crimine
crimino ſo, hçc enim cum ſit mala de
33 per ſe, omnino vetita eſt, adeo vt neq.
inter coniuges, neque inter alias quã-
uis coniunctiſſimas perſonas admit-
tatur, vt expreſſe habetur *in d. cap.
Inter alia, in fine de ſent. excom. ibique
præſertim gloſſ. final. & Socc. num. 69.
verſ. item prædicta, & num. 124. ver.
prima*, & iterum *teſt. in cap. nuper &
cap. ſi concubinæ. eodem tit. Vgolin. d.
tab. 2. cap. 23. §. 6. num. 4. verſ. 4.
Vxor. Sanchez de matrim. lib. 9. diſput.*
34 14. *n.* 10. Quinimo ſi contingat quod
perſonæ, quæ aliqua ratione admittun
tur ad communicationem ciuilem cũ
excommunicato communicent illi in
crimine, tunc repelluntur etiam à cõ-
municatione ciuili, vt probat expreſſe
Teſt. in d. cap. quoniam multos in illis
*& omnes alios, qui non adeo Curiales
ſunt, vt eorum conſilio ſcelara perpetrē-*
35 *tur*. Secundo limitatur in communi-
catione in Diuinis, illa enim neque
Vxori, neque liberis, neque aliis per-
mittitur, vt probant, & recte *Caiet. in
ſum. verb. excommunicatio, ad finem
Armill. eodem verb. num. 44.*

Contrarium docent *Nauar. in ſum
ma cap. 27, num. 27. Henriquez de ex-
com. lib. 13. cap. 22. num. 2. et alii quos
refert, et ſequitur Sanchez de matrim.
lib. 9. diſp. 14. nu.* 5. Ducuntur, quia
diſpoſitio *d. cap. quoniam multos*, lo-
36 quitur generaliter, & indiſtincte de
communicatione, ideoque ſic debet
intelligi de communicatione in Diui-
nis, ſicuti in Actibus ciuilibus, quia
lex loquens generaliter, debet gene-
raliter intelligi, *l. de prætio ff de publi-
can.* Addi poteſt præter eos, quod diſ-
poſitio *d. cap. quoniam multos*, excipit
communicationem in crimine, ergo
videtur admittere omnes alias ſpecies
communicationis, quia ſi voluiſſet
quod non compræhenderetur, vtique
eam excepiſſet ſicuti excepit commu-
nicationem criminoſam. Quibus nõ
obſtantibus prior opinio eſt non ſolũ
tutior, vt fatetur *Henriq. loco cit* ſed
etiam de iure verior. Moueor, quia
diſpoſitio *d. cap. quoniam multos*, niti-
tur ratione expreſſa, quæ operatur, vt
eatenus extendatur diſpoſitio, quate-
nus extenditur ratio, debet enim ab
illa reſtringi, & regulari, *l. adigere,
§. quamuis ff. de iure patr. l. ſi is ff. de
acquir.*

acquir. poſſ. l. hac actum, vbi gloſ. ff. de calumniat. Salic. in l. 2. col. 1. verſ. alii C. de noxal. cum aliis allatis per Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa par. 1. num. 148. Ratio autem expreſſa, quantum attinet ad coniuges, aliosq. ſanguine coniunctos, eſt neceſſitas cõmunicandi, quæ quidem ratio non militat in Diuinis, quia nulla neceſſitas eſt, neque præciſa, neque moralis, quod coniux, aut filius, aut ſeruus cõmunicet coniugi, aut Patri, vel domi-
38 no in Diuinis, cum ipſe excommunicatus Diuinis intereſſe non poſſit, Ideoque ceſſante neceſſitate, debet ceſſare diſpoſitio, cuius cauſa eſt inducta, *cap. cum ceſſante de appell. l. illud ff. ad l. Aquil. capitulo translato de conſtit.*

Ad Argumenta in contrarium allata reſpondetur, & quo ad primum, lex quamuis generaliter loquens, ſemper reſtringitur à ratione expreſſa ex hactenus allegatis, nec non & à ratione naturali, *l. quamuis ff. de in ius vocan. Abb. in cap. ſugeſtum de appell. Marſil. in rubric. C. de probat. nu. 178. Surd. deciſ. 122. num. 20.* Hac eadem ſolutione tollitur ſecundũ, quia quod non ſit per Pontificem expreſſa iſta communio, non operatur vt diſpoſitio non debeat regulari, & declarari à ratione expreſſa & naturali, *ex doctri. nis alleg.*

39 Tertio limitatur, vbi coniuges eſſent diuortio ſeparati, cum enim ob id ſint liberati ad inuicem ab obſequiis, Iure optimo tunc non habet locum diſpoſitio, *dicto cap. quoniam multos*, ita docent *Io. Andr. in d. cap. inter alia num. 4. de ſent. excom. Anchar. in cap. ſtatuimus num. 4. eodem tit. lib. 6. Vgolin. et Sanchez locis cit. ille ſub num. 4. hic nu. 11.*

40 Quarto limitatur, vt Vxor, quamuis poſſit communicare cum Viro excommunicato, tamen non poteſt communicare cum excommunicatis participantibus cum viro, quia priuilegium nititur in ratione neceſſitatis, & foederis matrimonialis, quę reſpicit ſolam perſonam mariti, ita docet *Palud. in 4. ſent. diſt. 18. q. 6. art. 2. n. 4. Vgolin. d. n. 4. Sanchez num. 12.*

41 Vnde deducitur Primo, quod Viro cænante cum excommunicato non poteſt Vxor in eadem menſa diſcumbere, nec aliter cum excommunicato participare, *Aſtenſ. in ſumma par. 2. lib. 7. tit. 12. q. 5. Monald. in ſumma tract. de excom. tit. in quibus caſibus quibus poſſit, verſ. item licet, D. Anton. par. 3. tit. 25. cap. 1. §. 1. verſ. 2. excuſat. Roſel. in verb. excommunicatio 6. nu. 5. Angel. in verb. excommunicatio 8. n. 9. Silue. excom. 5. n. 4. verſ. 2. excuſat. Tabiena excom. 8. num. 9. verſic. 8. Henriq. de excom. lib. 13. capitulo 22. numero ſecundo Sanchez vbi supra num. 12.*

Deducitur Secundo, quod excommunicato petente conſilium ab Aduocato, licet Aduocatus illi licite communicet, vt infra probabitur, tamen Vxor Aduocati, non poteſt ſimul cum excommunicato loqui, quia cauſa, quæ facit licitam communionem Aduocati, reſtringitur ad eius perſonam nec extendirur ad Vxorem.

42 Quinto limitatur, ne procedat vbi ex communicato eſſet lata contra coniuges propter matrimonium inter eos illicite contractum, tunc enim non eſt licita inter eos communio, quia excommunicatio eſt lata ad cohabitationem impediendam, *ita Hoſt. in ſumma tit. de ſent. excom. §. quæ ſit poena participant. num. 15. verſ. lex excuſat, Gabr. Biel. in 4. ſent. diſt. 18. q. 3. art. primo notab. 3. verſ. lex, Aſtenſ. in ſumma par. 2. lib. 7. tit. 12. q. 4. D. Ant. in 4. par. tit. 25. cap. 1. §. 1. ver. ſecundo excuſat, Angel. in verb. excommunicatio 8. num 7. Roſell. excom. 6. 6. num. 4. Silueſt. excom. 5. nu. 4. ver. 2. excuſat. Tab. excom. 8. nu. 9. Armil. verſ. excommunicatio num. 45, Sot. d. diſt. 22. q. 1. art. 4. concl. 5. caſu 2. Vgolin. loco cit. tab. 2. cap. 23. num. 4. uerſ. poſtremo, Greg. Lopez l. 34. uer. à ella, tit. 9. par. 1. Henriq. de excom. lib. 13. cap. 22. num. 2. Iacob. Graff. deciſ. par. 1. lib. 4. cap. 13. num. 7.*

Sexto

43 Sexto limitatur, ne procedat, quã do Vir eſt excommunicatus ob hæreſim, tunc enim neque Vxori licebit illi communicare, propter ſubuerſionis periculum, *vt tenet Vgolin. loco cit. verſ. 5. vxor.*

SVMMARIVM.

1 *Liberi parentibus excommunicatis licite communicare poſſunt.*
2 *Parentibus à liberis obedientia debetur.*
3 *Durum eſt liberos a parentibus ſeparari.*
4 *Filii patris iniquitatem ferre non debent.*
5 *Liberorum appellatione comprehenduntur omnes deſcendentes.*
6 *Liberi emancipati gaudent priuilegio can. quoniam multos. 11. q. 3. quod intellige vt num. 10.*
7 *Diſpoſitio d. c. quoniam multos. eſt fauorabilis.*
8 *Filius emancipatus ſolutus eſt a vinculis patriæ poteſtatis.*
9 *Lex generaliter loquens, reſtringitur ad terminos rationis expreſſe.*
11 *Liberi naturales parentibus excommunicatis licite poſſunt communicare.*
12 *In reſpicientibus naturale foedus, liberi naturales non differunt a legitimis.*
13 *Filii adoptiui tranſeuntes in poteſtatem, patri adoptiuo excommunicato communicare non prohibentur.*
14 *Liberorum appellatione non comprehenduntur adoptiui.*
15 *Verba in dubio naturaliter potius quã ciuiliter accipienda ſunt.*
16 *Adoptiui in priuilegiis non veniunt appellatione filiorum.*
17 *Adoptiuus quando tranſeat in poteſtatem adoptantis.*
18 *Arrogatio fit mediante principis reſcripto.*
19 *Pater ſpiritualis æquiparatur patri naturali.*
20 *Occidens patrem ſpiritualem eadem pœna punitur qua occidens patrem carnalem.*
21 *Filius ſpiritualis non gaudet priuilegio d. c. quoniam multos.*
22 *Nurus priuigna cum ſocero, aut vitrico excommunicato licite communicare poſſunt.*
23 *Filius natus poſt excommunicationẽ patris, poteſt absq. violatione cenſuræ, cum illo communicare.*
24 *Adoptatus poſt excommunicationẽ adoptantis, ei communicare non poteſt.*
25 *Parentes filiis excommunicatis licite communicare non poſſunt. limita ut num. 26.*
27 *Excommunicatio filiorum non minuit obligationem parentibus quæſitam.*
28 *Cum patre excommunicato communicari non poteſt.*

ARGVMENTVM.

An & quando Liberi poſſint communicare Parentibus excommunicatis reſpectu Patriæ poteſtatis.

CAP. XXXXIX.

1 A Pœnis inflictis cõtra cõmunicantes cũ excõmunicatis primo locò ſubtrahũtur Liberi, *capitulo quoniam multos 11. q. 3. & in cap. ſi vere §. licet ergo, de ſent. excom. & D. Tho. in 3. par. q. 23. art. 1. Sot. in 4. ſent diſt. 22. q. 1. art. 4. Abb.* Felin. *& reliqui in cap.* Inter *cætera de ſent. excom.* idque multiplici ratione.

2 Primo quia liberi debent Parentibus obedientiam, *Auth. de nupt. §. ſi vero expectet, collat. 4.* quod quidem debitum cum ſit Iuris naturalis ſecundarii, *l. 2. vbi Doct. ff. de* Iuſt. *& iure,* merito viſum eſt Eccleſiæ non eſſe tollendum argumento §. *ſed naturalia inſtit. de iure naturali.*

3 Secundo, quia durum valde erat liberos à Parentibus ſeparari, *l. poſſeſſione, C. cõmunia vtriuſq. Iudic.* ſunt enim liberi portio viſcerum parentũ, vt docet *Ariſt.* Ethic. *lib. 5. & imp. in l. cum ſcimus §. vlt.* C. de Agricol. *& cenſ. & in l. vlt. C. de vſufr.* cum aliis pluribus aggregatis *per Tiraquell. in præfat. l. ſi unquam à num. 15. com ſeq*

C. de

C. *de reuoc. donat*.
4 Tertio quia per indirectum ceſſiſ-
ſet in detrimentum liberorum, reman
ſiſſent enim deſtituti ſolatio, & gu-
bernio Parentum, quod Sacri cano-
nes facere non intendunt, cum non
debeant liberi portare iniquitatem
parentum, *l. 1. & toto tit. C. ne filius
pro Patre*. Cum autem liberorum ap-
pellatione compræhendantur, non
ſolum filii, ſed etiam nepotes, & pro-
nepotes, cœterique qui ex his de-
5 ſcendunt, *l. liberorum ff. de verb. ſigni-
fic. l. liberos ff. de ſenat. l. ſed ſi hac lege
§. liberos ff. de ius voc.* merito regula
eſt conſtituenda ſubtrahi à poenis im-
poſitis contra communicantes cum
excommunicatis, non ſolum filios, ſed
etiam nepotes, *Vgolin. de cenſur. tab.
2. cap. 23. §. 7. num. 6. Suarez de
cenſur. tom. quinto, diſput. 15. ſect. 5.
num.* 8.
6 Extenditur Primo, vt procedat e-
tiã in liberis emancipatis, quia diſpo-
ſitio *d. cap. quoniam multos*, loquitur
ſimpliciter de liberis, Ideo à nobis de
bet ſimpliciter intelligi non adhibita
diſtinctione, An ſit in poteſtate, vel
emancipati, *ex reg. l. de pretio ff. de pu
blican. in rem act.* præſertim quia diſ-
poſitio illius teſt. eſt fauorabilis, quã
decet reſtringi, *c. odia de reg.* Iur. *lib. 6.*
Ita hac ratione ductus cenſuit *Vgolin.
loco cit. num. 7. & ante ipſum Palud.
d. q.* 2. & hanc eandem quamuis ſub
7 diſtinctione videtur probare *Suarez
loco cit. ſub num.* 4. *Alter. de cenſur.
tom. primo diſput. 15. lib. 1. cap. 4. in
prima dubit.*

Contrariam opinionem probat *D.
Tho. in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. quem*
ibi ſequuntur cæteri communiter, &
ſignanter *Riccard. art. 6. q. 1. Gabr.
q. 3. notab. 3. Sot. diſt. 22. q. 1. art. 4.
concl. 3. Hoſtienſ. in ſum. tit. de ſent.
excom. num. 15. verſ. humile. Turre-
crem. in d. cap. quoniam multos nu.
primo. Summiſta communiter in verb.
excommunicatio. Nauar. in manual. c.
17. num. 27.*
8 Fundamentum huius opinionis eſt,
quia filius emancipatus eſt ſolutus
vinculis patriæ poteſtatis, *l. vlt. C. de
emancip. §. preterea inſt. quib. mod.
ius patria poteſt. ſolu.* ideo cum nulla
indigeat neceſſaria communicatione
cum parente, merito in eo non habet
locum diſpoſitio *d. cap. quoniam mul-
tos*, quę tantum nititur in neceſſitate
& ſubiectionis, *Argumento cap. cum
9 ceſſante de appell.* Hac ratione attenta
parum refert, quod *teſt. in cap. quoniã
multos*, loquatur ſimpliciter, quia
ſemper erit reſtringendus ex ratione
expreſſa, *l. adigere §. quamuis ff. de iure
patr. cum aliis per Tiraquell. in tract.
10 ceſſante cauſa par. 1. num.* 148. Re-
tenta ergo communi opinione illa de-
claratur, ne procedat quando filius
emancipatus eſt commenſalis patris,
& habitat ſimul cum illo, & ab illo ha
bet neceſſaria: tunc enim quamuis ſit
emancipatus, tamen poteſt illi com-
municare, *Turrecrem. & alii præter
D. Tho. locis cit.*
11 Extenditur Secundo, vt procedat
etiam in liberis naturalibus, *Vgol. &
Suarez locis cit. ille ſub num. 7. hic ſub
num. 4. & eos ſequitur Alter. d. diſput.
4. in prima dubitatione* quæ ſententia
etiam mihi placet, quia licet liberi
naturales in his, quæ iuris ſunt, non
comprehendantur appellatione libe-
rorum, *l. 6. C. de inceſt. nupt. l. 3. ff.
de iure dot. l. 4. §. Sciendum ff. de grad.
cognat. §. ſi aduentus. Inſt. de nupt.* ta-
12 men in his, quæ reſpiciunt foedus na-
turale non eſt differentia inter filios
legitimos, & naturules, *§. ſi quis vero
non habens, Auth. quib. mod. natura-
les efficiantur legitimi, §. ſi quis ergo
filios, Auth. quib. mod. naturales ef-
ficiantur ſui*, Anchar. *conſ. 225. ſub
num.* 5. Tiraquell. *qua alios refert in l.
ſi vnquam verb. donatione largitus nu.*
288. *C. de reuoc. donat.* ideoq. cum
communicatio ſit permiſſa liberis in-
tuitu naturalis foederis, vt ſupra di-
ctum eſt, merito illa debet cenſeri cõ-
ceſſa non ſolum legitimis, ſed etiam
naturalibus, quia pietas, & naturale
foedus competit etiam liberis natura-

libus

libus tantum, *l. Vxorem* §. *Codicillis in*
fine ff. de legat. 3. l. parentes ff. de in ius
vocan. ibique Bald. Ang. & reliqui.

Quod tamen eſt intelligendum de
liberis naturalibus habitantibus ſimul
cum patre, vt proxime dictum eſt de
filio emancipato.

13 Extenditur Tertio, vt procedat e-
tiam in filiis adoptiuis, *Vgolin. d.* §. 7.
num. 3. quem ſequitur Suarez d. ſect. 5.
num. 4. addita qualitate, dummodo
ſint ſub cura parentum, & Commen-
ſales illius, & hoc idem probat *Alter.*
d. diſput. 15. in 3. dubit.

14 In contrarium non parum facit pri-
mo, quod *Teſt. in d. cap. quoniam mul-*
tos, vtitur verbo, *Liberorum,* quæ qui-
dem appellatio regulariter non perti-
net ad adoptiuos, cum illa ius ſangui-
nis tantum demonſtret, vt pluribus
probat *Tiraquell. in l. ſi vnquam, verb.*
donatione largitus num. 15. C. de reuo-
cand. donat.

Secundo, quia ſi liberorum appel-
latio compræhenderet etiam adopti-
uos in dubio intelligetetur de natura-
libus, non de adoptiuis, nam verba,
quæ accipi poſſunt, & naturaliter, &
ciuiliter, debent in dubio naturaliter
potius, quam ciuiliter accipi, *cap. ſuſ-*
15 *ceptum, & ibi gloſa in verb. non morte*
de reſcript. lib. 6. ibique Gemin. in 3.
not. l. vlt. ibiq. Bald. Salicet. & Caſtr.
C. de his qui veniam ætat. l. ex ea parte,
§. *inſulam, ibique* Butr. *& alii ff. de*
verb. oblig. l. ſtatins florus §. *Cornelio*
Fœlici ff. de iure fiſci, gloſa in cap. pla-
cuit el 2. verb. mortuus 16. quæſt. 1.
Anchar. in repet. cap. fin. quæſt. vlt.
princ. verſic. conſuluit etiam de conſtit.
cum aliis collectis per Tiraq. *loco cit. nu.*
17. & 44. & in tract. de primog. q. 1.
num. 10. Tertio, quia filii adoptiui
16 etiam in priuilegiis non veniunt ap-
pellatione filiorum, *cap. adoptiuus* §. *de*
feudo fuerit controuerſ. Alex. in l.
adoptiuum poſt princ. ff. de in ius voc.
nec proſunt Patri ad conſequenda
priuilegia, quæ dantur ob liberos, *l. 2.*
§. *adoptiui ff. de vacat mun.* §. 1. *verſ.*
adoptiui inſt. de excuſ. tut. gloſ. in l. 2.
§. 1. *verb. legitimas ff. eod. tit.* Ideoq;
iuris antiqui fuiſſe liquet ex ea oratio
ne quam P. Scipio Cenſor habuit ad
Populum de moribus, quam refert
Gell. noct. atticar lib. 5. cap. 29.

17 Ergo pro articuli reſolutione, duo
videntur diſtinguendi caſus, Primus,
quando verſamur in adoptione ſimpli
ci, quæ fieri ſolet imperio magiſtra-
tus, & tunc ſi adoptetur à coniuncta
perſona, cuiuſmodi in hac materia
eſſe ſolent Auus, & Proauus paternus,
vel maternus, *l. penult. C. de adopt.* §.
ſed hodie inſt. de nupt. crederem poſſe
adoptatum communicare cum paren-
tibus excommunicatis, ſiue ſit ado-
ptatus loco filii ſiue loco nepotis, tũ
quia naturaliter eſt nepos, tum etiam
quia taliter adoptatus tranſit in pote-
ſtatem adoptantis, *d. l. penult. &*
d. §. *ſed hodie,* cuius ratione adoptatus
cogitur cum adoptante communica-
re.

Si vero adoptetur ab extraneo, nem
pe ab alio, quam ab Auo, vel proauo,
tunc dicendum arbitror communica-
re non poſſe, quia licet veteri iure
digeſtorum quælibet adoptio exime-
ret filium à poteſtate patris naturalis,
& illam ſubiiceret poteſtati patris ado
ptantis, *l. qui adoptionem 24. & l. ſi is*
qui 44. ff. eodem tit. nihilominus nouo
iure ſimplex adoptio ab extraneo fa-
cta nõ rumpit vincula patris naturalis,
neq. quicquam defert patri adoptiuo,
ſed operatur tãtum ius ſuccedendi ab
inteſtato, *d. l. penult. C. de adopt. d.* §. *ſed*
hodie inſt. eodem tit. adeo quod per
hanc adoptionem non aquiritur titu-
lus filiationis, nec neceſſitas habilis
ad faciendum, vt poſſit vindicare ſibi
locum diſpoſitio *d. cap. quoniam mul-*
tos.

18 Secundus, eſt caſus, quando ver-
ſamur in adoptione, quæ fit ex Princi-
pis reſcripto, quæ alio vocabulo nun-
cupatur adrogatio, & in tali quidem
caſu opinor poſſe communicare, quia
per arrogationem quis tranſit in pote-
ſtatem arrogatoris *d. l. penult.* ex qua
poteſtate, vt ſæpe dictum eſt, naſcitur
neceſ-

neceſſitas communicandi.

Nec refert, ſi dicatur appellatione liberorum, aut filiorum non compre. hendi adoptiuos, quia reſpondetur quod diſpoſitio *d.c.quoniã multos* non cõprehendit liberos vti liberos, ſed vti perſonas quæ neceſſitate ſaltim mora li coguntur cum parentibus communicare, & proinde cum in hac ſpecie adoptionis adſit neceſſitas, merito eadem iuris diſpoſitio *l.à Titio in principff. de verb. oblig. l. illud ff. ad leg. Aquil.*

Extenditur Quarto, vt procedat etiam in filiis ſpiritualibus, ſic enim ſuadere videtur *teſt. in cap.* 1. 40. *q.* 3.
19 dum æquiparat patrem ſpirituale m patri naturali, inquit enim, ita diligere debet homo eum, qui ipſum de ſacro fonte ſuſcepit, ſicut patrem, cui adſtipulatur *gloſa in cap. Pyttarium eadem cauſa, & quæſt.* vbi inquit plus eſſe deferendum patri ſpirituali in exhibitione reuerentiæ quam carnali. Qua ratione *gloſa in cap. aut facta verb. parentem de panit. diſt.* 1. ſcribit non minus eſſe puniendum eum qui interimit patrẽ ſpiritualem, quam qui
20 carnalem, quam *gloſ. ſequuntur Alex. Marſil. & alii relati per Tiraquell. in d. l. ſi vnquam verb. ſuſceperit liberos num.* 27.

Quibus non obſtantibus veriſſimũ eſt filios ſpirituales non comprehendi ſub diſpoſitione *d. capitulo quoniam multos*, & conſequenter non poſſe communicare Patri ſpirituali excommunicato, vt tenent *Vgolin. num.* 12. *Suarez, d. ſect.* 5 *ſub nu.* 8. Fundamentum eſt, quia ex filiatione ſpirituali
21 non naſcitur neceſſitas aliqua communicandi ciuiliter, & mens *Greg.in d.c. quoniam multos*, fuit prouidere, ne illi qui coguntur communicare illaqueentur.

Extenditur Quinto, vt procedat non ſolum in filiis, aut liberis, ſed etiam in iis, qui moraliter habentur loco liberorum, cuiuſmodi ſunt nurus, priuigna, *l. ſi qua mihi ff. de ritu nuptiali* §. *affinitatis inſt. de nupt.* hi enim cum Socero, aut vitrico excõmunicato cõ
22 municare poſſunt, *Vgolin. d.* §. 7. *num.* 8. *Suarez. d. ſect.* 5. *num.* 7. vbi reſtringit, dummodo ſint commenſales.

Extenditur Sexto, vt procedat, ſiue filii ſint nati ante excommunicationem, ſiue poſt, ita cenſet *Vgolin. loco*
23 *cit. num.* 8. Hic vt cuncta ſine errore liqueant, eſt adhibenda diſtinctio, Aut enim loquimur de filiis legitimis, & naturalibus, & in his opinio prædicta procedit citra controuerſiam, tunc enim etiam nati poſt excommunicationem ſunt nati abſque violatione cenſuræ, cum vxor marito communicare teneatur etiam quo ad matrimonialis debiti ſolutionem *d. cap. inter alia de ſent. excom. Sanch. de matr. lib.* 9. *diſp.* 14. *num.* 2. *cum aliis à me congeſtis in proxime præcedenti cap. nu.* 1. *&* 3. Aut loquimur de filiis illegitimis, & idem eſt dicendum, nam licet excommunicatus cenſuram violet dũ fornicariè filium gignit, cum hoc fieri nequeat abſq. communicatione, *cap. ſi concubinæ de ſent. excom.* tamen filius genitus nihil egit contra cenſurã, & cum poſtquam eſt genitus non poſſit à ſe ſeparare naturale vinculum cũ Patre, *l. iura ſanguinis ff. de regul. l. ius agnationis ff. de pact.* inde fit vt permittatur illi communicatio cum patre, tum ratione naturalis foederis, tum etiam ratione ipſius filii, cui valde graue eſſet a patre ſeparari, vt ſupra dictum eſt *num.* 3. & ita in ſpecie concludit *Suarez d. ſect.* 5. *num.* 14.
24 Aut loquitur de filio adoptato, & veram exiſtimo ſententiam eiuſdem *Suarez loco cit. verſ. de filio autem*, exiſtimantis filium adoptatum tempore excommunicationis non poſſe communicare cum patre; etenim cum ad perficiendam adoptionem requiratur conſenſus adoptantis, & adoptati, *l.* 2. *ff. de adopt.* equidem in ea eſt neceſſaria communicatio, quæ adhiberi non poteſt citra iniuriam cenſuræ, & conſequenter non poteſt parere obligationem communicandi, quia dato, quod actus ſit validus, tamen in pænã eſt

eſt ſuſpendendus, effectus, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra nu. ... de vxore contrahente ſcienter cum excommunicato, quæ non poteſt viro communicare.

25 Extenditur ſeptimo, vt ſicut liberi poſſunt communicare cum parẽtibus excommunicatis, ſic poſſint e cõuerſo parentes communicare cũ liberis excommunicatis ita tenent *Vgol. d. §. 7. nu. 12. Alter. diſput. 15. c. 4. in 5. dubit.* Contrariam opinionem tenẽt *gloſ. in d. cap. quoniam multos, verb. vxores idemq. ſequuntur ibi Turrecr. ante nu. primum verſ. ſed licet reciprocatio Præpoſit. nu. 2. & iterum gloſ. in c. de filia verb. receperit* 27. q. 1. *Goffred. & Hoſt. in Summa tit. de ſent. excom. D. Ant. tit. de excom. minori in 2. ſpecie verſ. 6. excuſantur* Innoc. *in d. c. inter alia, ibique Anch. nu. 8. & hanc dicit communem Nau. in Man. c. 27. num. 27.*

Diſſidentes opiniones in conſonantiam redigentes tres ſunt diſtinguendi caſus. primus, ſi loquamur ſimpliciter nulla addita qualitate, & vera eſt communis opnio quam præter relatos probat *D. Tho. in 4. diſt. 18. q. 23. art. 1.* Probatur autem primo, *in d. c. de filia* 27. q. 1. vbi parentes prohibentur filium excommunicatam in affectũ recipere, id eſt illi communicare, ſecundo, quia nulla poteſtas eſt penes liberos, qua mediante poſſint cogi parẽtes illis communicare, ac propterea ſi communicent incidunt in excommunicationem.

26 Secundus eſt caſus, quando parentes recipiunt victum, vel habitationẽ a liberis, & tunc horum ratione non prohibentur communicare, *D. Thom. Turrecr. & Prapoſit. locis proxime cit.*

27 Tertius, eſt caſus, ſi loquamur in his in quibus liberi sũt obligati parẽtibus & in his poſſunt parentes cum liberis excommunicatis communicare, quia excommunicatio liberorum non minuit obligationem parentibus quæſitam, *c. inter alia vbi Doct. de ſent. excõ. c. intelleximus de iudic.* ita firmant *Sot. dicta diſt. 22. q. 1. art. 4. 5. verſ. 3 humile*, & ſic procedere poteſt ſententia

28 *Vgolini, & Alterii*. Ex his infertur fratrem non poſſe communicare cum fratre, vel ſorore excõmunicata, vel aliis collateralibus, *Fel. in d. capite inter alia num. 2. de ſent. excom. Suar. d. ſect. 5. ſub n. 13. Alter. d. diſput. 15. c. 4. in 6. dubit.* vbi limitant quando habitatio eſſet ſimultanea in ordine ſeruitii debiti parentibus, & in hanc eadem opinionem tandem deſcendit *Vgol. d. c. 23. §. 8. n. 3.* Cæterũ ſunt aliqui caſus, in quibus neq. filiis licet communicare cum parentibus, quos colligere poteris ex iis, quæ ſupra de vxore diximus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non priuat Dominos poteſtate.*
2 *Serui coguntur Domino excommunicato communicare quocunque iure ſint serui nu. 3.*
4 *Seruus acquiſitus poſt excommunicationem tenetur Domino communicare.*
5 *Excommunicatio contra communicantes cum excommunicato non comprehendit ſeruos.*
6 *Famuli conductitii Domino communicationem denegare non poſſunt.*
7 *Famuli a ſeruius in hac materia quomodo differant.*
8 *Famuli inſeruientes ſine ſtipendio an poſſint Domino excommunicato licite communicare.*
9 *Seruus in quo nudam proprietatem habet excommunicatus, & communicans incidit in excommunicationem.*
10 *Serui Dominis in crimine communicare non poſſunt, nec in Diuinis, nu. 11. nec pariter ſi fuerit excommunicatus propter hæreſim.*

ARGVMENTVM.

An, & quomodo Serui poſſint communicare Dominis excõmunicatis reſpectu poteſtatis Dominicæ.

CAP. L.

1 EQuiſſima ratio-
ne factum eſt,
vt cũ ſerui ſint
in poteſtate
Dominorum,
§. *in poteſtate inſt. de his, qui*
sũt ſui vel alieni
iuris, ac per excommunicationem Do-
mini non priuentur dominio, & pote-
ſtate, *cap. inter alia de ſent. excom.* poſ-
ſint licite Dominis excommunicatis
communicare, *Riccard. in 4. ſent. di-*
ſtin. 18. art. 11. q. 3. cum aliis infra alle-
gandis.
2 Serui ergo, & Ancillæ non ſolum
poſſunt communicare cum Domino
excommunicato, ſed etiam coguntur,
d. cap. inter alia, & ibi Doct. *communi-*
ter Vgol. de cenſur. tab. 2. c. 23. §. 8. n. 1.
Suarez tom. 5. diſput. 15. ſect. 5. nu. 9.
3 Extenditur Primo, vt procedat
quocumque titulo ſerui ſint, nempe
ſiue iure Gentium, ſiue iure ciuili; hic
enim non conſideratur cauſa, aut ti-
tulus ſeruitutis, ſed actus, vt docent,
& recte *Suarez, & Vgolin. locis citatis.*
4 Extenditur Secundo, vt procedat
non ſolum in ſeruis quorum domi-
nium excommunicatus erat adeptus
ante excommunicationem, ſed etiam
ſi Dominus effectus fuiſſet poſt excom
municationem contractam, ita tenet
Vgolin. loco cit. verſic. Item locum habet
vel poſt, & hanc eandem opinionem
poſt multos probat *Suar. d. ſect. 5. nu.*
16. Nec refragatur *Teſt. in d. c. inter*
alia, qui videtur ſe reſtringere ad eos,
qui ante excommunicationem debi-
to tenebantur, quia in hac parte lo-
quitur tantum de his, qui tenebantur
adhærere obſequio familiari, non
autem obſequio ſeruitutis.
5 Extenditur Tertio, vt procedat e-
tiamſi Dominus ſit excommunicatus
cum omnibus communicantibus cum
eo, quia talis excommunicatio nõ affi
cit ſeruos, ſicuti non afficit perſonas
ſpecificatas *in d. c. quoniam multos*, ita
tradunt in ſpecie *Socc. in d. c. inter alia*
nu. 125. quem ſequitur Vgolin. loco cit.
verſic. Item *locum habet regula*.
6 Extenditur Quarto, vt procedat
etiam in famulis cõductitiis, cuiuſmo-
di ſũt nutrices, laboratores, famuli, &
alii, nã & illi tenentur Domino cõmu-
nicare *d. c. quoniã multos 11. q. 3. d. c.*
inter alia, et vtrobiq. Doct. *de ſent. excõ.*
Differunt in hoc famuli a veris, ſer-
uis, quia ſerui, vt ſupra dictum eſt, te-
nentur cõmunicare, ſiue ſeruitus coe-
perit ante, ſiue poſt excommunicatio-
nem, familiares, autem non poſſunt fa-
miliaritatem contrahere, quinimo fini
to primo tempore non poſſunt renoua
7 re obligationem famulatus, *Io. Andr.*
in d. c. inter alia num. 4. de sent. excom.
ibib. Anch. *sub nu. 7. verſic. 6. nota.*
8 An autem hoc idem procedat in fa-
mulis inſeruientibus ſine ſtipendio,
præſertim in curiis, conſulendus eſt
Suar. d. nu. 17. in fine. Hæc eadem con-
cluſio limitatur primo, vt procedat in
ſeruis, quorũ præter dominium habe-
mus vſumfructum, nã ſi quis haberet
nudã ſerui proprietatem, & alter vſu-
fructum, ſeruus non poſſet cõmunica-
9 re Domino proprietario, quia relaxa-
tio cenſuræ facta eſt intuitu, & contẽ-
platione ſeruitii actualis, *Suar. d. nu. 9.*
10 Secũdo, limitatur, ne procedat in cõ
municatione criminis, vt expreſſe habe
tur *in d. c. quoniã multos, & in d. c. inter*
alia, in fine, et vtrobiq. Doct. *cõmuniter.*
11 Tertio, limitatur, ne procedat in
communicatione in Diuinis, *ita Hoſt.*
in sum. tit. de ſent. excom. nu. 15. verb.
humile, vers. quod ſi aliquis Presbyter,
vbi quod clericus, qui cum epiſcopo
moratur, ac viuit, non poteſt pro eo ce
lebrare, aut alias in Diuinis aſſiſtere
& hoc idem ſequitur *Vgol. d. §. 9. ante*
num. 2. verſic. 4. in Diuinis.
12 Quarto, limitatur, ne procedat in
excommunicato propter hæreſim,
Vgol. de qua re alibi dicemus, *in tit. de*
hæret. quia hoc non euenit ex vi ex-
communicationis, ſed ex qualitate
criminis; quæ indicit priuationem do-
minijs vt ibi fuſius dictum eſt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas tutoris vel curatoris eſt ſimilis poteſtati paternæ.*
2 *Pupillus vel adultus an poſſit tutori vel curatori excommunicato communicare.*
3 *In correlatiuis diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio.*

ARGVMENTVM.

Pupillus, vel adultus an poſſit communicare Tutori vel curatori, reſpectu poteſtatis tutelaris.

CAP. LI.

TVtoris,aut Curatoris poteſtas, ſimillima eſt poteſtati paternæ; Sicuti
1 enim filius eſt ſub poteſtate patris; Ita pupillus, vel adultus eſt ſub poteſtate Tutoris, & Curatoris *l.1.ff de tutell.§.1. inſt. eod. tit.* Qua ratione, ſicuti filius licitè communicat patri excommunicato, ita ſi pupillus, aut adultus ſi ſit cõmen ſalis, tutoris vel Curatoris poterit cũ illo ſimpliciter communicare, ſi vero viuat ſeorſum poterit communicare in his quæ pertinent ad munus tutelæ, aut curæ,& ſine quibus munus conuenienter explicari non valet, *ita Suar. d.ſect.5.ſub nu.8. verſic. Deniq. & de pupillo.* Et cum hæc ſit neceſſitas moralis, merito quemadmodum pupillus poteſt communicare cũm Tutore, ita è conuerſo tutor poterit communicare cum pupillo, ſi cõtingat pupillum in cenſuram incidere, nam vbi neceſſitas eſt moralis, diſpoſitum in vno ex correlatiuis, cenſetur, diſpoſi-
3 tum in alio,*cap.2 de mutuis pet.l.final. C. de indict. viduit. toll. l.1.C. de ſepulchro violato l. vnica C. de expreſ. lib.11. l. vlt. ff. de acceptilat.*

SVMMARIVM.

1 *Subditi abſoluuntur a debito obſequendi domino excommunicato durante excommunicatione.*
2 *Milites prohibentur de ſeruire duci excommunicato.*
3 *Ratio diuerſitatis inter ſuperiores ratione iuriſdictionis,& reſpectu dominii.*
4 *Principes, & magnates non ſolent excommunicari niſi pro criminibus atrocibus, & grauibus.*
5 *Cum ſuperioribus excommunicatis nec reſpectu forenſium communicare licet.*
6 *Excommunicato an ſit ſoluendum tributum remiſſiue.*
7 *Neque ſuperiori ſpirituali excommunicato communicandum eſt.*
8 *Clerici cum epiſcopo excommunicato communicare non poſſunt.*
9 *Neque monachi cum abbate excommunicato.*
10 *Clerici familiares, & ſeruientes epiſcopo, cum ipſo excommunicato communicare poſſunt.*
11 *Superior excommunicatus cum ſubditis abſque violatione cenſuræ communicare non poteſt.*

ARGVMENTVM.

An ſubditi reſpectu iuriſdictionis poſſint communicare Domino excommunicato.

CAP. II.

VIderi poſſet,perſonas ſubiectas temporali iuriſdictioni hominis excommunicati, poſſe cum ſuis Dominis, aut ſuperioribus communicare,& vice verſa Dominos cum illis,primo per *teſt.in c. Iulianus,& cap.imperatores 11.q.3.vbi* Chriſtiani citra fidei contemptum inſeruiebãt imperatori quãuis Apoſtatç

quia nulla videtur maior ratio, quare
poſſint communicare ſerui, & famuli,
quam Vaſalli, & alii ratione iuriſdi-
ctionis ſubiecti; Ideoque eadem vide-
tur eſſe diſpoſitio, *l. à Titio, ff. de verb.
oblig. l. illud ff. ad l. Aquil.* Quo non
1 obſtante in contrarium eſt *teſt. in vſi-
bus feudorum, titul. hic finitur lex in
princip. verſic. ſed obertus. & teſt. in
cap. nos Sanctorum* 15. *q.* 3. vbi ſub-
diti abſoluuntur fidelitate, & debito
obſequendi Dominis excommunica-
tis, & modis omnibus prohibentur, ne
eis fidelitatem obſeruent, quouſque
excommunicati ad ſatisfactionem
veniant, hoc idem diſponitur *in cap.
Iuratos eadem cauſa, et quæſt.* vbi mili-
2 tes prohibentur, ne Duci ſeruiant,
quandiu excommunicatus eſt, quo-
rum Iurium auctoritate hanc ſenten-
tiam probant *Doct. communiter, et ſi-
gnanter Turrecrem. in d. c. nos Sancto-
rum nu. 3. et cap. quid culpatur num.* 4.
23. *q.* 1. *ibique Archid. in fine. Abb. in
cap. veritatis ſub num.* 39. *verſ. Item
videmus, de dol. et contum. Silueſt. qui
alios refert in verb. excommunicatio n.*
18. *Vgol. d. tab.* 2. *cap.* 23. §. 9. *num.* 9.
Suarez de cenſur. diſput. 15. *ſect.* 6. *nu.*
1. *Io. Philip. mainar. de priuileg. eccleſ.
art.* 28, *numero* 6. *cum ſeq.* Ratio au-
3 tem quare eccleſia diuerſimode agit
cum ſuperioribus ratione iuriſdictio-
nis, quam agat cum Superioribus reſ-
pectu poteſtatis Dominicæ duplex aſ-
ſignari poteſt.

Prima, quia communicatio cum
Seruis eſt magis neceſſaria ad vitã hu
manã, quam ſit cõmunicatio cũ vaſal
is. Secunda quia Superiores reſpectu
iuriſdictionis ſolent eſſe Principes, &
4 magnates, qui non ſolent excommu-
nicari, niſi crimina ſint valde atro-
cia, & grauia, in quibus opus eſt re-
medio, quo eis tollatur ſuperbię, &
inobedieniiæ fomentum, vt ſcribit
Abb. in cap. veritatis ſub num. 39. *verſ.
item videmus, de dolo et contum.* vbi hac
ratione inquit diſpoſitionem *d. capi-
tulo nos Sanctorum et d. verſiculo ſed
obertus eſſe derogatum diſpoſitioni cap.
iulianus, et cap. imperatores.*

Sit ergo concluſio ſubditos reſpe-ctu iuriſdictionis non poſſe commu nicare Superiori excommunicato, nec e contra *ex dict. hactenus alleg.*

5 Extenditur Primo, vt procedat nõ ſolum ratione communicationis ciuilis, de qua ad præſens agimus, ſed etiam ratione forenſis communica-tionis iuxta ea quæ late ſunt ſupra *hoc eodem libr. cap.* 11.

6 An autem procedat reſpectu ſolu-tionis tributorum, alibi Deo auſpice fuſius dicetur, interim huius rei cupidus cõſulat, *Suar. d. diſp.* 15. *ſect.* 6. *n.* 3.

7 Extenditur Secundo, vt procedat ſiue ſubiectio ſit ratione iuriſdictionis temporalis, ſiue ſpiritualis, vt probat *teſt. in cap. iuratus* 93. *diſt. cum aliis mox infra citandis.*

8 Vnde deducitur Primo clericos vti ſubditos non poſſe communicare cum Epiſcopo excommunicato, *d. cap. miramur, Hoſt. in ſumma tit. de ſent. ex. com. verb. humile ſub num.* 15. *prope fin. gloſ. Gem. & Franch. in cap. ſtatuimus de ſent. excom. lib.* 6. *Doct. communiter in cap. nuper extra eodem tit. Couar. in d. cap. Alma mater par.* 1. §. 2. *num.* 2. *D. Ant. Silueſt. et alii, quos ſequitur Vgolin. d.* §. 9. *num.* 7. *Suarez d. diſp.* 15. *ſect.* 7. Quod procedit etiam ſi ſint Canonici eccleſiæ, *Soccin. in dicto cap. inter alia num.* 15. *de ſent. excom.* & idem ante ipſum tenuit ibidẽ *Butr. n.* 20. *ver. Quid de epiſcopo.*

9 Deducitur Secundo, monachos, vti monachos ſubditos, non poſſe communicare cum Abbate excommu nicato, *Palud. Riccard. et alii in* 4. *ſent. diſt.* 18. *Socc. in cap. ſacris num.* 15. *et* 235. *de ſent. excom. Vgolin. et Suarez loc. cit. ille ſub num.* 8. *verſic. in his tamen, hic n.* 12. Dixi clericos & monachos vti ſubditos nõ poſſe cõ-municare cũ epiſcopo, vel Abbate ex-cõmuuicato, quo ſignificarẽ hãc ſubie ctionẽ nõ pręſtare iuſtã cauſam cõmu nicãdi; Ceterũ ſi adſit alter titulus nẽpe quia sũt clerici familieres, & ſer uiẽtes epiſcopo, vel Abbati, poterunt

com-

communicare in his, quæ pertinent ad
ſeruitiū, quia tunc communicant ti-
tulo ſubiectionis, & ita intelligendi
ſunt *Adria. & Sot. in d. diſtinct.* 18.

Extenditur Tertio, vt ſicuti ſubditi
nequeunt communicare cum ſuperio-
re excommunicato, ita ſuperior non
poteſt communicare cum ſubditis, e-
11 tiam ſi ſit epiſcopus, *cap. cum deſide-
res de ſent. excom. ibi, nec epiſcopus, nec
poterunt communicare eidem, ibique
Doct.* & ſignanter *Anchar. num. 6.
Socc. num. 3. & Abb. num. 2. gloſa
in c. quod in dubiis, verb. donec eodem
tit. Socc. in cap. inter alia nu. 14. eodem
tit. Suar. d. diſput. 15. ſect. 7. ſub num.
4. verſi. Quod adeo verum*, vbi ſudit,
quod ſi communicet in crimine inci-
dit in excommunicationem maiorem,
contra *gloſ. in cap. ſtatuimus, verb. con-
ſtitutionibus de ſent. excom. lib. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Simplici neceſſitate coactus pati magis quam agere videtur.*
2 *Etiam in ſpiritualibus neceſſitas non ſubiacet legi.*
3 *Abſolute compulſus excommunicato communicare etiam in diuinis non incidit in excommunicationem.*
4 *Merces ab excommunicato peti poteſt abſq. incurſu cenſuræ.*
5 *Tranſiens per terram excommunicati quando poſſit neceſſaria ab excommunicatis emere.*
6 *Ab excommunicatis quando eleemoſina accipi poſſit, eiſq. dare.*
7 *Excommunicatus accedens ad ſuperiorem pro abſolutione poteſt hoſpicio recipi.*

ARGVMENTVM.

De cauſa excuſationis prouenien
te ex neceſſitate ſimplici.

CAP. LIII.

Communicās ex
communicato
coactus neceſ-
ſitate ſimplici,
& abſoluta, &
nullam poe-
nam, aut pec-
catum incur-
rit, ita docemur, *ex capitulo ſacris, de
1 bis quæ vi metuſuè cauſa fiunt*, vbi Pon
tifex ſubdit rationem, nempe quia
iſte magis pati, quam agere videatur,
& facit *teſt. in cap. teſtamentum 6. diſt.
& in c. de iudæis 45. diſt. & in c. Presby-
teros 50. diſt. & in c. conſiſtat. 1. q. 1.*
2 Suffragatur etiam reg. vulgaris, quod
neceſſitas nō ſubditur legi, etiā in his,
quæ ſpiritualia reſpiciunt, *cap. 2. de
obſeru. ieiun. cap. ſicus de conſecr. diſt. 1.
cap. diſcipulos, de conſecr. diſt. 5. gloſ. fin.
in clem. 1. de baptiſm. Felin. in cap. cum
dilecta nu. 16. de reſcript.*
3 Is ergo qui ligatus manibus, & pe-
dibus compellitur communicare cum
excómunicato in lecto, vel in eccleſia,
non incurrit aliquam pœnam, quia in
eo nulla prorſus reperitur voluntas, vt
notat *Abb. in d. c. ſacris in prin. verſ. exē-
plum, de ſent. excom.* Quod procedit pri
mo nō ſolum in cōmunicatione in hu
manis, ſed etiam in Diuinis, vt innuit
Abb. loco cit. ibi, vel eccleſia, & aperte
profitetur *Suar. tom. 5. diſt. 15. ſect. 2.
num.* 8. Procedit Secundo, ſiue neceſ-
ſitas ſit omnino præciſa, ſiue morali
modo, *Suarez loco cit.* Qua ratione, qui
ſeruitium ſtipulatus eſt ab eo, quem
ignorabat excommunicatum, vel ab
4 eo, qui poſt ſtipulationem, excommu-
nicationem contraxit, & totam, vel
partem mercedis perſoluit, ſi quanti-
tas ſoluta nequeat recuperari, pote-
rit illi in concernentibus ſeruitium
communicare, iuxta *teſt. vbi notant om
nes in c. ſi vere, de ſent. excom.* Et eadē
ratione poteſt tranſiēs per terram ex-
communicatorum neceſſaria emere,
& recipere ab excommunicato ſi non
5 poteſt emere ab aliis communionem

 haben-

acquir. poſſ. l. hac actum, vbi gloſ. ff. de calumniat. Salic. in l. 2. col. 1. verſ. alii C. de noxal. cum aliis allatis per Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa par. 1. num. 148. Ratio autem expreſſa, quantum attinet ad coniuges, alioſq. ſanguine coniunctos, eſt neceſſitas cō municandi, quæ quidem ratio non militat in Diuinis, quia nulla neceſſitas eſt, neque præciſa, neque moralis, quod coniux, aut filius, aut ſeruus cōmunicet coniugi, aut Patri, vel domi-
38 no in Diuinis, cum ipſe excommunicatus Diuinis intereſſe non poſſit, Ideo que ceſſante neceſſitate, debet ceſſare diſpoſitio, cuius cauſa eſt inducta, *cap. cum ceſſante de appell. l. illud ff. ad l. Aquil. capitulo translato de conſtit.*

Ad Argumenta in contrarium allata reſpondetur, & quo ad primum, lex quamuis generaliter loquens, ſemper reſtringitur à ratione expreſſa ex hactenus allegatis, nec non & à ratione naturali, *l. quamuis ff. de in ius vocan. Abb. in cap. ſugeſtum de appell. Marſil. in rubric. C. de probat. nu. 178. Surd. deciſ. 122. num. 20.* Hac eadem ſolutione tollitur ſecundū, quia quod non fit per Pontificem expreſſa iſta communio, non operatur vt diſpoſitio non debeat regulari, & declarari à ratione expreſſa & naturali, *ex doctri. nis alleg.*

39 Tertio limitatur, vbi coniuges eſſent diuortio ſeparati, cum enim ob id ſint liberati ad inuicem ab obſequiis, Iure optimo tunc non habet locum diſpoſitio, *dicto cap. quoniam multos*, ita docent *Io. Andr. in d. cap. inter alia num. 4. de ſent. excom. Ancbar. in cap. ſtatuimus num. 4. eodem tit. lib. 6. Vgolin. et Sanchez locis cit. ille ſub num. 4. hic nu. 11.*

40 Quarto limitatur, vt Vxor, quamuis poſſit communicare cum Viro excommunicato, tamen non poteſt communicare cum excommunicatis participantibus cum viro, quia priuilegium nititur in ratione neceſſitatis, & fœderis matrimonialis, quę reſpicit ſolam perſonam mariti, ita docet *Palud. in 4. sent. diſt. 18. q. 6. art. 2. n. 4. Vgolin. d. n. 4. Sanchez num. 12.*

41 Vnde deducitur Primo, quod Viro cœnante cum excommunicato non poteſt Vxor in eadem menſa diſcumbere, nec aliter cum excommunicato participare, *Aſtenſ. in ſumma par. 2. lib. 7. tit. 12. q. 5. Monald. in ſumma tract. de excom. tit. in quibus caſibus quibus poſſit, verſ. item licet, D. Anton. par. 3. tit. 25. cap. 1. §. 1. verſ. 2. excuſat. Roſel. in verb. excommunicatio 6. nu. 5. Angel. in verb. excommunicatio 8. n. 9. Silue. excom. 5. n. 4. verſ. 2. excuſat. Tabiena excom. 8. num. 9. verſic. 8. Henriq. de excom. lib. 13. capitulo 22. numero ſecundo Sanchez vbi ſupra num. 12.*

Deducitur Secundo, quod excommunicato petente conſilium ab Aduocato, licet Aduocatus illi licite communicet, vt infra probabitur, tamen Vxor Aduocati, non poteſt ſimul cum excommunicato loqui, quia cauſa, quæ facit licitam communionem Aduocati, reſtringitur ad eius perſonam nec extenditur ad Vxorem.

42 Quinto limitatur, ne procedat vbi excommunicatio eſſet lata contra coniuges propter matrimonium inter eos illicite contractum, tunc enim non eſt licita inter eos communio, quia excommunicatio eſt lata ad cohabitationem impediendam, *ita Hoſt. in ſumma tit. de ſent. excom. §. quæ ſit pœna participant. num. 15. verſ. lex excuſat, Gabr. Biel. in 4. ſent. diſt. 18. q. 3. art. primo notab. 3. verſ. lex, Aſtenſ. in ſumma par. 2. lib. 7. tit. 12. q. 4. D. Ant. in 4. par. tit. 25. cap. 1. §. 1. ver. ſecundo excuſat, Angel. in verb. excommunicatio 8. num 7. Roſell. excom. 6. 6. num. 4. Silueſt. excom. 5. nu. 4. ver. 2. excuſat. Tab. excom. 8. nu. 9. Armil. verſ. excommunicatio num. 45, Sot. d. diſt. 22. q. 1. art. 4. concl. 5. caſu 2. Vgolin. loco cit. tab. 2. cap. 23. num. 4. uerſ. poſtremo, Greg. Lopez l. 34. uer. à ella, tit. 9. par. 1. Henriq. de excom. lib. 13. cap. 22. num. 2. Iacob. Graff. deciſ. par. 1. lib. 4. cap. 13. num. 7.*

Sexto

43 Sexto limitatur, ne procedat, quã- do Vir eſt excommunicatus ob hære- ſim, tunc enim neque Vxori licebit illi communicare, propter ſubuerſio- nis periculum, *vt tenet Vgolin. loco cit. verſ. 5. vxor.*

SVMMARIVM.

1 *Liberi parentibus excommunicatis licite communicare poſſunt.*
2 *Parentibus à liberis obedientia debetur.*
3 *Durum eſt liberos a parentibus ſeparari.*
4 *Filii patris iniquitatem ferre non debent.*
5 *Liberorum appellatione comprehenduntur omnes deſcendentes.*
6 *Liberi emancipati gaudent priuilegio can. quoniam multos. 11. q. 3. quod intellige vt num. 10.*
7 *Diſpoſitio d. c. quoniam multos. eſt fauorabilis.*
8 *Filius emancipatus ſolutus eſt a vinculis patriæ poteſtatis.*
9 *Lex generaliter loquens, reſtringitur ad terminos rationis expreſſe.*
11 *Liberi naturales parentibus excommunicatis licite poſſunt communicare.*
12 *In reſpicientibus naturale foedus, liberi naturales non differunt a legitimis.*
13 *Filii adoptiui tranſeuntes in poteſtatem, patri adoptiuo excommunicato communicare non prohibentur.*
14 *Liberorum appellatione non comprehenduntur adoptiui.*
15 *Verba in dubio naturaliter potius quã ciuiliter accipienda ſunt.*
16 *Adoptiui in priuilegiis non veniunt appellatione filiorum.*
17 *Adoptiuus quando tranſeat in poteſtatem adoptantis.*
18 *Arrogatio fit mediante principis reſcripto.*
19 *Pater ſpiritualis æquiparatur patri naturali.*
20 *Occidens patrem ſpiritualem eadem pœna punitur qua occidens patrem carnalem.*
21 *Filius ſpiritualis non gaudet priuilegio d. c. quoniam multos.*
22 *Nurui priuigna cum ſocero, aut vitrico excommunicato licite communicare poſſunt.*
23 *Filius natus poſt excommunicationẽ patris, poteſt abſq. violatione cenſuræ, cum illo communicare.*
24 *Adoptatus poſt excommunicationẽ adoptantis, ei communicare non poteſt.*
25 *Parentes filiis excommunicatis licite communicare non poſſunt. limita ut num. 26.*
27 *Excommunicatio filiorum non minuit obligationem parentibus quæſitam.*
28 *Cum patre excommunicato communicari non poteſt.*

ARGVMENTVM.

An & quando Liberi poſſint communicare Parentibus excommunicatis reſpectu Patriæ poteſtatis.

CAP. XXXXIX.

1 A Penis inflictis cõtra cõmunicantes cũ excõmunicatis primo locó ſubtrahũtur Liberi, *capitulo quoniam multos 11. q. 3. & in cap. ſi vere §. licet ergo, de ſent. excom. & D. Tho. in 3. par. q. 23. art. 1. Sot. in 4. ſent diſt. 22. q. 1. art. 4. Abb. Felin. & reliqui in cap. Inter cætera de ſent. excom.* idque multiplici ratione.

2 Primo quia liberi debent Parentibus obedientiam, *Auth. de nupt. §. ſi vero expectet, collat.* 4. quod quidem debitum cum ſit Iuris naturalis ſecundarii, *l. 2. vbi Doct. ff. de Iuſt. & iure,* merito viſum eſt Eccleſiæ non eſſe tollendum argumento *§. ſed naturalia inſtit. de iure naturali.*

3 Secundo, quia durum valde erat liberos à Parentibus ſeparari, *l. poſſeſſione, C. cõmunia vtriuſq. iudic.* ſunt enim liberi portio viſcerum parentũ, vt docet *Ariſt. Ethic. lib. 5. & imp. in l. cum ſcimus §. vlt. C. de Agricol. & cenſ. & in l. vlt. C. de vſufr.* cum aliis pluribus aggregatis *per Tiraquell. in præfat. l. ſi unquam à num. 15. cum ſeq*

C. de

Digitized by Google

C. *de reuoc. donat*.
4 Tertio quia per indirectum ceſſiſ-
ſet in detrimentum liberorum,reman
ſiſſent enim deſtituti ſolatio, & gu-
bernio Parentum, quod Sacri cano-
nes facere non intendunt, cum non
debeant liberi portare iniquitatem
parentum, *l. 1. & toto tit. C. ne filius
pro Patre*. Cum autem liberorum ap-
pellatione compræhendantur, non
ſolum filii, ſed etiam nepotes, & pro-
nepotes, cœterique qui ex his de-
5 ſcendunt, *l. liberorum ff. de verb.ſigni-
fic. l. liberos ff. de ſenat. l. ſed ſi hac lege
§. liberos ff. de ius voc.* merito regula
eſt conſtituenda ſubtrahi à pœnis im-
poſitis contra communicantes cum
excommunicatis,non ſolum filios,ſed
etiam nepotes, *Vgolin. de cenſur. tab.
2. cap. 23. §. 7. num. 6. Suarez de
cenſur. tom. quinto, diſput. 15. ſect. 5.
num. 8.*
6 Extenditur Primo, vt procedat e-
tiã in liberis emancipatis, quia diſpo-
ſitio *d. cap. quoniam multos*, loquitur
ſimpliciter de liberis, Ideo à nobis de
bet ſimpliciter intelligi non adhibita
diſtinctione, An ſit in poteſtate, vel
emancipati, *ex reg. l. de pretio ff. de pu
blican. in rem act.* præſertim quia diſ-
poſitio illius teſt.eſt fauorabilis, quã
decet reſtringi, *c. odia de reg. Iur. lib. 6.*
Ita hac ratione ductus cenſuit *Vgolin.
loco cit. num. 7. & ante ipſum Palud.
d. q. 2.* & hanc eandem quamuis ſub
7 diſtinctione videtur probare *Suarez
loco cit. ſub num. 4. Alter. de cenſur.
tom. primo diſput. 15. lib. 1. cap. 4. in
prima dubit.*
Contrariam opinionem probat *D.
Tho. in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art.* quem
ibi ſequuntur cæteri communiter, &
ſignanter *Riccard. art. 6. q. 1. Gabr.
q. 3. notab. 3. Sot. diſt. 22. q. 1. art. 4.
concl. 3. Hoſtienſ. in ſum. tit. de ſent.
excom. num. 15. verſ. humile. Turre-
crem. in d. cap. quoniam multos nu.
primo. Summiſtæ communiter in verb.
excommunicatio. Nauar. in manual. c.
17. num. 27.*
8 Fundamentum huius opinionis eſt,
quia filius emancipatus eſt ſolutus
vinculis patriæ poteſtatis, *l. vlt. C. de
emancip. §. præterea inſt. quib. mod.
ius patriæ poteſt. ſolu.* ideo cum nulla
indigeat neceſſaria communicatione
cum parente, merito in eo non habet
locum diſpoſitio *d. cap. quoniam mul-
tos*, quę tantum nititur in neceſſitate
& ſubiectionis, *Argumento cap. cum
9 ceſſante de appell.* Hac ratione attenta
parum refert, quod *teſt. in cap. quoniã
multos*, loquatur ſimpliciter, quia
ſemper erit reſtringendus ex ratione
expreſſa, *l. adigere §. quamuis ff. de iure
patr. cum aliis per Tiraquell. in tract.
10 ceſſante cauſa par. 1. num.* 148. Re-
tenta ergo communi opinione illa de-
claratur, ne procedat quando filius
emancipatus eſt commenſalis patris,
& habitat ſimul cum illo, & ab illo ha
bet neceſſaria: tunc enim quamuis ſit
emancipatus, tamen poteſt illi com-
municare, *Turrecrem. & alii præter
D. Tho. locis cit.*
11 Extenditur Secundo, vt procedat
etiam in liberis naturalibus, *Vgol. &
Suarez locis cit. ille ſub num. 7. hic ſub
num. 4. & eos ſequitur Alter. d. diſput.
4. in prima dubitatione* quæ ſententia
etiam mihi placet, quia licet liberi
naturales in his, quæ iuris ſunt, non
comprehendantur appellatione libe-
rorum, *l. 6. C. de inceſt. nupt. l. 3. ff.
de iure dot. l. 4. §. Sciendum ff. de grad.
cognat. §. ſi aduentus. Inſt. de nupt.* ta-
12 men in his, quæ reſpiciunt fœdus na-
turale non eſt differentia inter filios
legitimos, & naturules, *§. ſi quis vero
non habens, Auth. quib. mod. natura-
les efficiantur legitimi, §. ſi quis ergo
filios, Auth. quib. mod. naturales ef-
ficiantur sui, Anchar. conſ. 225. ſub
num. 5. Tiraquell. qui alios refert in l.
ſi vnquam verb. donatione largitus nu.
288. C. de reuoc. donat.* ideoq. cum
communicatio ſit permiſſa liberis in-
tuitu naturalis fœderis, vt ſupra di-
ctum eſt, merito illa debet cenſeri cõ-
ceſſa non ſolum legitimis, ſed etiam
naturalibus, quia pietas, & naturale
fœdus competit etiam liberis natura-
libus

libus tantum, *l. Vxorem* §. *Codicillis in fine ff. de legat. 3. l. parentes ff. de in ius vocan. ibique Bald. Ang. & reliqui*.

Quod tamen eſt intelligendum de libetis naturalibus habitantibus ſimul cum patre, vt proxime dictum eſt de filio emancipato.

13 Extenditur Tertio, vt procedat etiam in filiis adoptiuis, *Vgolin. d.* §. 7. *num. 3. quem ſequitur Suarez d. ſect. 5. num. 4.* addita qualitate, dummodo ſint ſub cura parentum, & Commenſales illius, & hoc idem probat *Alter. d. diſput. 15. in 3. dubit.*

14 In contrarium non parum facit primo, quod *Text. in d. cap. quoniam multos*, vtitur verbo, *Liberorum*, quæ quidem appellatio regulariter non pertinet ad adoptiuos, cum illa ius ſanguinis tantum demonſtret, vt pluribus probat *Tiraquell. in l. ſi vnquam, verb. donatione largitus num. 15. C. de reuocand. donat.*

Secundo, quia ſi liberorum appellatio comprehenderet etiam adoptiuos in dubio intelligeretur de naturalibus, non de adoptiuis, nam verba, quæ accipi poſſunt, & naturaliter, & ciuiliter, debent in dubio naturaliter potius, quam ciuiliter accipi, *cap. ſuſ-*
15 *ceptum, & ibi gloſa in verb. non morte de reſcript. lib. 6. ibique Gemin. in 3. num. 1. vlt. ibiq. Bald. Salicet. & Caſtr. C. de his qui veniam ætat. l. ex ea parte*, §. *inſulam, ibique Butr. & alii ff. de verb. oblig. l. ſtatius ſlorus* §. *Cornelio Fœlici ff. de iure fiſci, gloſa in cap. placuit el 2. verb. mortuus 16. quæſt. 1. Anchar. in repet. cap. fin. quæſt. vlt. princ. verſic. conſuluit etiam de conſtit. cum aliis collectis per Tiraq. loco cit. nu. 17. & 44. & in tract. de primog. q. 1. num. 10.* Tertio, quia filii adoptiui
16 etiam in priuilegiis non veniunt appellatione filiorum, *cap. adoptiuus* §. *de feudo fuerit controuerſ. Alex. in l. adoptiuum poſt princ. ff. de in ius voc.* nec proſunt Patri ad conſequenda priuilegia, quæ dantur ob liberos, *l. 2.* §. *adoptiui ff. de vacat mun.* §. 1. *verſ. adoptiui inſt. de excuſ. tut. gloſ. in l. 2.* §. 1. *verb. legitimas ff. eod. tit.* Ideoq; iuris antiqui fuiſſe liquet ex ea oratione quam P. Scipio Cenſor habuit ad Populum de moribus, quam refert *Gell. noct. atticar lib. 5. cap. 19.*

17 Ergo pro articuli reſolutione, duo videntur diſtinguendi caſus, Primus, quando verſamur in adoptione ſimplici, quæ fieri ſolet imperio magiſtratus, & tunc ſi adoptetur à coniuncta perſona, cuiuſmodi in hac materia eſſe ſolent Auus, & Proauus paternus, vel maternus, *l. penult. C. de adopt.* §. *ſed hodie inſt. de nupt.* crederem poſſe adoptatum communicare cum parentibus excommunicatis, ſiue ſit adoptatus loco filii ſiue loco nepotis, tū quia naturaliter eſt nepos, tum etiam quia taliter adoptatus tranſit in poteſtatem adoptantis, *d. l. penult. & d.* §. *ſed hodie*, cuius ratione adoptatus cogitur cum adoptante communicare.

Si vero adoptetur ab extraneo, nempe ab alio, quam ab Auo, vel proauo, tunc dicendum arbitror communicare non poſſe, quia licet veteri Iure digeſtorum quælibet adoptio eximeret filium à poteſtate patris naturalis, & illam ſubiiceret poteſtati patris adoptantis, *l. qui adoptionem 24. & l. ſi is qui 44. ff. eodem tit.* nihilominus nouo iure ſimplex adoptio ab extraneo facta nō rumpit vincula patris naturalis, neq. quicquam defert patri adoptiuo, ſed operatur tātum ius ſuccedendi ab inteſtato, *d. l. penult. C. de adopt. d.* §. *ſed hodie inſt. eodem tit.* adeo quod per hanc adoptionem non acquiritur titulus filiationis, nec neceſſitas habilis ad faciendum, vt poſſit vindicare ſibi locum diſpoſitio *d. cap. quoniam multos*.

18 Secundus, eſt caſus, quando verſamur in adoptione, quæ fit ex Principis reſcripto, quæ alio vocabulo nuncupatur adrogatio, & in tali quidem caſu opinor poſſe communicare, quia per arrogationem quis tranſit in poteſtatem arrogatoris *d. l. penult.* ex qua poteſtate, vt ſæpe dictum eſt, naſcitur neceſ-

Digitized by Google

neceſſitas communicandi.

Nec refert, ſi dicatur appellatione liberorum, aut filiorum non comprehendi adoptiuos, quia reſpondetur quod diſpoſitio *d.c.quoniā multos* non cōprehendit liberos vti liberos, ſed vti perſonas quæ neceſſitate ſaltim morali coguntur cum parentibus communicare, & proinde cum in hac ſpecie adoptionis adſit neceſſitas, merito eadem iuris diſpoſitio *l.à Titio in princip. ff. de verb. oblig. l. illud ff. ad leg. Aquil.*

Extenditur Quarto, vt procedat etiam in filiis ſpiritualibus, ſic enim ſuadere videtur *teſt.in cap.*1. 40. *q.* 3.
19 dum æquiparat patrem ſpiritualem patri naturali, inquit enim, ita diligere debet homo eum, qui ipſum de ſacro fonte ſuſcepit, ſicut patrem, cui adſtipulatur *gloſa in cap. Pyttarium eadem cauſa, & quæſt.* vbi inquit plus eſſe deferendum patri ſpirituali in exhibitione reuerentiæ quam carnali. Qua ratione *gloſa in cap. aut facta verb. parentem de pænit. diſt.*1. ſcribit non minus eſſe puniendum eum qui interimit patrē ſpiritualem, quam qui
20 carnalem, quam *gloſ. ſequuntur Alex. Marſil. & alii relati per Tiraquell. in d. l. ſi vnquam verb. ſuſceperit liberos num.* 27.

Quibus non obſtantibus veriſſimū eſt filios ſpirituales non comprehendi ſub diſpoſitione *d. capitulo quoniam multos*, & conſequenter non poſſe communicare Patri ſpirituali excommunicato, vt tenent *Vgolin. num.* 12. *Suarez. d. ſect.* 5. *ſub nu.* 8. Fundamentum eſt, quia ex filiatione ſpirituali
21 non naſcitur neceſſitas aliqua communicandi ciuiliter, & mens *Greg.in d.c. quoniam multos*, fuit prouidere, ne illi qui coguntur communicare illaqueentur.

Extenditur Quinto, vt procedat non ſolum in filiis, aut liberis, ſed etiam in iis, qui moraliter habentur loco liberorum, cuiuſmodi ſunt nurus, priuigna, *l. ſi qua mihi ff. de ritu nuptiali S. affinitatis inſt. de nupt.* hi enim cum Socero, aut vitrico excōmunicato cō-
22 municare poſſunt, *Vgolin. d. S.* 7. *num.* 8. *Suarez. d. ſect.* 5. *num.* 7. vbi reſtringit, dummodo ſint commenſales.

Extenditur Sexto, vt procedat, ſiue filii ſint nati ante excommunicationem, ſiue poſt, ita cenſet *Vgolin. loco*
23 *cit. num.* 8. Hic vt cuncta ſine errore liqueant, eſt adhibenda diſtinctio, Aut enim loquimur de filiis legitimis, & naturalibus, & in his opinio prædicta procedit citra controuerſiam, tunc enim etiam nati poſt excommunicationem ſunt nati abſque violatione cenſuræ, cum vxor marito communicare teneatur etiam quo ad matrimonialis debiti ſolutionem *d. cap. inter alia de ſent. excom. Sanch. de matr. lib.* 9. *diſp.* 14. *num.* 2. *cum aliis à me congeſtis in proxime præcedenti cap. nu.* 1. *&* 3. Aut loquimur de filiis illegitimis, & idem eſt dicendum, nam licet excommunicatus cenſuram violet dū fornicariè filium gignit, cum hoc fieri nequeat abſq. communicatione, *cap. ſi concubinæ de ſent. excom.* tamen filius genitus nihil egit contra cenſurā, & cum poſtquam eſt genitus non poſſit à ſe ſeparare naturale vinculum cū Patre, *l. iura ſanguinis ff. de regul. I. ius agnationis ff. de pact.* inde fit vt permittatur illi communicatio cum patre, tum ratione naturalis foederis, tum etiam ratione ipſius filii, cui valde graue eſſet a patre ſeparari, vt ſupra dictum eſt *num.* 3. & ita in ſpecie concludit *Suarez d. ſect.* 5. *num.* 14.
24 Aut loquitur de filio adoptato, & veram exiſtimo ſententiam eiuſdem *Suarez loco cit. verſ. de filio autem*, exiſtimantis filium adoptatum tempore excommunicationis non poſſe communicare cum patre; etenim cum ad perficiendam adoptionem requiratur conſenſus adoptantis, & adoptati, *l.* 2. *ff. de adopt.* equidem in ea eſt neceſſaria communicatio, quæ adhiberi non poteſt citra iniuriam cenſuræ, & conſequenter non poteſt parere obligationem communicandi, quia dato, quod actus ſit validus, tamen in pænā

eſt

eſt ſuſpendendus, effectus, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra nu. ... de vxore contrahente ſcienter cum excommunicato, quæ non poteſt viro communicare.

25 Extenditur ſeptimo, vt ſicut liberi poſſunt communicare cum parẽtibus excommunicatis, ſic poſſint e cõuerſo parentes communicare cũ liberis excommunicatis ita tenent *Vgol. d. §. 7. nu. 12. Alter. diſput. 15. c. 4. in 5. dubit.* Contrariam opinionem tenẽt *gloſ. in d. cap. quoniam multos, verb. vxores idemq. ſequuntur ibi Turrecr. ante nu. primum verſ. ſed licet reciprocatio Præpoſit. nu. 2. & iterum gloſ. in c. de filia, verb. receperit 27. q. 1. Goffred. & Hoſt. in Summa tit. de ſent. excom D. Ant. tit. de excom. minori in 2. ſpecie verſ. 6. excuſantur Innoc. in d. c. inter alia, ibique Anch. nu. 8. & hanc dicit communem Nau. in Man. c. 27. num. 27.*

Diſſidentes opiniones in conſonantiam redigentes tres ſunt diſtinguendi caſus. primus, ſi loquamur ſimpliciter nulla addita qualitate, & vera eſt communis opnio quam præter relatos probat *D. Tho. in 4. diſt. 18. q. 23. art. 1.* Probatur autem primo, *in d. c. de filia 27. q. 1.* vbi parentes prohibentur filium excommunicatam in affectũ recipere, id eſt illi communicare, ſecundo, quia nulla poteſtas eſt penes liberos, qua mediante poſſint cogi parẽtes illis communicare, ac propterea ſi communicent incidunt in excommunicationem.

26 Secundus, eſt caſus, quando parentes recipiunt victum, vel habitationẽ a liberis, & tunc horum ratione non prohibentur communicare, *D. Thom. Turrecr. & Præpoſit. locis proxime cit.*

27 Tertius, eſt caſus, ſi loquamur in his in quibus liberi sũt obligati parẽtibus & in his poſſunt parentes cum liberis excommunicatis communicare, quia excommunicatio liberorum non minuit obligationem parentibus quæſitam, *c. inter alia vbi Doct. de ſent. excõ. c. intelleximus de iudic.* ita firmant *Sot. dicta diſt. 22. q. 1. art. 4. 5. verſ. 3. humile*, & ſic procedere poteſt ſententia

28 *Vgolini, & Alterii*. Ex his infertur fratrem non poſſe communicare cum fratre, vel ſorore excõmunicata, vel aliis collateralibus, *Fel. in d. capite inter alia num. 2. de ſent. excom. Suar. d. ſect. 5. ſub n. 13. Alter. d. diſput. 15. c. 4. in 6. dubit.* vbi limitant quando habitatio eſſet ſimultanea in ordine ſeruitii debiti parentibus, & in hanc eadem opinionem tandem deſcendit *Vgol. d. c. 23. §. 8. n. 3.* Cæterũ ſunt aliqui caſus, in quibus neq. filiis licet communicare cum parentibus, quos colligere poteris ex iis, quæ ſupra de vxore diximus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non priuat* Dominos *poteſtate.*

2 *Serui coguntur* Domino *excommunicato communicare quocunque iure ſint serui nu. 3.*

4 *Seruus acquiſitus poſt excommunicationem tenetur* Domino *communicare.*

5 *Excommunicatio contra communicantes cum excommunicato non comprehendit ſeruos.*

6 *Famuli conductitii* Domino *communicationem denegare non poſſunt.*

7 *Famuli a ſeruiis in hac materia quomodo differant.*

8 *Famuli inſeruientes ſine ſtipendio an poſſint* Domino *excommunicato licite communicare.*

9 *Seruus in quo nudam proprietatem habet excommunicatus, & communicans incidit in excommunicationem.*

10 *Serui* Dominis *in crimine communicare non poſſunt. nec in* Diuinis *nu. 11. nec pariter ſi fuerit excommunicatus propter hæreſim.*

ARGVMENTVM.

An, & quomodo Serui poſſint communicare Dominis excõmunicatis reſpectu poteſtatis Dominicæ.

Digitized by Google

CAP. L.

1 EQuiſſima ratio-
ne factum eſt,
vt cũ ſerui ſint
in poteſtate
Dominorum,
§. *in poteſtate*
inſt. de his, qui
sũt ſui vel alieni
iuris, ac per excommunicationem Do-
mini non priuentur dominio, & pote-
ſtate, *cap. inter alia de ſent. excom.* poſ-
ſint licite Dominis excommunicatis
communicare, *Riccard. in 4. ſent. di-*
ſtin. 18. art. 11. q. 3. cum aliis infra alle-
gandis.

2 Serui ergo, & Ancillæ non ſolum
poſſunt communicare cum Domino
excommunicato, ſed etiam coguntur,
d. cap. inter alia, & ibi Doct. *communi-*
ter Vgol. de cenſur. tab. 2. c. 23. §. 8. n. 1.
Suarez tom. 5. diſput. 15. ſect. 5. nu. 9.

3 Extenditur Primo, vt procedat
quocumque titulo ſerui ſint, nempe
ſiue iure Gentium, ſiue iure ciuili; hic
enim non conſideratur cauſa, aut ti-
tulus ſeruitutis, ſed actus, vt docent,
& recte *Suarez, & Vgolin. locis citatis.*

4 Extenditur Secundo, vt procedat
non ſolum in ſeruis quorum domi-
nium excommunicatus erat adeptus
ante excommunicationem, ſed etiam
ſi Dominus effectus fuiſſet poſt excom
municationem contractam, ita tenet
Vgolin. loco cit. verſic. Item locum habet
vel poſt, & hanc eandem opinionem
poſt multos probat *Suar. d. ſect. 5. nu.*
16. Nèc refragatur *Teſt. in d. c. inter*
alia, qui videtur ſe reſtringere ad eos,
qui ante excommunicationem debi-
to tenebantur, quia in hac parte lo-
quitur tantum de his, qui tenebantur
adhærere obſequio familiari, non
autem obſequio ſeruitutis.

5 Extenditur Tertio, vt procedat e-
tiamſi Dominus ſit excommunicatus
cum omnibus communicantibus cum
eo, quia talis excommunicatio nõ affi
cit ſeruos, ſicuti non afficit perſonas
ſpecificatas *in d. c. quoniam multos*, ita
tradunt in ſpecie *Socc. in d. c. inter alia*
nu. 125. quem ſequitur Vgolin. loco cit.
verſic. Item locum habet regula.

6 Extenditur Quarto, vt procedat
etiam in famulis cõductitiis, cuiuſmo-
di ſũt nutrices, laboratores, famuli, &
alii, nã & illi tenentur Domino cõmu-
nicare *d. c. quoniã multos 11. q. 3. d. c.*
inter alia, et vtrobiq. Doct. *de ſent. excõ.*

Differunt in hoc famuli a veris, ſer-
uis, quia ſerui, vt ſupra dictum eſt, te-
nentur cõmunicare, ſiue ſeruitus coe-
perit ante, ſiue poſt excommunicatio-
nem, familiares, autem non poſſunt fa-
miliaritatem contrahere, quinimo fini
to primo tempore non poſſunt renoua
7 re obligationem famulatus, *Io. Andr.*
in d. c. inter alia num. 4. de sent. excom.
ibib. Anch. *sub nu. 7. verſic. 6. nota.*

8 An autem hoc idem procedat in fa-
mulis inſeruientibus ſine ſtipendio,
præſertim in curiis, conſulendus eſt
Suar. d. nu. 17. in fine. Hæc eadem con-
cluſio limitatur primo, vt procedat in
ſeruis, quorũ præter dominium habe-
mus vſumfructum, nã ſi quis haberet
nudã ſerui proprietatem, & alter vſu-
fructum, ſeruus non poſſet cõmunica-
9 re Domino proprietario, quia relaxa-
tio cenſuræ facta eſt intuitu, & contẽ-
platione ſeruitii actualis, *Suar. d. nu. 9.*

10 Secũdo, limitatur, ne procedat in cõ
municatione criminis, vt expreſſe habe
tur *in d. c. quoniã multos, & in d. c. inter*
alia, in fine, et vtrobiq. Doct. *cõmuniter.*

11 Tertio, limitatur, ne procedat in
communicatione in Diuinis, *ita Hoſt.*
in sum. tit. de ſent. excom. nu. 15. verb.
humile, vers. quod ſi aliquis Præsbyter,
vbi quod clericus, qui cum epiſcopo
moratur, ac viuit, non poteſt pro eo ce
lebrare, aut alias in Diuinis aſſiſtere
& hoc idem ſequitur *Vgol. d. §. 9. ante*
num. 2. verſic. 4. in Diuinis.

12 Quarto, limitatur, ne procedat in
excommunicato propter hæreſim,
Vgol. de qua re alibi dicemus, *in tit. de*
heret. quia hoc non euenit ex vi ex-
communicationis, ſed ex qualitate
criminis; quæ indicit priuationem do-
minijs vt ibi fuſius dictum eſt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas tutoris vel curatoris eſt ſimilis poteſtati paternæ.*

2 *Pupillus vel adultus an poſſit tutori vel curatori excommunicato communicare.*

3 *In correlatiuis diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio.*

ARGVMENTVM.

Pupillus, vel adultus an poſſit communicare Tutori vel curatori, reſpectu poteſtatis tutelaris.

CAP. LI.

TVtoris, aut Curato
ris poteſtas, ſimil.
lima eſt poteſtati
paternæ; Sicuti
1 enim filius eſt ſub
poteſtate patris;
Ita pupillus, vel
adultus eſt ſub poteſtate Tutoris, &
Curatoris *l. 1. ff de tutel l. §. 1. inſt. eod.*
tit. Qua ratione, ſicuti filius licite
communicat patri excommunicato,
ita ſi pupillus, aut adultus ſi ſit cõmen
ſalis, tutoris vel Curatoris poterit cũ
illo ſimpliciter communicare, ſi vero
viuat ſeorſum poterit communicare in
his quæ pertinent ad munus tutelæ,
aut curæ, & ſine quibus munus conue.
nienter explicari non valet, *ita Suar.*
d. ſect. 5. ſub nu. 8. verſic. Deniq. & de
pupillo. Et cum hæc ſit neceſſitas mo.
ralis, merito quemadmodum pupil.
lus poteſt communicare cum Tutore,
ita è conuerſo tutor poterit commu-
nicare cum pupillo, ſi cõtingat pupil-
lum in cenſuram incidere, nam vbi
neceſſitas eſt moralis, diſpoſitum in
vno ex correlatiuis, cenſetur, diſpoſi.
3 tum in alio, *cap. 2 de mutuis pet. l. final.*
C. de indict. viduit. toll. l. 1. C. de ſe-
pulchro violato l. vnica C. de eupreſ.
lib. 11. l. vlt. ff. de acceptilat.

SVMMARIVM.

1 *Subditi abſoluuntur a debito obſequendi domino excommunicato durante excommunicatione.*

2 *Milites prohibentur de ſeruire duci excommunicato.*

3 *Ratio diuerſitatis inter ſuperiores ratione iuriſdictionis, & reſpectu dominii.*

4 *Principes, & magnates non ſolent excommuaicari niſi pro criminibus atrocibus, & grauibus.*

5 *Cum ſuperioribus excommunicatis nec reſpectu forenſium communicare licet.*

6 *Excommunicato an ſit ſoluendum tributum remiſſiue.*

7 *Neque ſuperiori ſpirituali excommunicato communicandum eſt.*

8 *Clerici cum epiſcopo excommunicato communicare non poſſunt:*

9 *Neque monachi cum abbate excommunicato.*

10 *Clerici familiares, & ſeruientes epiſcopo, cum ipſo excommunicato communicare poſſunt.*

11 *Superior excommunicatus cum ſubditis abſque violatione cenſuræ communicare non poteſt.*

ARGVMENTVM.

An ſubditi reſpectu iuriſdictionis poſſint communicare Domino excommunicato.

CAP. II.

VIderi poſſet, perſonas ſubiectas temporali iuriſdictioni hominis excommunicati, poſſè cum ſuis Dominis, aut ſuperioribus communicare, & vice verſa Dominos cum illis, primo per *teſt. in c. Iulianus, & cap. imperatores 11. q. 3. vbi* Chriſtiani citra fidei contemptum inſeruiebãt imperatori quãuis Apoſtatæ

quia nulla videtur maior ratio, quare
poſſint communicare ſerui, & famuli,
quam Vaſalli, & alii ratione iuriſdi-
ctionis ſubiecti; Ideoque eadem vide-
tur eſſe diſpoſitio, *l. à Titio, ff. de verb.
oblig. l. illud ff. ad l. Aquil.* Quo non
1 obſtante in contrarium eſt *teſt. in vſi-
bus feudorum, titul. hic finitur lex in
princip. verſic. ſed obertus. & teſt. in
cap. nos Sanctorum 15. q. 3.* vbi ſub-
diti abſoluuntur fidelitate, & debito
obſequendi Dominis excommunica-
tis, & modis omnibus prohibentur, ne
eis fidelitatem obſeruent, quouſque
excommunicati ad ſatisfafactionem
veniant, hoc idem diſponitur *in cap.
Iuratos eadem cauſa, et quaeſt.* vbi mili-
2 tes prohibentur, ne Duci ſeruiant,
quandiu excommunicatus eſt, quo-
rum Iurium auctoritate hanc ſenten-
tiam probant *Doct. communiter, et ſi-
gnanter Turrecrem. in d. c nos Sancto-
rum nu. 3. et cap. quid culpatur num. 4.
23. q. 1. ibique Archid. in fine. Abb. in
cap. veritatis ſub num. 39. verſ. Item
videmus, de dol. et contum. Silueſt. qui
alios refert in verb. excommunicatio n.
18. Vgol. d. tab. 2. cap. 23. §. 9. num. 9.
Suarez de cenſur. diſput. 15. ſect. 6. nu.
1. Io. Philip. mainar. de priuileg. eccleſ.
art. 28. numero 6. cum ſeq.* Ratio au-
3 tem quare eccleſia diuerſimode agit
cum ſuperioribus ratione iuriſdictio-
nis, quam agat cum Superioribus reſ-
pectu poteſtatis Dominicæ duplex aſ-
ſignari poteſt.

Prima, quia communicatio cum
Seruis eſt magis neceſſaria ad vitã hu
manã, quam ſit cõmunicatio cũ vaſal
is. Secunda quia Superiores reſpectu
iuriſdictionis ſolent eſſe Principes, &
4 magnates, qui non ſolent excommu-
nicari, niſi crimina ſint valde atro-
cia, & grauia, in quibus opus eſt re-
medio, quo eis tollatur ſuperbię, &
inobedieniiæ fomentum, vt ſcribit
*Abb. in cap. veritatis ſub num. 39. verſ.
item videmus, de dolo et contum.* vbi hac
ratione inquit diſpoſitionem *d. capi-
tulo nos Sanctorum et d. verſiculo ſed
obertus eſſe derogatum diſpoſitioni cap.
iulianus, et cap. imperatores.*

Sit ergo concluſio ſubditos reſpe-
ctu iuriſdictionis non poſſe commu
nicare Superiori excommunicato, nec
e contra *ex dict. hactenus alleg.*

5 Extenditur Primo, vt procedat nõ
ſolum ratione communicationis ciui-
lis, de qua ad præſens agimus, ſed
etiam ratione forenſis communica-
tionis iuxta ea quæ late ſunt ſupra *hoc
eodem libr. cap. 11.*

6 An autem procedat reſpectu ſolu-
tionis tributorum, alibi Deo auſpice
fuſius dicetur, interim huius rei cupi-
dus cõſulat, *Suar. d. disp. 15. ſect. 6. n. 3.*

7 Extenditur Secundo, vt procedat
ſiue ſubiectio ſit ratione iuriſdictionis
temporalis, ſiue ſpiritualis, vt probat
*teſt. in cap. iuratus 93. diſt. cum aliis
mox infracitandis.*

8 Vnde deducitur Primo clericos vti
ſubditos non poſſe communicare cum
Epiſcopo excommunicato, *d. cap. mi-
ramur, Hoſt. in ſumma tit. de ſent. ex-
com. verb. humile ſub num. 15. prope
fin. gloſ. Gem. & Franch. in cap. ſtatui-
mus de ſent. excom. lib. 6. Doct. com-
muniter in cap. nuper extra eodem tit.
Couar. in d. cap. Alma mater par. 1. §.
2. num. 2. D. Ant. Silueſt. et alii, quos
ſequitur Vgolin. d. §. 9. num. 7. Sua-
rez d. disp. 15. ſect. 7.* Quod procedit
etiam ſi ſint Canonici eccleſiæ, *Soc-
cin. in dicto cap. inter alia num. 15. de
ſent. excom.* & idem ante ipſum tenuit
ibidẽ *Butr. n. 20. ver. Quid de epiſcopo.*

9 Deducitur Secundo, monachos,
vti monachos ſubditos, non poſſe
communicare cum Abbate excommu
nicato, *Palud. Riccard. et aiii in 4.
ſent. diſt. 18. Socc. in cap. ſacris num.
15. et 235. de ſent. excom. Vgolin.
et Suarez loc. cit ille ſub num. 8. verſic.
in his tamen, hic n. 12.* Dixi clericos
& monachos vti ſubditos nõ poſſe cõ-
municare cũ epiſcopo, vel Abbate ex-
cõmuuicato, quo ſignificarẽ hãc ſubie
ctionẽ nõ pręſtare iuſtã cauſam cõmu
nicàdi; Ceterũ ſi adſit alter titulus
nẽpe quia sũt clerici familieres, & ſer
uiẽtes epiſcopo, vel Abbati, poterunt

com.

Digitized by Google

communicare in his, quæ pertinent ad ſeruitiū, quia tunc communicant titulo ſubiectionis, & ita intelligendi ſunt *Adria. & Sot. in d. diſtinct.* 18.

Extenditur Tertio, vt ſicuti ſubditi nequeunt communicare cum ſuperiore excommunicato, ita ſuperior non poteſt communicare cum ſubditis, e-
11 tiam ſi ſit epiſcopus, *cap. cum deſiderʒ de ſent. excom. ibi, nec epiſcopus, nec poterunt communicare eidem, ibique Doct.* & ſignanter *Anchar. num.* 6. *Socc. num.* 3. *& Abb. num.* 2. *gloſa in c. quod in dubiis, verb. donec eodem tit. Socc. in cap. inter alia nu.* 14. *eodem tit. Suar. d. diſput.* 15. *ſect.* 7. *ſub num.* 4. *verſ. Quod adeo verum*, vbi ſudit, quod ſi communicet in crimine incidit in excommunicationem maiorem, contra *gloſ. in cap. ſtatuimus, verb. conſtitutionibus de ſent. excom. lib.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Simplici neceſſitate coactus pati magis quam agere videtur.*
2 *Etiam in ſpiritualibus neceſſitas non ſubiacet legi.*
3 *Abſolute compulſus excommunicato communicare etiam in diuinis non incidit in excommunicationem.*
4 *Merces ab excommunicato peti poteſt abſq. incurſu cenſura.*
5 *Tranſiens per terram excommunicati quando poſſit neceſſaria ab excommunicatis emere.*
6 *Ab excommunicatis quando elemoſina accipi poſſit, eiſq. dare.*
7 *Excommunicatus accedens ad ſuperiorem pro abſolutione poteſt hoſpicio recipi.*

ARGVMENTVM.

De cauſa excuſationis prouenien te ex neceſſitate ſimplici.

CAP. LIII.

Communicãs ex communicato coactus neceſſitate ſimplici, & abſoluta, & nullam pœnam, aut peccatum incurrit, ita docemur, *ex capitulo ſacris, de*
1 *his quæ vi metuſuè cauſa fiunt*, vbi Pontifex ſubdit rationem, nempe quia iſte magis pati, quam agere videatur, & facit *teſt. in cap. teſtamentum* 6. *diſt. & in c. de iudæis* 45. *diſt. & in c. Presbyteros* 50. *diſt. & in c. conſiſtas.* 1. *q.* 1.
2 Suffragatur etiam reg. vulgaris, quod neceſſitas nō ſubditur legi, etiā in his, quæ ſpiritualia reſpiciunt, *cap.* 2. *de obſeru. ieiun. cap. ſicut de conſecr. diſt.* 1. *cap. diſcipulos, de conſecr. diſt.* 5. *gloſ. fin. in clem.* 1. *de baptiſm. Felin. in cap. cum dilecta nu.* 16. *de reſcript.*
3 Is ergo qui ligatus manibus, & pedibus compellitur communicare cum excōmunicato in lecto, vel in eccleſia, non incurrit aliquam pœnam, quia in eo nulla prorſus reperitur voluntas, vt notat *Abb. in d. c. ſacris in prin. verſ. exēplum, de ſent. excom.* Quod procedit primo nō ſolum in cōmunicatione in humanis, ſed etiam in Diuinis, vt innuit *Abb. loco cit. ibi, vel eccleſia*, & aperte profitetur *Suar. tom.* 5. *diſt.* 15. *ſect.* 2. *num.* 8. Procedit Secundo, ſiue neceſſitas ſit omnino præciſa, ſiue morali modo, *Suarez loco cit.* Qua ratione, qui ſeruitium ſtipulatus eſt ab eo, quem ignorabat excommunicatum, vel ab
4 eo, qui poſt ſtipulationem, excommunicationem contraxit, & totam, vel partem mercedis perſoluit, ſi quantitas ſoluta nequeat recuperari, poterit illi in concernentibus ſeruitium communicare, iuxta *teſt. vbi notant omnes in c. ſi vere, de ſent. excom.* Et eadē ratione poteſt tranſiēs per terram excommunicatorum neceſſaria emere, & recipere ab excommunicato ſi non
5 poteſt emere ab aliis communionem

 habēn-

habentibus, *d. cap. quoniam multos*, §. *quicumque* 11. *q.* 3. *cap. inter alia*, & *d. cap. ſi vere* §. *eſt autem cautum*, *de ſent. excom.* Abb. *in d. cap. ſacris nu.* 4. *de his quæ vi metuſue cauſa fiunt.* Et ſicuti poteſt emere ab excommu-
6 nicatis, quando non adſunt alii, à quibus emi poſſit, ita poſſunt ab ipſis excommunicatis neceſſaria loco eleemoſinæ accipi. ſi non habeant pecunias vnde emat, vt probat *text. vbi Doct. communiter in d. cap. quoniam multos, in illis verbis, vel non habeat, unde emat.* Et è conuerſo excõmunicatis in neceſſitate exiſtentibus poſſumus pietatis intuitu elemoſinam largiri, *d. cap. quoniam multos, in fina-*
7 *libus uerbis.* Et multo magis procedit in excommunicatis accedentibus ad Superiorem pro abſolutione obtinenda, tunc enim poſſumus illum hoſpitari, illique neceſſaria vendere, vel dare, vt tradit, & recte *Turrecrem. in d. cap. quoniam multos num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Licitum eſt excommunicato communicare, quando eius opera nobis uel rebus noſtris tuendis eſt neceſſaria.*

2 *Excommunicatio debet parere effectus contra excommunicatum, nõ autem detrimentum ceteris fidelibus.*

3 *Doctore excommunicato quando peti poſſit conſilium ab eo.*

4 *Medicus uel Aromatarius excommunicatus quando vocari poſſit ad curam infirmi.*

ARGVMENTVM.

De excuſatione inſurgente ex neceſſitate morali, ſiue ad melius eſſe.

CAP. LIV.

1 Regula conſtitui poteſt, quod quoties opera excommunicati eſt nobis neceſſaria ad nos vel noſtra tuenda, licitum eſt nobis excommunicato communicare ita deſumitur *ex cap. ſi uere cum ibi traditis per Doct. de ſent. excom. & ex cap. inter alia eodem tit. & ex capitulo quoniam multos* 11. *q.* 3. *Palud. in* 4. *ſent. diſt.* 18. *q.* 6. *Gabriel. q.* 3. *Angel. in uerb. excommunicatio* 8. *numero* 6. *Caiet. in ſumma cap. de participatione, Suarez tom.* 5. *diſp.* 15. *ſect.* 3. *num.* 7. Ratio eſt, quoniam excommunicatio
2 eſt lata, vt pariat effectus ſuos contra excommunicatum, non autem in necem, aut nocumentum aliorum fidelium, *cap. cum inter de except. capitulo excommunicamus* §. *credentes, de haeret. cap. intelleximus de iudic.* Quoties ergo excommunicati opera eſt nobis neceſſaria, ad nos, ſeu noſtra tuenda eius communicatio nobis interdicta non eſt, *d. capitulo ſi uera, ubi notant omnes, & ſignanter* Abb. *num.* 4. *de*
3 *ſent. excom.* Qua ratione licitum eſt nobis petere conſilium à Doctore excommunicato ſi ab alio ęque idoneo conſilium non ſperamus, *Palud. Gabriel. Caietan. & Suares locis cit.* Et pari ratione poſſumus in infirmitate vocare
4 Medicum, & Aromatarium excommunicatum ſi illum magis idoneum reputemus, vel de noſtra complexione magis informatum, *Palud. Gabriel, & alii locis citatis.*

SVMMARIVM.

1 *In concernentibus ſalutem excommunicato licitum eſt communicare.*

2 *Excommunicato communicari poteſt in iis quæ pertinent ad abſolutionem obtinendam.*

3 *Excommunicatis licite prædicari poteſt uer.*

verbum Dei.

4 *Communicans excõmunicato in caſib. ſupradictis non incidit in excommucationem, quamuis alia verba proferat incidenter.*

5 *Licitum eſt ſubuenire excommunicato ne graue damnum patiatur.*

6 *In excommunicationem an incidit qui ſubuenire poteſt clerico excommunicato non ſubuenit.*

7 *Excommunicatus poteſt petere abſolutionem & ſubſidium in neceſſitatibus.*

8 *Eccleſia non cupit mortem excommunicati, ſed vult vt conuertatur & viuat.*

9 *Hodierno tempore qui excommunicati ſint vitandi.*

ARGVMENTVM.

De cauſa inſurgente ex vtilitate ſalutis, vel ob vitandum damnum, vel pro ſuſtentanda vita excommunicati.

CAP. LV.

1 VBi agitur de procuranda ſalute excommunicati, iuſta, & rationibus eſt cauſa, vt communicare poſſimus cum illo, ita *teſt. in cap. cum excommunicato 11. q. 3. & in cap. cum voluntate in principio, & cap. reſponſo, & vtrobique Doct. communiter de sent. excom. cap. cum pro cauſa eodem tit. cap. cum inter §. porro de except.*

Ratio eſt, quia cum eccleſia excommunicati ſalutem maxime optet, nihil eorum prohibet, quæ propter illam fiunt, nam qui finem intendit, non prohibet media vtilia, & per ſe conuenientia, *c. quoniam de ſent. excom. lib. 6. cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſſ. l. oratio ff. de deſponſal. l. ad legatũ et l. ad rem mobilem ff. de procur.*

2 Qua ratione attenta licitum eſt nobis
Primo communicare excommunicato
in his quæ pertinent ad abſolutionem
obtinendam *d. cap. cum voluntate de
sent. excom. cap. cum pro cauſa, eodem*
3 *tit. cap. primo de reſcript. lib. 6. cap.
cum inter §. porro de except.* Et pari ratione licitum eſt nobis prædicare excommunicatis verbum Dei, *cap. reſponſo, vbi Doct. communiter, & ſignãter Abb. nu. 3. eodem tit. de ſent. excom.*
Et hæc quidem procedunt, licet in d.
communicatione interponantur alia
4 verba incidenter, vt apud excommunicatum magis proficiamus, *d. cap. cum voluntate de ſent. excom.* Prætetea vbi non agitur de augendo lucro temporali, ſed de ſuſtentanda vita excõmunicati, licitum eſt nobis communicare excommunicato, non ſolum vbi neceſſitas eſt grauis, quo caſu obligamur ex præcepto, ſed etiam propter cõmunem indigentiam humanitatis ratione, iuxta diſpoſitionem *teſt. in d. cap. quoniam multos 11. q. 3. quam ſic accipiendã cenſet* Suarez *d. diſp. 15. ſect. 3. num.* 10.

5 Et ob id licitum eſt nobis ſubuenire excommunicato ne graue damnũ, aut iniuriam patiatur, aut in corpore, aut in fama, aut in temporalibus bonis, vt cenſet, & recte *Suarez loco cit. num.* 11. Ex quo probabilis admodum redditur opinio *Adriani q. 3. de clauib. &* Riccard. *diſt.* 18. *art.* 11.
Affirmantium, quod qui poteſt ſubue-
6 nire clerico excommunicato, ne iniuriam patiatur, & non ſubuenit, incidit in excommunicationem, *cap. quanta, de ſent. excom.* Et ſicuti nos licite communicamus excommunicato, in concernentibus ſalutẽ animæ ſuæ, & ſuſtentationem eius vitæ, Ita ille licite poteſt à nobis illa petere, & procurare nam ſi prædictæ actiones ſunt nobis licitæ propter illum, multo for-
7 tius licebunt illi propter ſemetipſum, *ita Gabriel. in 4. ſent. diſt. 18. q. 3. dub.* 5. quem ſequitur *Suarez d. ſect. 3. ſub num.* 11. Ideoque petere

poteſt

poteſt, & procurare abſolutionem *d. cap.* 1. *de reſcript. lib.* 6. *cap. cum pro cauſa de ſent. excom.* & petere ſubſidium, & ſubuentionem in neceſſitatibus *Gabriel. & Suar. locis nuper cit.*

Nec refert, quod per *extrauag. ad euitanda*, quamuis liceat aliis communicare excommunicato tamen hoc nõ eſt inductum fauore excommunicati, ſed aliorum, quia reſpondetur, quod actiones, de quibus agimus licitæ ſunt ex intrinſeca limitatione cenſuræ, & exceptione quaſi naturali ſubintellecta in cenſura ob bonum naturæ, & perſonę excommunicati, eccleſia nãq. non intendit ita grauiter punire excommunicatum, vt intereat, non enim vult mortem peccatoris, ſed vt magis
8 conuertatur, & viuat, *d. cap.* 1. *de except. lib.* 6. & hæc dicta ſufficiant quo ad cauſam ex capite neceſſitatis eſſet agendum de alia cauſa ex capite ignorantiæ; verum quia hodie poſt *extrau. Ad euitanda*, non tenemur vitare, niſi publice excommunicatos, & notorios
9 clericorum percuſſores, ideo non videtur neceſſaria niſi in paucis, de quibus conſuli poteſt *Suarez d. diſp.* 15. *ſect.* 3. *nu.* 2.

SVMMARVM.

1 *Excommunicatus cogi poteſt ad implendum in contractu contenta.*
2 *Ex propria contumacia præmium reportari non debet.*
3 *Etiam extraiudicialiter ab excommunicato debitum peti poteſt.*
4 *Permiſſo fine cenſentur permiſſa omnia per qua deuenitur ad illum.*
5 *Excommunicatio non dirimit obligationem.*
6 *Suſpendit tamen actionem ab ea prouenientem.*
7 *Societas per ſuperuenientem excõmunicationem non diſſoluitur, & licite ſocio excommunicato communicatur.*
8 *Statuta die an debitum excommunicato ſolui poſſit.*
9 *Text. in c. felicis, de pæn. in ſexto quomodo procedat.*
10 *Qualibet diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
11 *Promiſſio etiam pura reſtringitur ad licita, & de iure permiſſa.*
12 *Debitum excommunicato deponendum eſt apud eodem ſacram, vel perſonam fidelem.*
13 *Iuramentum cogit ad obſeruantiam omni meliori modo.*
14 *Excommunicato neceſſitate laboranti licite ſolui poteſt.*
15 *Timor ne inuadatur territorium eſt iuſta cauſa ſoluendi debitum excommunicato.*

ARGVMENTVM.

An ratione contractus celebrati ante excommunicationem liceat communicare excommunicato.

CAP. LVI.

NOnnulli ſunt diſtinguendi caſus, Primus, quando cõtractus eſt contra
1 excommunicatum, & tunc fas nobis eſt illi cõmunicare ad effectum cogendi illum ad implendum contenta in contractu, ita docemur *ex text. in c. ſi vere de ſent. excom. ibique notant* Innoc. Io. Andr. *Butr. Anchar. Abb. & reliqui communiter, & in cap. intelleximus, vbi Abb. num.* 4. *Decius num.* 24. *de iud. Bald. in l. nulla in fine ff. de legib. Innoc. in cap. exceptionem num.* 3. *ad fin. de except. glos. in cap. nos Sanctorum verb. conſtricti, verſic. De hoc autem non eſt dubium* 15. *quæſt.* 6. *cum aliis cumulatis ſupra hoc eodem lib. cap.* 32. *nu....*

Ratio eſt, quia excommunicatio debet parere effectus ſuos contra excommuuicatum, *cap. cum inter de except. Abb. conſil.* 60. *quoniam ſatis in fin.*

ſin. verſic. nam excommunicatio lib. 1. ſi etiam non liceret nobis communicare ad effectum cogendi illum ad implementum contractus, ſequeretur
2 quod excommunicatio pareret effectus ſuos contra alios, & ſic ille reportaret præmium ex propria contumacia, quod eſſe non debet, *cap. ex tenore de reſcript.* cum non debeat eſſe melior conditio delinquentis, quam obſequentis *l.* 3. *§.* 1. *ff. de donat. inter vir, & vxor.* nec debeat ipſe ridere de fletibus aliorum, *cap. petiſtis de priuil.*
3 Et hæc procedunt non ſolum in coactione iudiciali, ſed etiã extraiudiciali, adeo vt liceat nobis excõcatum alloqui, vel illi nuntium, aut litteras mittere, petendo debitum ab eo, nam ſi licet petere debitum, licita ſunt etiam media neceſſaria vel vtilia ad illud conſequendum, *cap. quoniam de ſent. excom. lib.* 6. *cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſſ. l.* 2. *ff. de iuriſd.*
4 *omn. iud. l. oratio ff. de ſponſal.* & ita in ſpecie cenſet *Suar. tom.* 5. *diſp.* 15. *ſect.* 8. *ſub num.* 2. ſubdens licitum eſſe etiam inferere alia verba politico modo, argumento *teſt. in c. cum volun. tate de ſent. excom.*
5 Secundus eſt caſus, quando contractus eſt ad fauorem excõmunicati, & tunc licet ſuperueniens excommunicatio non dirimat obligationem, *vt in cap. inter alia de ſent. excom.* tamen durante ipſa excommunicatione, impeditur exercitium actionis ex parte excommunicati adeo, vt ex contractu agere minime poſſit, *cap. intelleximus, vbi Doct. communiter de*
6 *iudic. Anchar. in cap. veritatis ſub nu.* 11. *verſic. & iſtud eſt verum de dolo, & contum. Abb. in d. cap. ſi vere num.* 4. *de ſent. excom. cum aliis longa ſerie relatis ſupra hoc eodem lib. cap.* 31.
7 Tertius eſt caſus, quando verſamur in contractu ſocietatis, & dicendum eſt talem contractũ per ſuperuenientem excõcationem, non diſſolui, & poſſe ſocium non excommunicatum in his, quæ pertinent ad ſoci etatem communicare ſocio excommunicato

gloſ. in cap. 1. *verb. viuit.* 45. *diſt. & in cap. ſi vere, verb. excommunicatorum de ſent. excom. ibique Hoſtiens. & Abb. nu.* 10. *poſt med. verſic. & circa ſocietatem Couar. in cap. Alma Mater, par.* 1. *§.* 1. *ſub num.* 8. *verſic.* quibus ſuffragatur; *Felicius in tract. de Societ. cap.* 8. *ſub num.* 9. *Viuius dec.* 99. *num.* 15.
8 Quartus eſt, quando quis iurauit ſe aliquid ſoluturum certa die, & antequam dies adueniat is, in cuius fauorem eſt facta promiſſio incidit in excommunicationem, & tunc an debeat il li fieri ſolutio, tres ſunt opiniones; Prima *eſt Innoc. in ſæpe cit. c. veritatis, de dolo, & contumacia,* aſſerentis eſſe faciendam, non obſtante excommunicatione, & ipſum ſequitur *Abb. conſil.* 60. *quoniam ſatis column. fin. verſic. inſuper excommunicato lib.* 1. *Suarez d. diſp.* 15. *ſect.* 8. *num.* 5.

Mouentur quia per ſuperuenientem excommunicationem obligatio non ſoluitur *cap. inter alia de ſent. excom.*

Sed huic argumento reſpondetur, quod licet non tollatur obligatio, tamen remanet ſuſpenſum eius exercitium, *vt in cap. intelleximus de iudic. & in cap. decernimus, de ſent. excom, lib. ſexto.*

Secunda eſt opinio, quod quinimo non ſit ſoluendum, quam late probat *Hoſt. in d. cap. veritatis de dolo, & contum. quem ſequuntur Butr. num.* 14. *verſic. an autem ſuſpendatur, & verſic. & hæc pars mihi videtur; Abb. num.* 39. *gloſ. in cap final. verb aliquo pacto, de hæret. Bald. in d. c. intelleximus nu.* 3. *de iudic.*

Ducuntur Primo, quia ſi ex parte excommunicati tollitur actio durante excommunicatione, *d. capit. intelleximus,* ergo ex parte non excommunicati tollitur neceſſitas ſoluendi.

Hoc argumentum recte concludit reſpectu neceſſitas ſoluendi, non autem reſpectu eius, quod facere debet bonus vir ad obſeruantiam ſuæ promiſ-
9 ſionis, vt in *cap. debitoris de iureiur.* Secundo mouentur ex *teſt. in c. felicis de*

de pœnis lib. 6. vbi in ſpecie dicitur excommunicato neminem cogi debita reddere.

Sed reſpondetur, quod loquitur in excommunicato propter iniuriam illatam cardinali, qui durius præmitur quam coeteri excommunicati, vt in *d.cap.fælicis per totum*, & propterea Argumentum non concludit tãquam à ſpeciali deductum.

10 Tertio mouentur, quia quælibet promiſſio habet in ſe tacitam conditionem eodem manente ſtatu, *l. cum quis 38. ff. de ſolut.cap.nc quis 22.q.2. cap.venerabilem in fine de elect. cap. 2. vbi Abb. de renunciat l. vlt. in princ. ff.ad municipal.* quod eſt perpetuum in omnibus actibus, & diſpoſitionibus, vt ſcilicet ſemper intelligantur rebus ſic ſtantibus, *l. quod ſeruus, vbi Bald. & Iaſ.num. 8.ff. de condit.ob cauſam l. quæro §. inter locatorem ff. locati l. vlt. C. de ſponſ. Ancbar. conſil. 84. num. 3. & 4.* Dec. *conſil. 475. num. 6. Ruin. conſ. 170. nu. 13. lib. 1. Crauet. conſ. 95. num. 4. late Tiraq. in l. ſi vnquam in præfato nu. 167.*

11 Quarto, quia quælibet promiſſio, quamuis iuramento vallata ſemper reſtringitur ad licita, & de iure permiſſa *cap. quanto, & cap. quoniam de iureiur.* & conſequenter non extendit vires ſuas, vt debeamus communicare excommunicato, quod eſt de iure prohibitum, *cap. ſicut apoſtoli 11. q. 3.*

12 Tertia demum eſt opinio, quę mihi videtur verior, & receptior, pecunias non eſſe ſoluendas excommunicato, ſed deponendas, apud Aedem ſacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum vt excommunicato ſoluatur, poſtquam beneficium abſolutionis fuerit aſſequutus, *ita gloſ. in cap. nos Sanctorum, verb. conſtricti 15. quæſt. 6. Anan. in d. cap. fin. num. 5. de hæret. Abb. in d. cap. ſi vere num. 6. de ſent. excom. & in d. cap. veritatis num. 39. de dolo, & contumacia,* Fel. *in cap. inter alia nu. 4. de ſent. excom. & in d.c. finali in fin. de hæret.*

Ratio eſt, quia quamuis promiſſio reſtringatur, ad licita, *d. cap. quanto, & cap. quoniam de iureiur*; tamen iuris iurandi religio obligat nos ad obſeruantiam, ſaltim de facto, eo modo quo ſeruari poteſt citra peccatum, *d. cap. debitores de iureiur.* Per depoſi-
13 tum autem inducitur obſeruantia, ſaltim per æquipollens, nec requirit communicationem.

Hæc concluſio limitatur, ne procedat, quando excommunicatus egeſtate laboraret, tunc enim ſicuti poſſumus illi elemoſinam elargiri, *d. cap. quoniam multos in fine 11. quæſt. 3. cap. inter alia in fin. de ſent. excom.* ita poſſumus, & debitum perſoluere, vt in ſpecie ſcribit *Abb. in d. c. veritatis ſub num. 40. de dolo, & contumacia.*

15 Secundo, limitatur, quando ſolutio fit ad euitandam inuaſionem territorii, quæ ab excommunicato timetur, vt in caſu, de quo ex facto reſpondit *Abb. conſ. 60. quoniam ſatis col. vlt. verſic. Et primo pro vtilitate lib. primo*, quod multo fortius procedit, quando excommunicatio eſt dubia, idem *Abb. loco citato.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus cogi poteſt ad implendum in contractu contenta.*
2 *Ex propria contumacia præmium reputari non debet.*
3 *Etiam extraiudicialiter ab excommunicato debitum peti poteſt.*
4 *Permiſſo fine cenſentur permiſſa omnia per quæ deuenitur ad illum.*
5 *Excommunicatio non dirimit obligationem.*
6 *Suſpendit tamen actionem ab ea prouenientem.*
7 *Societas per ſuperuenientẽ excommunicatum non diſſoluitur, & licite ſocio excommunicato communicatur.*
8 *Statuti die an debitum excommunicato ſolui poſſit.*
9 *Tex. in c. fælicis, de pæn. in 6. quomodo procedat.*
10 *Qualibet diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

11 *Pro-*

11 *Promiſſio etiam iurata reſtringitur ad licita, & de iure permiſſa.*
12 *Debitum excommunicato deponendum eſt apud eodem ſacram, vel perſonam fidelem.*
13 *Iuramentum cogit ad obſeruantiam omni meliori modo.*
14 *Excommunicato neceſſitate laboranti licite ſolui poteſt.*
15 *Timor ne inuadatur territorium eſt iuſta cauſa ſoluendi debitum excommunicato.*

ARGVMENTVM.

An liceat contrahere cum excommunicato ipſa excommunicatione durante.

CAP. LVII.

INdubitata eſt iuris concluſio non licere regulariter cõtrahere cum excõmunicato, quia cum cõtractus explicari nequeat citra communionem, & communio ſit nobis cum excommunicato interdicta, *cap. ſicut Apoſtoli* 11. *q* 3. inde con-
1 ſequenter reſultat, vt non liceat nobis ſine peccato inire contractum cum excommunicato, vt in ſpecie poſt alios docet *Suarez tom.* 5. *diſput.* 15. *ſect.* 8. *num.* 7.

Dixi, regulariter, quia ab hac regula excipiuntur caſus neceſſitatis, de quibus *in cap. quoniam multos* 11. *q.* 3. *& in d. cap. inter alia de ſent. excomm.*

2 Difficultas eſt, an talis contractus valeat, an vero ſubiaceat nullitati, in qua reduæ ſunt ad inuicem pugnantes opiniones, altera eſt opinio *Hoſt. in d. cap. veritatis*, affirmantis contractum, quatenus reſpicit fauorem non excõmunicati, eſſe validum, quatenus vero reſpicit fauorem excommunicati nullius eſſe momenti, ita quod ipſe efficaciter obligatur aliis, ſed ſibi alios obligate non poteſt, & hanc eandem opinionem probãt *Addentes ad Abb. in d. cap. veritatis ſub num.* 35. *ſub littera* E. *fortun.* Garzia. *in l. Gallus §. quid ſi tantum nu....ff. de liber. & poſthum.*

Ducuntur Primo, quia excommunicatus contrahẽdo peccat, ex quo ingerit ſe communioni ſibi prohibitæ, *cap. cum deſideres de ſent. excom. cap. il-*
3 *lud de cler. excom. miniſtr.* ergo indignus eſt, vt per leges ſibi ſubueniatur *l. non dubium C. de legib. cap. vides* 10. *diſt. cap. quæ contra ius de reg. iur. lib.* 6. Hoc argumentum dupliciter remouetur.

Primo, quod illud procedit, vbi prohibitio verſatur circa ſubſtantiam actus, ſecus quando circa qualitates extrinſecas, ſeu modum deueniendi
4 ad actum, tunc enim licet modus ſit vetitus, tamen actus valet, vt declarat, & recte *Bald. in d. l. non dubium numero* 15. vbi pluribus probat. in propoſito autem prohibitio cõmunicandi excommunicato, non eſt contra ſubſtantiam contractus, nam non eſt lata ſpecialiter ratione contractus, quia non eſt lata ſpecialiter ratione contractus, ſed ratione generalis communicationis quę dictat contrahi non poſſe cum excommunicato ſicut non poteſt comedi, alloqui, & ſimilia facere, & propterea mirum non eſt, ſi actus tenet. Præterea attenta ratione *Hoſt.* ſequeretur, quod contractus, neque teneret ad fauorem
5 non excommunicati, quia prohibitio de non communicando communiter dirigitur in excommunicatum, & in non excommunicatum, *cap. nuper de ſent. excom. cap. excommunicatos, & cap. cum excommunicato* 11. *quæſt.* 3.
6 Secundo, mouentur, quia exercitium actionis natæ ante excommunicationem ſuſpenditur per ſuperuenientem excommunicationem, quouſque excommunicatio durat, *cap. intelleximus de iudic. cum aliis allegatis ſuprà præced. cap. num.* 6.

Ergò

CAP. L.

1 EQuiſſima ratione factum eſt, vt cũ ſerui ſint in poteſtate Dominorum, *S. in poteſtate inſt. de his, qui sũt ſui vel alieni iuris*, ac per excommunicationem Domini non priuentur dominio, & poteſtate, *cap. inter alia de ſent. excom.* poſſint licite Dominis excommunicatis communicare, *Riccard. in 4. ſent. diſtin. 18. art. 11. q. 3. cum alius infra allegandis*.

2 Serui ergo, & Ancillæ non ſolum poſſunt communicare eum Domino excommunicato, ſed etiam coguntur, *d. cap. inter alia, & ibi* Doct. *communiter Vgol. de cenſur. tab. 2. c. 23. S. 8. n. 1. Suarez tom. 5. diſput. 15. ſect. 5. nu. 9.*

3 Extenditur Primo, vt procedat quocumque titulo ſerui ſint, nempe ſiue iure Gentium, ſiue iure ciuili; hic enim non conſideratur cauſa, aut titulus ſeruitutis, ſed actus, vt docent, & recte *Suarez, & Vgolin. locis citatis.*

4 Extenditur Secundo, vt procedat non ſolum in ſeruis quorum dominium excommunicatus erat adeptus ante excommunicationem, ſed etiam ſi Dominus effectus fuiſſet poſt excommunicationem contractam, ita tenet *Vgolin. loco cit. verſic. Item locum habet* vel poſt, & hanc eandem opinionem poſt multos probat *Suar. d. ſect. 5. nu. 16.* Nèc refragatur *Teſt. in d. c. inter alia*, qui videtur ſe reſtringere ad eos, qui ante excommunicationem debito tenebantur, quia in hac parte loquitur tantum de his, qui tenebantur adhærere obſequio familiari, non autem obſequio ſeruitutis.

5 Extenditur Tertio, vt procedat etiamſi Dominus ſit excommunicatus cum omnibus communicantibus cum eo, quia talis excommunicatio nõ afficit ſeruos, ſicuti non afficit perſonas ſpecificatas *in d. c. quoniam multos*, ita tradunt in ſpecie *Socc. in d. c. inter alia nu. 125. quem ſequitur Vgolin. loco cit. verſic.* Item *locum habet regula.*

6 Extenditur Quarto, vt procedat etiam in famulis cõductitiis, cuiuſmodi ſũt nutrices, laboratores, famuli, & alii, nã & illi tenentur Domino cómunicare *d. c. quoniã multos 11. q. 3. d. c. inter alia, et vtrobiq.* Doct. *de ſent. excõ.*

Differunt in hoc famuli a veris, ſeruis, quia ſerui, vt ſupra dictum eſt, te-
nentur cõmunicare, ſiue ſeruitus coe-
perit ante, ſiue poſt excommunicatio-
nem, familiares, autem non poſſunt fa-
miliaritatem contrahere, quinimo fini
to primo tempore non poſſunt renoua
7 re obligationem famulatus, *Io. Andr.
in d. c. inter alia num. 4. de sent. excom.
ibib. Anch. sub nu. 7. verſic. 6. nota.*

8 An autem hoc idem procedat in famulis inſeruientibus ſine ſtipendio, præſertim in curiis, conſulendus eſt *Suar. d. nu. 17. in fine.* Hæc eadem con-
cluſio limitatur primo, vt procedat in
ſeruis, quorũ præter dominium habe-
mus vſumfructum, nã ſi quis haberet
nudã ſerui proprietatem, & alter vſu-
fructum, ſeruus non poſſet cómunica-
9 te Domino proprietario, quia relaxa-
tio cenſuræ facta eſt intuitu, & contẽ-
platione ſeruitii actualis, *Suar. d. nu. 9.*

10 Secũdo, limitatur, ne procedat in cõmunicatione criminis, vt expreſſe habetur *in d. c. quoniã multos, & in d. c. inter alia, in fine, et vtrobiq.* Doct. *cõmuniter.*

11 Tertio, limitatur, ne procedat in communicatione in Diuinis, *ita Hoſt. in sum. tit. de ſent. excom. nu. 15. verb. humile, vers. quod ſi aliquis Præsbyter*, vbi quod clericus, qui cum epiſcopo moratur, ac viuit, non poteſt pro eo celebrare, aut alias in Diuinis aſſiſtere & hoc idem ſequitur *Vgol. d. S. 9. ante num. 2. verſic. 4. in Diuinis.*

12 Quarto, limitatur, ne procedat in exeommunieato propter hæreſim, *Vgol.* de qua re alibi dicemus, *in tit. de hæret.* quia hoc non euenit ex vi excommunicationis, ſed ex qualitate criminis; quæ indicit priuationem dominijs vt ibi fuſius dictum eſt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas tutoris vel curatoris eſt ſimilis poteſtati paternæ.*
2 *Pupillus vel adultus an poſſit tutori vel curatori excommunicato communicare.*
3 *In correlatiuis diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio.*

ARGVMENTVM.

Pupillus, vel adultus an poſſit communicare Tutori vel curatori, reſpectu poteſtatis tutelaris.

CAP. LI.

TVtoris, aut Curatoris poreſtas, ſimillima eſt poteſtati paternæ; Sicuti
1 enim filius eſt ſub poteſtate patris; Ita pupillus, vel
adultus eſt ſub poteſtate Tutoris, & Curatoris *l. 1. ff de tutell. §. 1. inſt. eod. tit.* Qua ratione, ſicuti filius licite communicat patri excommunicato, ita ſi pupillus, aut adultus ſi ſit cōmenſalis, tutoris vel Curatoris poterit cū illo ſimpliciter communicare, ſi vero viuat ſeorſum poterit communicare in his quæ pertinent ad munus tutelæ, aut curæ, & ſine quibus munus conuenienter explicari non valet, *ita Suar. d. ſect. 5. ſub nu. 8. verſic. Deniq. & de pupillo.* Et cum hæc ſit neceſſitas moralis, merito quemadmodum pupillus poteſt communicare cum Tutore, ita è conuerſo tutor poterit communicare cum pupillo, ſi cōtingat pupillum in cenſuram incidere, nam vbi neceſſitas eſt moralis, diſpoſitum in vno ex correlatiuis, cenſetur, diſpoſi-
3 tum in alio, *cap. 2 de mutuis pet. l. final. C. de indict. viduit. toll. l. 1. C. de ſepulchro violato l. vnica C. de eupreſſ. lib. 11. l. vlt. ff. de acceptilat.*

SVMMARIVM.

1 *Subditi abſoluuntur a debito obſequendi domino excommunicato durante excommunicatione.*
2 *Milites prohibentur de ſeruire duci excommunicato.*
3 *Ratio diuerſitatis inter ſuperiores ratione iuriſdictionis, & reſpectu dominii.*
4 *Principes, & magnates non ſolent excommuaicari niſi pro criminibus atrocibus, & grauibus.*
5 *Cum ſuperioribus excommunicatis nec reſpectu forenſium communicare licet.*
6 *Excommunicato an ſit ſoluendum tributum remiſſiue.*
7 *Neque ſuperiori ſpirituali excommunicato communicandum eſt.*
8 *Clerici cum epiſcopo excommunicato communicare non poſſunt.*
9 *Neque monachi cum abbate excommunicato.*
10 *Clerici familiares, & ſeruientes epiſcopo, cum ipſo excommunicato communicare poſſunt.*
11 *Superior excommunicatus cum ſubditis abſque violatione cenſuræ communicare non poteſt.*

ARGVMENTVM.

An ſubditi reſpectu iuriſdictionis poſſint communicare Domino excommunicato.

CAP. II.

VIderi poſſet, perſonas ſubiectas temporali iuriſdictioni hominis excommunicati, poſſe cum ſuis Dominis, aut ſuperioribus communicare, & vice verſa Dominos cum illis, primo per *teſt. in c. Iulianus, & cap. imperatores 11. q. 3. vbi* Chriſtiani citra fidei contemptum inſeruiebāt imperatori quāuis Apoſtatę

communicare in his, quæ pertinent ad
ſeruitiũ, quia tunc communicant ti-
tulo ſubiectionis, & ita intelligendi
ſunt *Adria. & Sot. in d. diſtinct.* 18.

Extenditur Tertio, vt ſicuti ſubditi
nequeunt communicare cum ſuperio-
re excommunicato, ita ſuperior non
poteſt communicare cum ſubditis, e-
11 tiam ſi ſit epiſcopus, *cap. cum deſide-
res de ſent. excom. ibi, nec epiſcopus, nec
poterunt communicare eidem*, *ibique
Doct.* & ſignanter *Anchar. num.* 6.
Socc. num. 3. *& Abb. num.* 2. *gloſa
in c. quod in dubiis, verb. donec eodem
tit. Socc. in cap. inter alia nu.* 14. *eodem
tit. Suar. d. diſput.* 15. *ſect.* 7. *ſub num.*
4. *verſi. Quod adeo verum*, vbi ſudit,
quod ſi communicet in crimine inci-
dit in excommunicationem maiorem,
contra *gloſ. in cap. ſtatuimus, verb. con-
ſtitutionibus de ſent. excom. lib.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Simplici neceſſitate coactus pati magis quam agere videtur.*
2 *Etiam in ſpiritualibus neceſſitas non ſubiacet legi.*
3 *Abſolute compulſus excommunicato communicare etiam in diuinis non incidit in excommunicationem.*
4 *Merces ab excommunicato peti poteſt abſq. incurſu cenſuræ.*
5 *Tranſiens per terram excommunicati quando poſſit neceſſaria ab excommunicatis emere.*
6 *Ab excommunicatis quando eleemoſina accipi poſſit, eiſq. dare.*
7 *Excommunicatus accedens ad ſuperiorem pro abſolutione poteſt hoſpicio recipi.*

ARGVMENTVM.

De cauſa excuſationis prouenien te ex neceſſitate ſimplici.

CAP. LIII.

Communicãs ex
communicato
coactus neceſ-
ſitate ſimplici,
& abſoluta, &
nullam pœ-
nam, aut pec-
catum incur-
rit, ita docemur, *ex capitulo ſacris, de
1 his quæ vi metuſuè cauſa fiunt*, vbi Pon
tifex ſubdit rationem, nempe quia
iſte magis pati, quam agere videatur,
& facit *teſt. in cap. teſtamentum 6. diſt.
& in c. de iudæis 45. diſt. & in c. Presby-
teros 50. diſt. & in c. conſiſtat. 1. q. 1.*
2 Suffragatur etiam reg. vulgaris, quod
neceſſitas nõ ſubditur legi, etiã in his,
quæ ſpiritualia reſpiciunt, *cap. 2. de
obſeru. ieiun. cap. ſicut de conſecr. diſt. 1.
cap. diſcipulos, de conſecr. diſt. 5. gloſ. fin.
in clem. 1. de baptiſm. Felin. in cap. cum
dilecta nu. 16. de reſcript.*
3 Is ergo qui ligatus manibus, & pe-
dibus compellitur communicare cum
excõmunicato in lecto, vel in eccleſia,
non incurrit aliquam pœnam, quia in
eo nulla prorſus reperitur voluntas, vt
notat *Abb. in d. c. ſacris in prin. verſ. exẽ-
plum, de ſent. excom.* Quod procedit pri
mo nõ ſolum in cõmunicatione in hu
manis, ſed etiam in Diuinis, vt innuit
Abb. loco cit. ibi, vel eccleſia, & aperte
profitetur *Suar. tom. 5. diſt. 15. ſect. 2.
num.* 8. Procedit Secundo, ſiue neceſ-
ſitas ſit omnino præciſa, ſiue morali
modo, *Suarez loco cit.* Qua ratione, qui
ſeruitium ſtipulatus eſt ab eo, quem
ignorabat excommunicatum, vel ab
4 eo, qui poſt ſtipulationem, excommu-
nicationem contraxit, & totam, vel
partem mercedis perſoluit, ſi quanti-
tas ſoluta nequeat recuperari, pote-
rit illi in concernentibus ſeruitium
communicare, iuxta *teſt. vbi notant om
nes in c. ſi vere, de ſent. excom.* Et eadẽ
ratione poteſt tranſiẽs per terram ex-
communicatorum neceſſaria emere,
& recipere ab excommunicato ſi non
5 poteſt emere ab aliis communionem

 haben-

habentibus, *d. cap. quoniam multos*, §. *quicumqne* 11. *q.* 3. *cap. inter alia*, *&* *d. cap. ſi vere* §. *eſt autem cautum, de ſent. excom.* *Abb. in d. cap. ſacris nu.* 4. *de his quæ vi metuſue cauſa fiunt.*
Et ſicuti poteſt emere ab excommu-
6 nicatis, quando non adſunt alii, à
quibus emi poſſit, ita poſſunt ab ipſis
excommunicatis neceſſaria loco ele-
moſinæ accipi, ſi non habeant pecu-
nias vnde emat, vt probat *text. vbi
Doct. communiter in d. cap. quoniam
multos, in illis verbis, vel non habeat,
unde emat.* Et è conuerſo excõmuni-
catis in neceſſitate exiſtentibus poſ-
ſumus pietatis intuitu elemoſinam
largiri, *d. cap. quoniam multos, in fina*
7 *libus uerbis*. Et multo magis procedit
in excommunicatis accedentibus ad
Superiorem pro abſolutione obtinen-
da, tunc enim poſſumus illum hoſpi-
tari, illique neceſſaria vendere, vel
dare, vt tradit, & recte *Turrecrem. in
d. cap. quoniam multos num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Licitum eſt excommunicato communicare, quando eius opera nobis uel rebus noſtris tuendis eſt neceſſaria.*
2 *Excommunicatio debet parere effectus contra excommunicatum, nõ autem detrimentum ceteris fidelibus.*
3 *Doctore excommnnicato quando peti poſſit conſilium ab eo.*
4 *Medicus uel Aromatarius excommunicatus quando vocari poſſit ad curam infirmi.*

ARGVMENTVM.

De excuſatione inſurgente ex neceſſitate morali, ſiue ad melius eſſe.

CAP. LIV.

1 REgula conſtitui
poteſt, quod
quoties opera
excommunica
ti eſt nobis ne-
ceſſaria ad nos
vel noſtra tuen
da, licitum eſt
nobis excommunicato communicare
ita deſumitur *ex cap. ſi uere cum ibi
traditis per Doct. de ſent. excom. & ex
cap. inter alia eodem tit. & ex capitulo
quoniam multos* 11. *q.* 3. *Palud. in* 4.
ſent. diſt. 18. *q.* 6. Gabriel. *q.* 3. *Angel.
in uerb. excommunicatio* 8. *numero* 6.
*Caiet. in ſumma cap. de participatione,
Suarez tom.* 5. *diſp.* 15. *ſect.* 3. *num.* 7.
Ratio eſt, quoniam excommunicatio
2 eſt lata, vt pariat effectus ſuos contra
excommunicatum, non autem in ne-
cem, aut nocumentum aliorum fide-
lium, *cap. cum inter de except. capitulo
excommunicamus* §. *credentes, de hæret.
cap. intelleximus de iudic.* Quoties er-
go excommunicati opera eſt nobis
neceſſaria, ad nos, ſeu noſtra tuenda
eius communicatio nobis interdicta
non eſt, *d. capitulo ſi uera, ubi notant
omnes, & ſignanter* Abb. *num.* 4. *de*
3 *ſent. excom.* Qua ratione licitum eſt
nobis petere conſilium à Doctore ex-
municato ſi ab alio ęque idoneo con-
ſilium non ſperamus, *Palud.* Gabriel.
Caietan. & Suares locis cit. Et pari ra-
tione poſſumus in infirmitate vocare
4 Medicum, & Aromatarium excom-
municatum ſi illum magis idoneum
reputemus, vel de noſtra comple-
xione magis informatum, *Palud.* Ga-
briel, & alii locis citatis.

SVMMARIVM.

1 *In concernentibus ſalutem excommunicato licitum eſt communicare.*
2 Ex*communicato communicari poteſt in iis quæ pertinent ad abſolutionem obtinendam.*
3 Ex*communicatis licite prædicari poteſt*

uer.

Digitized by Google

verbum Dei.

4 *Communicans excõmunicato in caſib. ſupradictis non incidit in excommu cationem, quamuis alia verba profe rat incidenter.*

5 *Licitum eſt ſubuenire excommunicato ne graue damnum patiatur.*

6 *In excommunicationem an incidit qui ſubuenire poteſt clerico excommuni. cato non ſubuenit.*

7 *Excommunicatus poteſt petere abſolutionem & ſubſidium in neceſſitatibus.*

8 *Eccleſia non cupit mortem excommunicati, ſed vult vt conuertatur & viuat.*

9 *Hodierno tempore qui excommunicati ſint vitandi.*

ARGVMENTVM.

De cauſa inſurgente ex vtilitate ſalutis, vel ob vitandum damnum, vel pro ſuſtentanda vita excommunicati.

CAP. LV.

1 VBi agitur de procuranda ſalute excommunicati, iuſta, & rationibus eſt cauſa, vt communicare poſſimus cum illo, ita *teſt. in cap. cum excommunicato 11. q. 3. & in cap. cum voluntate in principio, & cap. reſponſo, & vtrobique Doct. communiter de sent. excom. cap. cum pro cauſa eodem tit. cap. cum inter §. porro de except.*

Ratio eſt, quia cum eccleſia excommunicati ſalutem maxime optet, nihil eorum prohibet, quæ propter illam fiunt, nam qui finem intendit, non prohibet media vtilia, & per ſe conuenientia, *c. quoniam de ſent. excom. lib. 6. cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſſ. l. oratio ff. de deſponſal. l. ad legatũ et l. ad rem mobilem ff. de procur.*

2 Qua ratione attenta licitum eſt nobis
Primo communicare excommunicato
in his quæ pertinent ad abſolutionem
obtinendam *d. cap. cum voluntate de*
sent. excom. cap. cum pro cauſa, eodem
3 *tit. cap. primo de reſcript. lib. 6. cap.*
cum inter §. porro de except. Et pari ra
tione licitum eſt nobis prædicare ex.
communicatis verbum Dei, *cap. reſ.*
ponſo, vbi Doct. communiter, & ſignã-
ter Abb. nu. 3. eodem tit. de ſent. excom.
Et hæc quidem procedunt, licet in d.
communicatione interponantur alia
4 verba incidenter, vt apud excommu.
nicatum magis proficiamus, *d. cap.*
cum voluntate de ſent. excom. Præterea
vbi non agitur de augendo lucro tem
porali, ſed de ſuſtentanda vita excõ-
municati, licitum eſt nobis commu.
nicare excommunicato, non ſolum
vbi neceſſitas eſt grauis, quo caſu obli
gamur ex præcepto, ſed etiam propter
cõmunem indigentiam humanitatis
ratione, iuxta diſpoſitionem *teſt. in*
d. cap. quoniam multos 11. q. 3. quam
ſic accipiendã cenſet Suarez *d. diſp. 15.*
ſect. 3. num. 10.
5 Et ob id licitum eſt nobis ſubueni.
re excommunicato ne graue damnũ,
aut iniuriam patiatur, aut in corpore,
aut in fama, aut in temporalibus bo.
nis, vt cenſet, & recte *Suarez loco cit.*
num. 11. Ex quo probabilis admo-
dum redditur opinio *Adriani q. 3. de*
clauib. & Riccard. *diſt. 18. art. 11.*
Affirmantium, quod qui poteſt ſubue.
6 nire clerico excommunicato, ne in.
iuriam patiatur, & non ſubuenit, inci.
dit in excommunicationem, *cap. quan*
ta, de ſent. excom. Et ſicuti nos licite
communicamus excommunicato, in
concernentibus ſalutẽ animæ ſuæ, &
ſuſtentationem eius vitæ, Ita ille lici-
te poteſt à nobis illa petere, & procu.
rare nam ſi prædictæ actiones ſunt no-
bis licitæ propter illum, multo for-
7 tius licebunt illi propter ſemetip.
ſum, *ita Gabriel. in 4. ſent. diſt. 18. q.*
3. dub. 5. quem ſequitur *Suarez d.*
ſect. 3. ſub num. 11. Ideoque petere
poteſt

poteſt, & procurare abſolutionem *d.cap. 1. de reſcript. lib. 6. cap. cum pro cauſa de ſent. excom.* & petere ſubſidium, & ſubuentionem in neceſſitatibus *Gabriel. & Suar. locis nuper cit.*

Nec refert, quod per *extrauag. ad euitanda*, quamuis liceat aliis communicare excommunicato tamen hoc nõ eſt inductum fauore excommunicati, ſed aliorum, quia reſpondetur, quod actiones, de quibus agimus licitæ ſunt ex intrinſeca limitatione cenſuræ, & exceptione quaſi naturali ſubintellecta in cenſura ob bonum naturæ, & perſonę excommunicati, eccleſia nãq. non intendit ita grauiter punire ex-
communicatum, vt intereat, non enim
vult mortem peccatoris, ſed vt magis
8 conuertatur, & viuat, *d. cap. 1. de ex-*
cept. lib. 6. & hæc dicta ſufficiant quo
ad cauſam ex capite neceſſitatis eſſet
agendum de alia cauſa ex capite igno-
rantiæ; verum quia hodie poſt *extrau.*
Ad euitanda, non tenemur vitare, niſi
publice excommunicatos, & notorios
9 clericorum percuſſores, ideo non vi-
detur neceſſaria niſi in paucis, de
quibus conſuli poteſt *Suarez d. diſp.*
15. ſect. 3. nu. 2.

SVMMARVM.

1 *Excommunicatus cogi poteſt ad implendum in contractu contenta.*

2 *Ex propria contumacia præmium reportari non debet.*

3 *Etiam extraiudicialiter ab excommunicato debitum peti poteſt.*

4 *Permiſſo fine cenſentur permiſſa omnia per quæ deuenitur ad illum.*

5 *Excommunicatio non dirimit obligationem.*

6 *Suſpendit tamen actionem ab ea prouenientem.*

7 *Societas per ſuperuenientem excõmunicationem non diſſoluitur, & licite ſocio excommunicato communicatur.*

8 *Statuta die an debitum excommunicato ſolui poſſit.*

9 *Teſt. in c. fælicis, de pæn. in ſexto quomodo procedat.*

10 *Qualibet diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

11 *Promiſſio etiam pura reſtringitur ad licita, & de iure permiſſa.*

12 *Debitum excommunicato deponendum eſt apud eodem ſacram, vel perſonam fidelem.*

13 *Iuramentum cogit ad obſeruantiam omni meliori modo.*

14 *Excommunicato neceſſitate laboranti licite ſolui poteſt.*

15 *Timor ne innadatur territorium eſt iuſta cauſa ſoluendi debitum excommunicato.*

ARGVMENTVM.

An ratione contractus celebrati ante excommunicationem liceat communicare excommunicato.

CAP. LVI.

Nonnulli ſunt diſtinguendi caſus, Primus, quando cõtractus eſt contra
1 excommunicatum, & tunc fas nobis eſt illi cõmunicare ad effectum cogendi illum ad implendum contenta in contractu, ita docemur *ex teſt. in c. ſi vere de ſent. excom. ibique notant* Innoc. Io. Andr. Butr. *Anchar. Abb. & reliqui communiter, & in cap. intelleximus, vbi Abb. num. 4. Decius num. 24. de iud. Bald. in l. nulla in fine ff. de legib. Innoc. in cap. exceptionem num. 3. ad fin. de except. glos. in cap. nos Sanctorum verb. conſtricti, verſic. De hoc autem non eſt dubium 15. quæſt. 6. cum aliis cumulatis ſupra hoc eodem lib. cap. 32. nu....*

Ratio eſt, quia excommunicatio debet parere effectus ſuos contra excommuuicatum, *cap. cum inter de except. Abb. conſil. 60. quoniam ſatis in fin.*

Digitized by Google

fin. verſic. nam excommunicatio lib. 1. ſi etiam non liceret nobis communicare ad effectum cogendi illum ad implementum contractus, ſequeretur
2 quod excommunicatio pareret effectus ſuos contra alios, & ſic ille reportaret præmium ex propria contumacia, quod eſſe non debet, *cap. ex tenore de reſcript.* cum non debeat eſſe melior conditio delinquentis, quam obſequentis *l. 3. §. 1. ff. de donat. inter vir, & uxor.* nec debeat ipſe ridere de fletibus aliorum, *cap. petiſtis de priuil.*

3 Et hæc procedunt non ſolum in coactione iudiciali, ſed etiã extraiudiciali, adeo vt liceat nobis excõcatum alloqui, vel illi nuntium, aut litteras mittere, petendo debitum ab eo, nam ſi licet petere debitum, licita ſunt etiam media neceſſaria vel vtilia ad illud conſequendum, *cap. quoniam de ſent. excom. lib. 6. cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſſ. l. 2. ff. de iuriſd.*
4 *omn. iud. l. oratio ff. de ſponſal.* & ita in ſpecie cenſet *Suar. tom. 5. diſp. 15. ſect. 8. ſub num. 2.* ſubdens licitum eſſe etiam inſerere alia verba politico modo, argumento *teſt. in c. cum volun. tate de ſent. excom.*

5 Secundus eſt caſus, quando contractus eſt ad fauorem excõmunicati, & tunc licet ſuperueniens excommunicatio non dirimat obligationem, *vt in cap. inter alia de ſent. excom.* tamen durante ipſa excommunicatione, impeditur exercitium actionis ex parte excommunicati adeo, vt ex contractu agere minime poſſit, *cap. intelleximus, vbi Doct. communiter de*
6 *iudic. Anchar. in cap. veritatis ſub nu. 11. verſic. & iſtud eſt verum de dolo, & contum. Abb. in d. cap. ſi vere num. 4. de ſent. excom. cum aliis longa ſerie relatis ſupra hoc eodem lib. cap. 31.*

7 Tertius eſt caſus, quando verſamur in contractu ſocietatis, & dicendum eſt talem contractũ per ſuperuenientem excõcationem, non diſſolui, & poſſe ſocium non excommunicatum in his, quæ pertinent ad ſoci etatem communicare ſocio excommunicato *gloſ. in cap. 1. verb. viuit. 45. diſt. & in cap. ſi vere, verb. excommunicato. rum de ſent. excom. ibique Hoſtiens. & Abb. nu. 10. poſt med. verſic. & circa ſocietatem Couar. in cap. Alma Mater, par. 1. §. 1. ſub num. 8. verſic.* quibus ſuffragatur; *Felicius in tract. de Société. cap. 8. ſub num. 9. Viuius dec. 99. num. 15.*

8 Quartus eſt, quando quis iurauit ſe aliquid ſoluturum certa die, & antequam dies adueniat is, in cuius fauorem eſt facta promiſſio incidit in excommunicationem, & tunc an debeat illi fieri ſolutio, tres ſunt opiniones; Prima *eſt Innoc. in ſæpe cit. c. veritatis, de dolo, & contumacia,* aſſerentis eſſe faciendam, non obſtante excommunicatione, & ipſum ſequitur *Abb. conſil. 60. quoniam ſatis column. fin. verſic. inſuper excommunicato lib. 1. Suarez d. diſp. 15. ſect. 8. num. 5.*

Mouentur quia per ſuperuenientem excommunicationem obligatio non ſoluitur *cap. inter alia de ſent. excom.*

Sed huic argumento reſpondetur, quod licet non tollatur obligatio, tamen remanet ſuſpenſum eius exercitium, *vt in cap. intelleximus de iudic. & in cap. decernimus, de ſent. excom. lib. ſexto.*

Secunda eſt opinio, quod quinimo non ſit ſoluendum, quam late probat *Hoſt. in d. cap. veritatis de dolo, & contum. quem ſequuntur Butr. num. 14. verſic. an autem ſuſpendatur, & verſic. & hæc pars mihi videtur; Abb. num. 39. gloſ. in cap final. verb aliquo pacto, de hæret. Bald. in d. c. intelleximus nu. 3. de iudic.*

Ducuntur Primo, quia ſi ex parte excommunicati tollitur actio durante excommunicatione, *d. capit. intelleximus*, ergo ex parte non excommunicati tollitur neceſſitas ſoluluendi.

Hoc argumentum recte concludit reſpectu neceſſitas ſoluendi, non autem reſpectu eius, quod facere debet bonus vir ad obſeruantiam ſuę promiſſionis, vt in *cap. debitoris de iureiur.*
9 Secundo mouentur ex *teſt. in c. felicis*

de

de pœnis lib. 6. vbi in ſpecie dicitur excommunicato neminem cogi debita reddere.

Sed reſpondetur, quod loquitur in excommunicato propter iniuriam illatam cardinali, qui durius præmitur quam coeteri excommunicati, vt in *d. cap. fælicis per totum*, & propterea Argumentum non concludit tãquam à ſpeciali deductum.

10 Tertio mouentur, quia quælibet promiſſio habet in ſe tacitam conditionem eodem manente ſtatu, *l. cum quis 38. ff. de ſolut. cap. ne quis 22. q. 2. cap. venerabilem in fine de elect. cap. 2. vbi Abb. de renunciat l. vlt. in princ. ff. ad municipal.* quod eſt perpetuum in omnibus actibus, & diſpoſitionibus, vt ſcilicet ſemper intelligantur rebus ſic ſtantibus, *l. quod ſeruius, vbi* Bald. *&* Iaſ. *num. 8. ff. de condit. ob cauſam l. quæro* §. *inter locatorem ff. locati l. vlt. C. de ſponſ. Ancbar. conſil. 84. num. 3. & 4.* Dec. *conſil. 475. num. 6. Ruin. conſ. 170. nu. 13. lib. 1. Crauet. conſ. 95. num. 4. late Tiraq. in l. ſi vnquam in præfato nu. 167.*

11 Quarto, quia quælibet promiſſio, quamuis iuramento vallata ſemper reſtringitur ad licita, & de iure permiſſa *cap. quanto, & cap. quoniam de iureiur.* & conſequenter non extendit vires ſuas, vt debeamus communicare excommunicato, quod eſt de iure prohibitum, *cap. ſicut apoſtoli 11. q. 3.*

12 Tertia demum eſt opinio, quę mihi videtur verior, & receptior, pecunias non eſſe ſoluendas excommunicato, ſed deponendas, apud Aedem ſacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum vt excommunicato ſoluatur, poſtquam beneficium abſolutionis fuerit aſſequutus, *ita gloſ. in cap. nos Sanctorum, verb. conſtricti 15. quæſt. 6. Anan. in d. cap. fin. num. 5. de hæret. Abb. in d. cap. ſi vere num. 6. de ſent. excom. & in d. cap. veritatis num. 39. de dolo, & contumacia,* Fel. *in cap. inter alia nu. 4. de ſent. excom. & in d. c. finali in fin. de hæret.*

Ratio eſt, quia quamuis promiſſio
reſtringatur, ad licita, *d. cap. quanto,*
& cap. quoniam de iureiur; tamen iu-
ris iurandi religio obligat nos ad ob-
ſeruantiam, ſaltim de facto, eo modo
quo ſeruari poteſt citra peccatum,
d. cap. debitores de iureiur. Per depoſi-
13 tum autem inducitur obſeruantia,
ſaltim per æquipollens, nec requirit
communicationem.

Hæc concluſio limitatur, ne procedat, quando excommunicatus egeſtate laboraret, tunc enim ſicuti poſſumus illi elemoſinam elargiri, *d. cap. quoniam multos in fine 11. quæſt. 3. cap. inter alia in fin. de ſent. excom.* ita poſſumus, & debitum perſoluere, vt in ſpecie ſcribit *Abb. in d. c. veritatis ſub num. 40. de dolo, & contumacia.*

15 Secundo, limitatur, quando ſolutio fit ad euitandam inuaſionem territorii, quæ ab excommunicato timetur, vt in caſu, de quo ex facto reſpondit *Abb. conſ. 60. quoniam ſatis col. vlt. verſic. Et primo pro vtilitate lib. primo,* quod multo fortius procedit, quando excommunicatio eſt dubia, idem *Abb. loco citato.*

SVMMARIVM.

1 E*xcommunicatus cogi poteſt ad implendum in contractu contenta.*

2 *Ex propria contumacia præmium reputari non debet.*

3 *Etiam extraiudicialiter ab excommunicato debitum peti poteſt.*

4 *Permiſſo fine cenſentur permiſſa omnia per quæ deuenitur ad illum.*

5 *Excommunicatio non dirimit obligationem.*

6 *Suſpendit tamen actionem ab ea prouenientem.*

7 *Societas per ſuperuenientē excommunicatum non diſſoluitur, & licite ſocio excommunicato communicatur.*

8 *Statuti die an debitum excommunicato ſolui poſſit.*

9 *Tex. in c. fælicis, de pœn. in 6. quomodo procedat.*

10 *Qualibet diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

11 *Pro-*

11 *Promiſſio etiam iurata reſtringitur ad licita, & de iure permiſſa.*

12 *Debitum excommunicato deponendum eſt apud eodem ſacram, vel perſonam fidelem.*

13 *Iuramentum cogit ad obſeruantiam omni meliori modo.*

14 *Excommunicato neceſſitate laboranti licite ſolui poteſt.*

15 *Timor ne inuadatur territorium eſt iuſta cauſa ſoluendi debitum excommunicato.*

ARGVMENTVM.

An liceat contrahere cum excommunicato ipſa excommunicatione durante.

CAP. LVII.

INdubitata eſt iuris concluſio non licere regulariter cõtrahere cum excõmunicato, quia cum cõtractus explicari nequeat citra communionem, & communio ſit nobis cum excommunicato interdicta, *cap. ſicut Apoſtoli* 11. *q.* 3. inde con-
1 ſequenter reſultat, vt non liceat nobis ſine peccato inire contractum cum excommunicato, vt in ſpecie poſt alios docet *Suarez tom.* 5. *diſput.* 15. *ſect.* 8. *num.* 7.

Dixi, regulariter, quia ab hac regula excipiuntur caſus neceſſitatis, de quibus *in cap. quoniam multos* 11. *q.* 3. *& in d. cap. inter alia de ſent. excomm.*

2 Difficultas eſt, an talis contractus valeat, an vero ſubiaceat nullitati, in qua reduæ ſunt ad inuicem pugnantes opiniones, altera eſt opinio *Hoſt. in d. cap. veritatis*, affirmantis contractum, quatenus reſpicit fauorem non excõmunicati, eſſe validum, quatenus vero reſpicit fauorem excommunicati nullius eſſe momenti, ita quod ipſe efficaciter obligatur aliis, ſed ſibi alios obligare non poteſt, & hanc eandem opinionem probãt *Addentes ad Abb. in d. cap. veritatis ſub num.* 35. *ſub littera* E. *fortun.* Garzia. *in l. Gallus §. quid ſi tantum nu.... ff. de liber. & poſthum.*

Ducuntur Primo, quia excommunicatus contrahẽdo peccat, ex quo ingerit ſe communioni ſibi prohibitæ, *cap. cum deſideres de ſent. excom. cap. il-*
3 *lud de cler. excom. miniſtr.* ergo indignus eſt, vt per leges ſibi ſubueniatur *l. non dubium C. de legib. cap. vides* 10. *diſt. cap. quæ contra ius de reg. iur. lib.* 6. Hoc argumentum dupliciter remouetur.

Primo, quod illud procedit, vbi prohibitio verſatur circa ſubſtantiam actus, ſecus quando circa qualitates extrinſecas, ſeu modum deueniendi
4 ad actum, tunc enim licet modus ſit vetitus, tamen actus valet, vt declarat, & recte *Bald. in d. l. non dubium numero* 15. vbi pluribus probat. in propoſito autem prohibitio cõmunicandi excommunicato, non eſt contra ſubſtantiam contractus, nam non eſt lata ſpecialiter ratione contractus, quia non eſt lata ſpecialiter ratione contractus, ſed ratione generalis communicationis quę dictat contrahi non poſſe cum excommunicato ſicut non poteſt comedi, alloqui, & ſimilia facere, & propterea mirum non eſt, ſi actus tenet. Præterea attenta ratione *Hoſt.* ſequeretur, quod contractus, neque teneret ad fauorem
5 non excommunicati, quia prohibitio de non communicando communiter dirigitur in excommunicatum, & in non excommunicatum, *cap. nuper de ſent. excom. cap. excommunicatos, & cap. cum excommunicato* 11. *quæſt.* 3.

6 Secundo, mouentur, quia exercitium actionis natæ ante excommunicationem ſuſpenditur per superuenientem excommunicationem, quouſque excommunicatio durat, *cap. intelleximus de iudic. cum aliis allegatis ſuprà præced. cap. num.* 6.

Ergo

Ergo pari ratione debet impediri ortus nouæ obligationis. Sed hæc non eſt bona conſequentia quia exercitium actionis pendet à communione, quę eſt interdicta excommunicato, natiuitas vero pendet ex conſenſu *l. 1. ff. de contrah. empt. §. unico Inſt. de oblig. quæ conſenſu naſcuntur*, qui quidem conſenſus impediri non poteſt, quia dependet ex voluntate, quæ eſt libera, & immunis.

Tertio mouentur ex *l. his ſanctam C. de Apoſtat.* Verum ille præterquā quod loquitur in Apoſtatis fidei, adhuc nō prohibet, niſi communionem, non autem loquitur de prohibitione contrahendi.

Quarto, quia ſi diceremus contrarium, ſequeretur, quod excommunicati efficerentur ſuperbiores, & minus vererētur cēſuras eccleſiaſticas, quod eſt contra mentem *cap. nos ſanctorum*
8 *15. q. 6* Sed ſi hoc argumentum valeret, ſequeretur quod excommunicato neq. deberet permitti communicato in caſibus neceſſitatis, & cum Vxore, & filiis, nam ex eo reddi poſſunt ſuperbiores, ſufficit enim quod excommunicato veluti medicina ſalutaris quoſdam pariat effectus, nec eſt neceſſarium, quod tollat prorſus omnia, etiam illa, quæ conſiſtunt in facto, prout ſunt contractus, *l. conſilio ff. de curat. furioſ.*

Contraria proinde ſententia eſt veriſſima, nempe contractum cum excommunicato celebratum eſſe validū quam ſequuntur Innoc. *in ſæpe cit. cap. veritatis de dolo, et contumacia ibique Butr. num. 14. Imol. num. 11. et plene Abb. num. 35. vbi eiuſdem opinionis refert.* Io. Andr. *Cald. et Feder. de Senis, Alber. in l. 1. ſub num. 20. C. de hæred. inſt. Bald. in cap. intelleximus ſub num. 8. verſ. ſed numquid de iudic. eo iterum* Butr. *Abb. et reliqui communiter in cap. ſi vere de ſent. excom. Io. de* Lignano *in tract. de cenſur § fin. 15. Alphonſ. de Caſtro de lege penal. lib. 2. cap. vlt. vbi teſtatur de communi,* Sicuti eam ſequendo teſtantur *Couar. in cap. alma mater par. 1. §. 1. num. 9. Suarez d. diſp. 15. ſect. 8. num. 8. Selua de benef. par. 3. q. 4. concl. 2. Didac. Spin. de teſtam. gloſ. 11. numero* 67. A*lter. eodem tract. diſp. 16. 2. diſp. 4. cap. 1. verſ. probabilior, et vera Rot. deciſ. 5. ſub tit. de conceſſ. præbend. nu. 1. Viuius deciſ. 96. num. primo*. Probatur Primo, auctoritate *text. in cap. fœlicis §. verum de pœnis lib. 6.* vbi ſummus Pontifex concedit excommunicato abſoluto repetitionem debitorum, quę contracta fuerint durante excommunicatione, ergo manifeſte ſupponit, quod excommunicatione durante excommunicatus poteſt contrahere. Secūdo quia illa quæ ſunt inducta de iure gentium non prohibentur excommunicatis, At contractus, fere omnes ſunt de iure gentium, *l. ex hoc iure ff. de iuſt. et iure*, Ergo.

9 Maior probatur, quia contractus non ſunt prohibiti etiam deportatis, *l. quidam ff. de poenis*, deportatus autē eſt deterioris conditionis, quam ſit excommunicatus, *cap. paſtoralis de appell.* Poteſt etiam aliis mediis corroborari quæ ex mox infra extenſionibus ſubiiciendis colligi poſſunt.

Extenditur ergo Primo hæc concluſio, vt procedat non ſolum in contractibus prophanis, ſed etiam in ſpi-
10 ritualibus, Etenim ſi excōmunicatus cōtrahat matrimonium, illud quidem tenet, *cap. ſignificaſti, de eo, qui duxit eam, quam polluit per adult. ibique* Io. *Andr. num. 3. Butr. num. 3. Card. nu. 2. & 4. Ancbar. num. 3. Præpoſit. nu. 2. Boich. num. 1. & 2. Alex. de Neuo num. 3. Card. in clem. 1. num. 6. de priuil. Bald. in l. 1. num. 11. C. de Iur. & facti ignor. ibique Iaſ. num. 27. Alex. conſil. 56. num. 5. lib. 4.* Franch. *in cap. decreuit num. primo de hæret. lib. 6. Felin. in rubr. de ſponſal. num. 8. Franb. Marc. dec. 525. numero primo part. 2.* & hanc eandem opinionem ex Theologis probat *D. Tho. in 4. ſent. diſt. 39. q. vnica art. 1. ad ſecundum cum aliis quos late refert, & ſequitur Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 9. quibus ad-*

additur Rot. *deciſ.* 5 *ſub num. prima de conceſſ. præbend. in nouiſ. Viuius deciſ.* 96. *ſub num. primo verſ. Imo etiam excommunicatus* Et filii nati ex parentibus excommunicatis dicuntur legiti-
11 mi quo ad ordines, beneficia, & ſucceſſiones, prout diſputando tenuit *Bartholom. Brixien. q.* 55. *quæ incipit quidam in facie eccleſiæ,* quem ſequitur *Prapoſit. in cap. cum inter num.* 4. *qui fil. ſint legit. Maiol. de irreg. libr. primo cap.* 5. *num.* 6.

12 Et eadem ratione extenditur Secũdo, vt valeat profeſſio religionis emiſſa per excommunicatum, *cap. cum illorum* 32. §. *qui clauſtrales de ſent. excom. ibi qui religionis habitum et ibi Abb nu.* 4. *Felin. nn.* 2. *Specul. in tit. de regular. in fine;* Io. *Andr. in cap. nobis paulo poſt princ. de turepatr. Cardinal. conſ.* 46. *in fine Bald. in l. qui ſub proceſſu nn.* 7. *C. de ſacroſanctis eccleſ. & iterum Abb. in cap. veritatis ante num.* 36. *verſic. Item valet monacatus de dolo, & contum. & in cap. ex publico de conuerſione coniugat. Couar. de ſponſal. par.* 2. *cap.* 6. *ſub num.* 3. *Suar. d. diſp.* 8. *ſub nu.* 8. *verſic. item profeſſio, vide latius infra hoc eodem lib. cap....*

13 Et pari ratione poteſt petere licentiam tranſeundi ad aliam religionem *Cardinal. d. conſil.* 46. *in fine.*

14 Extenditur Tertio, vt multo magis procedat in contractu donationis, *cap. inter dilectos eum ibi traditis de donat. Abb. in d. capitulo veritatis ſub numero* 35. *verſic. vltra iura commu. nia de dol. et contum. Suarez d. ſect.* 8. *ſub numero octauo, verſiculo item donatio, Viuius deciſione* 96. *numero primo.* Hæc eadem concluſio.

15 Limitatur Primo, vt procedat in contractibus celebratis ſuper patrimonialibus, ſecus in ſpectantibus ad adminiſtrationem dignitatis, vel prælaturæ, aut officii publici, tunc enim ſi excommunicatio eſt publica, contractus non valet; *Innoc. in d. cap. veritatis ſub num.* 1. *de. dol. & contum. ibiq. Imol. num* 11. *Abb. numero* 34. *Io. Andr. in cap. pia de except. lib.* 6. *Socc. in capitulo ſacris, num.* 467. *de sent. excom.* & ex Theologis hanc opinionem profitentur, *Gabriel. in* 4. *ſent. diſt.* 18. *quæſt.* 2. *artic.* 3. *Suarez d. diſp.* 8. *numero* 11. *Alter. de cenſur. lib.* 2. *capitulo* 1. *pag.* 209. *verſic. ſecunda, cauta.*

16 Differentiæ ratio eſt, quia per excommunicationem quis priuatur adminiſtratione, & dignitate, *cap. nullus* 3. *quæſt.* 4. non autem priuatur dominio rerum propriarum, *cap. quoniam multos* 11. *quæſt.* 3. *c. inter alia de ſent. excom. d. c. veritatis, de dolo, & contũ.*

17 Et pari ratione limitatur ſecundo, ne procedat in alienationibus pupillorum factis per Tutores, & curatores excommunicatos, *Socc. loco cit. verſic. Et ſic idem.*

18 Limitatur Tertio, vt procedat, quando contractus eſt geſtus nomine proprio, ſecus ſi nomine procuratorio quando gerens actum erat excommunicatus tempore quo ſuſcepit procurationis officium, vt tradit *Abb. in d. cap. veritatis nu.* 34. *verſic. idem ſi erat excommunicatus Imola in c. poſt ceſſionem num.* 34. *et ibi Felin. nu.* 20. *de probat. Creſcent. deciſ.* 12. *de procur.* vbi quod procedit ſiue excommunicatio ſit publica, ſiue ſit occulta.

19 Limitatur Quarto, ne procedat in excommunicato pro crimine hæreſis, & qui ſteterit in excommunicatione per annum ex rationibus, quos videre libet apud *Socc. in d. c. ſacris nu.* 46?.

20 Limitatur Quinto, ne procedat in contractu celebrato vigore reſcripti habilitantis ad contrahendum, tunc enim contractus eſt nullus, non quia excommunicatus contrahere non valet, ſed quia non poteſt impetrare reſcriptum, ita in ſpecie limitant *Fel. in d. c. cum illorum ſub num.* 2. *verſ. limita hunc teſtum, de ſent. excom. quem ſequuntur Suar. d. diſp.* 5 *ſect.* 8. *num.* 9. *Alter. de cenſur. lib.* 2. *diſp.* 4. *c.* 1. *verſ. tres ſamen.*

21 Limitatur Sexto, ne procedat, quando contractus eſſet celebratus vigore pacti, ſeu promiſſionis factæ an-

te excommunicationem de faciendo contractu tempore excommunicationis, tunc enim eſſet nullus, quia tenderet ex diametro aduerſus excommunicationem, & conſequenter eſſet malum de ſui natura, vt concludit in ſpecie *Suarez d.diſput.* 15.*ſect.*8.*num.* 10.*Alter.loco cit.verſic.ſecunda cauſa, & hoc idem velle videtur Socc.in d.cap. ſacris nu.*469.*de ſent.excom.*

22 Limitatur Septimo, quando excommunicatio contraheretur propter contractum, nempe quia contractus eſſet prohibitus celebrari ſub poena excommunicationis, tunc enim non eſſet validus, vt in caſu *cap. Ad liberandam de iudeis.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus faciendo teſtamentum an peccet.*
2 *Inhærendum eſt regula quouſq. de exceptione non conſtat.*
3 *In caſibus neceſſitatis excommunicatus poteſt petere conſilium.*
4 *Excommunicatio non priuat dominio rerum propriarum.*
5 *Notarius, & teſtes qui interſunt teſtamento excommunicati non peccant.*
6 *Is cuius intereſt fieri teſtamẽtum ab excommunicato, abſq. labe peccati communicare poteſt cum eo.*
7 *Teſtamentum ab excommunicato conditum an valeat.*
8 *Quæ mora non patiuntur, exerceri poſſunt ab Excommunicato.*
9 *Excommunicatus ex cauſa hæreſis poſt annum priuatur facultate teſtandi.*
10 *Qui poteſt contrahere, poteſt etiam teſtari.*
11 *Excommunicatus codicillos condere poteſt.*
12 *Donatio cauſa mortis regulatur ad inſtar vltimæ voluntatis.*
13 *Excommunicatus notorius an poſſit facere teſtamentum.*
14 *Excommunicatus an teſtari poſſit ad pias cauſas.*
15 *Pro excommunicato non eſt orandum, & ideo ab eo relictum ſub onere celebrandi ſuffragia non eſt recipiendum.*
16 *Eccleſia abſque onere relictum ab excommunicato valet, & eccleſia recipere poteſt.*
17 *Excommunicatus relinquere poteſt pauperibus in teſtamento.*
18 *Excommunicato propter hæreſim prohibita eſt teſtamenti factio.*
19 *Excommunicatus ob crimen inducens inteſtabilem non poteſt facere teſtamentum.*
20 *Damnatus in contumaciam an poſſit teſtari remiſſiue.*
21 *Excommunicatus ob iniuriam illatam cardinali priuatur facultate teſtandi.*
22 *Excommunicatus propter vſuras quomodo poſſit facere teſtamentum.*
23 *Anathematizatus an poſſit teſtari.*
24 *Excommunicatus amittit vſum priuilegii.*
25 *Teſtamentum conditum vigore priuilegii per ſuperuenientiam excommunicationis etiam iniuſtæ rumpitur.*
26 *Excommunicatus non poteſt teſtari ſecundam formam iuris canonici.*
27 *Teſtamentum excommunicati in caſibus in quibus eſt inualidum per ſuperuenientem abſolutionem conualeſcit.*
28 *Teſtator non reuocans teſtamentum præſumitur in eadem voluntate perdurare.*
29 *Contemptus abſolutionis obtinende, & deceſſus abſque pænitentia arguunt defunctum ſuſpectum de hæreſi.*

ARGVMENTVM.

Sit ne prohibita excommunicato denunciato communicatio per teſtamentum.

CAP.

CAP. LVIII.

DVplex in propoſita Dubitatione inuoluitur quæſtio, Prima an peccet excōicatus faciendo teſtamentũ; ſecũda an teſtamentũ ab excōmunicatio conditũ va.
1 leat. Quoad primam, *Suar. tom. 5. diſp. 15. ſect. 9. nu. 1.* cenſet excommunicatum peccare, quia ſub generali prohibitione communicandi, continetur etiam communicatio per teſtamentum, cum enim non reperiatur aliquo iure vel ſpeciali ratione excepta, debemus
2 inhærere regulæ, quouſque non appareat exceptio, vt poſt alios late probant *Iaſ. in l. cætera num. 3. & 4. ff. de leg. 1. Dec. in l. 1. num. 8. ff. de reg. iur.*

Ego vero crederem, quod ſecluſo contemptu, nempe quod eſſet in poteſtate excommunicari conſequi abſolutionem, & non vellet, poſſet excommunicatus à peccato excuſari, nam ſi licet illi in caſibus neceſſitatis
3 ad conſulendum rebus ſuis petere conſilium, vt dictum eſt ſupra *eodem libr. capitulo 37.* Equidem multo magis licebit conſulere per viam teſtamenti, in quo regulariter adeſſe ſolet vrgens neceſſitas.

4 Præterea excommunicatio non priuat dominio, *c. cum inter de except. cap. inter alia, de ſent. excom.* Ergo non debet priuare facultate diſponendi per teſtamentum, quia priuaretur dominio per indirectum, contra *reg. l. oratio, ff. de ſponſal.*

Nec refert, ſi dicatur, quod priuat exercitio facultatis; quia hoc bene procedit in contractibus, ſecus in teſtamentis, in quibus cum regulariter periculum ſit in mora, licita eſt communicatio, quia alias priuatio exercitii poſſet parere perpetuam priuationem facultatis, iuxta tradita *per Socc. in cap. sacris nu. 319. de ſent. excom. Abb. in c. cum inter nu. 13. de except. & ibi Felin. num. 16.*

5 Ex quo infertur idem eſſe dicendum de perſonis, quæ de neceſſitate interſunt condendo teſtamento, cuiuſmodi ſunt notarius, & teſtes, nam ſi non peccat excommunicatus, qui in actu gerendo eſt principalis, neque peccabunt cæteri, qui illi adminiculantur, *arg. cap. acceſſorium de reg. iur. lib. 6.*

6 Et pari ratione idem eſt dicendum de eo, cuius intereſt teſtamentum fieri, quia forte ſperat ſe eſſe inſtituendum, hic enim poterit agere cum teſtatore excommunicato, illumque inducere ad teſtamentum condendum, vt ſentire videtur *Suar. d. ſect. 9. nu. 6.*

7 Quo ad ſecundam, illuſtris fuit apud antiquos Doctores concertatio, An valeat teſtamentum conditum ab excommunicato tempore excommunicationis, Siquidem quod teſtamentum non valeat, cenſuerunt *Archid. in cap. decernimus, de ſent. excomm. lib. 6. Hoſtiens. in cap. veritatis de dolo, & contumacia, Calder. in diſput. quæ incipit excommunicatus maiori; Io. Monach. in cap. quandam de vſur. lib. 6. & ibi Io. à Garron. Alber. in l. 1. num. 20. C de hered. inſt.* vbi dicit hanc eſſe communem canoniſtarum, (licet in hoc fallatur, vt patebit ex infra dicendis) *Iacob. de Sancto Georg. in l. finali num. 3. C. de procur.* & in hanc eandem procliuior videtur *Feder. de Senis conſ. 74.*

Contrariam ſententiam, quod quinimmo teſtamentum valeat, tenent magis communiter *Doct.* tam antiqui, quam moderni, hanc enim probant *Innoc. in c. cum voluntate, de ſent. excom. Specul. in tit. de inſtr. edit. §. compendioſe nu. 6. Arch. in c. pia de except. lib. 6. Iacob. de Beluiſo in §. in omnibus, Auth. de ſanctiſſ. Episc. Io. in d. c. decernimus num. 4. & 5. de ſent. excom. lib. 6. & in reg. dolo facit de reg. iur. eodem li. Bart. in l. ſi quæramus ſub nu. 8. ibiq. Bald. nu. 5. ff. de teſtam. Archid. in c. pia nu. 4. de except. Federic. de Senis conſ. 118. & iterum Bart. & Bald. & Salicet. in Auth. credentes C. de hæret.*

Digitized by Google

Bald. in c. intelleximus nu. 8. de iudic. Imol. in cap. 2. num. 37. de teſtam. Card. in clem. 1. num. 5. de excepţ. & hanc eam ſequendo dicunt communem *Abb. in rubr. de teſtam. num. 5. & in cap. paſtoralis §. verum num. 19. de dolo, & contum. Felin. in cap. cum voluntate nu. 4. in fine, & in cap. Ad probandum nu. 1. de re iud. & in cap. cum dilectus nu. 5. de accuſ.* Barbatia. *in cap. Ingredientibus de teſtam. Gulielm. de Benedict. in cap. Rainutius, verb. mortuo itaque teſtatore el 1. num. 288. Io. Garron. in l. 1. nu. 32. C. de ſecund. nupt. Io. Gallion. in tract. de teſtam. in princ. num. 31. Franch. Ancbar. Faber. Dec. Bertrand. quos refert, & ſequitur Gabriel. de teſtam. concl. 1. num. 1. quibus addendi ſunt* Soccin. *in cap. ſacris num. 576. & 480. de ſent. excom. Andr. ab Aſea in cap. 1. nu. 526. de pact. Couar. de teſtam. par. 2. num. 18.* Duennas *reg. 282.* Roias *ſing. 61. Suare d. ſect. 9. num. 1. Rota deciſ. 5. ſub num. 1. de præb. in nouiſſ.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinati, Clar. in §. teſtamentum q. 24.* Didacus Spino *in tract. de teſtam. gloſ. 11. in fine* vbi quod ita practicatur. Rationes huius opinionis ſunt plures late relatæ *per Io.* Andr. *in d. cap. decernimus nu. 4. & 5. & latius per Socc. in d. c. ſacris nu. 576. cum pluribus ſeqq.* vrgentiores tamen videntur infraſcriptæ.

Prima, quod actus teſtandi regulariter eſt de his, in quibus periculum eſt in mora cum frequenter fieri contingat à conſtitutis in vitæ periculo,
8 Illa autem quæ moram non patiuntur, poſsunt ab excommunicato exerceri ex allegatis *ſupra hoc eodem lib. cap. 25. nu. ...*

9 Secunda excommunicatus ex cauſa hæreſis poſt Annum, ſpeciali ratione priuatur teſtamenti factione, *cap. excommunicamus §. credentes de hæret.* Ergo in contrarium eſt ius commune, quia exceptio denotat regulam in cõtratium *l. generali §. vxori ff. de vſufr. legat. l. 1. in fine ff. de admin. tutel.*

Tertia licet excommunicato contrahere, *cap. ſi vere de ſent. excom.* Item & donare, *cap. inter dilectus de donat.* Ergo multo magis teſtari, quia abſur-
10 dum eſt, vt qui poteſt contrahere non poſſit teſtari *l. 1. C. de lege fuſia caninia toll. §. vnico inſt. eodem tit.* Hac ergo opinione retenta, illa quidem.

11 Extenditur Primo, vt procedat non ſolum in teſtamento, ſed etiam in codicillo, quia qui poteſt teſtari, poteſt codicillari, *l. 2. §. codicill. ff. de iure codicill. & in ſpecie ſcribit Suarez loco cit.*

12 Extenditur ſecundo, vt procedat etiam in donatione cauſa mortis, nam illa regulatur ad inſtar vltimæ voluntatis, *l. fin. C. de donat. §. 1. inſt. eodem tit.*

13 Extenditur Tertio, vt procedat ſiue excommunicatio ſit occulta, ſiue ſit notoria *Io. in d. c. decernimus num. 4. de ſent. excom. lib. 6. Bart. in d. l. ſi quæramus num. 8. ff. de teſtam. Imol. in cap. ingredientibus n. 37. de teſtam. Franch. in rubric. de teſtam. Felin. in cap. Ad probandum num. 1. de re iudic. Selua de beneſ. par. 3. q. 4. nu. 4. Socc. in reg. 24. verb. excommunicatus, Duennas d. reg. 272. num. 1. Didac. Spino de teſtam. gloſ. 11. num. 69. Socc. in cap. ſacris num. 481. verſic. quod mihi de ſent. excom.*

Contrarium tenuit *Bar. conſil. 238. exiſtens Petrus lib. 2. quem ſequuntur Bald. in l. 1. C. de iur. & facti ignor. & in l. 1. C. de ſecund. nupt. Lancellott.* Dec. *in d. l. ſi quæramus ff. de teſtam. in fine*, prior tamen opinio eſt verior, & receptior ex allegatis.

14 Extenditur Quarto, vt procedat etiamſi teſtamentũ ſit factum ad pias cauſas, quia nihilominus valet, & gaudet priuilegio relicti ad pias cauſas, vt cenſet *Bald. in l. 1. nu. 40. C. de ſacroſ. Eccleſ.* quem ſequitur *Socc. loco cit. Ancbar. in d. c. quia ingredientibus nu. 23. de teſtam. ſub nu. 33. lib. 6. Abb. in rubr. extra eod. tit. ſub nu. 11. & in c. Ad probandum nu. 10. de re iud.*

Con.

Contrarium tenent Io.*Andr.in cap.*
decernimus ſub nu. 4. verſic.tu vero di.
ca de ſent.excom.lib. 6. Imol. in d. cap.
quia ingredientibus ſub num. 37. de te.
ſtam. Bart. in d. l. nu.31. C. de ſacroſ.
Eccleſ. Lapus *alleg. 125. quæ incipit in*
Dei *nomine num. 2. verſ. & non ſolum*
in iſto caſu, & innuere videtur *Bald.*
in l.iubemus ſub nu.2.verſic.ſed reſpon.
deo C.de teſtib.

Opiniones conciliando aliqui ſunt
diſtinguendi caſus. Primus, quando
ſunt reiicta mortuaria, quę dantur pro
anima, vel eſt relictum aliquid ſub
onere celebrandi ſuffragia, & in hoc
caſu concordant omnes relictum non
tenere, nec eſſe recipiendum ab ec.
cleſia, cum pro excommunicato non
15 ſit orandum, *cap. final. 78. diſt. In-*
noc. in d. cap. cum voluntate sub. nu.
1. verſic. mortuaria autem Io. Andr.
ibidem ſub num. 4. verſ. mortuaria ve.
ro Abb. *in d. rubric. de teſtam. ſub nu.*
11. Campeg. de dote par. 1. q.47. num.
4. & reliqui ſupra relati.

16 Secundus eſt caſus, quando aliquid
relinquitur eccleſiæ ſimpliciter ſine
aliquo onere, & tunc veriſſima eſt
opinio relictum valere, & poſſe eccle.
ſiam illud recipere quia ex parte ex.
communicati ſi poteſt teſtari ad vſus
prophanos, poterit multo magis ad
vſus pios, I*nnoc.* *Abb. & Franch. lo.*
cis cit. Reſpectu vero eccleſiæ, cum ea
non obligetur ad orãdũ, põt recipere
ſine ſcrupulo cũ poſſit accipere elee.
moſinas ab excõmunicatis, vt citius
Deus eorum corda illuſtrare dignetur,
17 *idem* Abb. *& Francus locis cit. ſupra.*

Hoc idem erit dicendum, ſi relictũ
ſit ſub onere faciendi aliquod opus
pium, citra ſuffragium, veluti ſi ſit re.
lictum eccleſiæ aliquid ab excommu-
nicato ſub onere alendi, ſeu maritan.
di puellas, hoc enim eſt perinde ac ſi
eſſet relictum pauperibus, quibus ex-
communicatus relinquere poteſt, *idẽ*
Franch. & Abb. locis citatis, & in
his caſibus, in quibus relictum ſuſtine-
tur, vera eſt opinio aſſerentium tale
relictum gaudere priuilegio relicti ad
pias cauſas.

Hæc eadem concluſio limitatur
Primo, ne procedat in excommunica.
to pro hæreſi, huic enim ſpecialiter eſt
prohibita factio teſtamenti ſi in ea per
18 manſerit per Annum, *Auth. creden.*
tes, vbi Doct. C. de hæret. cap. excom-
municamus el 1. §. credentes eodem
tit. Archid. in d. cap. pia num. 4. de
except. Bart. *in d. l. ſi quæramus, num.*
8. ff. de teſtamen. Bald. in l. final. num.
5. C. ſi a non competenti iudice, *Abb.*
in cap. ad probandum num. 10. ibique,
Felin. in princ. de re iudic. Franch. *in*
d. rubr. de teſtam. ſub num. 32. verſ. &
quia cum ſit ſpeciale, cum aliis latè
congeſtis ſupra *lib. 1. cap.* Et pari ra-
tione.

Limitatur Secundo nè procedat
in excommunicato propter quodcum
que crimen, propter quod aliquis ef
ficiatur inteſtabilis, licet hoc ipſum
procedat magis ex crimine, quam
19 ex excommunicatione, vt bene ad.
uertit, *Soccin. in cap. ſacris num. 483.*
de ſent. excomm. An autem hoc proce.
dat in damnatis in contumaciam, vide
20 *Socc. loco cit.*

Limitatur Tertio, ne procedat in
excommunicato propter iniuriam il-
latã Cardinali, hic enim inter coete.
ras pœnas quibus affligitur, priuatur
21 teſtamenti factione, *cap. foelicis de*
poenis lib. 6. Franch. *loco cit. Gabriel. de*
teſtam. conclus. prima, numero nono,
Duennas, d. regul. 272. numero ſe.
cundo.

Limitatur Quarto, ne procedat in
excommunicato propter vſuras, nam
hic non poteſt facere teſtamentum,
22 niſi iuxta formam, *cap. quamquam*,
de vſur. lib. 6. Franch. *loco cit. Bald. in*
d. l. fin. ſub num. 5. C. ſi à non compet.
iud. Gabriel. d. conclus. prima num. octa
uo, Campeg. de dote par. 1. quæſt. 47.

Limitatur Quinto, in eo, qui ſit
non ſolum excommunicatus, ſed e-
tiam anathematizatus nam hic teſtari
23 prohibetur; vt cenſuit, *Bald. in l.*

final. num. 7. *C. ſi à non competenti iudice*, quem ſequitur *Franch. in rubr. de teſtam. num.* 31. *lib.* 6. *Duennas in reg.* 293. *verſic. hanc regulam*.

Contrarium tenet *Aretin. l. ſi quæramus ff. de teſtam. ſub nu.* 3. *verſ. ſed Canoniſtæ* ea ratione potiſſimum, quia Anathema non addit vinculum, ſed fit ad maiorem terrorem, & infamationem, vt in *cap. debent* 11. *quæſt.* 1. *& in capite Engeltrudam* 11. *q.* 4.

24 Limitatur Sexto, quando facultas teſtandi competeret ex peculiari priuilegio, tunc enim ex quo excommunicatus amittit vſum priuilegij, *l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* merito amittit conſequenter facultatem teſtandi, *Bald. in cap. intelleximus num.* 12. *de iud. quem ſequitur Fel. in cap.* Ad *probandum ſub nu.* 1. *de re iud.* Gabr. *d. concl.* 1. *nu.* 10.

25 Extenditur hæc ſexta, limitatio, vt ſi habens priuilegium teſtandi condat teſtamẽtum, per ſuperuenientiam excommunicationis teſtamentum rũpatur, etiamſi excommunicatio ſit iniuſta, B*ald. in d. cap. intelleximus ſub num.* 12. *verſiculo ſed quid e contra*.

26 Limitatur ſeptimo, vt non poſſit teſtāri priuilegio iuris canonici cum duobus teſtibus, B*ald. & Imol.* quós refert, & ſequitur G*abriel. loco cit. numero* 12.

27 Limitatur octauo, vt in caſibus, in quibus teſtamentum ab excommunicato conditum eſt nullum, per ſubſequentem abſolutionem reconualeſcat tum quia excommunicatio non habet perpetuam cauſam prohibitionis, ſed tandiu quandiu durat, vt probat egregiè *Bald. in d. cap. intelleximus ſub nu.* 12. *Felin. in cap. cum dilectus num.* 5. *de accuſ. Marſil. in pract. crimin. §. ſecunda quæſtio num.* 49. *Caſtil. ad l. tauri verb. & ad legitima in princ. Roias ſing.* 61. *num*, 3. licet hoc indeciſum reliquerit *Federic. de Senis conſil.* 118. *num.* 3. *Matheſil. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. art.* 3. *ſub numero* 39. *in fine*.

28 Tum etiam quia teſtator, ſi non reuocet præſumitur in eadem voluntate durare, & teſtamentum incipit habere robur, quaſi ex noua voluntate, iuxta tradita per *Butr. in cap. poſt ceſſionem num.* 10. *verſic. non obſtat de probat. ibique Abb. ſub num.* 12. *verſ. item dic*, *Felin. num.* 20. *verſic. hanc concluſionem*.

26 Limitatur nono, ne procedat in excommunicnto, qui potuit obtinere abſolutionem, & illam contempſit, & deceſſit ſine poenitentia, his enim ſimul concurrentibus crederem teſtamentum non ſubſtineri, etiamſi fuiſſet excommunicatus ex alia cauſa quam ex cauſa hæreſis, & non obſtante quod non ſteterit in excommunicatione per annum, nam contẽmptus abſolutionis, & deceſſus ſine poenitentia arguunt illum ſuſpectum de hereſi, & inducunt præſumptionem, quod ſi ſuperuiniſſet, fuiſſet in eadem voluntate duraturus, ita firmant *Henric. Boich. in d. c. excomm. §. credentes, Socc. in d. cap. ſacris nu.* 484. *de ſent. excom.*

SVMMARIVM.

1 *Referuntur opiniones contrariæ.*
2 *Teſtamenti factio paſſiua facilius conceditur quam actiua.*
3 *Excommunicatus ſuccedit ab inteſtato, etiamſi durauerit per annum in excommunicatione nu.* 5.
4 *Excommunicatio non tollit iura ſuitatis, & agnationis.*
6 *Excommmunicato deferuntur tutelæ legitimæ.*
7 *Excommunicatus eſt capax relicti ad pias cauſas.*
8 *Excommunicatus propter hæreſim, vel ob iniuriam illatam Cardinali non habet teſtamenti factionem paſſiuam.*
9 *Excommunicatus, hæres inſtitutus non poteſt agere in iudicio ad conſequutionem iurium hæreditariorum.*
10 *Excommunicatus poteſt acceptare beneficium.*
11 *Inſtituens excommunicatum an peccet venialiter.*

AR-

ARGVMENTVM.

An excommunicatus denunciatus habeat teſtamenti factionem paſſiuam.

CAP. LIX.

1 NEgatiuam opinionem tuetur *Hoſtienſ. in cap. veritatis de dolo & contum.* quem ſequũtur *Angel. in summ. in verb. hæres, Silueſter verb. hereditas 5. num. 2. Armill. num. 26. Tabiena num. 20.* Contraria opinio eſt verior, & receptior, eam enim probant *Bald. in cap. intelleximus ſub num. 12. de iudic. Federic. de Senis conſ. 118. ſub nu. 2. verſ. Ad id quod quæritur Gemin. in c. decernimus nu. 8. de ſent. excom. lib. 6. Gabriel. concluſ. 1. nu. 4. de teſtam. Suarez tom. 5. diſp. 9. num. 3. verſ. ſequitur 2. Matthesil. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. art. 3. num. 39.* Ratio eſt, quia facilius conceditur teſtamen
2 ti factio paſſiua, quam actiua, cum videamus plures eſſe perſonas, quæ teſtari nequeunt, ſed poſſunt hæredes inſtitui, de quibus *toto tit. Inſt. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.*

3 Extenditur Primo, vt procedat, non ſolum ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato, *Matthesil. loco cit. & ante ipsum Bald. in d. cap. intelleximus numero 12. verſiculo Sed numquid excommunicatur de Iudic. Suarez loco citato.*

4 Extenditur Secundò, vt excommunicatus ſuccedat Patri ab inteſtato tanquam ſuus hæres, quia excommunicatus non perdit iura agnationis, nec patrimonii *Bald. loco citato.*

5 Extenditur Tertio, vt procedat etiamſi perſeuerauerit in excommunicatione per Annum, quia nihilominus ſuccedit ſi ſit excommunicatus ex alia cauſa, quam ex cauſa hæreſis *vt ſcribit Matthesil. in d. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. arte tertia numero 39.*

6 Extenditur Quarto vt ſicuti excõmunicato defertur hæreditas, ita deferantur tutelæ legitimæ, *Bald. in d. cap. intelleximus in fine de Iudic.* cuius dictum probari poteſt ex eo, quod ius legitimę tutelæ regulatur à iure ſuccedendi, adeo vt ei deferatur tutela, cui defertur hæreditas §. *vnico Inſt. de legitima patr. tutel.*

7 Extenditur Quinto, vt ſit capax etiam relicti ad pias cauſas, ſecundum diſtinctionem quam ſubiicit *Bal. in l. prima, numero 93. C. de ſacroſanctis eccleſ.* Eadem principalis concluſio limitatur.

8 Primo ne procedat in excommunicato ex cauſa hæreſis, vel propter iniuriam illatam Cardinali, ex allegatis in proximo præcedenti *capitulo in prima & ſecunda limit.*

Limitatur Secundo, vt licet poſſit
hęres inſtitui, tamen nequeat iudicia-
liter agere pro conſequendis Iuribus
9 hæreditariis, neque vt ſibi decernatur
tutela delata, *Bald. in d. cap. intelleximus de Iudic.* quamuis extra iudicium poſſit explicare illa, quæ requirunt ſolam acceptationem, aut declarationem voluntatis, cuiuſmodi eſt facere actus aditiuos hæreditatis, *Suarez d. sect. 9. num. 8.* Iſta enim cum requirant ſimplex factum *l. gerit, et l. pro hærede ff. de acquir. hæred.* poſſunt etiam ab excommunicato fieri, prout
in ſimili dicimus de habente literas ad
10 beneficium vacaturum, qui quamuis excommunicatus poteſt acceptare *Rota deciſ. 5. de præbend. in nouiſ. et deciſ. 8. de ſentent. excom. in antiq. Couar. in cap. Alma mater par. 1. §. 7. ſub num. 4. cum aliis, de quibus ſupra eodem lib. cap.... num....*

11 Limitatur Tertio vt quamuis inſtitutio de excommunicato facta ſit valida,

lida, tamen inſtituens peccet veniali-ter, quia per inſtitutionem, aut legatum videtur communicare excommunicato, vt ſcribit Suarez *tom. 5. diſp. 15. ſect. 9. num.* 4. quod quidem mihi non probatur, quia actus inſtitutionis, aut legati non requirit neque præſentiam, neque conſenſum hæredis, aut legatarii, ſed perficitur ex nuda Teſtatoris voluntate, *l. 1. ff. de teſtam. l. in conditionibus primum locum ff. de condit. de demonſtr.* ideoque cum in ea non operetur aliquid inſtitutus, aut Legatarius, merito non poteſt dio communicatio, ſed ſimplex voluntatis declaratio.

SVMMARVIM.

1 *Refertur opinio negatiua.*

2 *Mortuus non eſt homo.*

3 *Excommunicato quare prohibetur communicatio.*

4 *Mortuus doctorari non poteſt.*

5 *Decedens cum ſignis pænitentiæ poſt mortem abſoluendus eſt.*

6 Deportati, *vel relegati in inſulam etiam poſt mortem inde non ſunt extrahendi.*

7 *Obſequentia corpori præſtita referuntur ad memoriam viui.*

8 *Homo poſt mortem nobilitari, & miles creari poteſt.*

9 *Percutiens clericum mortuum incidit in excommunicationem.*

10 *Prohibetur excommunicato communicatio, ad hoc vt excommunicatio magis timeatur.*

11 *Non licet mortuo communicare, cui non communicauimus viuo.*

12 *Corpus excommunicati non eſt lauandum, neque veſtiendum.*

13 *Si celebrante ſacerdote corpus excommunicati deferant in eccleſiam miſſa deſerenda eſt.*

14 *Corpus excommunicati non eſt tradendum eccleſiaſticæ ſepulturæ.*

15 *Eccleſiaſtica ſepultura eſt ſpecies communicationis in diuinis.*

16 Vnitas *ſepulturæ coniunctionem denotat animorum.*

17 *Pœna inobedientiæ aduerſus eccleſiam eſt priuatio eccleſiaſticæ ſepulturæ.*

18 *Excommunicatus decedens cum ſignis contritionis non eſt ſepeliendus in eccleſiam niſi prius cadauer eius abſoluatur.*

19 *Excommunicatus neq. in cemiterio poteſt ſepeliri. etiamſi non ſit coniunctum eccleſiæ. num. 21.*

20 Cemiterii *appellatione quid veniat.*

22 Excommunicatus *non poteſt ſepeliri prope cemiterium.*

23 Diſtantia *ad effectum de quo agitur quanta debeat eſſe.*

24 *Excommunicatus non poteſt ſtare prope vt audiat ſacra.*

25 *Miſſa celebratione, locus quaſi ſacratur, & eccleſiaſticæ priuilegio gaudet.*

26 *Sola dedicatione res efficitur ſacra, & veneratione digna.*

27 Excommunicatus *non poteſt ſepeliri etiam in loco ſola populi conſuetudine ad ſepulturam deputato.*

28 In *loco conſecrato vel benedicto excommunicatus humari non habet etiam ſi nemo altas adhuc ſit humanis.*

29 Excommunicatus *ſepultus in loco ſacro exhumandus eſt, & procul abiiciendus. intellige, vt num. 30.*

31 *Locus in quo excommunicatus humatus fuerat, eſt reconciliandus ante quã alius ſepeliatur, & nu. 36.*

32 *Exempti excommunicatos in eorum eccleſiis humatos tenentur ex humare & procul abiicere.*

33 Epiſcopus *an poſſit punire exemptos in eccleſiis ſuis ſepelientes excommunicatos remiſſiue.*

34 Excommunicati *priuantur omni bono, re eccleſiaſtico.*

35 *Laici non poſſunt intereſſe funeri excommunicati.*

37 *Reconciliatio loci in quo excommunicatus humatus eſt an fieri poſſit a ſimplice ſacerdote.*

38 *Excommunicatus abſolutus in mortis articulo traditur eccleſiaſtica ſepulturæ.*

39 *Simplex ſacerdos abſoluere poteſt in articulo mortis, & ſi excommunicatio ſit reſeruat a Papa nu. 40.*

qui

41 *Qui in mortis articulo petiit abſolui an ſit tradendus eccleſiaſticæ ſepultura.*

42 *Abſolutio quæ datur in articulo mortis, quo pacto differat ab ea quæ datur poſt mortem. & nu. 43. & 44.*

45 *In articulo mortis quomodo quis dicatur conſtitutus.*

46 *Excommunicatus occultus ſepeliri poteſt in eccleſia.*

47 *Cadauer excommunicati occulti ſepultum in eccleſiam non polluit eam.*

48 *Miſſa non eſt deferenda per illationem cadaueris occulti excommunicati.*

ARGVMENTVM.

An vis excommunicationis duret poſt mortem ita vt teneamur etiam mortuum vitare.

CAP. LX.

1 NEgatiuam opinionem tenuit *Hoſtienſ. in cap. Adhæc de priuileg.* & illum ſequuntur *Guliel. de Monte Landuno, & Genzell in clem. eos qui de ſepult. Boich. in d. cap. adhæc ſub num. 3. verſic. ſed Hoſtienſ. Archid. in cap. illi qui 6. q. 1.*

2 Ducuntur primo, quia cum mortuus non ſit homo *cap. in quadam de celebr. miſſ. cap. charitas de pœnit. diſtinct. 2.* in eo non poteſt dari vera communio ex reg. quod non entis nullæ ſunt qualitates *l. eius qui in Prouincia ff. ſi cert. pet.*

3 Secundo, quia excommunicato prohibetur communicatio, ad hoc vt rubore ſuffuſus citius reſipiſcat, *cap. pia de except. lib. 6.* quæ ratio cum ceſſet in mortuo, propterea quod non eſt amplius capax poenitentiæ, *cap. qualis 25. diſt. ſent. excom.* merito debet ceſſare diſpoſitio *l. adigere, §. quamuis ff. de iure patr. l. illud ff. ad l. Aquil.*

4 Hinc videmus mortuum doctorari non poſſe *Abb. in cap. à nobis nu. 7. de ſent. excom. & ibi Fel. nu. 2.* Quibus non obſtantibus.

Contrariam opinionẽ ſcilicet quod vis excõmunicationis duret poſt mortem, probant *Alan. & Philipp. Gloſatores antiqui*, quem ſequũtur *Io. Andr. in d. cap. a nobis, & in cap. ad hæc de priuileg. Butr. numero ſexto, Abbas numero 2. Card. num. 2. Io. de Lignano, & Calder. in cap. cum excommunicato in princ. 11. quæſt. 3. Roman. ſing. 709. quod incipit ſecundum loquens. Ripa in tract. de peſte par. vlt. in princ. num. 107. Bart. in l. 2. ff. de Cadauer. punit. et ibi Alex. in addit. Suar. diſp. 13. ſect. 4.* Et hæc eſt receptior, & veriſſima.

5 Primo, per *Teſt. in c. à nobis 28. de ſẽt. excom.* vbi dum cõcedit abſolui excõmunicatum qui deceſſit cum ſignis poenitentię dubio procul ſupponit vim excommunicationis durare etiam poſt mortem.

6 Secundo, hoc apprime probat *teſt. in l. 2. ff. de cadauer. punit.* vbi poena deportati vel relegari in inſulam, manet etiam poſt mortem, adeo vt ſicuti non poterat viuus inde egredi ita neque licet eum inde transferre, & alicubi ſepellire.

Tertio quia ſacri canones non ſemel decreuerunt non licere communicare mortuo, cui non communicauimus viuo *in cap. ſacris de ſepultur. & in dicto cap. à nobis de ſent. excom. & in cap. is cui eodem tit. lib. 6.* quæ verba ſatis ſupponunt etiam cum mortuo dari communicationem, quia obſequia quæ corpori præſtantur, referuntur ad
7 memoriam viui, *§. licet autem inſt. quibus ex cauſis manumitt. non licet, l. ex iudiciorum ff. de accuſat.*

Quarto, licet mortuus aliis participare non poſſit, tamen negari non poteſt, quin alii dicantur ſibi communicare.

8 Hinc non alia ratione poteſt homo poſt mortem nobilitari, & miles creari, ni-

ri, niſi quia in his actibus honoratur defuncti memora, *Bart.in l.1.C.de dignit.lib.* 12. *Abb. in d.cap. à nobis nu.* 7. *de ſent.excom.ibiq.* Felin.*num.* 2.Io. *de Selua in tract.de iurepatr.par.vlt. q.* 1. *verſ.*104.Tiraquell. *de nobil. cap.* 6. *num.* 45.

9 Videmus pariter, quod percutiens clericum mortuum,incidit in excommunicationem, *Felin.loco cit.nu* 4.propterea quod cadauer illud repræſentat clericum viuum, eodemq. iure cenſetur *d l.2.ff. de cadauer punit. d. §. licet inſt. quibus ex cauſ. manum non licet.*

10 Tertio,quia etiam in mortuo ſubeſt ratio Eccleſiaſticæ diſciplinæ, cauſa enim potiſſima eſt, vt cenſura timeatur *d.cap.pia,de except.lib.* 6.*cap.paſtoralis,de appell.*quę cauſa viget etiam in mortuo, quia cogitans quod debeat etiam mortuus euitari, facilius in vita inducitur ad ſatisfaciendum.

Non obſtant contraria,& quantum attinet ad Primum, patet ſolutio ex ſupradictis. Quo ad ſecundum dicendum eſt etiam in mortuo habere locum rationem, qua eſt introducta excommunicatio, quia licet poſt mortem non detur poenitentia,tamen quia nemo carnem ſuam odio habuit propter timorem, ne poſt mortem eius corpus abiiciatur, citius in vita reſipiſcit.

Nec ad rem facit ſimile de doctoratu, qui non poteſt conferri poſt mortem, quia illud prouenit eo quia Doctor declaratur habilis ad docendum, *l. magiſtros C. de profeſſ. & medic.* ideoque gradus tribuitur magis virtuti animæ, quam corpori, *Abb. in d. c. à nobis nu.7.de ſent.excom.*

11 Ex his firma remanet concluſio,vim excommunicationis durare etiam poſt mortem, ita vt non liceat mortuo communicare illi, cui non communicauimus Viuo, *cap.* 1. *&* 2.*cap. ſacris de ſepult.cap. à nobis* 28.*de ſent. excom.* Ex qua.

12 Infertur Primo, corpus Excommunicati non eſſe lauandum, vngendum neque veſtiendum, & tanto minus exterrandum, & vnguentis, ac odoribus replendum, ex his enim inducitur communicatio ſaltem ciuilis, *Io. Andr. in d. cap.ad hæc ſub nu.*1. *verſic. licet ergo mortuus de priuileg.* & ibi *Butr. ſub nu.*6.*verſ.ad hoc quia*,Card. *nu.*2. *verſic.item licet,Abb.ſub num.* 2. *verſic.item non eſt verum.*

13 Infertur Secundo,quod ſi celebrante Sacerdote afferatur in Eccleſia cadauer excommunicati publici,tenetur Miſſam deſerere, quicquid in contrarium ſcripſerit *Maiol. de irreg. lib.* 3. *cap.* 25.*num.* 4. *verſ.ſed ſi dum ſacerdos.*

Dixi de corpore publici excommunicati, quia aliud eſſet ſi adduceretur corpus excommunicati occulti, vt infra dicetur hoc eodem *cap. in* 3. *limit.*

14 Infertur Tertio, corpus Excommunicati non eſſe tradendum Eccleſiaſticæ ſepulturæ, *d. cap.* 1. *&* 2. 24. *q.*2.*& in d. cap.ſacris,de ſepult. & d.c. ad hæc de priuileg. clem.* 1. *de ſepult. c. conſuluiſti,de conſecr.Eccleſ.* vel Altar. *cap.à nobis* 28.*de ſent excom.cap.is cui, vbi gloſ. in verb. cæmeterio eodem tit. lib.* 6. *cap. vt priuileg. de priuileg. cap. Epiſcoporum eodem tit.lib.* 6. *Socc. in c. ſacris num.* 157. *de ſent. excom. Suar. dicta diſput.*13.*ſect.*4.

15 Ratio eſt multiplex, Prima, quia ſepultura Eccleſiaſtica ſpecies eſt cõmunicationis in Diuinis, nam cum ſit adinuenta, vt animæ fiant participes ſuffragiorum,quæ in eccleſiis fiũt *cap.* 3. *vbi gloſ. in verb. frequentius de ſepult.cap. cum grauia* 13. *q.* 2. ſequitur, quod cum excommunicati ſint incapaces ſuffragiorum, *cap. reſponſo, & cap. nuper de ſent. excom.* debent etiam eſſe incapaces ſepulturæ eccleſiaſticæ, argumento *cap. paſtoralis §. verum de appel. l. oratio ff. de ſponſal.*

16 Secunda,quia vnitas ſepulturæ coniunctionem denotat animorum, ac mutuam beneuolentiam, & affinitatem, *cap.* 3.*de ſepultur. cap.* 2. *&* 3. 13. *quaeſt.* 2.

Tertia, quia politicæ congruit, vt qui viuus in aliquo loco eſſe non poterat, etiam mortuus inde arceatur *l.*2.

ff.de

ff. de cadauer. punit.

Deniq. quia excommunicatio non infligitur niſi propter inobedientiam, *cap. Alma mater de ſent. excom. lib. 6. cap. pia de except. eodem lib.* At propria, 17 & peculiaris poena inobedientiæ erga Eccleſiam eſt priuatio ſepulturæ Eccleſiaſticę, *Reg. lib. 3. cap. 13.* vbi Propheta in poenam inobedientiæ caruit ſepultura. Hæc Tertia illatio.

18 Extenditur Primo, vt excommunicatus debeat carere eccleſiaſtica ſepultura, etiamſi deceſſerit, cum ſignis contritionis, nam nihilominus non potest illi concedi ſepultura eccleſiaſtica, niſi prius cadauer abſoluatur iuxta diſpoſitionem *teſt. in cap. à nobis 28. de ſent. excom.* vbi hoc plene tradũt *Io. Andr. Butr. Anchar. Abb. & Fel. Innoc. in d. cap. ſacris in princ. de ſepul. Soccin. in cap. ſacris num. 160. de ſent. excom. Suar. diſp. 13. ſect. 4. nu. 3.*

19 Extenditur ſecundo, vt neq. poſſit ſepeliri in cæmeterio, *teſt. cap. ſacris, de ſepultur. ibi in cæmeterio Eccleſiaſtico tumulentur*, & ibi hoc notant *Card. nu. 2. Anchar. nu. 1. Butr. nu. 10. Abb. num. 2.* & iterum *teſt. in d. cap. ad hæc vbi Doct. communiter de priuil. & in cap. epiſcoporum eod. tit. lib. 6. cap. ineui de ſent. excom. lib. 6. & in clem. 1. de ſepult. & vtrobique Doct. communiter, Socc. in c. ſacris nu. 157. de ſent. excom.*

20 Cæmeterii autem appellatione intelligitur omnis locus ſacer deputatus ſepulturæ fidelium, ſiue quicumque locus ab epiſcopo benedictus, & ad hunc vſum deputatus. *Abb. in d. c. ſacris nu. 3. de ſepul.* Alter. *late de cenſur. diſput. 10. lib. 1. cap. 7.*

21 Extenditur Tertio, vt procedat ſiue cæmeterium ſit coniunctum eccleſiæ, ſiue non, *gloſ. in d. cap. is cui verb. cæmiterio, & ibi* Io. Andr. *in d. c. ad hæc ſub nu. 1. verſ. non curo, de priuil. Socc. in d. cap. ſacris num. 157. verſic. etiamſi cæmiterium,* Abb. *in cap. ſacris de ſepultur.*

22 Extenditur Quarto, vt neque debeat ſepeliri prope cæmeterium, ſed procul ab eo, *d. cap. ſacris de ſepultur. ibique Io. Andr. num. 3. Abb. num. 2. & cæteri paſſim Socc. in d. cap. ſacris de ſent. excom. nu. 154. verſ: Et non ſolum non tunt.*

23 Difficultas eſt, quanta debeat eſſe diſtantia, & quidem Doct. mox citati reſpondent quanta ſufficiat, vt ſacerdotes in templo cantantes, aut ſacrificantes, nec videri poſſint, nec audiri Argumento *cap. quod in te de pœnit. & remiſſ.* vbi excommunicatus qui prohibetur intereſſe, prohibetur etiã ſi ſtare extra eccleſiam in loco vicino, vnde illa poſsit audiri.

24 Contrarium, quod quitiimo in hac materia non ſit rigoroſe procedendũ, ſed ſufficiat quod ſit extra Eccleſiam vel cæmiterium, aut locum ſacrum, cenſuit *gloſa in d. clem. 1. verb. Cemmiterii de ſepult.* quam ſequi videtur ibi *Card. num. 10. Anchar. ſub num. 4. verſ. ſed hic quæro, Suarez tom. 5. diſp. 13. ſect. 4. num. 7.* ſubdentes, quod ſi locus quantumuis eccleſiæ, aut Cemiterio contiguus, ſit prophanus, veluti via publica, aut domus aliqua, non erit contra cenſuram, ſi in eo excommunicatus ſepelliatur, & ob eandem cauſam ſi Cemiterium prius benedictum ex pietate priuata auctoritate fidelium, aut clericorum amplificetur illa pars terræ, quæ ſine vlla benedictione, vel epiſcopi deputatione additur non cenſebitur ſacra etiam ad hunc effectum, ſed habebitur de ea illa ratio, quæ de quolibet loco vulgari ſolet haberi, niſi fortaſſe pars illa iam eſſet communi conſuetudine vti talis ita recepta, & ſacris vſibus, aut ſepulturę fidelium deputata.

25 Extenditur Quinto, vt procedat etiamſi locus non ſit conſecratus, nec benedictus, dummodo in eo conſueuerit miſſa celebrari, quia ipſa Miſſæ celebratione locus quaſi ſacratur, & eccleſiæ gaudet priuilegio, Ita deſumitur ex *cap. eccleſia de immunit. eccleſ. & ex cap. vltimo de conſecr. eccleſ. vel Altar.* vbi in ſpecie hoc ſcribit *gloſa in verb. nõ conſecrata* Suarez *tom. 5. diſp. 13. ſect.*

Digitized by Google

municare ciuiliter quod eſt peccatum veniale; *Idem Suarez loco cit.* & traditum eſt latius ſupra eodem *lib.cap.*.

36 Extenditur Decimo tertio, vt cemeteria, & loca, in quibus corpora excommunicatorum ſunt ſepulta, poſt eorum exhumationem debeant reconciliari aſperſione aquæ ſolemniter benedictæ, ſicut in dedicationibus eccleſiarum fieri conſueuit, *cap. conſuluiſti de conſecr. Eccleſ. vel Altar. Socc. in d. cap. ſacris nu.* 158. *de ſent. excom.* Et hæc reconciliatio fieri poteſt à ſimplici Sacerdote ſecundum *Butr. in d. cap. ſacris nu,* 5. *de ſent. excom.* cuius opinionem non probo, vt alibi fuſius dicetur. Hæc eadem concluſio ſic extenſa.

38 Limitatur Primo, ne procedat quando excommunicatus fuit abſolutus in mortis Articulo, hic enim debet tradi eccleſiaſticę ſepulturæ, *cap. final. vbi notant omnes de ſepultur. d. cap. ſacris eodem tit. cap. a nobis* 28. *de ſent. excom. cum aliis mox infra allegandis.*

Quod procedit ſiue abſolutio ſit
impenſa ab excommunicante, ſiue a
quacumque alio ſimplici Sacerdote,
39 *d. capitulo finali de ſepultur. ibi, per*
Præsbiterum ſuum, & ibi notant Butr.
num. 3. *Anchar. num.* 4. *Abb. num.*
2. *Anan. num.* 2. *& iterum Abb. in d.*
cap. a nobis 28. *ſub num.* 4. *uerſ.* 6.
nota ibique Felin. colum. 2. *verſ. nota*
quod licet de ſent. excom. Suarez d. diſp.
13. *ſect.* 4. *ſub num.* 3. *verſ. Adden-*
40 *dum uero.* Item procedit etiamſi abſo
lutio excommunicationis eſſet Papæ
reſeruata *cap. ſi quis suadente* 17. *q.* 3.
Abb. in d. cap. finali num. 2. & ſic
in facti contingentia me informante
reſpondit Sacra congregatio Cardi-
nalium ſuper negotiis epiſcoporum
in vna Sanctę Seuerinæ cenſurarum
30. Iunii 1620. Pie enim admodum
in eccleſia Dei cuſtoditum ſemper
fuit, vt nulla ſit reſeruatio in Articu-
lo mortis, atque ideo omnes Sacerdo-
tes quoslibet poenitentes a quibuſ-
uis peccatis, & cenſuris abſoluere

poſſint, vt docet *Sacra Tridentina Synodus Seß.* 14. *cap.* 7. *de Sacramento poenit.* cuius diſpoſitio procedit, etiam ſi ſit præſens Superior, aut proprius Sacerdos, vt cenſuit *Sayr. deciſ.* 21. *tit. de poenit. & remiſſ.*

41 Limitatur Secundo, ne procedat in excommunicato, qui in mortis articulo petiit abſolui, & per eum non ſtetit quominus fuerit abſolutus, vt cenſuit *gloſa in d. cap. ad hæc, verb. eiiciant de priuilegi.*

Hec Secunda limitatio ſub duplici conditione procedit; Prima, vt corpus excommunicati ſit ſepultum. Secunda vt abſolutio ſaltem impendatur in ſepulchro. Cæterum ſi nondum ſit ſepultum, quamuis petitio abſolutionis, & ſigna contritionis præceſſerint, non prius debet tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ, quam cadauer abſoluatur, iuxta formam traditam, *in capitulo a nobis* 28. *S. vnde quantumcunque de ſententia excom. & ibi Doct. Abbas in capitulo ad hæc num.* 3.

42 Inter abſolutionem autē, quæ datur in articulo mortis, & eam quæ datur cadaueri poſt mortem, ea eſt differentia, quia, vt ſupra dictũ eſt, vbi agitur de abſoluendo in Aticulo mortis, abſolutio poteſt dari a quacumq. ſimiplciSacerdote, At vbi agitur de abſoluendo cadauere poſt mortem, abſolutio eſt danda ab eo, qui in vita debebat abſoluere, quia tunc ceſſat neceſſitas, quæ eſt cauſa, vt dari poſſit a ſimplici Sacerdote; idem *Abb. in d. capitulo a nobis ſub num.* 4. *&* 10. *verſ. Sed dices tu de ſentent. excom. & ibi Felin. numero ſecundo verſ. nota quod licet.*

43 Item in abſolutione, quę fit in mortis articulo, eſt ſeruanda forma eccleſię *d. capitulo final. de ſepult. ibique Butr. numero tertio Anchar. numero* 4. *Anan. numero tertio Abb. ſub numero tertio Goffred. in capitulo litteris, & ibi Abb. de raptor. Felin. in capitulo cum contingat ſub numero primo verſiculo fallit primo de offic. delegati, forma*

Dd antem

autem eccleſiæ eſt; vt præſtet iuramentum de parendo mandatis Sanctę Romanæ eccleſiæ, vt in *c. ex tenore, & ex cap. cum deſideres de ſent. excom.* & ſi reconualeſcit, & non pareat reincidit in excommunicationem ipſo iure, *cap. eos, eodem tit lib. 6.*

44 Quando vero abſoluitur cadauer fit cũ Pſalmo pœnitentiali, & hæredes eius compelluntur per Eccleſiam ad ſatisfaciendum pro eo, vt in *c. a nobis, in fine de ſent. excom.*

Item quando abſoluitur cadauer, ſi abſolutor eſt præſens; non eſt opus corpus exhumari, ſed ſufficit ſi abſoluatur in ſepulchro, ſi vero eſt abſens, exhumabitur, & ponetur extra Cœmeterium, donec fuerit abſolutum, alias induceretur communicatio, vt tradit *Abb. in d cap a nobis 28. ſub num. 12. verſ. & in fine gloſæ.*

45 Quando autem dicatur quis eſſe in articulo mortis, conſulas *Abb. in c. paſtoralis, §. præterea num. 2. de offic. ordin. Cardinal. in clem. 1. in princ. §. fin. de pœnis, addentes ad Abb. in c. final. lit. A. de ſepult. Capeuill. de caſib. reſeru. c. 7. q. 1.*

Limitatur Tertio, vt hodie poſt *extrauagantem, ad euitanda* procedat in excommunicato denunciato, vel notorio clerici percuſſore, ſecus in excommunicato occulto, quia iſte poteſt in eccleſia ſepelliri, ita docent, & recte *Victor. in ſumma tit. de Euchar. q. 90. Suar. d. ſect. 4. nu. 5.*

46 Ratio eſt, quia cum per diſpoſitionem, *d Extrauag. Ad euitanda*, non teneamur vitare excommunicatos occultos viuos, vtique pari ratione non tenemur vitare defunctos, *d. c. vt priuilegia, de priuil.* vnde.

47 Infertur primo, non pollui Eccleſiam per ſepulturam excommunicati occulti, *Suar. d. diſp. 13. ſect. 4. verſ. Ex quo intuli.*

48 Infertur ſecundo, quod ſi dum ſacerdos celebrat afferatur in eccleſia corpus excommunicati occulti, miſſa non eſt deſerenda.

Dixi poſt *extrauag. ad euitanda*, quia ante eam, iura prohibentia communicationem cum excommunicatis loquebantur genericè, & conſequenter erant ſic generaliter intelligenda de quocumque excommunicato, tum publico, tum etiam occulto, *Suar. loco ante cit. nu. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Vim in repellere omni iure permittitur.*
2 *Epiſcopus pro tuitione ſuorum iurium poteſt vti gladio ſpirituali, vti pars extraiudicialiter procedendo.*
3 *Violentos cohercere eſt legi afferre ſubſidium.*
4 *Materia cap. dilecto, de ſent. excom. in 6. altius expenditur.*
5 *Quod prælatus extraiudicialiter procedat, quæ vtilitas reſultet.*
6 *Prælatus an poſſit eſſe iudex in cauſa propria, remiſſiue.*
7 *Prælatus extraiudicialiter procedens non tenetur adhibere iuris ordinem.*
8 *Prælatus extraiudicialiter procedens non poteſt vti ſuſpectus recuſari.*
9 *Vbi non admittitur appellatio, neq. admittitur recuſatio.*
10 *Exceptiones oppoſitas etiam contra propriam perſonam non tenetur admittere prælatus extraiudicialiter procedens.*
11 *Prælatus extraiudicialiter procedens non tenetur admittere partem ad appellandum.*
12 *Nec ad probandum iura ſua, nec probationem oblatam tenetur recipere.*
13 *Prælatus procedens vti pars non poteſt de releuantia probationum iudicare.*
14 *Cap. cum perſonæ, de priuileg. in 6. explicatur, & nu. 15.*
16 *Prælatus extraiudicialiter procedens quomodo debeat partis aduerſæ probationes inſpicere.*
17 *Prælatus procedens extraiudicialiter poteſt ferre cenſuras etiam extra territorium, & num. 32.*

Moni-

18 *Monitio non requiritur quando prælatus pro tuitione iurium extraiudicialiter procedit.*
19 Didac. Couar. *reprobatur.*
20 *Prælatus præmittens monitionem in caſu propoſito urbanius agere dicitur.*
21 Formula monitionis *prædicta.*
22 *Prælatus extraiudicialiter procedens induit perſonam rei.*
23 *Prælatus habens iuriſdictionem ex conſuetudine uel priuilegio poteſt extraiudicialiter procedere ad defenſionem ſuorum iurium. ſed quomodo procedat uide nu.* 24.
25 Delegatus *poteſt extraiudicialiter procedendo ferre cenſuras, dummodo doceat de facultatibus ſuis.*
26 *Cardinali propter dignitatis eminentiã creditur ſimplici uerbo.*
27 Procedi *poteſt extraiudicialiter etiam pro defenſione rerum mobilium.*
28 *Item pro defenſione rerum in cuperalium.*
29 *Nec non pro tuitione bonorum patrimonialium.*
30 *Prælatus per cenſuras extraiudicialiter procedendo poteſt tueri propriam perſonam.*
31 Iniuria *uel uiolentia facta prælato intelligitur facta eccleſiæ.*
33 *Per cenſuras extraiudicialiter procedendo prælatus poteſt recuperare poſſeſſionem amiſſam.*
Intellige vt nu. 34.
35 *Facultas procedendi extraiudicialiter per cenſuras an competat contra non ſubditos.*
36 *Teſtibus quorum ceſſant auctores fides adhibenda non eſt.*
37 Ratio *facultatis procedendi extraiudicialiter per cenſuras aſſignatur.*
38 *Verba in præmio poſita denotant cauſam finalis diſpoſitionis.*
39 *Forenſis facilius poteſt vim inferre quam ſubditus.*
40 *Facultas procedendi extraiudicialiter per cenſuras non requirit de neceſſitate iuriſdictionem.*
41 *Extra territorium non adeſt iuriſdictio.*
42 *Prælatus propter violentiam poteſt in aliena diæceſi iudicialem exercere iuriſdictionem.*
43 *Gladius temporalis, & ſpiritualis in materia defenſionis parificantur.*
44 *Refertur decretum S. Congregationis Eporuntur ſuper facultate procedendi extraiudicialiter per cenſuras contra non ſubditum.*
45 *Opinio vrgentibus ſuffulta rationibus eſt praferenda opinioni multorum.*
46 *Forenſis infereus violentiam in territorio, ſubiicitur iudici illius territorii in quo violentiam intulit.*
47 *Mittens litteras aut homines ad inferendã violentiam in territorio alicuius prælati, efficitur ſubditus illius ratione rei ſitæ.*
48 *Ad hoc vt poſſit procedi per cenſuras extraiudicialiter, ſufficit quod turbatio fiat in re in territorio poſita.*
49 *Extraiudicialiter per cenſuras procedi non poteſt, quando prælatus non eſt in poſſeſſione rei de qua agitur.*
50 *Prælatus habens intentionem de iure fundatam abſque poſſeſſione, non poteſt extraiudicialiter procedere per cenſuras.*
51 *Contraria opinio vti verior comprobatur contra Borgninum.*
52 *Poſſeſſio vnius actus trahitur ad alios.*
53 *Reſpondetur auctoritatibus per Borgninum allegatis.*
54 *Alio exiſtente in poſſeſſione non poteſt* Epiſcopus *ferre cenſuras etiam ſi habeat intentionem in iure fundatam.*
55 Prohibitum *eſt alienã poſſeſſionem inuadere.*
56 *Item propriam ſua auctoritate recuperare.*
57 *Contra tertium in poſſeſſione exiſtentem non proceditur per cenſuras.*
58 Duobus *habentibus facultatem viſitandi, quis eorum ſit praferendus.*

59 *Non habens intentionem in iure fundatam, nec poſſeſſionem, non poteſt procedere per cenſuras, etiam ad recuperationem rei que vere eſt ſua.*

60 *Sola quaſi poſſeſſio ſufficit, ad hoc vt prelatus poſſit procedere per cenſuras.*

61 *Non obſtante litis pendentia poteſt epiſcopus tueri iura ſua.*

62 *Poteſt prelatus defendere ſuam poſſeſſionem etiam dubiam, validitas cenſurarum dependet ex futuro euentu.*

63 *Pendente lite poteſt prelatus agere interdicto vti poſſidetis.*

64 *Propter negationem partis aduerſæ, non debet prelatus detineri vti iure ſuo.*

65 *Poſſeſſio contra ius eſt manutenibilis.*

66 *Quando dubitatur an prelatus ſit in quaſi poſſeſſione, quid facere debeat.*

67 *Prelatus excommunicans ſi non exiſtit in poſſeſſione, an poſſit in expenſis condemnari.*

68 *Iuſtam cauſam procedendi, quando dicatur habuiſſe prelatus. & num. 69.*

70 *Dolus, & ignorantia arguit prelatum non habuiſſe iuſtam cauſam procedendi.*

71 *Formula cenſurarum extraiudicialiter ferendarum, & num. 72. & 73.*

ARGVMENTVM.

An, & quomodo Prælatus pro ſua ſuorumque, & eccleſiæ iurium, & bonorum defenſione, poſſit vti cenſuris, procedendo extraiudicialiter aduerſus occupantes.

CAP. LXI.

CVm iura omnia
vim vi repellere, cunctisque
ſe, & bona ſua
tueri permittant, *l. vt vim, ff. de iuſt. iur. l. 1. §. vim vi, ff.*
de vi, & vi arm. l. ſcientiam, §. qui
cum alii, ff. a l. acquil. cap. olim de reſt.
1 *ſpol. cap. ſignificaſti el 2. de homicid. c.*
cap. ſi vero, de ſent. excom. cap. ius naturale, 1. diſt. clem. 1. de foro compet.
Et plerumque contingat, vt aduerſus
nimiam potentiam ſufficiens defenſio
non ad ſit, *l. tertia. ff de alienat. iud. mutandi cauſa facta*, merito poſſunt eccle
2 ſiatum Prælati ſpiritualiter, (gladio videlicet eccleſiaſtico vtendo) iura, &
bona eccleſiæ (uæ extraiudicialiter, &
forma iuditij non adhibita, ſed vti
pars ſe defendens, ab inuaſoribus defenſare, *cap Dilecto, & cap. venerabilibus, §. attamen, & vtrobique, Doct. de ſent. excom. lib. 6. Innoc. in cap. venerabili, ſub num. 4. verſic. item dicunt, de cenſibus, quem ibi* Doctores *pari conſenſu ſequuntur, & ſignanter, Butr. num. 10. verſic. his viſis proſequor, Abb. num. 3. verſic. & per prædicta, & iterum* Butr. *in cap. cum veniſſent, num. 10. verſic. ſi vero procedat extraiudicialiter, Gem. in cap. cum perſonæ, num. 2. verſic. per hanc remiſſionem, de priuileg. lib. 6. Soccin. in cap. ſacro, num. 366. de ſent. excom. & in tract. viſitationis, verſ. ſed iuxta materiam, & iterum Abb. in cap. cum ſit generale, ſub num. 9. verſic. ſed contra hoc multum facit, de foro compet. Maranta par. 4. verſic. ſæculare, vel eccleſiaſticum num. 26.* Borgnin. *deciſ. 28. nu. 40. par. 1.*
3 Etenim ſicuti eccleſia aliorum iura
turbare non intendit, ita afferentibus
præiudicium iuribus ſuis, moderata
auctoritatem reſiſtit, violẽtos ſi quidẽ
exer-

exercere, non eſt contra legem agere,
ſed legi afferre ſubſidium, *cap. 2. de
priuileg.*

4 Cum autem diſpoſitio *d.cap. Dilecto*
ſit vſu frequentiſſima, in ciuſque in-
intelligentia Viros alioqui Doctiſſi-
mos errare viderim, ideo quo facilius
ſingula ſuccedant, ad eius ingreſſum
Quæro, cum Prælatis eſſet conſultum,
vt poſſent bona, & iura eccleſiæ iudi-
cialiter tueri, quæ vtilitas reſultat
5 ex hac facultate procedendi extraiu-
dicialiter? Et quidem vtilitas eſt du-
plex, Prima quia vbi Prælatus proce-
dit vti iudex, non ante poteſt iura ec-
cleſiæ tueri, quam liqueat an poſſit eſ-
ſe iudex in cauſa propria, de quo atti-
6 culo, non parum diſputant, *Doct. in
cap. venerabili de cenſibus.* cum alius
quos copioſe refert, *Surd. conſil.* 50.
lib. 1. at quando procedit extra iudi-
cialiter, ex quo non procedit vti iudex
ſed tanquam pars ſe defendens, po-
teſt citra omnem controuerſiam pro
cedere, nullo etiam adhibito iuris or-
dine, *Innoc. in d. c. venerabili, num.*
5. *Butr. col. 4. in fine, uerſic. per hoc*
7 *concludit. Abb. num. 3. uerſic. & per
prædicta, Anchar. num.* 8. *Soccin. de
uiſit. num. 16. in fine.*

Ex hac prima vtilitate plura vtiliter
deducũtur, & Primo deducitur quod
prælatus extraiudicialiter procedens,
8 nõ poteſt recuſari tãquã ſuſpectus,
nam cum non procedat vti iudex, ſed
vti pars, ſuſpitio cadit in iudicem,
non in partem, vt in ſpecie ſcribit,
*Butr. in cap. cum ueniſſent, ſub num. 10.
uerſic. hac uera, de iudic.* cui ſuffraga-
tur, quod (vt mox infra dicetur,) in
tali caſu, non admittitur appellatio,
9 atque ideo tanto minus recuſatio, *c.
super eo el 2. §. in cauſis de appell. & ibi*
Dec. *num 29. uerſic. nam prima, cap.
cum speciali in princ. uerb. fruſtratoriæ
recuſationis, eodem tit. & ibi, Anchar.
num.* 4.

Et pari ratione deducitur Secundo,
quod non tenetur admittere alias ex-
ceptiones exaduerſo appoſitas, con-
10 tra perſonam ipſius Prælati, etiam ſi
opponatur exceptio excommunica-
tionis, *Innoc. in d. cap. Venerabili, ſub
num.* 3. quem ibi ſequitur *Butr. col. 4.
circa med. uerſic. poſtea* Innoc.

11 Deducitur Tertio, quod prælatus
non tenetur admittere partem ad ap-
pellandum quia ſi appellatio admitte-
retur, eccleſia remaneret interim iure
ſuo ſpoliata, *Innoc. loco cit. uers. ſolue
ſi* Epiſcopus *exequitur, & ibi Abb. nu.
3. uers. 1. caſu Soccin. de uiſit. nu. 16.
uers. 1. caſu concludit*, & alii ſupracita-
ti, quibus addi poteſt *Genuen. in praxi,
cap. 18. sub nu. 1.*

12 Deducitur Quarto, quod prælatus
extraiudicialiter procedens non tene-
tur admittere partem, ad probandum
iura ſua, neq. tenetur probationẽ obla
tã recipere, tum quia, vt ſupradictum
eſt, dum fieret probatio eccleſia rema-
neret iure ſuo ſpoliata; tum etiam
quia cum prælatus procedat vti pars
non poſſet de releuantia probationum
13 iudicare, Innoc. *Butr. Anchar.* Anan.
*& Abb. in d. cap. uenerabili, Soccin. in
d. tract. de uiſit. ſub nu. 16.*

14 Hęc quarta deductio patitur ali-
quam difficultatem, ex *cap. cum per-
ſona de priuileg. lib. 6.* vbi ſi Epiſcopo
viſitanti excipiatur de exemptione,
ex priuilegio, vel præſcriptione, tene-
tur recipere probationes, & tamen
prælatus ibi non procedit, vti iudex,
vt cenſuit, *Abb. in d. cap. uenerabili, in
fine Socc. in d. tract. de uiſit. ſub nu.* 16.
inferentes propterea; quod per ſu-
peruenientem diſpoſitionem, *d. c. cum
perſonæ*; dicta per *Innoc. in d. cap. ue-
uerabili* in aliqua parte ceſſant.

15 Ego arbitror inter diſpoſitionem,
d. cap. cum perſona, & concluſionem
firmatam ex doctrina *Innoc.* hoc inte-
reſſe, quod *cap. cum perſonæ* procedit,
vbi prælatus inſtat oſtendi ſibi iura
ex quibus exemptio prætenditur, vt
ſatis declarant, verba illa, *à locorum
ordinariis requiſiti oſtendere, & ad le-
gendum integraliter exhibere, & tran-
ſcriptum tradere teneantur*, Doctrina
autẽ *Innoc.* vindicat ſibi locũ, vbi præ-
latus non inſtat pro exhibitione priui-

legiorum, ſed procedit ſimpliciter iura eccleſiæ tuendo, & ſubditus illi reſiſtit, & petit ſe admicti ad probandum, tunc enim quia dilatio probationis poteſt parere prçiudicium eccleſię non tenetur illam admictere ex hactenus allegatis.

16 Fateor quod etiam vbi prælatus procedit iura eccleſiæ tuendo, ſi probationes ſibi offerantur in promptu debet eas inſpicere, non vti Iudex, (quia vt ſupradictum eſt, non poſſet, in cauſa propria iudicare) ſed ad informandum animum ſuum, vt inſtructus magis deliberate poſſit quomodo debeat procedere, nec ob id dicetur minus extraiudicialiter procedere, *Innoc. in d. cap. venerabili, col. pen. verſ. item tales quæſtiones, Butr. col. 4. verſic. ſed hoc non placet, Abb. circa finem, verſic. dicit enim, Soccin. de viſit. num. 16. verſic. quare conſulalt.*

17 Quinto, Deducitur quod vbi prælatus procedit extraiudicialiter tuendo iura ſua, poteſt ferre cenſuras, etiā extra territorium ſuum, quia taliter procedendo, non intelligit, niſi ſe defendere, quæ defenſio, non eſt reſtricta, ad certum locum, Gem. *in d. cap. venerabilibus, in princ. num. 6. & 7. ibi* Franch. *nu.* 3. *Stephan.* Coſta *num.* 10. *verſic. ex hoc inſertur.*

18 Sexto Deducitur, quod neque cogitur partes monere, *Gem. in d. cap. dilecto, num. 7. verſic. quæro, an requiratur monitio, & ibi Franch. num. 3. & ante num. 6. Stephan. Coſta, nu. 14. Lapus allegat. 73. num. 3. Felin. in cap. 1. num. 9. de iudic. & in cap. ſacro, num. 6. de ſent. excom. Abb. in cap. reprahenſibilis, num. 6. & ibi Dec. num. 4. de appell. Soccin. in d. c. ſacro, num. 366. & in tract. de viſit. num.* 16. & hæc eſt communis opinio.

19 Contrariam tenet, Couar. *in cap. alma mater, par. 1. §. 9. num. 6. verſic. hinc deduci poteſt*; At prior opinio, ſicuri eſt frequentior, ita verior, nam cum prælarus in hac ſpecie procedat vti pars formalis, defendens ſe, & bona ſua ab Inuaſione, equidem reiiciuntur omnia, quę inuaſioni poſſunt præbere fomentū, veluti probatio, appellatio, recuſatio, & conſequenter etiam neceſſitas monitionis, alias ſi illa requireretur neceſſario, remedium hoc procedēdi extraiuditialiter, quod eſt præparatū ad occurrendum violentiis de facto eſſec otioſum, quippe dū fieret monitio, bona occuparentur, ne igitur contingat dum Romæ conſulitur ſaguntum expugnari, dicendum eſt monitionem non eſſe neceſſariam.

20 Fateor, quod ſi quando monitio fiere poſſet; ſine periculo occupationis, tunc Prælatus procederet Vrbanius, nec ideo diceretur procedere iuditialiter, ſed remaneret nihilominus actus extraiuditialis. Vnde ſi Prælatus timet ſe ab aliquo turbari, & nolit de nimia properatione redargui, poterit illum monere, ſaltim per edictum, cuius forma poterit prout infra concipere.

21 Omnibus, & ſingulis ſua intereſſe putantibus harum ſerie ſignificamus. qualiter inter cetera bona, ſeu iura, quę ad menſam eccleſiæ noſtræ pleno iure ſpectant, & in quorum pacifica poſſeſſione reperitur, adſunt bona. ſiue ius quodam viſitandi vel exigendi &c. cuiquidem poſſeſſioni nomine de eccleſiæ inherentes eam continuare, ac remediis oportunis, etiam per cenſuras extraiuditialiter procedēdo defēdere, intendimus & tueri, & ne de prædictis ignorātia prætēdi poſſit ab aliquo; prçſētes fieri iuſſimus, & ad valuas eccleſię noſtrę afigi, & publicari. Hac forma ſeruata, ſiquis tanquā bonorum, eccleſiæ occupator, fuerit excommunicatus neque de monitione conqueri, neque ignorantiam iurium eccleſiæ allegare poterit, & hæc quoad primam vtilitatem, quæ reſultat, ex facultate procedendi extraiuditialiter.

22 Secunda eſt vtilitas, quia vbi contingerit apud ſuperiorem cenſuras de iniuſtitia redargui, Prælatus geret perſonam rei, qui eſt actore fauorabilior, *l. fauorabiliores, ff. de reg. iu.* ex-

ex litteris de prob. & in ſpecie tradunt *Innoc. in d. cap. Venerabili ſub num. 5. verſ. Item erit* Deus, *Butr. col. 3. in fine, verſ. & per hoc concludit, Anchar. num.* 8.

His ita prælibatis concluſio ſupra conſtituta, nempe poſſe prælatum tueri iura eccleſiæ ſuæ, non ſolum iudicialiter, vt iudex, ſed etiam extraiudicialiter per, cenſuras, vti parſ. formalis.

23 Extenditur Primo, vt habeat locum, non ſolum in prȩlatis ordinariis, quorum intentio fundatur de iure communi, vt ſunt Epiſcopi, ſed etiam in illis, quorum iuriſdictio eſt notoria, fundata in priuilegio, aut conſuetudine, vt negari non poſſit, vt ſunt plura capitula, Decani, Atchidiaconi, & ſimiles in partibus vltramontanis, ita firmant Io. *Andr. in cap. cum perſonæ, in princ. de priuileg. lib.* 6. quem ibi ſequitur *Gemin. ſub num. 4. verſic. quæro de quibus; Stephan. Coſta in d. cap. Dilecto, nu. 13. & 19.*

Et hæc opinio aperte probatur in *d. cap. Dilecto*, vbi ſententia excommunicationis erat prolata a Decano Aurelianenſe, & ſic à prælato inferiore.

24 Dixi quorum iuriſdictio eſt notoria, quia ſecus eſſet ſi de iuriſdictione dubitaretur, nam non poſſet procedere neque extraiudicialiter, neque iudicialiter, *cap. cum venerabilis de Religioſis domibus*, *Abb. in cap. cum olim, num. 2. de cenſibus Anchar. conſil.* 310. *nu. 5. Pariſ. conſil. 95. lib. 4.* Rota *apud Seraph. dec. 1278. ſub num. 1. verſ. contrarium tamen, & in Coſtantien. iuriſdictionis, 16. Nouembris 1607. coram Reuerendiſſimo Attubatten.*

25 Extenditur ſecundo, vt procedat, non ſolum in Prælato ordinario, ſed etiam vi Delegato, hoc tantum addito diſcrimine, quod Delegatus antequam agat, tenetur docere de facultatibus
26 ſuis, *l. 1. C. de mand. princ. Butr. &* Anan. *in d. cap. venerabili ille, col. 4. verſ. 4. caſus, hic, num.* 7. Niſi Delegatus ſit Cardinalis cui propter dignitatis eminentiam creditur ſimplici verbo, *cap. cum in iure de offitio delegati, cap. nihilominus 96. diſt.*

27 Extenditur Tertio, vt procedat, ſiue agat, pro defendendis rebus ſtabilibus, ſiue mobilibus, vt cenſuit, & Recte *gloſ. in d. cap.* Dilecto, *verb. occupare*.

28 Extenditur Quarto, ſiue agat pro defenſione rerum corporalium, ſiue incorporalium, & ſic ad defenſionem iurium, *d. cap. dilecto & cap. Venerabilibus*, S. *attamen ibi extraiuditium pro ſuorum defenſione iurium cap. cum perſonæ de priuileg. lib. 6. Innoc.* Butr. *& Anan. in d. cap. Venerabili, & ibi etiam* Abb. *ſub num. 3. poſt. med. & idem in aliis iuribus*.

29 Extenditur Quinto, vt procedat non ſolum, quando agit ad defenſionem bonorum, & iurium eccleſiæ ſed etiam ſi agat pro defenſione iurium, & bonorum patrimonialium ipſius Prælati, vt probat *teſt. in d. cap. dilecto ibi bonis ſuis*, & ibi hoc notant, *Gem. ſub num. 2. Stephan. Coſta, numero* 12.

30 Extēditur Sexto, vt ſi Prȩlatus pōt per cenſuras tueri, bona, & iura eccleſiȩ ſuȩ ac bona parrimonialia, multo fortius poteſt tueri propriam perſonam, ab iniuria, ſiue violentia, *d. cap. dilecto, ibi ſe diſenſare*, & ibi *licuit, ipſi Decano proprio ſibimet ſubuenire ſubſidio*, & tradit, *Butr. in cap. cum veniſſent, num. 11. verſ. in quantum de iudice*. Etenim iniuria vel violentia facta Prȩlaro, intelligitur facta eccleſiæ *cap. nullus, de foro compet. clem. 1. in princ. & ibi vital. num. 6. eod. tit. cap. 1. de maled.*

32 Extēditur Seprimo, vt Prȩlatus poſſit extraiuditialiter procedere, ēt extra ſuum Territoriū quia cū procedēdo exttaiuditialiter, vti pars non intelligat, niſi ſe, & bona defēdere, defenſio, non eſt reſtricta ad certum locū, *Gem. in d. c. venerabilibus in princ.. 6. & 7. Franch. in d. cap. dilecto, n. 3. Stephan. Coſta num. 10. verſ. ex hoc infertur*.

Extenditur Ottauo vt poſſit non

ſolum

ſolum tueri bona, & poſſeſſionem quã
33 eccleſia, vel Prælatus habet, ſed e-
tiam poſſit recuperare amiſſam, dum-
modo rapina ſit manifeſta, & res ſit
preſens, nam poteſt excommunicari,
præuia tantum monitione niſi eam
reſtituat in continenti, *Io. Andr. in d. cap. dilecto, num.* 12. *& ibi Gem. num.* 11. *verſ. tamen, vt dicit melius Franch. in tertio notab.* Et pari ratione
poteſt poſſeſſionem amiſſam recupe-
rare incontinenti, *Innoc. in d. c. Venerabili ſub num.* 3. *in fine de cenſib.*

34 Dixi dummodo rapina ſit mani-
feſta, & res ſit preſens, nam quatenus
manifeſta non ſit, vel res non ſit pre-
ſens debet fieri citatio, ad reportan-
dum intra terminum a Prælato præ-
figendum, alias dicendum cauſam
quare non debet, vti occupator bono-
rum, vel iurium eccleſiæ excommuni-
cari, *Io. Andr. Gem. & Franch. locis relatis*, quos etiam ſequitur *Borgnin. deciſ.* 28. *num.* 42. *par. prima.*

35 Principalis concluſio ſolet nonnul-
lis modis limitari, & primo vt facul-
tas procedendi per cenſuras extraiu-
ditialiter non competat niſi contra
ſubditos, non autem contra forenſes,
Io. Andr. in d. cap. dilecto, ante num. 2. *verſ. dum tamen eccleſiaſticus & ibi Gem. num.* 11. *Franch. num.* 7. *verſ. & tali gladio, Abb. in cap. cum ſit generale, num.* 9. *de foro compet. Borgn. deciſ.* 28. *num.* 39. *&* 46. *par. prima.*

36 Hæc prima limitatio licet tanctorũ
Patrum auctoritate munita, mihi nuſ-
quam probari potuit. Primo quia
omnes ducuntur, auctoritate *Innoc. in d. cap. venerabilis de cenſib. & in cap. dilectus de poenis*, qui tamen hoc
non dicit. Vndi dici poteſt non eſſe
adhibendam fidem teſtibus, quorum
ceſſante auctores, *cap. fraternitatis de heret. cap. licet ex quadam de Teſtibus.*

37 Secundo quia facultas procedendi
extraiuditialiter conceſſa Prelato con
tra occupantes bona, vel iura eccle-
ſiæ, nulla alia ratione eſt conceſſa, niſi
quia vim, vi repellere licet, & quia
lerum que aduerſus temporalem po-
tentiam, ſufficiens defenſio non eſt,
38 vt ſunt formalia verba, *teſt. in d. cap. dilecto*, quæ verba veluti poſita, in
prohemio denotant cauſam finalem
diſpoſitionis, *l. fin. vbi* Bart. *num.* 3. *ff. de hered. inſt.* Dec. *conſ.* 379. *ſub num.* 5. *late ſurd. conſ.* 224. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 299. *ſub num.* 1. *parte* 2. *diuerſ. & deciſ.* 483. *nu.* 1. *par.* 1. *in recentior.*

39 Hæc autem ratio multo magis mi-
litat in forenſe, quam in ſubdito, quia
forenſis facilius poteſt vim inferre,
quam ſubditus, *argum. Auth. multo magis C. de epicopis, & Cler.*

40 Tertio, vbi adeſt violentia, facultas
procedendi extraiuditialiter per cen-
ſuras non requirit de neceſſitate iuriſ-
dictionem, ergo ſtante violentia po-
teſt exerceri, etiam in forenſes, & nõ
ſubditos.

41 Maior propoſitio probatur dupli-
citer. Primo quia poteſt exerceri, e-
tiam extra Territorium, vt ſupra pro-
batum eſt *n.* 32. & conſtat quod ex-
tra Territorium non adeſt iuriſdictio,
l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. l. fin. ff. de off. Praefecti vrbis.

Secundo, quia licet regulariter
prelatus nõ poſſit exercere iuriſdictio
42 nẽ extra dioeceſi, tamẽ vbi adeſt vio-
lentia, poteſt exercere iuriſdictionẽ et
iudicialem, *clem. vnica vbi tradunt omnes de foro compet.* ergo multo ma-
gis extraiuditialiter, quæ ſolam reſpi-
cit defenſionem, & vti talis, non ſu-
biacet ſolemnitatibus, quibus ſubiacet
iudicialis, vt patet ex traditis, ſupra *à num.* 5. *uſque ad num.* 22.

43 Quarto, contra quem nobis, licet
nos, & bona noſtra armis tempo-
ralibus, tueri, contra eundem licet tue-
ri iura, & bona eccleſiæ armis ſpiritua
libus, hęc enim parificantur in diſpo-
ſitione, *d. cap. dilecto, & in cap.* 2. *de priuileg.* At nemo negabit licere nobis
tueri nos, & bona noſtra armis tem-
poralibus contra non ſubiectos no-
ſtræ iuriſdictioni, ſi nos inuadant, *l.* 1. *ff. de ui, & ui armata*, Ergo.

44 His rationibus cum caſus ex facto

inci-

incidiſſet de Anno 1619. In ſacra con
gregatione epiſcoporum Illuſtriſſimi
Patres me informante cenſuerunt ſub
ſtinere cenſuras latas per Prælatum
extraiudicialiter procedentem, etiam
cõtra forenſem. quare, & propter tan-
45 ti Tribunalis auctoritatem, & quia
hæc opinio eſt vrgentibus ſuffulta ra-
tionibus, quo caſu eſt præferenda opi-
nioni multorum, *l. 1. ibi, non ex mul-
titudine, C. de vetere vir. enucleando
Hoſt. Io. Andr. & Reliqui, in cap.
1. de conſt. Bertrand. conſ. 126. num. 6.
vol. 4. par. 1.* ideo ab ea non recedere.

Si quis tamen adherere vellet con-
trarie opinioni eam limitare debe-
bit, ne procedat quando forenſis in-
fert, violentiam in Territorio, tunc
46 enim, quia ſaltim ratione Territorii
ſubiicitur iuriſdictioni, *l. 1. vbi
Doct. C. vbi de crim. agi oportet.* po-
terit contra eum procedi extraiudi-
cialiter per cenſuras, quia non deficit
in excommunicatore iuriſdictio.

47 Et pari ratione eam limitare debe
bit Secundo quando forenſis exiſtens
extra Territorium excommunicato-
ris mitteret, litteras aut homines, qui
violentiã inferẽt in repoſita in Terri-
torio Prælati excommunicatoris, tum
quia hic efficitur ſubditus ſaltim ra-
tione rei ſitæ, *cap. 3. & cap. fin. de
foro compet. l. forma, §. ſi vero ff. de
cenſibus, l. ſi Prædium C. de Prædiis
minor. l. ult. C. de praeſcript. long.
tempor.*

48 Tum etiam quia ſufficit, quod tur-
batio fiat in repoſita in Territorio ex-
communicantis, per ea quæ ſcribit,
*gloſ. in l. unica, C. ubi de poſſeſſione agi
oporteat,* quam ibi ſequuntur, *Bald. &
Salicet. Dec. conſ. 694. pro reſolutione,
num. 13. & 14.* Et in ſpecie hoc
tenet *Dominus Marta, in tract. de
iuriſd. par. 2. cap. 1. num. 9.* & hæc
quoad primam limitationem.

49 Limitari ſolet Secundo ne proce-
dat quando epiſcopus non eſſet in
quaſi poſſeſſione iuris, vel bonorum
ad quæ *agit Rot. deciſ. 7. de ſent. excom.
in antiq.*

Hæc Secunda limitatio, vt ſine
errore tradatur, nonulli ſunt conſi-
derandi caſus. Primus quando Præ-
latus vult agere pro defenſione iuriũ
in quibus habet intentionem de iure
fundatam, & alter non reperitur in
poſſeſſione, & tunc quod non poſ-
ſit agere extraiudicialiter cenſuit,
Borgnin. d. deciſ. 28. num. 40. motus
auctoritate *Innoc. in d. c. Venerabili*
50 *ſub num. 5. col. fin. verſ. ſuis autem
Abb. ibid. in tertio caſu, Rota, deciſ. 7.
de ſent. excom. in antiq. Soccin. in tract.
de uiſit. num. 16. Felin. in cap. 1. nu. 2.
col. 2. verſ. limita.*

Sed quicquid ſit viſum, Borgnino,
eſt indubitanter dicendum, quod ubi
Prælatus agit pro defenſione iurium,
aut rerum in quibus habet intentionẽ
de iure fundatam, & alter non eſt in
poſſeſſione, poteſt agere, etiam ſi non
ſit in poſſeſione, quia in tali caſu ſuf-
ficit ſola iuris aſſiſtentiæ *omnes Baſi-
licæ, 16. q. 7. capitulo conquerente de
off. ord. capitulo cum epiſcopus eod. tit.*
51 *lib.* ex qua reſultat poſſeſſio præſum-
pta, quæ quando non redditur turbi-
da ex actibus contrariis, ſufficit, vt
illi detur manutentio, *cap. cum perſo-
ne §. fin. de priuileg. lib. 6. Verall. de-
ciſ. 306. par. 1. Rota, deciſ. 145. nu.
6. par. 2. & deciſ. 491. num. 2. par. 1
in recentior. Et in Coſtantien. iuriſdictio
nis 18. Maii. 1611. coram* Reuerendiſ.
*Attubatten. & in Brittorien. tertia
Aprilis 1609. coram eod.*

52 Non .n. vt Prælatus dicatur in qua
ſi poſſeſſione iurium in quibus habet
intentionem de iure fundatam requi-
retur actus poſſeſſionis poſitiuus in
quocumque actu ſed poſſeſſio vnius
actus trahitur ad omnes alios in qui-
bus alter non reperitur in poſſeſſione,
*Innoc. in cap. dilectus, num. 3. verſ.
poſſeſſorium ex eo de capell. Monach.
& ibi Hoſt. num. 1. verſ. ex prædictis
& Io. Andr. num. 8. Butr. num. 15.
Boich. num. 11. Abb. conſ. 71. col. fin.
verſ. tertio ad idem, Felin. in cap. audi-
tis nu. 19. in tertia declar. de præſcript.
Rebuff. in Tract. de decim. quæſt. 9.
num.*

num. 4. Menoch. de retinenda, remed.
3. num. 158. *Cephal. conſil.*369.*num.*
15. *& ſeq. Rota apud Verall. deciſ.*
306, *par.* 1. *& deciſ.*17.*num.* 2. *& ſeq.*
par. 2. *& in Aſiſtien. Canonicatus* 14.
Iunii. 1606. *coram Illuſtriſ. D. meo*
Cardinali Sacrato, & in Sipontina
iuriſdictionis 24. *Maii* 1613. *coram*
eod. quæ eſt 491. *num.* 6. *par.* 1. *in*
recentior, & in Tiraſonen. *iuris votan-*
di 4. Febr. 1615. *coram* R. P. D. *Man-*
zanedo.

53 Nèc prædictis obſtant, *Doct.*
per *Borgnin.* allegati ſi quidem
Innoc. loquitur in iuribus in qui-
bus prælatus non habet intentionem
de iure fundatam quia ponit exemplũ
in iure colligendi fructus, ex aliquo
fundo, in quo prelatus non habet iuris
aſſiſtentiam. *Rota* vero magis retor-
quetur in contrarium, quia expreſſe
dicit quod Epiſcopus eſt in poſſeſſione
excommunicandi, quando excommu-
nicat ſubiectum, & ſic ſola ſubiectio
includit poſſeſſionem, & licet ſubiun-
gat ſecus eſſe ſi ſuper poſſeſſione in
qua epiſcopus dicebat ſe eſſe vertere-
tur dubium, hoc tamen debet intelli-
gi, quando dubium oritur ex poſſeſ-
ſione, quam prætendit inferior, quæ
reddit dubiam iuris aſſiſtentiam, &
poſſeſſionem præſumptam epiſcopi,
d. cap. cum perſona de priuileg. & in
iiſdem terminis loquitur Abb. & Felin.
& hæc quoad primum caſum.

Secundus, eſt caſus quando præla-
tus agit pro iuribus in quibus habet
intentionem de iure fundatam, ſed
excommunicatus reperitur in quaſi
54 poſſeſſione faciendi illud pro quo a
prælato excommunicatur, & in tali
caſu non poteſt extraiudicialiter, ſed
ſi vult tueri iura ſua, debet procede-
re iuris ordine ſeruato, ita *Innoc. loco*
cit. col. fin. verſ. ſecus autem eſſet, Butr.
& Abb. ibidem, Rota, *deciſ.* 28. *num.*
43. *pro quibus eſt text. in cap. cum per-*
ſona, §. & priuilegium de priuileg. lib. 6.
55 Ratio eſt, quia ſicuti ſibi permiſſũ eſt
ſuam poſſeſſionem tueri, ita eſt illi pro
hibitum alterius poſſeſſionem inuade-
re, *l. ſi quis in tantum, C. unde vi, l.*
extat, ff. quod met. cauſa, ſeu propiam
56 ſua auctoritate recuperare, *cap. in lit-*
teris de reſt. ſpoliat.

Hoc idem eſſet dicendum, ſi tertius
reperitur, in quaſi poſſeſſione, vel prę-
tenderet locum non eſſe de iuriſdictio
ne prælati, qui vult extraiudicialiter
57 procedere, *Innoc. in d. cap. venerabili,*
ſub num. 4. *verſic. ſi autem contra, &*
ibi Butr. & Anan. *in* 7. *caſu, Borgnin.*
d. dec. 28. *num.* 34.

Hoc etiam eſt dicendum ſi ſimul
cum ordinario habeat facultatem viſi
tãdi, veluti cõtingere ſolet an exequu-
tione vltimarũ voluntatum in quibus
poteſt procedere iudex eccleſiaſticus
& ſæcularis, vt notat *Abb. in cap. nos*
numero quinto, de teſtam. Couar. qui
alios refert, & teſtatur de communi, in
cap. ſi hæres, num. 1, *eod. tit.* in iis enim
prælatus, non poteſt extraiudiciali-
ter procedere, quia non poteſt illum
impedire ſed quilibet viſitare poteſt,
& ſi ſimul eodem tempore concurrãt,
58 qui prius cepit debet finire, & deinde
poteſt Alter incipere, *Innoc. in cap. Ro-*
mana eccleſiaſtica in princ. de cenſibus,
Borgnin. loco cit. ſub num. 45.

Tertius, eſt caſus, quando agit pro
iuribus aut rebus in quibus non habet
intentionem de iure fundatam, nec eſt
in quaſi poſſeſſione, & tunc præ-
latus agere non poteſt extraiudi-
59 cialiter, etiam ſi in veritate res, aut
ius ſpectares ad ipſum, *Innoc. in d. c.*
venerabili, col. fin. verſic. ſecus autem
ſi Epiſcopus, *Butr. col.* 4. *verſic. octauus*
caſus.

Vnde infertur, quod ſi prelatus præ-
tendat viſitare eccleſiam exiſtentem
in aliena diæceſi, vel ab ea ſibi deberi
procurationem, vel ad ſe ſpectare ius
colligendi fructus ex aliquo fundo nõ
poterit agere extraiudicialiter, ſed de-
bet experiri iuris ordine ſeruato, *In-*
noc. Butr. & Abb. locis ante citatis.

60 Quartus eſt caſus, quãdo agit pro re
bus, aut iuribus, in quibus nã habet in-
tentionem de iure fundatam, ſed præ-
61 latus eſt in poſſeſſione, ſeu quaſi viſi-
tandi,

tandi, ſiue exigendi, & in tali caſu ſola quaſi poſſeſſio ſufficit, *Innoc. loco cit. Abb. nu. n. 3. verſic. 3. patro*, & coeteri communiter, *Socc. in d. tract. de Viſitat. num. 16. verſic. 1. caſu*.

Extenditur hic Quartus, caſus vt procedat etiam ſi ſuper bonis, aut iuribus pro quibus agitur pendeat lis coram alio iudice, nam poterit non obſtante litis pendentia tueri propriam
61 poſſeſſionem, tum quia pendentia litis non impedit, vt quis interim tūc poſſeſſione vtatur, ſed vt nouā acquirat, *c. 1. in fine, vt lite pend. Innoc. in d. c. venerabili ante nu. 3. verſ. vel etiam ſi Epiſcopus, & ibi Butr. col. tertia, in princ.*

62 Tum etiam quia prælatus poteſt extraiudicialiter per cenſuras tueri poſſeſſionem, etiam dubiam, quamuis validitas cenſurarum dependeat, ex futuro euentu, *Innoc. loco cit. col. 3. verſic. & ſi poſtea apparebit Butr. col. 3. in princ. verſic. 2. caſus, Abb. num. 3. caſu.*

63 Tum denique, quia ſicuti, quando lis pendet iudicialiter coram alio iudice prælatus poteſt agere interdicto vti poſſidetis, *d. c. 1. vt lite pend. l. 1. ff. vti poſsid. §. retinendæ, inſt. de interd.* ita quando procedit extraiudicialiter, poteſt per cenſuras compeſcere turbantes, *Innoc. loco cit. ſub num. 3. verſic. vel dic melius, quod ſi in iudicio.*

64 Additur quod quemadmodum per negationem, prohibitionem, aut appellationem partis, non tenetur prælatus detinere vti iure ſuo, *l. ſi fundum, C. cred. uend. pign.* ita non tenetur deſinere vti quando procedit extraiudicialiter, *cap. dilecti de maior. & obed.*

65 Et hæc procedunt, etiam ſi poſſeſſio prælati prætendatur contra ius, quia ſicuti hęc exceptio non retardat manutentionem, vbi proceditur iudicialiter, *l. 2. ff. de interd. Abb. in d. cap. 1. vt lite pend. Anan. in d. cap. cum veniret in 1. notab. de conſt. Dec. in cap. cum teneamur, num. 4. uerſic. ſi eam de appellat. & conſil. 103. nu. 1. uerſic. & facit, Rota dec. 41. num. 11. & dec. 50. num. 29. & deciſ. 64. num. 3. par. 2.* ita neque poteſt impedire proceſſum extraiudicialiter, ex allegatis.

66 Quintus eſt caſus quando dubitatur An prælatus ſit, vel non ſit in quaſi poſſeſſione, & tunc ſi ſibi videbitur poteſt differre vti iure ſuo, quouſque de illo liqueat. ſi autem nolit differre, poteſt procedere etiam per cenſuras, ſed earum validitas, vel inualiditas declarabitur, ex futuro euentu, videlicet vt quatenus conſtet Prælatum eſſe in poſſeſſione, cenſuræ ſint validæ, ſi vero conſtet non eſſe erunt nullę, & prelatus in expenſis condemnabitur, niſi iuſtam habuerit credulitatis
67 cauſam, *Innoc. in d. cap. uenerabili, ſub nu. 4. uerſic. ſi autem eſſet iu quaſi poſſeſſione, & ibi, Butr. num. 10. uerſic. ſecundus caſus Abb. num. 3. uerſic. 3. caſu Anan. num. 6. uerſic. tertius caſus Socc. in d. tract. uiſit. ſub num. 16. uerſic. caſu, Rota dec. 7. uerſic. ſecus eſſet de ſent. excom.*

68 Iuſtam autem credulitatis cauſam habuiſſe dicemus, ſi agebat de viſitanda eccleſia, ſita intra fines dioeceſis ſuę, quā poſtea repertum eſt eſſe exemptam, *Innoc. in d. cap. Venerabili. nu. 4. verſ. & ſi poſſet appelit. Butr. ibid. col. 3. in princ. verſ. nota hoc dictum Abb. num. 3. verſ. caſu Soccin. loco cit. verſ ſubdit tamen.*

69 Idem Dicemus, ſi eccleſia non erat in dioeceſi ſed in ſcripturis, ſeu libris archiuii eccleſiæ reperiretur adnotatum prælatum eſſe in quaſi poſſeſſione licet vere non eſſet quia ad iſtum effectum ſufficit ſola credulitas ex aliqua cauſa producta, *ex Doctr. allegatis.*

70 E conuerſo autem dicemus Prælatum non habuiſſe iuſtam credulitatis cauſam ſi fuiſſet in dolo, vel ignorantia ſupina, quæ ſatis colligitur ſi proparte excommunicati ſibi fuiſſet oſtenſus, vel oblatus modus ſecurus amiſſæ poſſeſſionis *Butr. loco cit.*

71 Coeterum vbi contingerit ferre cenſuras extraiudicialiter pro iurium de-

defenſione, formulam concipiat iuxta facti contingentiam, ita tamen, vt vis, vel cõtumacia explicetur, pro qua excommunicatio feratur, veluti pro contumacia, in illum recipiendo ad viſitationem, formula decreti ſit concipi poſſet. Die, &c. Reuerendiſſimus D. N. proſequens viſitationem diœceſis ſuæ acceſſit ad eccleſiam S. N. ſitam in tali loco, vbi reperit. N. eccleſiæ Abbatem, ſeu Rectorem, qui ex quo illum ad viſitandum admittere noluit; Ideo volens extraiudicialiter iura eccleſiæ ſuæ tueri, illum excommunicauit, et vti talis, per cedulones publicari mandauit.

Pro defenſione iuris exigendi.

72 Quia eccleſia cathedrali, N fuit, & eſt in quaſi poſſeſſione exigendi fructus, ex prædio N. cuius fructus ſubripere conatur. N. ideo ad iura eccleſiæ ſuæ tuenda Reuerendiſſimus D.N. præfatum. N. excommunicauit.

Si fructus ſint de recenti ſubtracti, & ſint præſentes potuit excommunicari, niſi eos incontinenti reſtituat, ſi vero non ſunt præſentes, niſi eos reſtituat intra competentem terminum.

Formula Cedulonis.

73 Hic apoſtolica auctoritate excommunicatur. N. eo quia nobis Diœceſim noſtram de more viſitantibus, & ad eccleſiam N. accedentibus auſus fuit noſtris mandatis non obtemperare, & ad hoc, vt vti talis a Chriſti fidelibus euitetur maudamus præſentes per loca publica, & conſueta affigi, &c.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio non eſt de ſubſtantia excommunicationis.*
2 *Excommunicatus denunciandus eſt duplici ratione de qua ibi, & num.* 3.
4 *Interdicti vel ſuſpenſionis facienda eſt denunciatio.*
5 *Denunciatio eſt facienda ab eo qui excommunicauit.*
6 *Etiam ſi ſit delegatus.*
7 *Excommunicator poteſt requirere ordinarios vt denuncient excommunicatum.*
8 *Curiæ praxis refertur.*
9 *Ordinarius ex officio poteſt eos quos ſcit excommunicatos denunciare.*
10 *Requiſiti tenentur omnino excommunicatos danunciare, etiam non viſo proſu num.* 11.
12 *Vbi delictum eſt commiſſum, denunciatio fieri debet.*
13 *Denunciatio vt recte fiat, quæ requirantur.*
14 *In denunciatione an requiratur ſolemnitas.*
15 *Denunciatio fieri poteſt etiam parte non citata.*
16 *Appellatione a declaratoria interpoſita denunciatio fieri non poteſt.*

ARGVMENTVM.

Denunciatio excommunicationis à quo, & qualiter fieri debeat.

CAP. LXII.

Licet denunciatio nõ ſit de ſubſtantia excommunicationis, propterea quod excommunicatio operatur effectus contra excommu-
1 nicatum ante denunciationem, *Archid. Turrecrem. & Prapoſ. in cap. curæ*
1.q.3. Innoc. & reliqui in cap. paſtoralis S. *verum de appell.* nihilominus ſta-
2 tutum eſt eum eſſe denunciandum,
idque duplici ratione. primo, vt poſſit
vitari ab aliis *c. peruenit* 13. *& c. conſuluit de appell. d. cap. curæ, & c. debent*
11. *quaeſt.* 3. *cap. depetentibus* 24. *q.* 3.
3 Secundo, vt rubore ſuffuſus citius
reſipiſcat, & ad pænitentiam perducatur *cap. Parocchianos de ſent. excom. cap.*
1. *de except. lib.* 6. quod, & ſi peculiarius procedat in excommunicatione ſtante diſpoſitione *Extrauag. ad euitanda*, idem tamen eſt in quacunque ſpe-

ſpecie Cenſuræ vt de interdicto eſt
teſt. in d. cap. perueniſ, & in d. cap. Pa.
ſtoralis, §. verum, de appell. & in Clem.
vlt. de cenſib. & de ſuſpenſione eſt text.
in clem. 2. de pænis.

Vt autem tota materia plene liqueat
de infraſcript is erir agendum.

Primo, ad quem ſpectat denuncia-
re excommunicatum.

Secundo, vt recte fiat denunciatio
quæ requirantur.

5 Quoad primum, ſi verſemur in ex-
communicatione lata ab homine, de-
nunciatio eſt facienda ab eo qui ex-
communicationem tulit, is enim habet
poteſtatem exequendi propriam ſen-
tentiam, cap. Paſtoralis, §. verum, de
appell. & ibi Imol. num. 10. Franch.
num. 28. cap. 1. de tregua, & pace, Ar-
chid. Turrecrem. & præpoſ. in cap. cura
11. q. 3.

6 Extenditur primo, vt procedat ſiue
excõmunicator ſit iudex ordinariũs,
ſiue ſit Delegatus, d. §. verum vbi
Imol. num. 10. verſic. idem tamen po-
teſt, Abb. num. 23. Franch. num. 28.
Proſper. Paſett. conſil. 193. num 2. cum
aliis allegatis ſupra eod. lib. cap. . . . in
ſecunda, extenſione.

7 Extenditur ſecundo, vt iudex excõ
municator poſſit requirere ordinariũ,
& alios vt deuuncient excommunica-
tum ab eo, cap. ſignificaſti de off. delega-
ti, Imol. in d. §. verum num. 10. verſic.
8 & ſimiliter mandare poterit, & hoc iu-
re in praxi vtimur in curia, nam vbi re-
laxatur declaratoria ſiue relaxatur ab
ordinario ſiue à Delegato ſolenr re-
quiri omnes ordinarii in partibus, ſiue
ſint Epiſcopi, ſiue prælati inferiores,
quinimmo omnes clerici pro illarum
exequutione, de quo ſtilo meminit
Præpoſ. in d. cap. cura col. 1. circa princ.

9 Extenditur Tertio, vt ſi requſitio
non fiat, poſſit quilibet ordinarius ex
officio pro ſalutæ animarum, denun-
ciare eos quos ſcit eſſe excommunica-
tos, quia pertinet ad curam ſuam vt
euitentur, d. c. cura 11. quæſt. 9. & ibi
Gem. & Præpoſ. Innoc. in d. c. Paſto-
ralis § verum. 1. ſub num. verſic. de-
nunciari Imol. ſub num. 10. verſ. item
aduerte.

10 Extenditur Quarto, vt ordinarii
requiſiti ab excommunicatore debeãt
excommnnicatos denunciare, vt eſt
teſt. in d. c. 1. circa finem, de treg. &
pace.

11 Idque etiam non viſo proceſſu, vt in
facti contingentia reſpondit Sacra con-
gregatio ſuper negotiis Epiſcoperum ſub
die 16. Nouembris 1582. reſpondens
Epiſcopo Tropienſi.

12 Si vero verſemur in excommenica-
tione lata a lege, denunciatio eſt facien
da ab eo ordinario in cuius diœceſi, eſt
delictum admiſſum d. c. 1. de treg. &
pace, qui quidem ordinarius poteſt re-
13 quirere alios prælatos vt excommuni
catos, à ſe, & denunciatos denunciẽt
in propriis diœceſibus, vt eſt teſt. in d.
c. 1. de treg. & pace, & in d. c. cura, & c.
debeat 11. q. 3. et c. de potentibus 25. q. 3.

14 Quoad ſecundum, vt denunciatio
rite procedat, debet continere nomen
excommunicati, & cauſam excom-
municationis d. c. debent, item quod
inſinuetur Parocchianis, & Prefecti-
bus eccleſiæ in loco celebri, publice
legendi proponantur, d. c. Cura 11. q.
3. c. Parocchianos de ſent. excom. & li-
cet antiquitus in denunciatione adhi-
beretur ſolemnitas, de qua in d. c. de-
bent, & cap. ad Apoſtolicæ in figura-
tione caſus, de re iud. lib. 6. & per Cou.
in c. alma mater, §. 8. num. 6. nihi-
lominus ea non vtimur niſi in caſibus
valde grauibus, in aliis vero laudabile
non eſſe priſcam ſolemnitatem adhi-
bere reſpondit Sacra Congreg. Epiſco-
porum ſub Die 27. Martii 1601. re-
ſcribens Epiſcopo Caſertano.

15 Hæc autem denunciatio fieri poteſt
etiam parte non citata vt pluribus
probat. Rom. conſ. 482. num. 5. & ſeq.
Soccin. conſil. 10. poſt nu. 16. inter con-
ſilia Curt. Iun. Dec. in Auth. Caſſa nu.
3. C. de ſacroſanctis eccleſ. et in c. Paſto-
ralis, §. verum nu. 5. & ſeq. de appell. &
ibi Franch. nu. 27. Lancel. de attent. c.
duodecimo, limit. Vigeſima prima, nu-
mero nono, Aegid. deciſ. 411. Verall.

deciſione 424. numero ſexto, et ſepti. mo.

16 Quod eſt, intelligendum dummodo non fiat poſt declaratoriam a qua ſit interpoſita appellatio, quia tunc nõ ſolum requireret partis citationem, ſed eſſet nulla, niſi eſſet facta ſuper notorio, *d.cap. peruenit vbi Doct. de appell. cap. per tuas, de appell. Franch. in d.§. verum num. 27. Alter. de cenſur. diſput. 5. lib. 3. cap. 3. pag. 318. verſ. 3. dubitatur.*

SVMMARVM

1 *Excommunicatus poteſt appellare.*

2 *Excommunicatio eſt omnium pœnarum grauiſſima.*

3 *Reus quantumuis excommunicatus poteſt ſe defendere.*

4 *Effectus duplex appellationis.*

5 *Excommunicatus, ſuper appellatione poteſt impetrare reſcriptum.*

6 *Excommunicatio non tranſit in iudicatum ad effectum abſolutionis obtinendæ.*

7 *Sententia excommunicationis poteſt poſt mille annos retractari, & concedi abſolutio.*

8 *Tranſit tamen in iudicatum quoad alios effectus.*

9 *Excommunicatus non appellans intra decem dies, non auditur niſi per viam querelæ.*

10 *Excommunicatus non appellans intra decem dies non poteſt cauſam introducere coram Metropolitano.*

11 *Metropolitanus non eſt competens in cauſis in quibus quis non auditur niſi per viam quaerlæ.*

12 *Stephanus Coſta reprobatur.*

13 *Excommunicatus non appellans intra decem dies, tenetur abſolutionem petere ab excommunicatore.*

14 *Ratione noui gramaminis poteſt ad Archiepiſcopum appellari.*

15 *Tempus decem dierum quomodo computetur in ſententetia excommunicationis conditionali.*

16 *Abb. Panormit. reprobatur.*

17 *Sententia excommunicationis tranſit in iudicatum quoad præſumptionem iuſtitiæ.*

18 *Monitio ſiue citatio in ſententia excommunicationis non præſumitur.*

19 *Sententia excommunicationis quoad inſtantiam reſpectu tertii non eſt perpetua.*

20 *Excommunicatus poſt decem dies non poteſt ſe defendere in expenſis parti aduerſæ debitis ratione contumaciæ.*

21 *Excommunicatus longo tempore in excommunicatione perſeuerans poteſt moneri, & aliqua pœna grauari.*

22 *Excommunicatus effectus deterior, ex officio debet abſolui.*

23 *Abſolutus cum iuramento de parendo mandatis, ab iniunctione mandatorum ſi appellet non auditur, ſed in priſtinam cenſuram reducitur.*

24 *Ad hoc vt quis dicatur paruiſſe mandatis, an ſufficiat cepiſſe.*

25 *Excommunicatus pro contumacia manifeſta, quomodo abſoluendus.*

26 *Item quo pacto abſoluendus excommunicatus pro contumacia præſumpta.*

27 *Contumacia manifeſta vel præſumpta quæ dicatur.*

28 *Excommunicatus contemnens abſolutionem non auditur appellans.*

ARGVMENTVM.

Ab excommunicatione, An detur appellatione.

CAP. LXIII.

Sit regula conſtituta, excommunicatum appellare poſſe, *capit. per tuas, & capitulo ſacro, de ſent. excomm. capitulo dilecto, & capitulo venerabilibus, & capitulo licet eodem tit. libro ſexto, capitulo paſtoralis, §. verum, c. ad præſen.*

Digitized by Google

ſentiam, et c. ad hæc de appell. Ratio eſt
duplex prima, quia excõmunicatio eſt
omnium poenarum grauiſſima, *d. cap.
ſacro, §. cumque aduerſus, de ſent. ex-
com. capitulo primo, eodem tit. libro
ſexto*, ad quam releuandam, innocens
non debet carere remedio, *l. 1. ff. de ap-
pellat.* Secunda, quia appellans ſe de-
fendit aduerſus ſtimulum ſententiæ,
quæ tranſiret in iudicatum, *cap. intel-*
3 *leximus* cum ibi traditis *de iudic.* reus
autem quamuis excommunicatus, po-
teſt ſe defendere, *capitulo dilecti, &
cap. dilecto, & capitulo ſignificauerunt,
de except. Abb. in capitulo per tuas 40.
num. 7. de ſent. excom.*

4 Cum autem duo ſint præcipue excõ
municationis effectus, alter quod cauſã
deuoluit ad ſuperiorẽ, Alter vero quod
ſẽtẽtiæ effectũ ſuſpẽdit, *Abb. in d. c. ad
reprimendã n. 9. de officio ord.* ideo, de
vtroque erit agendum, & quoad pri-
mo, effectum ille quidem extendi-
tur,

5 **Primo**, vt ſicuti appellatio inter-
poſita per excommunicatum deuoluit
cauſam ad ſuperiorem, ita etiam poteſt
ſuper appellatione impetrare reſcri-
ptum, & appellationem proſequi,
*capitulo ab excommunicato, de reſcript.
capitulo primo*, vbi notant omnes,
de except. lib. 6. cum alijs allegatis, §.
eod. lib. cap. 58. num....

6 Extenditur Secundo, vt ſententia
excommunicationis non tranſeat in
iudicatum ad effectum abſolutionis
obtinendæ, quia in ea verſatur peri-
culum Animę, cuius ratione ſenten-
tia nuſquam tranſit in iudicatum, *cap.
ex litteris de conſt.* & ex *capitulo ſacro,
§. ſi vero iudex de ſent excom.* & tradit
*gloſ. in capitulo ad reprimendam, verb.
ſuſpenditur de off. ord. et in capitulo in-
ter Monaſterium, de re iud. Franch.
in venerabilibus, §. verum, ſub nume-
ro ſecundo verſiculo ſed dic quod hic
non loquitur, & in capitulo qua fronte
numero decimo tertio, verſiculo ottauo,
nota de appell. Abb. in capitulo conſan-
guinei, numero nono, de ſentent. & re
iudic. & ibi Felin. numero ſecundo,
Butr. in capitulo ab excommunicato
numero vndecimo, de reſcript. Alex. in
l. iudex numero decimo, ff. de re iudic.
Maranta in praxi par. ſexta, verſiculo,
et demum ſententia numero 147. et
verſiculo, quandoque appellatur nu-
mero 151. Graff. conſilio ſecundo, nu-
mero decimo nono, et ſeq. lib. quinto, Co-
ſta in tract. de retrotract. caſu 8. cap. 9.
num. 3.*

7 Ideoque poteſt retractari, & abſo-
lutio dari, etiam poſt mille Annos, vt
poſt *Io. Andr. in d. capitulo 1. de ſent.
excom. libro ſexto*, tradit, *Abbas in
d. capitulo ad reprimendam, numero
ſexto, de offic. ord.* & ab hac abſolutio-
ne non datur appellatio, *d. c. ſacro, §.
ſi vero de ſent. excom. c. qua fronte de
ſent. excom.*

Dixi quod non tranſit in iudica-
tum, ad effectum obtinendi abſolutio-
nem, quia quoad alios effectus con-
cernentes intereſſe partis tranſit in iu-
dicatum, ſicuti tranſeunt aliæ ſenten-
8 tiæ; adeo quod niſi appelletur intra
decem dies, excommunicatus dempto
abſolutionis effectu, non auditur, per
viam appoſitionis, ſed per viam ſim-
plicis querelæ, *gloſ. in d. capitulo
ad reprimendam, in fine*, quam eſſe
9 notandam, & communiter receptam
dicit ibi *Abbas ſub numero ſexto, ver-
ſiculo, ſed quoad alios effectus*, &
iterum *Abbas in capitulo conſanguinei,
numero nono, de ſent. & re iud. ibique
Fel. num. 2.*

10 Vnde deducitur Primo, quod ex-
communicatus, qui non appellauit
intra decem dies, ſi ſit ſubditus Epiſco-
pi, non poteſt introducere cauſam,
coram Metropolitano, quia ipſe non
eſt iudex, neque excommunicati ne-
que excommunicatis niſi in cauſis ap-
pellationum, *capitulo venerabilibus,
de ſent. excom. libro ſexto, ex parte,
de verb. ſignif. capitulo Paſtoralis de
appell.* non autem in illis in quibus au-
ditur per viam querelæ, vt in propoſi-
to bene ſcribit *Abb. in capitulo ſacro,*

ſub numero decimo octauo, de ſent. excom. & in d. capitulo ad reprimendam, ſub numero ſexto, verſic. ſed quoad alios effectus, & in d.c. conſanguinei, num. 9. *& ibi Felin num.* 3. quicquid in caute ſcripſerit in contrarium *Stephan. Co-*
12 *ſta, in d. capitulo venerabilibus numero quinto.*

Et conſequenter excommunicatus, non appellans intra decem dies, neceſ-
13 ſe habet petere abſolutionem ab excommunicatore, *Abb. in d. cap. ſacro num.* 58. *& in d. cap. ad reprimendam num.* 6.

Quod eſt accipiendum, niſi ad ſit nouum grauamen, veluti quia petit abſolutionem poſt decem dies, & excommunicator iniuſte eam denegat; Tunc enim ex nouo grauamine
14 poteſt ad Archiepiſcopum appellari, *vt eſt teſt. in cap. per tuas in fine de ſent. excom. Abb. in d. cap. ſacro num.* 18. *verſic. ſed ſi excommunicatus, & in d. cap. conſanguinei, numero nono, verſic. quod limita, & ibi Felin. ſub numero tertio.*

Item eſt accipiendum, niſi verſemur in ſententia excommunicationis conditionalis, quia tunc decendium, non
15 computatur, a die latę ſententię; prout ſolet computari in cæteris ſententiis conditionalibus, *cap. quod ad conſultationem, de ſent. & reiud.* ſed à die purificatæ cõditionis, vel aduentus diei, ſecũdum opinionẽ quã ſequuntur omnes in *d. cap. præterea* excepto, *Panor.*
16 *num.* 8. cuius opinionem improbant, ibi *Franch. & Dec. num.* 7. *Nauar. in Manuali, cap.* 27. *num.* 272. *Couar. in cap. Alma mater, par.* 1. §. 10. *ſub. nu.* 4. *Guterez canon. quaſt. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 25.

Deducitur Secundo, quod ſententia excommunicationis tranſit in iudicatum, quoad proſumptionem iuſtitiæ
17 Etenim quando ab excommunicatione fuit appellatum, licet excommunicatio teneat, tamen non præſumitur, pro eius iuſtitia, atque ita onus illam probandi erit excommunicatoris, quando vero tranſiuit in iudicatum onus probandi iniuſtitiam incumbit excommunicato, *Innoc. in capitulo bona de elect. Abbas in d. capitulo conſanguinei numero decimo, de ſent. & reiud. & ibi Fel.*

Hæc Secunda deductio declaratur ne procedat reſpectu citationis, ſeu monitionis illa enim, ſiue ſit appellatum, ſiue, non ſemper erit ab excom-
18 municatore probanda, quia cum talis ſententia vt plurimum ferri ſoleat in abſentem, non præſumitur monitio, neque citatio, niſi probetur vt colligitur, *ex cap. ſacro de ſent. excom.* per quem ita tradunt *Butr. in cap. quoniã contra num. de probat Abb. in cap. tenor. ſub num.* 10. *verſ. ad idem in ſimili, & in d. cap. conſanguinei num.* 11. *verſ. limita primam partem, de ſentent. & reiud. & ibi Felin. num.* 4. *verſic. Item ſecus.*

19 Deducitur Tertio quod ſententia excommunicationis, quoad inſtantiam reſpectu tertii non eſt perpetua, ſed expirat, *Arch. & Butr. quos refert & ſequitur Felin. in d. cap. conſanguinei num.* 5.

20 Deducitur Quarto ſi excommunicatus poſt decem dies velit ſe defendere ſuper expenſis, qui debentur parti ratione contumaciæ, non auditur *Io. Andr. in d. cap. venerabilibus in gloſ. in verb. querimoniam, Abb. in ſæpe citato cap. ad primendam, ſub num.* 7. *verſ. vnde ſi quis de offic. ord. & in d. cap. conſanguinei. ſub num.* 9. *verſ. uide en ad materiam de sent. et reiud. & ibi Felin. num.* 3. & hęc quoad ſecundam extenſionem,

21 Extenditur Tertio, vt excommunicatus non ſolum admittatur ad appellationem, ſed ſi longo tempore permaneat in excommunicatione, moneri poterit ad parendum, & obtinendam abſolutione alias poteſt aliqua poena grauari, preſertim ſi ſit perſona nobilis, vt in caſu, *cap. fin. de poenit.*

22 Extenditur Quarto, vt ſi quis per

ex-

excõmunicationem efficitur deterior poteſt iudex eam tollere ex officio, & vti alio remedio, quia excommunicatio adhibetur loco medicinę, quæ quando non prodeſt, debet intermitti, & ſanitas alio remedio tentari. D. *Tho. in* 4. *sent. diſt.* 18 *.q. ult. art.* 2. *Io. Andr. in cap. primo num.* 2. *de ſent. excom. lib.* 6. *Abb. poſt. Cald. & Butr. in cap. ab excommunicato num.* 20. *de reſcriptis, & ibi addentes teſtantur de communi, & iterum, Abb. in cap. ad reprimendam sub num.* 6. *de off. ord.*

Principalis concluſio limitatur, Primò ne procedat in excommunicato
23 qui obtinuit abſolutionem prƺſtito iuramento de parendo mandatis, nam ſi mandato recepto, vel ſi aliquid ei mãdetur appellet, nõ erit ad appellationem admittendus, ſed erit in priſtinam cenſuram reducendus, donec mãdatum ſuſceperit, vel ſuſceptum pro poſſe fuerit proſequutus *cap. quæſtioni de appellat.*

An autem ad iſtum effectum ſufficiat cepiſſe exequi mandatum an vero requiratur actus perfectus, conſulen-
24 di ſunt, *Abb. & Franch. d. c. quæſtione Ille ſub nu.* 8. *Hic nu.* 7. *&* 8.

Limitatur Secundo, ne procedat in excommunicato pro contumacia manifeſta, hic enim licet appellet, nihilominus non abſoluitur niſi refectis
25 expenſis, ac præſtita cautione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, *c. venerabilibus* §. *ſecus autem ſi ſe contumacem de ſent. excom. lib.* 6. ibique Franch. *nu.* 4. *verſ.* 8. *nota, Abb. in d. c. quæſtione nu.* 9. *de appell.*

26 Dixi de excommunicato pro contumacia manifeſta, quia ſi eſſet excommunicatus pro contumacia præſumpta, abſolueretur ſtatim expenſis non refectis iuxta formam eccleſiæ, *d. c. venerabilibus,* §. *porro, & ibi* Doct. communiter forma autem eccleſiæ in abſolutione eſt, præſtare iuramentum, de parendo mandatis, *c. ex tenore, & c. cætero, cũ deſideres, vbi gloſ. in verb. niſi forma eodem tit. de ſent. excom.*

27 Quę vero dicatur offenſa manifeſta & contumacia præſumpta, conſulendus eſt *text. in c.* 6. §. *porro, & c. ex parte de verb. ſignif.*

28 Limitatur Tertio, ne procedat in excommunicato qui contemnit abſolui, nam, & hic non auditur appellans, *Cald. & Butr. in c. ab excommunicato, de reſcript.* Fel. *in c.* 2. *ſub nu.* 5. *verſ. nota etiam de iudic.*

SVMMARVM

1 *Pro regula ponitur, quod excommunicatio per appellationem non ſuſpenditur.*
2 R*atio regulæ aſſignatur.*
3 *Ratio rationis affertur.*
4 *Suſpenſio, & interdictum non ſuſpenduntur per appellationem.*
5 *Cenſura lata a legato non ſuſpenditur per appellationem.*
6 A*ppellatio non ſuſpendit abſolutionem cenſurarum.*
7 A*bſolutio etiam iniuſta non ſuſpenditur per appellationem.*
8 A*ppellatio non ſuſpendit conſequutiua cenſurarum.*
9 E*xcommunicatus etiam appellatione pendente priuatur fructibus beneficii.*
10 *Pendente appellatione deueniri poteſt ad grauationem, & reaggrauationem.*
11 A*ppellatio non impedit denunciationem.*
12 E*tiam ſi a denunciatione fuerit iterum appellatum.*
13 A*d ordinarium ſpectat efficere, vt euitentur excommunicati.*
14 *Delegatus Papæ poteſt mandare locorum ordinariis vt denuncient excommunicatos.*
15 A*dmiſſa appellatione non poteſt procedi ad denunciationem.*
16 *Limitatur ſi excommunicatus non eſt proſequutus appellationẽ in tempore.*
17 D*enunciatio poſt inhibitionem facta non ſubſiſtit.*
18 D*enunciatio fieri non poteſt, quando per eam excommunicatus ligaretur durius.*
19 *Durius ligari quando dicatur.*
20 *Nauar. & Humada reprobantur.*

21 *Denunciatio nihil noui addit, ſed declarat actum geſtum.*

22 *Diſpoſitio extrauagantis ad euitanda declaratur.*

23 *Excommunicatus ignoranter pendente appellatione denunciari non poteſt.*

24 *Caſus quo quis ignoranter poteſt excommunicari.*

25 *Sententia excommunicationis ſub conditione lata ſuſpenditur per appellationem, etiamſi conditio extet.*

26 *Iudex proferens excommunicationem in idem vel ſub conditione, non vult vt antequam conditio exiſtat operetur effectum.*

27 *In cenſuris non fit retrotractio temporis.*

28 *Limitatur in ſimonia reali.*

29 *Appellatio an detur ſi debitur ab initio conſentit vt poſſit excommunicari remiſſiue.*

30 *Declaratoria incurſus, & denunciatio illius ſuſpenditur per appellationem.*

31 *Appellatio ſuſpendit declaratoriam habentem annexum factum, ſuper quo iudex potuit decipi.*

32 *Declaratoria lata propter in obſeruantiam, vel ob non paritionem ſuſpenditur per appellationem.*

33 *Declaratoria qua fundatur in facto notorio non ſuſpenditur per appellationem.*

34 *Factum notorium quod dicatur remiſſiue.*

35 *Declaratoria ob non paritionem rei iudicata non ſuſpenditur.*

37 *Appellatio præcedens excommunicationē eam annullat. ampliatur num. 38. limitatur nu. 39.*

ARGVMENTVM.

An, & quando appellatio ſuſpendat excommunicationem.

CAP. LXIV.

Regulariter ſententia excommunicationis per appellationem non ſuſpēditur, *cap. paſtoralis 53. §. verum, verſic. nos itaque de appell. cap. per tuas de ſent. excom. cap. is cui in fine, eod. tit. lib. 6.*
1 *& vtrobiq.* Doct. *comm. ſpecul. de appel. §. in quibus ſub num. 16. verſic. 17. Card. in clem. 1. §. ſi quis autem nu. 10. in fine de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Socin. in cap. ſacro num. 104. de ſent. excom. Abb. in cap. ſæpe contingit num. 15. de appell. Dec. in cap. repræhenſibilis num. 20 de appell. Reboff. in concord. tit. de excommunicationis non vitan. verſic. 54. Maranta in ſpecul. par. 6. tit. de appell. num. 178. Guterez. canon. queſt. lib. 1. cap. 1. num. 90. & 95.* cum aliis quos refert, & ſequitur *Farinac. quaſt. 101. lim. 13. num. 68.* quibus addi poſſunt *Rota dec. 59. alias 424. de appell. in nouis, & apud Achill. deciſ. 4. de ſent. excom. Cappella Thol. deciſ. 300. Nauar in Manual. cap. 25. num. 124. Cened. collect. 42. nu. 1.*

2 Cuius rei rationem ſi queras reſpondet multipliciter *Abb. in d. cap. Paſtoralis §. verum à num. 7. vſque ad num. 14.* vbi quatuordecim adnectit rationes quibus poſt habitis eſt amplectenda illa, quam nobis attulit Summus Pontifex *in d. §. verum, & in d. c. is cui,* videlicet quia excommunicatio trahit ſecum exequtionem; ceteræ namque rationes magis tendunt ad explicandum quare excommunicatio ſecum trahat exequutionem quam cur appellatio non ſupendat. In qua re inter multas rationes ea mihi videtur pro-
3 babilior quod cum vis excommunicationis procedat ex clauium poteſtate magis quam ex iuſtitia cauſæ, vt pluribus probaui *ſupra eod. lib. cap. 1. num. 4.* excommunicatio, & exequutio perficiuntur in eodem inſtanti non ſecus

ac

ac fulminis ictus qui vno eodemque
momento quo creatur infligit vulnus,
quoq; quidem vulnere illato, ſicuti non
eſt in poteſtate vulnerati illum ſanare
niſi adhibita manu medici, ita non
eſt in poteſtate excommunicati dilue-
re excommunicationem niſi adhibita
abſolutione.

4 Principalis concluſio extenditur
Primo, vt procedat in quacunque
ſpeciæ cenſurę ſiue ſit excommunica-
tio, ſiue ſit ſuſpenſio ſiue interdictum
quia quantum ad hunc effectum præ-
dicta non differunt, cap. is cui de ſent.
excom. lib. 6. & ibi gloſ. in verb. ſequen-
tem, & Doct. comm. in cap. ſtatutum
eod. tit. lib. 6. cap. ad hac 37. extra de
appell. & ibi gloſ. in verb. interdictum,
et Doct. paſſim, Lancel. de attent. cap.
12. lim. 23. num. 12.

5 Exteuditur Secundo, vt procedat
ſiue ſententia, ſit lata ab ordinario,
ſiue à Delegato, d. cap. paſtoralis §. ve-
rum, & ibi Doct. & ſignanter Imol. nu.
10. verſic. idem tamen poteſt, Abb. nu.
23. Franch. nu. 28. Paſett. conſil. 193.
num. 2. Lancel. d. cap. 12. lim. 21. num.
14. & 15.

6 Extenditur Tertio, vt ſicuti appel-
latio non ſuſpendit cenſuras, ita econ
uerſo non ſuſpendit illarum abſolutio-
nem, c. qua fronte vbi Doct. & ſignan-
ter Abb. & Franch. volute probat Lanc.
de attent. cap. 12. limit. 23. per totum.

7 Quod procedit etiamſi abſolutio
ſit iniuſta, vt eſt text. in c. venerabilibus
§. ſane ſi de ſent. excom. lib. 6. Abb.
in c. qua fronte ſub nu. 7. verſic. 2. ratio
d. c. appellati, et ibi Franch. nu. 31.

8 Extenditur Quarto, vt ſicuti appel-
latio non ſuſpendit cenſuras, ita neq.
ſuſpendat illa quę habentur vti pars
vel conſequutiua cenſurarũ d. §. verum
vbi Imol. Abb. & Franch. Paſett. &
Lancil. lociscit. & alii infra citandi.

Vnde deducitur Primo quod ap-
pellatione pendente excõmunicatus
9 priuatur fructibus, & diſtributionibus
beneficii nam hoc defluit tanquam ef-
fectus conſequutiuus excommunica-
tionis, d. cap. paſtoralis §. verum, & nos
latius explicauimus ſupra eod. li. c. 14.
vbi lectorem reiicio nobis idem re-
petatur.

Deducitur Secundo quod penden-
te appellatione poteſt deueniri ad ag-
grauationem & reaggrauationem, Rot.
deciſ. 59. de appell. in nouis Milis in
repert. verb. attenta. poſt exequutionem
Lancel. d. c. 12. lim. 21. nu. 16. Scaccia,
de appell. quaeſt. 17. lim. 22. nu. 7.

Deducitur Tertio quod cum denun
10 ciatio ſit pars excommunicationis,
propterea quod ſine publicatione non
tenemur illum vitare, niſi eſſet no-
torius clerici percuſſor extrauag. ad
euitanda Franch. in cap. peruenit el 1.
num. 6. merito appellatio non im-
pedit denũciationem d. §. verum vbi
Imol. num. 10. Abb. num. 23. Spe-
11 cul. & Maranta locis citatis Franch.
in cap. vt noſtrum ſub. num. 4. verſic.
in gloſ. uerb. reuocamus eod. tit.

12 Hæc Tertia deductio procedit pri-
mo etiamſi a denunciatione ſiue pu-
blicatione iterum fuerit appellatum,
Franch. in d. cap. peruenit nu. 6. paſett.
d. conſ. 193. num. 3. in fine Lancel.
d. lim. 21. num. 18.

Procedit Seſundo vt ordinarius po
ſit denunciare non ſolum excommu-
nicatoſa ſe ſed ab alio, quia ad ſuam
13 curam ſpectat vt euitentur, cap. cura
abs Doct. 11. q. 3. Innoc. Imol. Abb. &
Franch. in d. §. uerum.

14 Procedit Tertio vt ſi excommuni-
cator ſit Delegatus à Papa poſſit mãda
re ordinario vt publicet excõmunica-
tum, cap. ſignificaſti de off. Deleg. Imol.
in d. §. uerum in fine, uerſic. & ſimili
mandare poteſt.

Eadem Tertia deductio recipit nõ-
nullas declarationes, & Primo ne
15 procedat quando vel excommunica-
tor detuliſſet appellationi interpoſite
vel appellatio fuiſſet admiſſa per ſu-
periorem, in his enim caſibus ex quo
iuriſdictio excommunicatoris rema-
net ſuſpẽſa, non poteſt procedi ad de-
nunciationem cap. cum. apellationi-
bus de appell. lib. 6. Innoc. in d. cap.
Paſtoralis, §. uerum nu. 2. & ibi Imol.
Abb.

Abb. & Franch. *Lancell. loco cit. num.* 33. *Paſett. conſil.* 193. *ſub num.* 2. *Achill. deciſ.* 4. *nu.*4. *de cent. excom.*

16 Hæc prima declaratio eſt limitanda ne procedat quando appellans eſt negligẽs in proſequendo appellationem ita ut ſinat labi tempora ad proſequendum ſtatuta, vt *cap. licet ubi* Doct. *de sent. excom. lib.* 6.

17 Secundo declaratur ne procedat quando denunciatio eſſet facta poſt inhibitionem, vt pluribus probat *Lancel. de attent. cap.* 20. *lib.* 18 quem nouiſſime ſequitur *Mater. uar. resol. lib.* 1. *cap.* 112. *caſu* 174.

18 Tertio declaratur ne procedat vbi excommunicatus, per denunciationẽ ligaretur in plus quam erat ligatus per ſolam excommunicationem, tunc enim ratione nouis grauaminis qui prouenit ex actu extrinſeco datur appellatio, *d.* §. *uerum* ibi per denunciationem ampſius non ligetur, & ibi notant, *Imol. ſub num.* 10. *uerſic. fallit primo*, Franch. *num.* 25. *uerſic.* 4. *quaritur. Lancel. d. lim.* 21. *num.* 19. *& seq.*

19 Dicitur per denunciationem ligari in plus, quando per eam excommunicatio acquirit qualitatem duriorem, veluti quia ante denunciationem poterat abſolui ab ordinario, poſt denunciationem non poteſt abſolui niſi ab apoſtolica ſede, vt in *cap. tuanos* 19. *de sent. excom.*

20 Vnde falluntur *Nau. in cap. cum contingat remed.*6.*num.*7.*& Humada in l.* 21. *tit.*9.*par.*1.*gloſ.* 1.*a num.*8.*cũ seq.* dum ſcribunt hodie ſtante diſpoſitione extrauag. ad euitanda non poſſe fieri denunciationem poſt ap-
21 pellationem, propterea quod per ſolam excommunicationem non eſt vitandus & poſt denunciationem debet vitari, tum quia denunciatio conſiderata de per ſe nihil noui addit, ſed declarat actum geſtum, *d cap. Paſtoralis* §. *verum de appell. clem. exiui verſic. locum autem de uerb. ſignifi. l. hæredee palam.* §. *ſed & ſi notam ff. de teſtam. l. aſſe toto ff. de hered. inſt.* atque ideo non poteſt dici quod ſola denunciatio addat qualitatem duriorem, niſi in caſu in quo reperiatur de
22 iure diuerſa diſpoſitio in excommunicatione ſola, & in excommunicatione ſimul & denunciatione, vt in *d. cap tua nos.* Tũ etiam quia diſpoſitio *dicta extrauag. ad euitanda* non intendit in aliquo fauere excommunicatis, ſed tota illa diſpoſitio reſpicit fauorem fidelium communicantium cum excommunicatis, Felin. *in cap. Parocchianos num.* 4. *de ſent. excom. Alphonſ. de Caſtro de lege pen. cap.* 5. *verſ. circa iſtos Couar. in cap. alma mater par.* 1. §. 2. *nu.* 11. *Nauar. in cap. primo* §. *laborat in fine de penit. diſt.* 6.

Ex eo ergo quod hodie fideles non arctentur ad vitandum excommunicatum niſi denunciatum, aut notorium Clerici percuſſorem non infertur quod ipſa excommunicatio ſine denunciatione reſpectu excommunicati ſit leuior, aut quod acquirat maius robur ex denunciatione, cum ad ſubſtantiam excommunicationis non ſit neceſſaria denunciatio, *Caſar de Graſſ. deciſ.* 2. *num.* 14. *de ſent. excomm.*

Eadem principalis concluſio limitatur, primo ne procedat quãdo quis
23 fuiſſet excommunicatus ignoranter, nam ſi appellet a die habitæ, notitiæ, pendente appellatione non poteſt denunciari, *Io. Andr. in d. cap. paſtoralis* §. *verum num. Et ibi* Imol. *nu.* 10. *Franch. num.* 26.

24 Dari autem caſum in quo quis excommunicetur ignoranter probatur *in cap. illud & cap. per de cler. excommunicato.*

25 Limitatur Secundo ne procedat in ſententia lata ſub conditione, vel in diem quia ſi ante diei vel conditionis euentum ſit appellatum, appellatis ſuſpendit excommunicationem, & impedit denunciationem, ſiue poſtea impleatur conditio, ſiue nõ, vt eſt *teſt. expreſſus in cap. preterea requiſiti* 50. *de appell.* cuius auctoritate hoc notãt *Innoc. Hoſt. Io. Andr. & Imol. in princ. Abb.*

Abb. num. 3. Franch. num. 4. Boich. in
cap. cum ſit Romana num. 2. eod. tit.
& iterum Io. Andreas, & reliqui in c.
ſi cui §. vlt. de ſent. excom. lib. 6. gloſ.
& Doct. in cap. ad hæc 37. verſic. in-
terdictum de appell. Palud. in 4. ſent.
diſt. 18. quæſt. 1. col. 3. verſic. 6. con-
cluſio Lancil. d. lim. 21. num. 35. cum
ſeq. Couar. in cap. Alma Mater par.
1. §. 10. num. 4. Guterez can. quæſt.
lib. 1. cap. 4. num. 25. Petr. Bell. in
Econim. Can. Claſſ. 3. cap. 4. §. 5. pag.
442. verſic. quartus decimus.

26 Ratio eſt quia dum Iudex profert
excommunicationem in diem, vel ſub
conditione, ſatis declarat mentem ſuã
eſſe ne ante euentum, ſuum operetur
effectum argumento, §. ex conditionali
inſt. de uerb. oblig. & l. cedere diem ff.
de verb. ſignif. atque ideo quando eue-
nit dies, vel purificatur conditio, non
poteſt ſumere veres quia appellatio eã
præcedit nec poteſt fingi lata ante
27 appellationem, quia cenſuræ non re-
trotrahũtur gloſ. in cap. cum quis uerb.
incurris de sent. excom. lib. 6. Innoc.
Io. Andr. & Abb. in d. cap. præterea
40. de ſent. excom. Nauar. in Manual.
cap. 27. num. 202. Couar. & Guterez
locis cit. ille ſub. num. 4. hic num. 23.
et vterque teſtatur de communi. Niſi
forte verſemur in excommunicatione
28 contracta ex ſimonia reali, quia pro-
pter criminis grauitatem retrotrahitur
extrauag. 2. de ſim cum aliis per Coſtam
in tract. de retrotract. caſu 8. cap. 9.
numero 4.

Quid autem ſi debitor ab initio cõ-
29 ſenſerit vt poſt diei vel conditionis
aduentum poſſit excommunicari, an
in tali caſu detur appellatio, conſulen-
di ſunt Doct. in cap. P. & G. de off. De-
legati Couar. d. §. 10. num. 4. ad fi-
nem, Guterez d. cap. 4. num. 26.

30 Limitatur Tertio, ne procedat quã-
do fertur declaratoria incurſus cenſu-
rarum, tunc enim datur appellatio quę
ſuſpendit excommunicationẽ, & im-
pendit denunciationem, Imol. & Fran
ch. in d. §. verum de appell. cum aliis
allatis per Gabr. concluſ. 3. num. 59.
de reg. iur.

Hæc res vt ſine errore tradatur non
nulli ſunt diſtinguendi caſus, primus
vbi declaratoria habet annexum fa-
ctum ſuper quo iudex decipie potuit &
31 tunc appellatio ſuſpendit ſiue ſit de-
claratoria a cenſuris latis ab homine,
ſiue a lege, d. capitulo peruenit et cap.
conſuluit et cap. ſit Romana §. fin. de
appell. Innoc. in cap. primo in fine de
ſequeſtr. poſſ. Card. poſt lapum in clem.
1. §. ſi quis aut quæſt. 2. eod. tit. de ſe-
queſtr. poſſeſſ. et fruct. Imol. in d. §. ve-
rum ſub num. 10. verſic. item hoc ue-
rum Franch. ibid. num. 27. et iterum
Franch. in cap. 15. cui §. ſane verſic.
3. limita. de ſent excom. lib. 6. Felin.
in cap. cum non ab homine num. 12.
verſic. et nota quod de iudic. Dec. in cap.
reprehenſibilis num. 21. de appell. Capic.
deciſ. 1. num. 19. Duenna in reg. 42.
num. 8. verſ. quod tamen eſt cum aliiſ-
que Farinac. quæſt. 101. num. 67. et
per Gabr. concluſ. 3. num. 59. de reg.
iur. Rot. deciſ. ſi ſub num. 3. verſic.
ſed quicquid ſit de appell. in nouis.

32 Vnde deducitur quod declaratoria
lata propter in obſeruantiam, aut non
paritionem literarum vel mandatorũ
apoſtolicorum, ex quo habet annexum
factum in obſeruantiæ in cuius proba-
tione iudex potuit decipi, vel poteſt
dari iuſta cauſa cur parere non tenea-
tur, recipit appellationem, & nego-
tium debet terminari per tres con-
conformes, Rota apud Arebill. deciſ.
4. ſub num. 7. & 17. de ſent. excom.
Put. deciſ. 27. num. 5. & per tot. lib.
6. et deciſ. 100. nu. 3. et 31. par. 1. di-
uerſ. & conſequenter ſi poſt ap-
pellationem ab hac declaratoria,
fiat denunciatio, illa reuocatur, & da-
tur ſimpliciter abſolutio ad beneplaci
tũ Arcbill. loco cit. nu. 9. Marcheſ.
de commiſſ. in commiſſ. oblig. cameræ
part. 1. §. 2. nu. 176. Seraph. dec. 1296.
num. 2.

33 Hic primus caſus declaratur niſi
factum ſit notorium, nam tunc appel-
latio non ſuſpendit d. cap. peruenit et
cap. conſuluit, et cap. cum ſit Romana
§. fin.

§. fin. de appell. Felin. in cap. Rodulphus n. 41. verſic. intellige 2. de reſcript. cum aliis ſupra allegatis.

34 Quomodo autem in tali caſu debeat eſſe notorium, conſulas *Dec. in d. cap. peruenit ſub num. 14. verſic. ſecundo quod dictum eſt.*

35 Secundus eſt caſus quando verſamur in declaratoria cenſurarum latarum ob non paritionem rei iudicatæ & tunc quia declaratoria eſt pars exequutionis rei iudicatæ, *l. 2. C. de exeq. re iud.* merito ſicut ab ipſa exequutione non appellatur, *l. ab exequutore C. quorum. appell. non recip.* ita neque appellatur a declaratoria, *Gem. conſ. 99. ſub num. 1. verſic. quandoque fertur diffinitiua, Ruin. conſ. 45. Contard. in l. unica C. ſi de moment. poſſ. lim. 19. ſub num. 20.* Lancel. *d. cap. 12. limit. 21. num. 32. Rota in Salamantina canonicatus 28. Ianuarii 1564. coram olim Illuſtriſſimo Cardinali Ioanne Aldobrandino, & apud Verall. deciſ. 421. quæ incipit a declaratoria iu manuſcriptis, & deciſ. 101. uum. 32. par. prima diuerſ.*

Hoc idem erit dicendum ſi verſemur in declaratoria cenſurarum latarum contra obligatum in forma cameræ apoſtolicæ, ſiue quod non ſit vera
36 declaratoria, ſed magis denunciatio vt placet *Galleſio de obligation. cam. par. 3. quæſt. 36. num. 44. Marcheſano de commiſſ. par. 1. §. 2. uum. 170.* ſiue quod cũ obligatio habeat exequutionem paratam, *Caſſad. dec. unica de mut. pet.* declaratio poteſt videri pars exequutionis *ex Doct. allegatis.*

37 Quartus eſt caſus quando appellatio præcedit excõmunicationem, ſiue declaratoriam, & tunc appellatio non ſolum ſuſpendit effectum excommunicationis ſed etiam eſt nulla, *cap. per tuas 40. §. nos igitur de ſent. excom. cap. ſolet eod. tit. lib. 6. Rota deciſ. 20. verſic. in quibus appares de appell. in nouis, cap. dilecti 52. de appell. ibique Abb. et Franch. in prima not. gloſ. et Doct. in cap. ad hæc verb. interdictum eod. tit. Ang. conſil. 188. Fraucb. in c. bona memoriæ num. 26. de appell. Pariſ. in c. Apoſtolica num. 30. de except. & conſil. 28. lib. 4. Lancel. de attent. c. 12. lim. 23. num. . . .*

38 Quod procedit ſiue appellatio ſit iudicialis, ſiue extraiudicialis, *d. cap. dilecti, et ibi, Abb. et Franch. in 1. not. Du:nnas reg. 42. ſub num. . . ad finem.*

39 Limitatur niſi verſemur in declaratoria cenſurarum latarum à prælato procedente extraiudicialiter pro defenſione eccleſiæ iuxta ea quæ late tradentur *infra cap. 61.*

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio, reuocatio, et relaxatio quomodo differant.*
2 *Abſolutio ſupponit validitatem excommunicationis.*
3 *Reuocatio excommunicationis ſit ſolo verbo.*
4 *Abſolutio ſimpliciter dari poteſt, reuocatio vero fit vno modo tantum.*
5 *Reuocatio non tautũ excommunicationi, ſed etiam ſuſpenſioni adaptatur.*
6 *Relaxatio ad cẽſuras refertur, & concedi poteſt ad cautelam.*
7 *Ad tollendam excommuuicationem requiritur abſolutio.*
8 *Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.*
9 *Excommunicatio naſcitur ex actu iuriſdictionis, et poteſtatis clauium.*
10 *Mortuo, vel tranſlato excommunicatore, abſolutio datur a ſucceſſore.*
11 *Etiam ceſſante contumacia, et excommunicato parere parato, requiritur abſolutio.*
12 *Excommunicatus qui iu morte oſtendet ſigna pænitentiæ, poſt mortem abſoluendus eſt.*
13 *Opinio Paludaui refertur, et non approbatur.*
14 *Abſolutio poſt mortem dando eſt ab eo qui abſoluere debebat in vita.*
15 *Abſolutus iu articulo mortis, non eſt opus vt poſt mortem abſoluatur.*
16 *Iu mortis articulo ab excommunicatione etiam Papæ reſeruata abſolui poteſt.*

Ab

17 *Abſolutio data in articulo mortis operatur omnes effectus abſolutionis.*

18 *Abſolutio data poſt morte an habeat vim abſolutionis, an declarationis.*

19 *Excommunicatio lata in viuum durat etiam poſt mortem.*

20 *Excommunicatio quos effectus parit poſt mortem, tam reſpectu animæ, quam reſpectu corporis.*

21 *Excommunicatus penitens pugnans de mandato eccleſiæ cum aliis excommunicatis, ſi occidetur indiget abſolutione.*

22 *Excommunicato penitente & ante abſolutionem defuncto, quid faciendum.*

23 *Sola voluntas prælati quod excommunicatus habeatur pro abſoluto, non ſufficit, limitatur in Papa. numero 24.*

25 *Excommunicatio lata quouſque ſatisfaciat an facta ſatiſfactione egeat abſolutione.*

26 *Abſolutio eſt valida etiam ſi forma abſolutionis non impleatur.*

27 *Actus non debet operari vltra intentionem agentis.*

28 *Solus temporis aduentus non tollit obligationem.*

29 *Verba illa (quouſque non ſatisfacit) poſita in excommunicatione quid operentur.*

30 *Index non poteſt ferre excommunicationem ita vt fructus beneficii excommunicato reſeruentur.*

31 *Papa non ſubiacet iuri poſitiuo.*

32 *Excommunicatus vigore conſtitutionis, ſi poſtea conſtitutio illa reuocetur, cenſetur ipſo iure reconciliatus. quod quo pacto procedat, vide num. 33.*

34 *Prouiſio legis trahitur ad præterita.*

35 *Suſpenſio vel interdictũ latum (quouſque ſatisfacerit) ſequuta ſatisfatione non eget abſolutione. Limita numero 36.*

ARGVMENTVM.

Ad tollendam excommunicationem an requiratur abſolutio de neceſſitate.

CAP. LXV.

PRemiſſi primũ oportet dari abſolutionem, reuocationem, & relaxationẽ ex communicationis, quę inter ſe aliquas habẽt differentias.

1 Differunt Primo quia vbi excommunicatio tenuit datur abſolutio; vbi autem non tenet, proceditur per viam reuocationis: quaſi quod tunc vinculum remoueatur prout de facto proceſſit, ita probat, *teſt. in cap. ſacro 48. §. ſi uero de ſent. excom. gloſ. in cap. vnico verb. reuocationem*, & ibi *Gem. num. 6. Anchar. num. 1. verſic. quæro quæ ſit differentia* Franch. *nu. 4.* Abb. *in cap. veniens 28. circa finem de teſtib.*

2 Differũt Secundo quia cũ abſolutio ponat excommunicationem tenuiſſe, merito illa datur ſeruata forma eccleſiæ, de qua, *in d. cap. ſacro, & in d. cap. cum deſideres de ſent. excom.* at cum reuocatio ſupponat vinculum non te-
3 nuiſſe, fit ſolo verbo, & nulla alia ſatisfatione præmiſſa, *d. cap. ſacro §. ſi vero, gloſ. in d. cap. Vnico, de his quæ metuſue cauſa fiunt.*

4 Differunt Tertiò, quia abſolutio dari poteſt ſimpliciter, ſub conditione, & ad cautelam, *cap. 2. de sent. excom. lib. 6.* reuocatio auctorem non fit niſi ſimpliciter, vt docet *Abb. in d. cap. veniens circa finem.*

5 Differunt Quarto, quia abſolutio aptatur tantum excommunicationĩ reuocatio vero aptatur excommunicationi, & ſuſpenſioni, *cap. olim de accuſat. & ibi Hoſt. & Io. Andr. & iterum Io. Andr. in cap. odoardus de ſolut.* Cæterum relaxatio eſt etiam communis omni cenſuræ, & poteſt fieri etiam ad cautelam, *d. cap. venerabilibus §. item ſi ex causa de sent. excom.*

His ita prælibatis ſit pro regula conſtitutum ad tollendum excommu-

nica-

nicationem requiri neceſſatio abſolutionem, ita probat, *teſt. in cap. cum deſideres 15. de ſent excom. ibi niſi abſolutionis beneficium ſequatur, cap. quod in dubiis 30. in principio, capitulo ſacris 38. eod. tit. gloſ. in clem. 1. verb. Donec, in fine de decim. ibique Card. num. 26. verſi. rationem autem diuerſitatis, Vital. num.48.* Abb. *in cap. primo num. 6. & ibi Fel. numero 4. de iudic. & iterum* Abb. *in cap. fin. num. 4. de matr. contract. con eccleſiæ interd. Innoc. Butr. & alii in cap. cum bona de ætate, & qual. Abb. d. in c. cum deſideret num. 5. de ſent. excom. Dec. in cap. primo num. 46. & ibi* Ripa *num. 25. & iterum* Dec. *in cap. ex literis nu. 35. de conſt. & in cap. quæſitioni num. 7. de appell. Couar. que teſtatur de communi in cap. alma mater par. 1. §. 11. n. 5. Galleſ. de oblig. cum quæſt. 37. numero 18.*

Ratio conſueuit multipliciter aſſignari, vt per Doctores, *in d. clem. 1. de decim. & in d. cap. cum bona de ætate, & qualitate.*

8 Mihi tamen videtur ea, quod omnis res per quaſcumq. cauſa, naſcitur per eaſdem diſſoluitur, *cap. primo extra de regul. iur l. nihil tam naturale ff. eod. tit.*

9 At excommunicato naſcitur ex actu iurisdictionis, & poteſtatis clauium, *Abb. in cap. ab excommunicato num. 10. de reſcript. cùm aliis allatis ſupra hoc eodem lib. cap. 1. num. 4.* Ergo debet diſolui, & vacuari per actum ſimilem, & ſit per abſolutionem, *cap. a nobis de ſent. excom. c. venerabilibus, §. porro de ſent. excom. lib. 6. c. vnico de maior. & obed. eod. lib.*

Principalis concluſio extenditur

10 Primo vt procedat etiam ſi excommunicator ſit mortuus, vel ad aliam eccleſiam translatus, aliter de medio ſublatus, nam nihilominus eſt, neceſſaria abſolutio impendenda ab eo qui in eius locum ſucceſſit in iuriſdictione, *cap. Paſtoralis §. 1. de off. ord. cap. vnico de maior. & obed. lib. 6. cap. ſi quis epiſcopus 11. q. 3. Soccin. in cap. inter alia num. 21. de ſent. excom. Suarez diſput 1. num. 14.*

11 Extenditur Secundo, vt procedat etiamſi ceſſet contumacia propter quã excommunicatio fuit inflicta, & excõmunicatum peniteat, & ſit paratus ſatisfacere, ac etiam iuramentum præſtiterit de parendo mandatis, nam his non obſtantibus non erit abſolutus, niſi ſequatur abſolutio actualis, & poſitiua, *cap. quod in dubiis in princ. de ſent. excom. & ibi Abb. num. 2. cap. a nobis 28. in princ. & §. Vnde quantumcunque, & ibi Abb. num. 1. et in cap. cum deſideret, et cap. ſacris eod. tit. de ſent. excom.*

12 Extenditur Tertio vt procedat etiamſi excommunicatus ſit mortuus, & moriens oſtenderit ſigna manifeſta pænitentiæ; licet enim hic per pænitentiam ſit ſolutus apud Deum, tamen quoad eccleſiam remanet ligatus, ideoque eget abſolutione, *d. cap. a nobis 28. et cap. ſacris 38. de ſent. excom. vtrobique Doct. communicatio cap. is cui eod. tit. lib. 6. Alphonſ. de Caſtr. de iuſta hæret. punit. lib. 6. c. 20. Couar. in cap. alma mater §. 11. ſub num. 8. Nauar. in ſum. cap. 26. numero 32.*

13 Contrarium quod modo excommunicatus deceſſerit in charitate excommunicatio morte tollatur, tenuit *Palud. in 4. diſt. 18. quæſt. 1. art. 1. num. 8.* inferens propterea poſſe ſecluſo ſcandolo fieri praticipem ſuffragiorum eccleſiæ.

14 Retenta prima opinione quæ iuribus apertiſſimis, & communi eccleſiæ vſu probatur illa quidem extẽditur vt abſolutio poſt mortem non poſſit impendi a quocunque, ſed debeat dari ab eo qui debebat abſoluere in vita, *d. cap. à nobis, vbi Doct.* & ſignanter *Abb. in 6. not. Couar. loco cit. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 271. Suarez de Cenſur. diſput. 7. Sect. 1. num. 7.*

Eadem opinio declaratur vt procedat ſi excommunicatus deceſſit cum
15 ſignis manifeſtis penitentię, cæterum ſi vltra ſigna fuerit etiam abſolutus per-

per ſacerdotem in mortis articulo
non eſt opus alia abſolutione poſt
mortem, etiam ſi excommunicatio
16 fuiſset reſeruata Papę, *capitulo non-
dubium*, & *capitulo quod de his*, *ca-
pitulo à nobis*, *vbi gloſ. in verb. non
poterit*, & *capitulo ea noſcitur*, *de
ſent. excomm.* D. *Thom. in quarto
diſtinct. vigeſima quæſt. prima*, *arti-
culo primo*, *Couar. loco cit. ſub nume-
ro octauo*, *verſiculo quod ſi mortuus*.
& merito quia abſolutio in mortis ar-
ticulo eſt vera abſolutio procedens ex
ampla iuriſdictione omnibus ſacerdo-
tibus in tali caſu delegata, quę propte-
17 rea debet operari omnes abſolutionis
effectus, *d. capitulo ea noſcitur*, & *capi-
tulo non dubium*, Concil. *Trid. ſeſſ. de-
cima quarta, capitulo 7. Suarez loco cit.
num. 7.*

18 Dubitari contingit An abſolutio
quę datur mortuo habeat vim abſolu-
tionis, vel declarationis. Et quod ha-
beat vim declarationis, qua denun-
ciatur eccleſię militanti illum in gra-
tia, deceſſiſse cenſuit *Turrecrem. in ca-
pitulo quod autem, 24. quæſt. 1. Abbas
in d. capitulo à nobis, ſub numero vn-
decimo, verſiculo ſolue concludendo*;
*Nauar. d. capitulo vigeſimo ſeptimo,
numero 271. Couar. in cap. Alma
Mater*, S. *vndecimo, numero octauo*,
*Alphonſ. de caſtro, lib. ſecundo, de
iuſta haret. punit. lib. ſecundo, capitulo
vigeſimo*.

Quo non obſtante dicendum eſt,
quod licet mortuus nequear excom-
municari, *capitulo de communione*,
capitulo ſane, & *capitulo legatur*, *vi-
geſima quarta quæſt. ſecunda*, *Abbas
in d. capitulo à nobis, numero vndecimo,
19 de ſent. excomm.* nihilominus excom-
municatio lata in viuum durat etiam
poſt mortem, *d. capitulo à nobis*, &
cap. ſacris. ac proinde operatur ali-
quot effectus, tũ reſpectu corporis, tum
20 etiam reſpectu animæ. Reſpectu cor-
poris, quia inhabilitat illud ad ſepultu-
ram eccleſiaſticam, & ad alia multa
a nobis plene cumulata ſupra hoc
eodem *lib. capitulo* 60. vbi oſtendi-
mus vim excommunicationis durare
etiam poſt mortem. Reſpectu animæ,
quia ante quam ſequatur abſolutio e-
tiamſi deceſserit cum ſignis manife-
ſtis pænitentię; nihilominus quia eſt
ad huc ligatus quoad eccleſiam,
d. capitulo à nobis, & *capitulo ſa-
cris*, non eſt particeps communium
orationum, & ſuffragiorum eccleſiæ,
*Abbas in d. capitulo ſacris, in quarto,
notab.*

Ad propoſitum ergo abſolutio in
tali caſu non poreſt dici ſimplex de-
claratio, ſed relaxatio vinculi, quod
durat ex præcepto eccleſiæ quo ad
animam, & corpus, vt cenſet, &
recte *Suarez de Cenſur. diſput. ſepti-
ma, ſect. prima, ſub numero quar-
to*.

21 Extenditur Quarto, vt procedat
etiam ſi excommunicatus pænitens
erroris pugnauerit, de mandato
eccleſiæ contra alios excommunica-
tos, & in hoc bello deceſſerit, nam
adhuc niſi ſequatur abſolutio rema-
net excommunicatus, *d. capitulo ſa-
cris, vbi notant omnes*.

22 Quare excommunicato deceden-
te ante abſolutionem, praxis eſt vt ca-
piatur informatio, & probetur quod
deceſſerit cum ſignis pænitentiæ, &
deinde abſoluatur defunctus iuxta
formam traditam in *d. capitulo à No-
bis, de ſent. excom.*

23 Extenditur Quinto, vt procedat
etiamſi excommunicator velit excom-
municatum haberi pro abſoluto, quia
non ſufficit voluntas excommunicato-
ris niſi ſequatur abſolutio poſitiua ſi
ſumus in prælato, ſecus ſi verſemur in
Papa cuius voluntas ſufficit pro abſo-
24 lutione, *Abb. in cap. cum deſideres nu.
3. verſiculo ſecundo nota*, & ante
eum *Io. Andr. ibi numero quarto*,
Butr. numero duodecimo, *Anchar. nu-
mero 7.*

25 Extenditur Sexto, vt procedat
etiamsi excommunicatio fuerit lata
ad tempus, veluti donec, & quouſq.

ſatisfecerit, nam nihilominus ſequuta ſatisfactione requiritur abſolutio, alias remanet excommunicatio, *gloſ. in d. clem. prima*, *verb.* Donec, *de decim. et ibi* Card. *numero vigeſimo ſexto*, *Vital. numero* 48. *et iterum gloſ. in clem. praſenti verb.* Donec *de cenſibus, & in capitulo cum tu verb. donec; de vſur.* Archid. *in capitulo decenter* 84. *dixt. Gemin. in capitulo ſiquis autem, decima octaua dixt. Innoc. & Butr. &* Abbas *in capitulo. bene, de ætate, & qualit. cum aliis allegatis numero primo*, quibus additur Alter. *de* Cenſur. *lib. quarto, diſput. prima, capitulo primo pag.* 381. *cum ſeq.* Suar. *diſput. ſeptima, ſect. prima, numero vndecimo.*

Contrariam opinionem quod quinimmo ſequuta ſatisfactione ceſset excommunicatio nec requiratur abſolutio, tenent *gloſ. in capitulo fin. verb. donec ſeparentur, de matrim. contract. contra interd. Eccleſiæ Paul. Eleaz. & Imol. in d. clem. prima verb. donec, de decim.* Alciat. *in capitulo primo, nu. ſexto, de iudic.* quos probat *Couar. in d. capitulo Alma Mater par. prima, §. vndecimo, ſub numero quinto, in fine, & numero ſexto, de ſent. excom.*

Rationes quibus mouentur ſunt infraſcriptæ. Prima, quia nulla alia ratione concluditur excommunicationem latam ad certum tempus, vel ſub conditione lapſo tempore, vel impleta condictione non tolli ſine ab-
26 ſolutione, niſi quia ad tollendum excommunicationis vinculum eſt neceſſaria forma præſcripta per ſacros Canones.

At hæc ratio non eſt bona quia abſolutio eſt valida etiam ſi forma abſolutionis non impleatur *d. capitulo cum deſideres, de ſent. excomm. et ibi gloſ.* & cæteri communiter, *D. Ant. in tertia, par. tit. vigeſimo quarto, capitulo* 77. *Silueſt. in verb. abſolutio* 3. *ergo*.

Secunda eſt ratio, quia Iudex proferendo excommunicationem ſub hac forma donec ſoluerit ſatis declarat animum ſuum eſſe vt excommunicatio eatenus afficiat quatenus ceſſatur in ſolutione quia eius intentio fertur tantum ad ſolutionis effectum, ergo adueniente
27 ſolutione debet ceſſare excommunicatio, alias illa operaretur vltra intentionem agentis, quod in iure non admittitur *l. non omnis, ff. ſi cert. l. obligationum ſubſtantia, §. non ſatis ff. de action. et oblig.*

Quibus non obſtantibus non eſt recedendum à communi ſententia, quæ mihi duplici ratione probatur. Primo, ſicuti ceſſante contumacia non ceſſat excommunicatio inflicta propter contumaciam, *d. capitulo cum deſideres, capitulo quod in dubiis, et cap. ſacris de ſent. excom.*

Ita ceſſante cauſa non ſolutionis non ceſſat excommunicatio inflicta ob non ſolutionem, cum nequeat dari ratio diuerſitatis, quare magis debeat remanere in vno caſu quam in alio.

Secundo, idem comprobatur ex optimo ſimili, nam ſicut vbi ſemel obligatio eſt contracta, etiam ſi ſit contracta ad tempus nihilominus ſuapte natura eſt perpetua, ita vt ſo-
28 lus temporis aduentus eam non tollat, §. *At ſi ita ſtipuleris inſtit. de verb. oblig. l. obligationum fere* 44. *ff. de action. et oblig. vbi Paul.* iure conſultus ſubiicit rationem videlicet quia quod alicui deberi cepit, non poteſt niſi iis ipſis modis qui ab eodem iure inſtituti ſunt deſinere deberi, ita ſemel eſt contracta excommunicatio, etiam ſi ſit ad tempus nihilominus illa non poteſt deſinere niſi adhibeatur abſolutio qui ſolus eſt modus aptus tollendi excommunicationem *dicto capitulo à nobis, de ſent. excomm.*

His ita ſtantibus argumenta ex aduerſo per *Couar.* allata facili negocio remouetur. ſi quidem Primũ remanet ſublatum ex hactenus dictis ſupra *numero octauo*, vbi oſtendimus quę

ſit

Digitized by Google

ſit ratio propter quam excommuni-
catio non tollitur niſi per abſolutio-
nem .
Quoad Secundum, reſpódetur dupli-
citer,primo,quod verba illa donec ſol-
29 uerit, non tam deſignant animum iu-
dicis eſſe vt excommunicatio eatenus
afficiat, quatenus ceſſatur in ſolutio-
ne, quam vt abſolutio dari nequeat
ante ſolutionem, vt deſumitur ex *cap.*
quamquam, de cenſib.lib. 6. Secundo,
quod licet in actibus debeat inſpici
intentio agentis, nihilominus agens
non poteſt impedire quin actus per
eum geſtus non producat effectus qui
neceſſario naſcuntur ex actu,vt probat
teſt. iu l. 1. §. calumniatoribus verſic.
uam vt Papinianus, ff. ad turpillianum
per quem ſic ſcribit *Bal.in cap paſtora.*
lis verum num. 18. *de appell.* vbi hac
ratione inquit iudicem non poſſe ferre
excommunicationem ita vt excommu
nicato reſeruentur fructus beneficii,
30 cum priuatio fructuum reſultet tan-
quam conſequens neceſſarium,*d.§.pa-*
ſtoralis in fine.
Remanet ergo firma concluſio, ex-
communicationem quamuis ad tem-
pus latam egere abſolutione.quæ pro-
cedit ſiue excommunicatio ſit lata a
prælato,ſiue per Papam, nam nihilo-
minus eget abſolutione non obſtante
31 quod Papa non ſubiaceat iure poſi-
tiuo, *Gemin. in capitulo in primis* 2.
quæſt. 1. *Abbas in d. capitulo fin.*
numero 45. *de matrim. contract. con-*
tra interd. Eccleſia Felin. iu d. capitulo
primo, numero quarto, verſiculo ſe-
cundus caſus, de iudic. & ibi Dec. nu-
mero 48.
32 Principalis concluſio limitatur pri-
mo, ne procedat quando quis eſſet
excommunicatus vigore alicuius con-
ſtitutionis, & conſtitutio reuocaretur
per legislatorem cum clauſula quod
habeatur pro infecta, vel perinde ac
ſi non emanaſſet vel ex nunc, prout ex
tunc,aut eum clauſula ſimili,vel equi-
pollenti, tunc enim excommunicatus
eſſet ipſo iure reconciliatus eccleſię,&
non egeret abſolutione,*gloſ. in clem.* 1.
de immunit. eccleſ. & ibi *Card.ſub nu-*
mero ſecundo, Vital. numero decimo
quarto, verſiculo ex quo infertur Abb.
in capitulo nulli numero quarto, & in
capitulo ſi aliquando, numero quarto,
de ſent. excomm. Dec. in capitulo pri.
mo, num. 49. *de iudic.*
33 Dixi ſi conſtitutio reuocaretur cum
clauſula quod habeatur pro infecta,
vel perinde ac ſi non emanaſset,quia
ſecus eſse cenſerem ſi reuocaretur
ſimpliciter, tunc enim ex quo effectus
conſtitutionis eſt conſumatus, & re-
uocatio traheretur in futurum non ad
preterita, *l. leges, C. de legibus clem.*
34 *exiui, §. verum, de verb. ſignif.* ab-
ſolutio eſset neceſsaria .
35 Limitatur Secundo, ne procedat
in ſuſpenſo, vel interdicto, nam in eo
poſt ſatisfactionem non eſset neceſsa-
ria abſolutio, ſed ſufficit declaratio
ſuper ſatisfactione, *gloſ. iu clem.* 1.
de decim. & in capitulo qua merito vn-
decima quæſt. tertia, & ibi Archid. &
iterum *gloſ. in capitulo ſi quis deinceps*
decima ſexta, quæſt. 5. *& in capitulo*
quiſquis, de elect. & iu capitulo ſiu.
verb. quouſque de offic.ordin.libro ſexto
& in capitulo exigit, de cenſib. eodem
lib. Card. in d. clem. 1. *numero vige.*
ſimo ſexto, de decim. Ripa in d. capi.
tulo primo, numero vigeſimo quinto,
de iudic. & eſt commuuis opinio quę
tamen non procedit quando ſuſpenſio
36 vel interdictum eſset ſimplex, *Card.*
loco citato, Couar. iu capitulo Alma
Mater, par. 1. §. *vndecimo, ante nu.*
mero octauum.

SVMMARIVM.

1 *Varia abſolutionis ſpecies referuntur.*
2 *Simplex abſolutio quæ.*
3 *Abſolutus cum cautione de parendo man*
datis, ſi non parit, non reincidit in
excommunicationem ipſo iure.
Limitatur num. 4.

7 Secundo, quæritur an abſolutio data ſub conditione ſit licita, ita vt eam tradens non peccet, etiam non eſſe licitam exiſtimant *Nauar. in Manual. d. cap. 26. num. 12. Alter. loco cit. verſic. dicerem ego*, & in hanc tandem reſidet *Suar. loco cit.* ducti potiſſimum quod abſolutio non debeat eſſe in ſuſpenſo, ſicuti dicimus, de ſententia, *cap. biduum 2. q. 6.*

Contrarium tenent *Vgol. loco mox citato*, ea ratione motus quia nullibi reprobata reperitur.

Prior opinio eſt frequentior, & tutior, ideoque regulariter eſt amplectenda, præſertim quia cum eccleſia non ſoleat ea vti, ſignum eſt euidens non expedire ea tamen.

8 Limitatur ne procedat vbi concurreret probabilis neceſſitas, veluti quia excommunicatus non poteſt de præſenti ſatisfacere, & ſperat ſe poſſe intra aliquod tempus, in tali namque caſu poſſet impendi illi abſolutio conditionalis vt idem *Suar. loco citato* fatetur.

9 Abſolutio cum reincidentia proprie dicitur illa quæ nõ tollit perpetuo cenſuram, ſed ita vt ſi redditura poſt certum tempus vel poſt certum effectum, poſt certum tempus veluti cum quis inſtante mortis periculo aut propter legitimum impedimentum non poteſt habere recurſum ad eam à quo alias erat abſoluendus, & propterea abſoluitur ab alio, tunc ſi impedimento aut periculo ceſſante, ſe illi a quo debebat abſolui contempſerit præſentare, mandatum

10 ipſius ſuper illis pro quibus fuit excommunicatus humiliter ſuſcepturus, & ſatisfacturus, reincidit in priſtinam excommunicationem ipſo iure, *cap. eos qui, de ſent. excommun. lib. 6. ibique gloſ. & Doct. Soccin. in cap. officii num. 104. eod tit. Couar. in d. cap. Alma Mater, par. 1. §. 11. num. 6. verſic. 2.*

11 Item cum quis abſoluitur iniuncto ſibi vt ſe præſentet coram ordinario nam ſi ſe præſentare neglexerit, ſtatim reincidit; *d. cap. eos qui*.

12 Poſt certum effectum vbi quis abſoluitur ad effectum vt poſſit ferre teſtimonium, vt in *cap. venient, de teſtib.* vel vt poſſit dare votum in electione, vel vt poſſit explicare munus ambaſciatoris, *Fel. in d. cap. venient nu. 22. & 23. & 27.*

13 Differt abſolutio cum reincidentia ab abſolutione conditionali, quia conditionalis non operatur ſuum effectũ, niſi purificata conditione argumento *l. cedere diem ff. de verb. ſignificat* abſolutio vero cum reincidentia ſtatim operatur ſuum effectum, licet poſt tempus, aut poſt effectum ſtatim reuiuiſcat *ex allegatis*.

14 Dubitari ſolet an abſolutus ſub promiſſione de parendo mandatis ſi non pareat remaneat excommunicatus ipſo iure, an vero requiratur noua reintruſio, & dicẽdum eſt regulariter requiri nouã reintruſionẽ, ita probat *teſt. vbi notat. Abb. in 4. not. in c. ad reprimẽdã de off. ord.* in illis verbis *quod ſi ſatis facere cõtẽpſerit in excõmunicationis ſententiam reducere non omittas*, & in *c. ad noſtram el 1. de appellat & cap. quaſtioni, & cap. conſtitutionem, & vtrobiq. Abb. eod. tit. Gemin. in cap. eos*, §. 1. *verſic. quod ſi abſolutus, de ſent. excom. lib. 6. & ibi Franch. nu. 3. verſic. vlt. nota. Dec. conſil. 145. ſub num. 1. Rota dec. 22. de ſent. excom. in antiq. et dec. 11. eod. tit. in nouiſ.*

15 Extenditur primo, vt hæc reintruſio non poſſit fieri niſi cauſa cognita, videlicet parte citata, & præmiſſa canonica monitione, & cauſa probata, *Franch. in d. cap. eos ſub nu. 3. Rota deciſ. 7. de ſent. excommunicat. in nouis*, vbi vide an requiratur citat. perſonalis, an vero ſufficiat per contradictas, & ad huius dicti declarationem vide *Franch. loco cit. ſub nu. 3. verſic. ſed aduerte.*

16 Limitatur primo, ne procedat in caſibus comprehenſis *in capitulo eos qui, de ſent. excomm. libro ſexto*, ita limitat *Abbas in d. capitulo ad reprimendam ſub numero quarto, verſiculo fallit. Dec. loco citato.*

Digitized by Google

17 Limitatur ſecundo ne procedat in abſolutione data ab excommunicatione lata in canone, tunc enim ſit ſit data abſolutio ſub promiſſione de parendo mandatis, & non pareat reincidit ipſo iure, *Rota deciſ. 22. de ſent. excom. in antiq. & deciſ. 7. & 11. eod. tit. in nouiſ.*

18 Limitatur tertio, ne procedat quando abſolutio eſſet facta ad tempus, tunc enim tempore lapſo reincidit abſque noua reintruſione, *Fel. in cap. Veniens ſub num. 27. verſic. & propter hac, de teſtib. late Dec. d. conſ. 145. per totum*, vbi quod maxime procedūt in eo caſu, in quo abſolutio eſt facta reſpectu certi, & determinati temporis, vt latius ibi per eum.

SVMMARVM

1 *Quæſtiones explicandæ proponuntur.*
2 *Abſolutio ad cautelam datur ab omni cenſura.*
3 *Abſolutio ad cautelam datur cum de validitate cenſuræ dubitatur.*
4 *Per abſolutionem ad cautelam quibus conſulatur.*
5 *Abſolutio ad cautelam quanto detur.*
6 *Iniuſtitia notoria reddit ſententiam nullam.*
7 *In quolibet caſu nullitatis datur abſolutio ad cautelam.*
8 *Petens abſolutionem ad cautelam ex capite nullitatis, non tenetur in libello exprimere ſpeciem nullitatis. limita vt ibi.*
9 *Abſolutio ad cautelam datur etiam ſi opponatur nullitas ex defectu iuriſdictionis.*
10 *Defectus iuriſdictionis eſt duplex, & quid vterque operatur, num. 11.*
12 *Abſolutio ad cautelam datur etiam a ſuſpenſione. Item, & ab interdicto perſonali, & ſpeciali, non autem generali nu. 13.*
14 *Abſolutio ad cautelam inducta eſt ex mera gratia gratis ſedis Apoſtolicæ.*
15 *Abſolutio ad cautelam quo iure introducta.*
16 *Abſolutio ad cautelam difficilius conceditur quam abſolutio ſimplex.*
17 *Conceſſa facultate abſoluendi, non cenſetur conceſſa facultas abſoluendi ad cautelam.*
18 *Iudex an etiam inuitus teneatur dare abſolutionem ad cautelam.*
19 *Teſt. in c. venerabilibus, de ſent excom. in 6. ca videatur.*
20 *A denegatione abſolutionis ad cautelam datur appellatio.*
21 *Abſolutio cautelam dari poteſt ab eodē excommunicatore, vel eius ſuperiore.*
22 *Inferior etiam ſi ſit ordinarius non poteſt abſoluere ad cautelam.*
23 *Delegatus etiam a principe non poteſt abſoluere ad cautelam.*
24 *Intellige vt num. 24.*
25 *In curia abſolutio ad cautelam non datur ſine ſpeciali commiſſione bene tamen extra curiam, num. 26.*
27 *Excommunicato ad effectum ferendi teſtimonium abſolutio datur ad cautelam.*
28 *Ad concedendum abſolutionem ad cautelam plura requiratur.*
29 *Excommunicatio lata poſt legitimam appellationem eſt nulla.*
30 *Etiam ſi non ſit appellatum, ſed pars adheſerit appellationi per alium interpoſita.*
31 *Renunciatio appellationis non tollit nullitatem excommunicationis.*
32 *Error patens annullat ſententiam excommunicationis.*
33 *Excommunicatio lata contra participātes cum excomunicatis ſine monitione eſt nulla.*
34 *Abſolutio ad cautelam eſt extraordinaria, & ideo requirit aliqualem informationem prætenſæ nullitatis.*
35 *Pro cenſuris latis extra curiam non viget magna præſumptio validitatis.*
36 *Informatio in caſu propoſito ſufficit ſi ſit ſummaria, & num. 37. limitatur in appellatione ab interloqutoria num. 38.*
39 *Conſtare dicitur quod plene probatur.*
40 *In dubio appellatio præſumitur poſt excommunicationem interpoſita.*
41 *Abſolutio ad cautelam non poteſt peti a pro.*

procuratore habente generale mandatum, vel a iure præſumptum.

42 *Poteſt talis procurator petere, ut excommunicatio declaretur nulla.*

43 *In abſolutione ad cautelam requiritur citatio partis.*

44 *In abſolutione ad cautelam requiritur cautio de parendo mandatis.*

45 *Abſolutio ad cautelam etiam iniuſte facta cauſa ſuſtinetur.*

46 *Cautio iurantia nnn ſufficie quando timetur contrauentio iuramenti.*

47 *Excommunicatus quia non paret, non eſt abſoluendus, niſi præſtita fideiuſſoria cautione.*

48 *Omiſſio cautionis non vitiat abſolutionem ad cautelam, limita vt nu. 49.*

50 *Petenti abſolutionem ad cautelam obiicii poteſt de manifeſta offenſa.*

51 *Offenſa proprie quæ dicatur.*

52 *Offenſa manifeſta quæ dicatur.*

53 *Obiicienti, de iniuria manifeſta non ſufficit probare veritatem iniuriæ.*

54 *Ad probandam notorietatem ſufficit ſemiplena probatio.*

55 *Non parens ſententiæ a qua eſt appellatum in caſu appellabili non dicitur facere iniuriam manifeſtam.*

56 *Dicens ſe velle parere litteris, ſi poſtea non paret, non committit iniuriam manifeſtam.*

57 *Opponens iniuriam manifeſtam, tenetur iurare ſe non opponere animo calumniandi.*

58 *Iniuria manifeſta probari debet infra octo dies.*

59 *Terminus octo dierum incipit currere a die exceptionis propoſita, etiam ſine præfixione iudicis.*

60 *Terminus octo dierum eſt communis obiicienti, & excommunicato.*

61 *Excommunicato non petente abſolutionem ad cautelam, terminus octo dierum non præfigitur.*

62 *Abſolutio ad cautelam an ſit vtilis.*

63 *Appellatio præſumitur interpoſita poſt ſententiam.*

64 *Nullitas vt probetur concludenter, quæ concurrere debent.*

65 *Effectus abſolutionis ad cautelam in quo conſiſtat, num. 66.*

ARGVMENTVM.

De abſolutione ad cautelam.

C A P. LXVI.

1 Vt res tota explicetur de infraſcriptis erit agẽdum.

Primum quid ſit abſolutio ad cautelam.

Secundum in quibus caſibus detur,

Tertium an ſit inducta ex diſpoſitione iuris, vel ex gratia.

Quartum a quo dari poſſit.

Quintum quæ debeant concurrere vt poſſit dari.

Sexto an poſſit aliqua ex cauſa impediri.

Septimum qui ſit eius effectus.

Ad primum, abſolutio ad cautelam eſt a vera, ſeu apparente cenſura liberatio, eos quos res tangit proſpiciens. ita diffinitur ex mente *Io. Andr.* quem cęteri communiter ſequuntur in *cap. ſolet de ſent. excom. lib. 9.*

Dicitur eſse liberationem vt hoc verbum vicegeneris fungatur cum detur liberatio non ſolum a cenſura, ſed etiam à ſeruitute, & obligatione,

2 Deinde dicitur a cenſura, tum vt verbum liberatio coarctetur ad cenſuram eccleſiaſticam, tum etiam vt complectatur non ſolum excommunicatio nem, ſed etiam ſuſpenſionem, & interdictum a quibus datur abſolutio etiam ad cautelam vt latius patebit inferius *nu. 12.*

3 Additur vera, vel apparente, quia ad effectum vt habeat locum talis abſolutio, oportet quod cenſura appareat, & quod dubitetur an vere ſubſiſtat, *d. c. ſolet, & c. venerabilibus, de ſent. excom. lib. 6. c. cum deſideres, c. per tuas, & cap. venerabili extra eodem tit.*

Demum ſubiungitur eos quos res tan-

tangit proſpiciens, vt nobis innoteſcat per abſolutionem huiuſmodi tribus perſonis eſſe proſpectū, videlicet primo ipſi excommunicato qui poſt vbi fuerit ad cautelam abſolutus poterit tuta cōſcientia ſe ingerere tam humanis, quam diuinis actionibus, illaque exercere perinde ac ſi excommunicatus non foret, *Io. Andr. in d. cap. ſolet num. 14. & 20. Franch. num. 2. verſ. 2. quærit, num. 12. verſ. 8. quærit Gem. num. 8. Stephan. Coſta num. 46. Abb. in cap. Apoſtolica, ſub num. 10. de except. & in cap. Venerabili extra de ſent. excom.* Secundo reſpectu aliorum qui poſſunt licet ſecum communicare vt probant omnes hactenus allegati. tertio reſpectu actus qui non poteſt de inualiditate impugnari, vt præter citatos auctores probat *teſt. in cap. veniens in fine, de teſtib.*

5 Ad Secundum Regula conſtitui poteſt abſolutionem ad cautelam dari ſiue contingat de cenſura ſiue de eius validitate dubitari, vt tradunt plures mox infra allegandi. Dixi ſiue cōtingat dubitari de cenſura, ſiue de eius validitate, quia ſi certum ſit adeſſe cenſuram, tunc quamuis ſit iniuſta, nihilominus non datur abſolutio ad cautelam, ſed ſimpliciter, *Io. Andr. in d. cap. ſolet, num. 17. verſ. ſi vero dicatur Gem. num. 7. Franch. num. 9. Abb. in cap. per tuas ſub num. 3. de ſent. excom. Couar. d. §. 12. ante num. 7.*

6 Niſi forſan in iuſtitia eſſet notoria veluti quia contineret cauſā impoſſibilem, aut errorem patenter expræſſum, quia talis iniuſtitia reddit ſententiam nullam, & admittit abſolutionem ad cautelam *d. cap. venerabilibus §. porro de ſent. excom. lib. 6. Abb. in d. cap. per tuas ſub numero. 11. extra eod. tit.*

Item quia vt ſit locus abſolutioni ad cautelam, ſufficit probabilis dubitatio vel ſuper ipſa excommunicatione, veluti, vel quia ſi verſamur in ſētentia canonis adeſt articulus facti, vel iuris quo dubitatur an fuerit illud quod eſt prohibitū a canone, & ſi fecit an pro eo ſit impoſita cēſura, *Io. And. Anchar. Gem. Franch. & alii in d. cap. ſolet Felin. in c. Apoſtolica col. fin. verſ. competit etiā de except.* Vel quia ſi verſamur in ſententia lata ab homine illa impugnatur ex capite nullitatis *d. cap. ſolet, ex cap. Venerabilibus §. porro, & §. ſed ſi ex cauſa §. fi. de ſent. excom. lib. 6.*

7 Hæc regula extenditur Primo, vt procedat in quacunque ſpecie nullitati, licet enim iura mox citata loquantur tantum de duabus ſpeciebus nullitatis, videlicet de nullitate inſurgente ex eo quod excommunicatio fuerit lata poſt interpoſitam appellationem legitimum, ſcilicet appellationem ex cauſa probabili, & propter errorem patenter expreſſum, nihilominus quod illi ſint expreſſi gratia exempli, & abſolutio poſſit dari in quocunque caſu contingat excommunicationem impugnari ex capite nullitatis, concludunt communi conſenſu Doctores *in d. cap. ſolet* vbi ſignanter, *Io. Andr. num. 1. verſ. tu dic. Anchar. num. 1. Gem. num. 6. Io. Franch. nu. 9. verſ. imo quod in quocunque gloſ. in cap. præſenti, verb. ad cautelam, & ibi Gem. num. 3. Abb. in cap. Apoſtolicæ num. 10. & ibi* Felin. *col. pen. in fine verſ. quod autem prætendenti, Couar. in cap. alma mater §. 12. ſub num. 7. verſ. primum non tantum Henric. de Bort. in tract. de ſynodo Epi. par. 3. con cluſ. 13. num. 112.*

8 Vnde petens abſolutionem ad cautelam ex capite nullitatis non tenetur in libello ſpecificare ſpeciem nullitatis, cū quelibet nullitas ſufficiat, quā uis ad effectum vt abſolutionem obtinear teneatur nullitatē ad ſpeciem deducere, *Rot. deciſ. 6. de ſent. excom. in antiq.* Io. *Andr. in d. cap. ſolet ſub num. 1. Gem. num. 6. Franch. num. 9. verſ. item nota.*

9 Extenditur Secundo, vt procedat etiam ſi nullitas prætendatur ex defectu iuriſdictionis quia nihilominus datur abſolutio ad cautelam Io. Andr.

Gem.

Gem. Franch. Abb. **Couar.** & alii locis
citatis.

Hic monendi ſumus defectum iu-
riſdictionis in prælato excommunicā-
re obiicii dupliciter: quandoque enim
reſpicit tantum perſonam particularē
ipſius Prælati, veluti quia opponitur
illum eſſe excommunicatum ſuſpen-
ſum, interdictum, aut intruſum, ac
proinde in habilem ad exercendum
iuriſdictionem, *cap. audiuimus & cap.
aperte 24. quæſt. 1 cap. alienationes 2.
quæſt. 2.*

10 Quandoq. vero reſpicit perſonam
prælati repræſentantis eccleſiam, vi-
delicet, quia obiicitur exemptio con-
tra poteſtatem ordinariam, vt in *cap.
cum olim, de priuileg* Differunt hæc
inter ſe, quia vbi obiectum reſpicit
perſonam particularem prælati, tunc
proceditur prout in aliis caſibus nulli-
tatis, *Franch. in d. cap. ſolet, ſub num.
10. verſic. quando autem*. Vbi vero re-
11 ſpicit perſonam prelati vti repræſen-
tantem eccleſiam, tunc quia prælato
aſſiſtit ius commune quo omnes ec-
cleſiæ, & perſonæ intra diœceſim præ
ſumuntur illi ſubiectę *cap. omnes Baſi-
licæ 12. q. 1. cap. cum perſonæ, de priui.
leg. lib. 6.* & ne detur poteſtas delu-
dendi ordinariam poteſtatem, non
datur abſolutio ad cautelam niſi ali-
qualiter conſtet, de exemptione, *Rot.
deciſ. 6. de ſent. excom. in nouis, &
deciſ. 7. eod. tit. in antiq. Io. Andr. in
d. cap. ſolet, ſub num. 4. & ibi Gem. nu.
10. verſic. Domini de Rota, Franch.
num. 10. verſic. quando autem decere-
tur, Couar. d. §. 12. num. 7. verſic. pri-
mum*:

12 Extenditur Tertio, vt abſolutio ad
cautelam detur non ſolum ab excom-
municatione, ſed etiam à ſuſpenſione,
*cap. venerabili extr. de ſent. excom. cap.
Apoſtolicæ, Io. Andr. Gem. Franch. &
reliqui in d cap. ſolet.*

13 Extenditur Quarto, vt detur etiam
ab interdicto perſonali, & ſpeciali, ſe-
cus ab interdicto generali, *cap. præſen-
ti, vbi Doct. de ſent. excom. lib. 6. Rot.
dec. 18. & 19. de ſent. excom. in antiq.
& deciſ. 9 eod. tit. in nouiſ. Doctores
communiter in d. cap. ſolet*.

Ad Tertium, duplex eſt doctorum
opinio, altera quod qualitercūque ſit
inducta, non poſſit negari, quam ha-
buit *Bernard. gloſator antiquas* quem
ſequitur *Vgol. de Cenſur. tab. 1. cap. 21.
§, 1. num. 15.*

Altera vero, quod ſit inducta ex
mera gratia, quam ſequuntur *commu-
niter Doctores infra allegandi*. Mihi ve
ro videtur duplicem hic à Doctoribus
dubitationem pro vna, & eadem in
uolui, prima, an ſit introducta ex gra-
tia, vel iuſtitia. Secunda An hodie in
caſibus a iure permiſſis ſit præſtanda
neceſſario, adeo vt ſi non præſtetur
iudex dicatur partem grauare. Quoad
primam negari non poteſt quin ſit in-
troducta ex mera gratia, & benignita-
te Sedis Apoſtolicę id quod colligitur
tum ex *cap. venerabili, de ſent. excom. in*
14 *illis verbis ex gratia relaxauimus*.

Tum etiam quia, de rigore iuris,
non poteſt deueniri ad abſolutionem
antequam conſtet de veritate, & iuſti-
tia cauſae propter quam fuit excom-
municatus *cap. cum contingat, de offic.
delegati, Gem. in d. cap. ſolet ſub num. 9.*

Tum denique quia huius abſolu-
tionis beneficium fuit inductum ex
15 *d. c. ſolet*, quæ eſt conſtitu. *Innoc. 4.* qui
cū eam gloſsando interpretetur men-
tem ſuam, merito illi ſtandum eſt, at-
que ex prædictis rationibus hanc opi-
nionem probant *Io. Andr. in d. cap.
ſolet, num. 20. Gem. num. 9.* & iterū
*in §. in ſecunda, num. 17. Anchar. nu.
2. Franch. num. 12. verſ. 8. quæris
Couar. in cap. Alma Mater, par. 1.
§. 12. num. 8. verſ. Iudex vero. ge-
nuen. in praxi cap. 5. num. 7.*

16 Ex qua concluſione deducitur Pri-
mo, quod hæc abſolutio veluti gratio-
ſa, & contra iuris diſpoſitionem indu-
cta, difficilius conceditur quam abſo-
lutio ſimplex, *Rot. deciſ. 36. de procur.
in nouiſ.*

17 Deducitur Secundo, quod conceſ-
ſa ſimpliciter facultate abſoluendi nō
intelligitur conceſſa facultas abſoluen

di

di ad cautelam, ſed ſimpliciter
gloſ. in cap. capitulum verb. relaxetis
& ibi Abb. num. 8. verſ. & hanc ſo-
lutionem de reſeri pt. Doctores commu-
niter in d. cap. ſolet, vbi ſignanter Frã-
ch. num. 3. Abb. in cap. Apoſtolicæ nu.
12. & ibi Felin. in princ. verſ. Demum
Dec. in cap. præterea num. 23. de off.
delegati & in cap. ad præſentiam num.
8. de appellat. Nauar. in Manual.
cap. 27. num. 278. verſiculo quarto
dico.

Ad Secundam dubitationem Do-
ctores hactenus relati communiter fa-
tentur quod etiam in caſibus in qui-
bus de iurè poteſt dari abſolutio ad
18 cautelam, non poteſt iudex inuitus co
gi ad dandũ, ducti tum rationibus ha
ctenus allatis, tum etiam ex *d. cap. ve-*
nerabilibus, §. ſed & ſi ex cauſa, & §.
poteſt, & §. fin. vbi ſummus Pontifex
loquens de caſibus in quibus eſt lo-
cus huic abſolutioni, non vtitur verbo
neceſſario, ſed poteſtatiuo.

Contrarium tenuit *Bernardus*, quẽ ſequitur *Vgol. loco cit.* moti ex teſtu, *in d. cap. ſolet*, vbi quæritur an aſſerenti excommunicationem in ſe latam eſſe nullam, & petenti abſolutionem ad cautelam, debeat ſine contradictionis obſtaculo impendi, & reſpondetur vt petenti abſolutio non negetur, quæ verba cum ſint prolata à lege, merito ius conſtituũt, & conſequenter, abſolutio citra iniuriam negari nõ poteſt. Hæc opinio apud me eſt verior, tũ auctoritate *huius textus*, tum etiam quia negari non poteſt quin vbi concurrũt cauſæ ex quibus abſolutio dari poteſt, tunc vigeat pro excommunicato æquitas ſcripta, quæ eſt cum eo exercenda *cap. cum inter §. Inquiſitioni de except.*

19 Non obſtat quod *teſt. in d. cap. venerabilibus vtatur*, verbo poteſtati ſuo, quia ſi rectè pendatur tale verbum ſemper ponitur ad declarandum caſus in quibus eſt locus huic abſolutioni, ſiquidem *in §. ſed ex cauſa, & §. fin.* declarat poſſe dari in caſu in quo ſententia eſt lata poſt legitimam appellationem, quo caſu, inquit non illico pronunciare debet excommunicationis ſententiam fore nullam, ſed poteſt eã ad cautelam relaxare. *In §. poteſt*, procedit declarando caſus in quibus fit locus abſolutioni ad cautelam. Similiter *in §. poteſt* declarat poſſe dari caſum in quo aſſeratur fuiſſe in ſententia expreſſum errorẽ patenter.

20 Ex quibus omnibus patet, quod *in cap. venerabilibus* declarantur caſus in quibus cadit facultas iudicibus data abſoluendi ad cautelam, ſed *in cap. ſolet* quia caſus ſupponuntur, deciditur abſolutionem in caſibus ſtatutis à iure non eſſe denegandam, & conſequenter infertur quod ſi negetur, Iudex grauat, & poteſt à tali grauamine appellari.

21 Ad Quartum abſolutio ad cautelam dari poteſt vel ab eodem ẽxcõmunicatore, vel ab eius ſuperiore ordinario ad quem delata eſt cauſæ controuerſia per appellationem, ita *Hoſti en. Io. Andr. & reliqui in cap. per tuas de ſent. excom.* & iterum *Io. Andr. in d. cap. ſolet, num. 9. & 21. Gem. ibid. n. 16. Franch. num. 3. & 13. Couar. d. §. 12. ſub num.* 8.

Dixi vel ab eius ſuperiore, quia
abſolutio ad cautelam non poteſt da-
ri niſi à ſuperiore ipſius excommuni-
catoris, ſecus ab inferiore, non obſtan-
22 te quod ſit ordinarius, *Gem. & Fran-*
ch. locis cit. inferentes propterea quod
ſi Canonicus eccleſiæ collegiatæ ſit
excommunicatus ab Epiſcopo, ſi interim eccleſia ſua vacat, & ipſe procedat ad electionem ſimul cum aliis, eã quæ proſequatur petendo confirmationem coram capitulo eccleſię cathedralis, vel coram Archidiacono, vel alio Prælato inferiore, qui iure ſpeciali habeat hanc poteſtatem confirmandi, ſi opponatur contra eum de excommunicatione, & ipſe dicat de nullitate, & petat abſolui ad cautelã, talis inferior non poterit illum abſoluere, quia licet ſit ordinarius in cauſa confirmationis tamen non eſt ſimpliciter ordinarius excommunicati, neq. excommunicantis, ac propterea oporte

bit

bit illum, remitti ad ſuperiorem, iuxta trad. in *cap. ad reprimendam, de off. ordin.*

Præterea dixi à ſuperiore ordinario, quia Delegatus non abſoluit niſi ſuper hoc habeat ſpecialem commiſſionem, etiam ſi ſit delegatus à Principe
23 ſecundum opinionem, *gloſ. in c. ſoles, verb. per ſuperiorem, & ibi Gem. num. 15. Franch. num. 4. Stephan. Coſt. nu. 55. Oldrad. conſ. 145. num. 1. Felin. in cap. veniens num. 28. de teſtib.* & receptiorem dicit *Couar. d. §. 12. col. pen. circa finem.*

Contrariam opinionem tenent, *Archid. in d. cap. ſoles, & ibi Anchar. vſq; ad octauum. Nauar. in Manuali, cap. 27. nu. 278. & hac mihi expreſſe probatur in c. prudentiam 21. §. ſexta de offic. delegati*, vbi etiam rationem aſſignat, quod explorati iuris eſt, vt delegatis iudicibus quibus principale committitur, & acceſſorium committatur.

24 Cæterum in hoc articulo iure magis conſuetudinario vtimur quam ſtricta iuris cenſura; vnde mos inoleuit, in curia vbi ex quo eſt facilis aditus ad Principē vt Iudices delegati ſtricte interpretantur cōmiſſiones ſibi directas,
25 *Rot. deciſ. 419. num. 2.* ac proinde in curia, abſolutio ad cautelam non datur, ſine ſpeciali commiſſione, *Rot. deciſ. 3. et 4. de ſent. excom. in antiq. et deciſ. 3. circa med. de renunciat. in nouis, Felin. in cap. apoſtolicæ ſub num. 19. col. pen. verſ. Comiſſarius autem de except.*

Quinimmo etiam abſolutione data, curia non conſueuit dare ſuper hoc literas præceptorias, ſed tantum ſignificatorias, quod ſit abſolutus, *Rota deciſ. 26. de ſent. excom. in antiq.*

Extra curiam vero, Iudices delegati abſoluunt paſſim ad cautelam, etiam
26 ſine ſpeciali commiſſione, *Rot. d. deciſ. 3. de ſent. excomm. in antiqu. et deciſ. 3. num. 3. verſ. tum quia de renunciat. in nouis, Felin. loco cit. Couar. d. §. 12. col. pen. circa finem.*

Et hoc præſertim procedit vbi agitur de abſolutione ad cautelam ad effectum, vt excommunicatus poſſit ferre teſtimonium, & quouſque illud ferat, nam ad iſtum effectum datur abſolutio paſſim, tum de iure, vt in *cap. ve-*
27 *niens ad finem de teſtib.* tum etiam ex inueterato ſtilo curiæ de quo meminere *Hoſt. Butr. Card. et Imol. quos refert, et ſequitur Felin. ibi num. 22. et 23.*

28 Ad Quintum, Vt abſolutio ad cautelam dari poſſit plura copulatiuè requiruntur:

Primum quod excommunicatio ſit dubia, ex traditis ſupra *d. cap. Venerabilibus, de ſent. excom. lib. 6. cap. ex parte 24. de verb. ſignific.* Cum autem dubietas regulariter in hac materia oriatur ex capite nullitatis, ideo res poſtulat, vt caſus in quibus nullitas poteſt conſiderari percurramus.

29 Eſt ergo primus caſus quando verſamur in caſu appellabili, & excommunicatio eſt lata poſt interpoſitam appellationem legitimam, nempe poſt appellationem interpoſitam ex cauſa rationabili, & probabili, *d. cap. ſolet, et cap. Venerabilibus, §. ſed ſi ex cauſa, et §. fin. et cap. per tuas vbi gloſ. in verb. ad cautelam de ſent. excomm. lib. 6. cap. per tuas, extra eod. tit. Feder. de Senis conſ. 198. in princ.*

Dixi quando verſamur in cauſa appellabili, nam ſi eſſemus in caſu in quo appellatio non admittitur, vt iq; appellatio interpoſita non eſſet legitima, & conſequenter non operaretur abſolutionem ad cautelam, *d. cap. Venerabilibus, §. Porrò.*

30 Hic primus caſus extenditur, primo vt procedat ſiue quis ante excommunicationem appellauerit, ſiue adheſiſſet appellationi interpoſitę per alium, dummodo probet adheſiſſe intra decem dies conceſſos ad appellandum, & appellationem Iudici debito tempore intimaſſe, *Rot. deciſ. 5. de ſent. excomm. in nouis, Felin. in d. cap. Apoſtolica, col. fin. verſic. adde etiam de except.*

Extenditur Secundo, vt procedat etiam ſi poſtea fuiſſet renunciatum appellationi, dummodo quando illa
31 fuit interpoſita, fuiſſet bona in forma, tempore,

tempore,ac probabilis,nam ſubſequẽs
renunciatio non tollit antecedentem
nullitatem, quæ eſt cauſa,vt poſſit dari
abſolutio ad cautelam, *cap.licet de*
ſent. excom. lib. 6. Egid. deciſ. 669. &
685.*Felin.in d. cap. Apoſtolicæ col.fin.*
circa med. verſ.qui ſubditi.
32 Secundus eſt caſus quando ſenten
tia continet errorem patenter expreſ-
ſum, vt in exemplo,quod ponitur in
d. cap. ſolet,& cap.Venerabilibus, §. po-
teſt quoq. Abb.in cap. per tuas,ſub num.
11. *verſ. aut cauſa non eſt impoſſibilis,*
de ſent. excom.

Tertiùs quando excommunicatio
33 eſt lata contra participantes cum ex-
communicatis in loquutione, ſaluta-
tione, & ſimilibus, canonica monitio-
ne non præmiſſa, *cap.ſtatuimus, de ſen.*
excom. lib. 6. & reſpondit ſacra Con-
gregatio Epiſcoporum Reſcribens E-
piſcopo Veſtano,ſub die 30.Maii 1592
& iterum de anno 1619. reſcribens
Epiſcopo Vmbriaticen.Sunt & alii ca
ſus nullitatis relati per *gl.in d.c.præſen*
ti, verb. ad cautelam, qui tamen redi-
guntur ad iſtos.

Secundum eſt requiſitum in abſo-
lutione ad cautelam, vt præmictatur
aliqualis informatio prætenſæ nullita-
tis, cum ſit abſolutio extraordinaria,
34 *Rot.deciſ.4. de ſent. excomm.in nouis,*
Put. deciſ. 41. num. 2. lib. 1. & deciſ.
3. de ſent. excomm. in manuſcript.
35 Niſi fortè verſemur in cenſuris la-
tes extra curiam, quia cum pro eis
non vigeat tanta præſumptio validi-
tatis, ſoleatque ſemper commicti cau
ſa appellationis, & nullitatis, curia
experta quod proceſſus in partibus fa
cti, vt plurimum laborant vitio nulli-
tatis, conſueuit ſine alia informatione
dare abſolutionem ad cautelam, cum
reincidentia ad certum tempus, vel
ad beneplacitum, *Put. locis cit. Cæ-*
ſar de Graſſ. deciſ. 1. de ſent. excomm.

Hæc autem informatio vbi verſa-
mur in appellatione interpoſita à ſen-
tentia diffinitiua, ſufficit ſi ſit ſum ma-
36 ria, Doctores in *d. c.ſolet, Rot.deciſ.4.*
de ſent. excomm. in antiqu. Ideoq; ſuf-
ficit vnicus teſtis, vel inſtrumentum
denunciationis, vel eiuſdem excom-
municati aſſertio, iuramento vallata,
37 *Rot.deciſ.8.de ſent. excomm. in nouis,*
Felin.loco cit.num.18. Couar.d.§.12.
col.pen.verſ. Sanè quoties.
38 Vbi vero verſamur in appellatione
ab interloquutoria, tunc requiritur
probatio plenaria, ita probat *Teſt. in*
d.cap. Venerabilibus, §. fin. in illis ver
bis poſtquam ſibi de hoc conſtiterit,
nam cum requirat, quod conſtet, in-
telligitur per probationem plenariam,
39 *cap. in preſentia, de probat.* & ita in
ſpecie tenet *Couar. d. §. 12. colum.*
pen.in princ.verſ.Sanè quoties.

Vnde in tali caſu non admictitur
probatio per inſtrumentum denuncia-
tionis,ex quo poteſt eſſe primo excom
municatus, & deinde appellatum, &
poſtea facta denunciatio, *Collectar. d.*
deciſ. 8. in fine de ſent. excomm. in
nouis.

Et tanto minus admictitur proba-
tio per vnicum teſtem, vel iuramen-
tum excommunicati,*Egid.deciſ.91.Fe-*
40 *lin.in d.cap.Apoſtolicæ num.19.* Præſer-
tim cum in dubio prçſumatur fuiſſe
appellatum poſt excommunicationẽ,
Bal.in l. ampliorem, §. fin. verſ. audi
ſimilem, C.de appellat.Felin. in d.cap.
Apoſtolicæ num. 19.

Tertium requiſitum eſt, vt vbi pe-
41 titur per Procuratorẽ,ipſe Procurator
habeat ſpeciale mandatũ, nec ſufficit
mãdatũ generale,vel alias à iure prçſũ
ptum, veluti à canonico pro alio ca-
nonico, *Felin. in d. cap. Apoſtolicæ,*
num. 19.verſ.dicit etiam, Rot.deciſ.36.
de procur. in nouis, Vel ſi petatur à
42 Priore pro Monachis ſibi ſubditis,
Rot. deciſ. 13. de ſent. excomm. in an-
tiqu.

Poteſt tamen procurator habens
generale mandatum, vel habens man
datum à iure,petere, vt excommunica
tio declaretur nulla, vt poſt *Specul. te*
net Franch. in d. cap. ſolet, ſub num.
quinto.
43 Quartum eſt requiſitum, vt in hac
abſolutione concedenda citetur pars
cuius

Digitized by Google

cuius intereſt, videlicet is ad cuius inſtantiam fuit lata excommunicatio, vel ipſe excōmunicator, ſi fuit lata ex officio, nam eum talis abſolutio poſſit impediri in caſu offenſæ manifeſtæ, neceſſe eſt partem citari, *dict. cap. venerabili, §. porro, c. 3. in fine de off. ordin. Io. Andreas in cap. ſolet num.* 18. *& ibi Gemin. num.* 11. *&* 13. *Anchar. num.* 3. *Franch. num.* 11. *Coſta num.* 9. *&* 52. *Abb. in cap. ſacro* 48. *num.* 15. *de ſent. excom. & in cap. per tuas nu.* 13. *verſic. conclude eod. tit. Franch. in cap. qua fronte ſub num.* 31. *de appell.* & eſt, communis opinio, quæ extenditur, & limitatur vt in infra *eod. lib. cap.* 69.

44 Quintum requiſitum eſt vt abſoluendus caueat de parendo mandatis, ſcilicet de ſatisfaciendo debito, vel offenſæ in caſu in quo appareat eum eſſe ligatum, *cap. ex parte* 23. *de verb. ſignif. Io. Andreas in d. cap. ſolet num.* 18. *verſic. item fieri*, *Franch. num.* 11. *verſic. item debet fieri, Rota deciſ.* 2. *de ſenten. excom. in nouis, Doct. in cap. fin. de reſt. ſpol.* vbi præſertim *Franch. n.* 19.

Contrarium quod in abſolutione ad cautelam, cautio non præſtetur, cenſuit *Rota deciſ.* 36. *in fine de procur. in nouiſ.*

Prior opinio eſt veriſſima, illaque manifeſtè probatur, non ſolum *in d. c. ex parte*, ſed etiam in *c. cum contingat de officio Delegati, & ex d. c. venerabili §. ſed ſi ex cauſa, & §. fin.* vbi quod hęc abſolutio debet dari ſecundum Eccleſiæ formam, forma autem Eccleſię nulla alia eſt, niſi vt in abſolutione prę̃ſtetur cautio, ſaltim iuratoria, *c. ex tenore, & cap. cum deſideres, de ſent. excom.*

45 Corroboratur, quia abſolutio valet, etiam ſi ſit impenſa ex falſa cauſa, *Franch. in d. c. qua fronte nu.* 36. *Rota deciſ.* 319.

46 Extenditur Primo, vt ſi timeatur, quod abſoluendus debeat venire contra proprium iuramentum, tunc non ſufficiat cautio iuratoria, Ita colligitur ex *cap. clericos de cohabit. cler. & mul. Abbas in d. cap. qua fronte num.* 18. *Franch. ibid. num.* 20. *verſic. ſecundus caſus.*

Extenditur Secundo vt, vbi quis excommunicatur, eo quia non paret iuri, non eſt abſoluendus cum iuratoria, ſed requiritur cautio cum fideiuſ-
47 ſoribus, *gloſ. in d. cap. qua fronte, verb. cautione, & ibi Franch. num.* 10. *verſic. ſecundus caſus.*

Limitatur Primo, vt quamuis cautio iuratoria ſaltim requiratur ad abſolutionem nihilominus, ex quo ad cautelã magis, & de eccleſiæ conſuetudine
48 potius quam ex canonum rigore eſt introducta; Ideo ſi illa ſit omiſſa abſolutio non redditur nulla, ſed ſuſtinetur, vt eſt *teſt. in d. cap. cum deſideres* vbi notant omnes, *de ſent. excom. Abb. & reliqui communiter in d. cap. qua fronte.*

49 Limitatur Secundo, ne procedat ſi forma abſolutionis eſſet data ab homine, veluti ſi Summus Pontifex, aut legatus, vel alter dediſſet facultatem abſoluendi, præſtita tamen prius cautione, tunc. n. ſi abſolutio daretur, cautione nõ præſtita nullius eſſet momenti, vt declarat, & rectè *Franch. in d. cap. qua fronte num.* 39. *Io. Andr. & Abb. in cap. fin. de reſt. ſpol.* extende, & declara vt infra dicetur in *cap.* 69. *in vltima limitatione, verſic. declaratur ſecundo.*

50 Ad ſextum, petenti abſolutionem ad cautelam poteſt obiici de manifeſta offenſa, *d. cap. ſolet, & cap. venerabili §. porro de ſent. excom. lib. 6. cap. ex parte de verb. ſignificat. & vtrobiq. Doctores communiter.*

51 Offenſa autem proprie dicitur illa, quæ conſiſtit in faciendo, veluti quando monitus non dat, vel non facit illud quod eſt obligatus dare, vel facere, quod ſi moneatur vt veniat, & non venit, non diceretur offenſa, ſed contumacia, *Gem. in d. c. ſolet nu.* 14. *verſ. quæro, de qua offenſa, & ibi Stephan. Coſta ſub nu.* 15. licet ad iſtum effectũ offenſa, & contumacia æquiparentur *Egid. dec.* 684. *circa fin.*

Vt autem offenſæ obiectus ſuffragetur, plura ſimul requiruntur, primum,

quod ſit manifeſta, non autem dubia
d. cap. ſolet, & cap. venerabilibus, §. por
52 *ro.* Eſt autem offenſa manifeſta, illa
quæ eſt notoria, nempe quæ conſtat
per confeſſionem, vel probationem le-
gitimè factam, vel per rei euidentiam,
quæ nulla poſſit tergiuerſatione cela-
ri, *cap. cum olim, de verb. ſignificat. gloſ. in d. cap. ſolet verb. Manifeſta, & ibi* Gem. *num. 12.* Et licet tempore
quo obiicitur, non teneatur obiiciens
ſpecificare in libello ſpeciẽ offenſę, ni
hilominus tempore probationis tene-
tur ſpecificare, alias non ſuffragatur
Rot. decis. 1. de ſent. excõm. in nouiſ.

Vnde deducitur primo, quod obii-
cienti de iniuria manifeſta, non ſufficit
probare veritatem iniurię, niſi ſimul
probetur notorium iuris, vel facti, ve-
luti quod non paruerit rei iudicatæ
53 inſurgentis ex ſententia lata per iu-
dicem cuius iuriſdictio eſt notoria,
Feder. de Senis conſil. 198. num. 2. Fel. in cap. Apoſtolicæ col. fin. verſ. dicitur etiam de except. Rota dec. 6. *eod. tit. in nouiſ.* Eſt verum, quod ad probandam
54 talem notorietatem, ſufficit ſemiplena
probatio, etiam ſi fiat per publicam
vocem, & famam, *Rot. & Felin. locis citat.*

55 Deducitur Secundo, quod non
obediens ſententiæ diffinitiuę, a
qua eſt appellatum, dummodo ver-
ſemur in caſu in quo, de iure non ſit
prohibitum appellare, non dicitur of-
fenſa manifeſta, Egid. *dec. 684. quæ incipit res iudicata.*

56 Deducitur Tertio, quod is contra
quem fuerunt impetratæ litteræ, ad be-
neficia, ſi præſentatis ſibi exequutoria-
libus, dicat ſe velle illis parere, ſi dein-
de mutata voluntate nolit parere, &
appellet, non dicitur commiſiſſe ma-
nifeſtam offenſam, tum quia hic nulla
preceſſit res iudicata, tum etiam quia
poteſt eſſe, quod quando promiſit ſe
velle parere, ignorare cauſas nõ parẽdi
quas nõ eſt prohibendus proſequi, *Fel. loc. cit. col. fin. in prin. Egid. dec. 124. Rot. decis. 16. de ſent. excom. in antiq.*

Deducitur Quarto, quod ſi quis poſt
concordiã, auctoritate apoſtolica con-
firmatam, renunciauerit exequutoriali
bus ad eius fauorem relaxatis, deinde
faciat declarari excommunicatum
eum contra quem exequutoriales
erant relaxatæ, vſq; adeo hic talis non
poteſt dic excommunicatus pro offen-
ſa manifeſta, quod quinimmo declara-
toria, eſt nulla, *Fel. d. col. fin. verſic. inſuper nota.*

57 Secundum eſt, quod requiritur,
ad hoc vt obiectus offenſæ manife-
ſtæ ſuffragetur, ſcilicet, vt opponens
iuret, ſe non opponere animo ca-
lumniandi, *Io. Andr. in d. cap. ſolet, & ibi Gem. num. 14. Coſta num. 14. & iterum in §. in ſecunda num. 52. Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 26. num. 9.*

58 Tertio, requiritur, vt probatio fiat in-
tra terminũ octo dierũ, quo lapſo, & of-
fenſa manifeſta non probata, abſolutio
ad cautelam datur, & obiiciens con-
demnatur in expẽſis in articulo huius
probationis factis, *d. cap. ſolet vbi Gem. num. 14. verſ. quod ſi iſte.*

59 Hic autem terminus incipit curre-
re à die exceptionis propoſitę, etiam
nulla facta aſſignatione per iudicem,
& currit, de momento ad momentum,
cõputata die in qua fuit propoſita ex-
ceptio, vt reprobata opinione *Hoſt.* te-
net *Rot. dec. 4. de ſent. excom. in antiq.*
quam ſequitur *Gem. in d. cap. ſolet nu. 14. verſ. an in iſto termino,* Franch. *nu. 7.*

60 Item iſtę terminus eſt cõis tũ, obii-
cienti offenſam, tum ẽt ipſi excõmuni-
cato, qui ſi velit probare offenſam fuiſ-
ſe factam ad propriam tutelam, debet
probare in eodem termino otto die-
rum, alias eo lapſo licet non excluda-
tur à facultate probandi, tamen inte-
rim non abſoluitur ad cautelam, *Innoc. & Hoſt.* quos refert, & ſequitur *Gem. in d. c. ſolet num. 13.* Franch. *ſub num. 6.*
Cęterum hic terminus non aſſignatur
opponenti de manifeſta offenſa, ſi ex-
communicatus non petat abſolutio-
nem ad cautelam, ſed tanquam ab
excommunicatione iniuſta, quia
ſi intra illud probaret iniuſtitiam, eſſet
abſoluendus ſimpliciter, & ſic abſolu-

tio

Digitized by Google

tio pareat excipienti perpetuum præjudicium, vt poſt *Innoc. & Io. Andr.* ſcribit *Gem. in d. cap. ſolet ſub num.* 8. *verſ. quid autem ſi opponatur.*

62 Ad Septimum, videri poteſt abſolutionem ad cautelam, vel nullam, vel modicam vtilitatem continere; Aut enim probatur, quod appellatio præceſſerit excommunicationem, & tunc non eſt opus abſolutione, quia remanet nullitas probata; Aut non probatur, & quia præſumitur quod appellatio fuerit interpoſita poſt ſententiam,
63 *Bal. in l. ampliorc, §. fin. verſic. audi ſimilem quæſtionem C. de appell. Felin. in d. cap. Apoſtolicæ num.* 19. probatur validitas quæ requirit abſolutionem ſimplicem vt ſupra dictum eſt *num.* 5. *& ſequenti.*

64 Sed pro reſponſione dicendum eſt, quod ad hoc vt nullitas concludatur, duo ſunt copulariuè probanda, primum quod appellatio præceſſerit, Secundum, quod fuerit interpoſita ex cauſa legitima, & rationabili *cap. per tuas, & venerabili, de ſent. excom: d. c. venerabilibus §. ſed ſi ex cauſa, & §. fin. eod. tit. lib. 6.*

65 Effectus ergo abſolutionis ad cautelam conſiſtit in hoc, quia probato tantum quod appellatio præceſſerit, datur abſolutio in quantum opus ſit, præſtita cautione de parendo mandatis Eccleſiæ qua præſtita litigatur ſuper veritate rei, & ſi fuerit repertus culpabilis, compelletur ſatisfacere alias abſoluetur in totum *d. cap. venerabilibus vbi Doct. Abb. in d. c. Apoſtolicæ ſub nu.* 10. *& ibi Fel. nu.* 19. *verſic. ſi diceres, et iterum Abb. in cap. veniens num.* 18. *de teſtib. Rot. dec.* 8. *ſub num.* 2. *de ſent. excom.*

66 Præterea ſtatim ac quis petit abſolutionem ad cautelam, pendente probationis articulo hoc cõſequitur emolumentum, quod extra iudicium veluti in officiis, poſtulationibus, electionibus, & aliis legitimis actibus, admittitur licet in iudiciis non poſſit vti actor experiri, *d. c. ſæpe §. in ſecunda de ſent. excom. lib. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Stylus in concedendis abſolutionibus in foro interiori.*
2 D*ecretum Concil. Tridentin. ſeſſ.* 22. *cap.* 5. *de reformat. non vindicat ſibi locum in iis quæ expediuntur in foro conſcientiæ.*
3 *Forum conſcientiæ quomodo differat a foro pœnitentiæ.*
4 *Abſolutio in foro conſcientiæ datur a iudice, etiam in minoribus, vel prima tonſura conſtituto, & num.* 8. *limita num.* 6.
5 *Abſolutio in foro pœnitentiæ datur a ſacerdote tantum.*
7 E*piſcopi à cenſuris occultis abſoluunt extra confeſſionem ſacramentalem.*
9 A*bſolutio in foro conſcientiæ non iuuat, in foro contentioſo, nec in tertii præiudicium.*
10 A*bſolutus in foro conſcientiæ poſt peractam pænitentiam exequi poteſt officium eccleſiaſticum abſque peccato.*
11 E*ccleſia de occultis non iudicat.*
12 A*bſolutus in foro conſcientiæ poteſt in contentioſo de eodem delicto accuſari.*
13 E*tiam ſi abſolutio ſit data vigore iubilæi, vel cruciatæ.*
14 A*bſolutus in foro conſcientiæ, etiam ſi egerit paenitentiam, poteſt accuſari, & puniri, de eodem delicto in foro exteriori.*
15 *Vbi effectus ſunt diuerſi vnum non tollit alium.*
16 A*bſolutus in foro conſcientiae, qui humiliter egit pœnitentiam ſi accuſatur in foro exteriori, mitius venit puniendus.*
17 *Baptiſmus tollit omnem peccati poenam quoad Deum, ſed non quoad publicam vindictam.*
18 *Blaſphemans* D*eum ſi abſoluitur in foro conſcientiae, an puniri poſſit in foro exteriori.*
19 Q*uod in* D*eum committitur, in omnium iniuriam fertur.*
20 D*iſpenſatio obtenta à coniugibus ſuper occulto impedimento quod operetur.*

ARGVMENTVM.

De abſolutione in foro interiori.

CAP. LXVIII.

CVm ſæpe contingat ex peccatis latentibus contrahi cenſuras, pro quibus ſi adeundus eſſet iudex in foro exteriori, homines timore perterriti retraherentur ab abſolutione petenda, pia mater eccleſia noſtram miſerata fragilitatem, aptamque vulneribus noſtris medelam adhibere cupiens, ſtatuit vt poſſit impendi abſolutio in foro interiori, *cap. quia plerique de immunit. Eccleſ. cap. quæ in Eccleſiarum, de conſt. cap. fi. li de teſtamentis.*

1 Et quo quis facilius, ac tutius hoc conſequi poſſit, ſtilus inoleuit in curia, vt abſolutiones à cenſuris quę petuntur in foro conſcientię tantum, expediantur per Sacram pęnitentiariam, nulla prorſus compoſitione perſoluta, ſed gratis quoad omnia, etiam quoad ſcripturam, & per viam breuis clauſi, & ſigillati, ac directi Magiſtro in Theologia, ſiue Decretorum Doctori ex approbatis ab Ordinario, & per pænitentem eligendo. qui Magiſter, ſiue Doctor, ne vnquam contingat peccatum detegi, poſtquam erit functus officio ſuo, litteras ſtatim lacerat, vt tradunt *Sarn. in reg. de non iud. iuxta form. ſuppl. quæſt.* 14. *Couar. in cap. Alma mater part.* 1. §. 11. *col. fin. verſ. his accedit*, & millies ſum expertus in praxi. Quinimmo licet ex præcepto *Sacr. Trid. Conc. ſeſſ.* 22. *cap.* 5. *de reformat.* diſpenſationes quæ committuntur extra Romanam Curiam, debeant committi ordinario impetrantium, quę vero conceduntur gratioſe, non ſortiuntur effectum niſi prius ab eiſdem ſaltim ſummariè, & extraiudicaliter cognoſcantur, tamen illud decretum vindicat ſi-
2 bi locum in his quæ expediuntur in foro conſcientiæ, *Sanchez de matrim. lib.* 8. *diſput.* 34. *nu.* 23 *Emman. ſà in ſum. verb. diſpenſatio.*

3 Quantum attinet ad abſolutionem in foro conſcientię, notandum eſt primo, dari abſolutionem in foro conſcientię, & in foro pænitentię: ſi quidem abſolutio in foro pænitentię non poteſt impendi niſi ſacramentaliter, & ſic in actu confeſſionis, abſolutio vero in foro conſcientię non requirit de neceſſitate confeſſionem, ſed tantum importat diſtinctionem à foro exteriori, vt vtrumq. declarat *Prapoſ. in c. preterea el* 2. *nu.* 5. *de ſponſal. Roderiq. in quæſt. regular. tom.* 1. *quæſt.* 61. *art.* 10. *Sanchez de matr. lib.* 8. *diſput.* 34. *ſub nu.* 29. *& ad præcepta decalogi lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 13. *& cap.* 12. *nu.* 4. *in fine, Suarez de cenſur. diſput.* 41. *ſect.* 2. *num* 11. *Petr. Ledeſma in ſum. tom.* 2. *tract.* 1. *cap.* 6. *poſt* 20. *concluſ. difficult.* 8. *Leonard. Duard. in declar. Bulla cœna lib.* 3. §. 2. *quæſt.* 12. *num.* 11.

4 Vnde deducitur primo, quod abſolutio in foro conſcientię, poteſt dari à iudice etiam in minoribus, vel prima tonſura conſtituto, D. *Thom. in* 4. *ſent. diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 2. *D. Ant. in* 3. *par. tit.* 24. *num.* 77. *gloſ. in cap. canonica verb. presbyter, de ſent. excom.*

5 Abſolutio vero in foro pænitentiali, non poteſt dari niſi à ſacerdote, *Nauar. in Manual. cap.* 27. *num.* 41. *et conſil.* 11. *num.* 2. *tit. de priuileg.* Niſi forte abſolutio in foro conſcientię detur ſimul, & ſemel cum abſolutione à peccatis, nam tunc non poteſt niſi à Sacerdote dari, *Nauar. locis cit.*

6 Deducitur Secundo, quod abſolutio quæ dari poteſt ab Epiſcopis à cenſuris occultis vigore *Concilii Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 6. poteſt impendi extra confeſſionem ſacramentalem, *Nau. d. conſil.* 11. *num.* 2. *verſic.* 2. *quod Epiſcopus* quinimmo etiam in abſentia, *Suar. Ledeſ. Roder. & alii quos refert, & ſequitur Sanchez ad præcepta decalogi lib.* 2. *cap.* 11.

Digitized by Google

11. *num.* 14. *Riccardus in Bulla Cenæ lib.* 3. §. 2. *quæſt.* 8. *num.* 49. *et* 50.

8 Deducitur Tertio, quod excommunicator qui non eſt ſacerdos licet ſi ſit primâ tonſura initiatus poſſit abſoluere in foro conſcientiæ, vt ſupra dictum eſt, tamen non poteſt abſoluere in foro penitentiali, *Nauar. d. cap.* 27. *num.* 41.

9 Notandum ſecundo, quod abſolutio in foro conſcientiæ ex quo eſt reſtricta ad ſolam animam, ideo quando demãdatur aliis, non conſueuit cõmitti quo ad ea quę concernunt forũ contēntioſum, ſed tantũ ea quæ ſpectant ad purgandã conſcientiã, non autem tangentia forum contentioſum aut tertii præiudicium. *Pariſ conſil.* 67. *nu.* 22. *lib.* 4. *Couar. in cap. Alma mater. par.* 1. §. 11. *col. fin. verſic. quinto his accedit*, & conſequenter ſicuti operatur omnes effectus qui tendunt ad animæ ſalutem, ita non ſuffragatur quoad reſpicientia forum contentioſum, vt ex infra allegandis apparebit.

Deducitur ergo primo, quod abſolutus in foro conſcientiæ poſt pera-
10 ctam pænitentiam, & quandiu cenſura eſt occulta, habet exequutionem officii eccleſiaſtici, adeo vt poſſit celebrare, & alias ordinibus vti abſque peccato, *Arebid. et Turrecrem. in cap. de his* 50. *diſt. Anchar. in cap. peccati venia ſub nu.* 4.

Ratio huius rei eſt, quia cum per abſolutionem in foro conſcientiæ ſit remiſſum vinculum quo tenebatur apud Deum, *cap. admonere* 33. *q.* 2. remanet
11 tantum vinculum quoad eccleſiam, quæ non conſueuit, de occultis iudicare, *cap.* 1. *vt eccleſ. beneſ. ſine diminut. confer. cap. chriſtianus, poſt princ.* 32. *q.* 2.

12 Deducitur Secundo, quod abſolutus in foro conſcientiæ, etiam poſt peractam pænitentiam poteſt pro eodē delicto accuſari, & puniri in foro exteriori, *cap. admonere, vbi gloſ. & Doct.* 33. *quæſt.* 2. *gloſ. in cap. de his, in fine, de accuſ. et ibi Hoſt. Butr. Abb. et Fel. num.* 6. & iterum *gloſ. in cap. gaudemus, verb. poterit, de diuort. et in cap. qui crimen* 6. *quæſt.* 1. *et in cap.* 2. *verb. diſpenſatum in fine, de ſchiſm. et in cap. pen. verb. quibus, de panis. diſt.* 5. *Rom. conſ.* 375. *num.* 2. *Anchar. in d. reg. peccati venia, ante num.* 4. *de reg. iur. lib.* 6. *Abb. in cap. accuſati nu.* 3. *de accuſ. Couar. in d. cap. alma mater par.* 1. §. 7. *col. fin. verſic.* 4. *hoc ipſum conſtat, & lib.* 2. *Var. Reſol. cap.* 10. *nu.* 3. *Penia ad Emer. comment.* 25. *verſ. Rurſus. Ant. Gomes Var. reſol. cap.* 1. *num.* 40. *Sanchez ad præcepta decalogi lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 7. *Leonard. Duard. in Bulla Cenæ lib.* 3. §. 2. *quæſt.* 12. *num.* 22.

13 Hæc prima deductio extenditur Primo, vt procedat etiamſi abſolutio fuerit tradita vigore iubilæi, ſiue cruciatæ aut alterius Pontificiæ conſtitutionis, *Couar. in d. cap. alma Mater,* §. 11. *col. fin. in princ. verſic.* 3. *circa idem.*

14 Extenditur Secundo, vt procedat etiam ſi pænitentia impoſita pro cenſura occulta in foro conſcientiæ fuerit publica, nam nihilominus cenſura detecta non ſuffragabitur in foro exteriori, quia effectus vtriuſq. abſolutionis ſunt diuerſi, & ideo vnum non
15 tollit aliud, *Hoſtien. in Sum. tit. de accuſat.* §. *effectus*. *Rom. conſil.* 375. *nu.* 2. *Soccin. et Abb. in cap. tu, de procur. et iterum Abb. in d. cap. de his de accuſ. et ibi Felin. nu.* 6. *in cap.* 1. *de maled. Gomeſ. tom.* 3. *Var. Reſol. cap.* 1. *num.* 40. *Auila, et alii* quos refert, & ſequitur *Sanchez ad præcepta decalogi, lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 7. *Penia loco cit. verſic. breui ergo, Duard. loco cit. ante num.* 13. & hæc eſt receptior, & verior, quicquid ex aduerſo ſenſerint *Butr. et Imol. in d. cap. de his*. fatetur tamen
16 *Penia loco cit. verſ. illud hic moneho* quod quando abſolutus in foro conſcientiæ egit humiliter pænitentiam, ſi deinde accuſetur in foro exteriori, erit cum eo mitius, ac dulcius agendum, cum ex abſolutione petita, & pænitentia peracta ſatis appareat ipſum diſplicuiſſe.

17 Extenditur Tertio, vt procedat e-
tiam in abſolutione quam conſequi-
tur infidelis per ſuperuenientiam
baptiſmi, quia licet illa tollat omnem
peccati pęnam quoad Deũ, tamen nõ
tollit quoad publicam vindictam, *gloſ.
ſin. in c. gaudemus, & ibi Doct. commu-
niter, de diuor. Anan. in d. cap. de his,
de diuor. Card. in clem. 1. §. ſane quaeſt.
14. de vſur. Dec. qui alios refert, & te-
ſtatur de communi conſil. 130. & in cap.
quae in eccleſiarum, num. 83. & ſeq. de
conſt.*

Eadem ſecunda deductio limitatur
ne procedat quando verſamur in ca-
ſu in quo abſolutio in foro pęnitentiæ,
operatur per omnia eundem effectum
quem operatur abſolutio iudicialis, ve
luti ſi ſtatuto imponatur pæna blaſphe
manti Deum, & per aliud ſtatutum
18 remittatur pęna habenti pacem ab of-
fenſo, ſi talis blaſphemans egerit pæ-
nitentiam in foro conſcientiæ, ex quo
per eam conſequitur indulgentiam
& remiſſionem à Deo, non poteſt am-
plius puniri in foro iudiciali vt conclu
dit, *Bart. & Anan. quos refert, & ſequi
tur* Felin. *in d. cap. de his ſub num. 7. in
fine de accuſat.*

Verum hæc limitatio apud me tuta
non eſt, ſupponit enim quod blaſphe-
mans Deum offendat tantum diuinam
maieſtatem, cum alioqui ęque ledat
rem publicam, nam quod in Deum
committitur in omniũ fertur iniuriã,
19 *l. Manichaeos C. de haeret. cap. vergen-
tis, vbi gloſ. in verb. grauius extra eod.
tit. cap. cum ſecundum leges, eod. tit. lib.*
6. licet ergo deliquens per pæniten-
tiam in foro interiori conſequatur re-
miſſionem, quia tamen illa non rela-
xat poenam debitam reipublicæ, *c. cum
deſideres in fine de ſent. excom. cap. 1. de
crim. falſ.* merito non poteſt dici quod
remaneat abſolutus in foro iudiciali
vt eleganter probat *Anchar. in reg. pec-
catum num. 2. de reg. iur. lib. 6.*

Tertio principaliter deducitur quod
abſolutio in foro conſcientiæ obten-
ta à coniugibus, vt licitè poſſint per-
20 manere in matrimoni o contracto, vel
contrahendo in gradibus prohibitis,
operabitur quidem vt proles ſuſcepta,
vel ſuſcipienda quouſque impedimen
tum non pandatur, cenſeatur capax or
dinis, et beneficiorum, necnon et vt
habeat Iura ſucceſſionis, tam actiuæ,
quam paſſiue, at vbi impedimentum
erit detectum, præſertim ſi ſit dedu-
ctum in foro contentioſo, reputabitur
illegitima, tam qnoad ordines, & be-
neficia, quam etiam quoad omnia ſpi-
ritualia, & temporalia, vt poſt alios
ſcribit *Sanchez, de matr. lib. 8. diſput.
34. nu. 47. & 48. cum pluribus ſequen-
tibus* ad quem ne longior quam par
ſit excurrat tractatio lectorem reiicio.

SVMMARIVM.

1 *Proponuntur quaeſtiones diſputandae.*
2 *Excommunicatus abſolui poteſt etiam inuitus.*
3 *Poteſtas ligandi, & ſoluendi, par eſſe debet.*
4 *Poteſtas excommunicandi, procedit ex poteſtate clauium.*
5 *Excommunicatio praeſupponit malum culpae.*
6 *Excommunicatus a iure an poſſit inuitus abſolui, & num. 7.*
8 *Excommunicatus a iure pro cauſa habente tractum ſucceſſiuum, non poteſt inuitus abſolui. limita vt num. 9.*
10 *Excommunicatus abſolui poteſt abſens, & non petens.*
11 *Item ignorans.*
12 *Recuſans praeſtare iuramentum de parendo mandatis, abſolui poteſt.*
13 *Abſolutio data inuito non ſuffragatur ad remiſſionem culpae.*
14 *Peccatum non committitur ſine voluntate neq. tollitur.*
15 *Inferiores S. Pontifice an abſoluere poſſint excommunicatum inuitum.*
16 *Excommunicatus licet poſſit, tamen non debet inuitus abſolui.*
17 *Vſus eccleſiae erga perſeuerantes in excommunicatione.*
18 *Excommunicatio reſpicit etiam publicam vtilitatem.*
19 *Abſolutio data inuito inducit contem-*

ptum

ptum cenſurarum.

20 *Excommunicatus non petens, abſolui non debet.*

21 *Excommunicatus per ſententiam a iure, inuitus abſolui non debet.*

22 *Iudex abſoluens excommunicatum inuitum vel non petentem, peccat, & puniri poteſt.*

23 *Ex cauſa rationabili excommunicatus, non petens, & inuitus, debet abſolui.*

24 *Excommunicatio impediens vtilitatem eccleſiæ, debet etiam inuito relaxari.*

25 *Iudex debet ex officio reuocare excommunicationem iniuſtam.*

26 *Permanens in excommunicatione cauſa humilitatis omnino eſt abſoluendus.*

27 *Excommunicatus qui deterior efficitur, eſt abſoluendus.*

28 ***Finis excommunicationis quis ſit.***

29 ***Excommunicatus qui deterior efficitur tunc demum abſoluendus eſt, cum adeſt ſpes probabilis quod ſublata excommunicatione corrigatur.***

30 ***Inuitus excommunicatus non eſt abſoluendus.***

31 ***Excommunicatus ad effectum deponendi, eſt abſoluendus etiam inuitus.***

32 ***In abſolutione inuito danda, quæ concurrere debeant, & an requirantur in Papa num. 33.***

ARGVMENTVM.

Excommunicatus An abſoluatur inuitus.

CAP. LXIX.

1 DVplex in propoſita ſpecie inuoluitur quæſito, prima An poſſit, Secunda An debeat abſolui. quo ad primam, communis eſt Doctorum concluſio, excommunicatum quamuis inuitum, & contumacem abſolui poſ-
2 ſe. ſic enim concludit D. *Thom. in 4. ſent. diſt. 18. quæſt. 2. art. 5. ibique Riccard. art. 10. quæſt. 1. Gabriel. q. 2. Palud. quæſt. 5. Soto Maior. quæſt. 4. Io. Andr. in cap. 1. num. 2. & ibi Franch. num. 5. de ſent. excomm. lib. 6. Calder. in cap. ab excommunicato nu. 26. & 27. de reſcript. ibique Card. ante num. 19. verſic. quinto quæro, Butr. numero 50. Abb. numero 20. Anan. in cap. 1. num. 14. de maled. Imol. in clem. 1. circà princ. de pœnit. & remiſſ. Abb. in cap. nouit, num. 35. de iudic. & iterum in c. ad reprimẽdam, ſub num. 6. de off. ord. Soccin. in cap. ſuper eo 51. num. 5. de ſent. excom. Felin. in cap. apoſtolicæ, num. 1. de except. et in cap. veniens num. 22. et 23. de teſtib. Franch. in cap. ſolet nu. 5. de ſent. excom. lib. 6. Præpoſit. in cap. ſignificaſti, num. 11. de eo qui duxit in matr. quam polluit per adult.*

Ratio eſt multiplex Prima quia cenſura non eſt culpa, ſed pæna, *cap. 1. de ſent. excom. lib. 6.* quę ſicuti poteſt infligi in inuitum, ita poteſt auferri per abſolutionem, cum poteſtas ſoluendi
3 & ligandi par eſſe debeat, *cap. verbũ de pænit. diſt. 1.*

Secunda eſt ratio, quia poteſtas excommunicandi prouenit tantum ex
4 poteſtate clauium, *Abb. in cap. ab excommunicato num. 10. verſ Item quia, de reſcript. cum aliis allegatis ſupra eod. lib. c. 1. nu. 4.* quæ quidem poteſtas ſicuti adminiſtratur à ſolo excommunicatore, abſque alia excommunicati voluntate, ita debet adminiſtrari poteſtas abſoluendi, cum eius ſit ſoluere, cuius eſt ligare, *cap. 1. de reg. iur.*

5 Tertia ratio, quia excommunicatio licet in ſe ſupponat malum culpæ, nẽpe, quia ſemper inheret peccato mortali, ratione contemptus, Nihilominus ſuaptè natura infert malum pænæ, cuius principium, cum ſit extra nos, meritò ſine facto noſtro tolli poteſt, D. *Thom. & alii locis cit.*

Remanet ergo firma cõcluſio, quod regulariter excommunicatus, poteſt etiam inuitus abſolui quæ.

Extenditur primo, vt procedat ſiue

cx.

excommunicatio ſit lata ab homine, ſiue ſit lata a iure, Nam vtroque caſu
6 poteſt ab ea etiam inuitus abſolui, *Pa lud. & Sota Maior locis cit. Angel. in ſum.verb. abſolutio num. 2. Silueſt. in verb.abſolutio 3. §. 16. Mar. Alter. de cenſur.tom.1.lib.4.diſput. 6.cap. 2.ſub lit. B, verſ.excommunicatio tamen*.

Contrariam opinionem tenent Ric card. & Gabr.locis antè citatis, videlicet quod quando excommunicato fertur a iure abſolutio non poſſit dari inuito. Ducti auctoritate *teſt.in c.damnationis 24. q. 2.* vbi *damnationis* (inquit) *ſententiam quicumque meretur accipere, ſi in ſuo ſenſu voluerit permanere, nullus relaxare poterit*, & ſequitur *Felin.in cap.apoſtolica,ſub num. 2.verſ.limitas niſi*.

7 Opiniones conciliare ſtudendo,duo videntur conſiderandi caſus. primus quando excommunicatio infligitur a iure propter actum, qui vnica vice conſumitur, cuiuſmodi eſt propter violentam manus iniectionem in clericum, & tunc quia actus eſt, iam conſumptus, poteſt is qui habet facultatem abſoluendi a tali cenſura, abſoluere Reum,etiam inuitum, & reluctantem; per abſolutionem enim non conſulitur eius voluntati, ſed vtilitati, quo caſu, non incongruit, vt beneficium præſtetur inuitis, *c.& qui emendat. 45. diſt.* nec ex eo, quod excommunicatio ſit a iure lata, mutat ſpeciem, quia actus eſt iam conſumptus, & perſeuerantia in cenſura, non inducit nouum actum.

8 Secundus eſt caſus quando actus cui eſt de iure annexa cenſura habet tractum ſucceſſiuum, veluti hæreſis, quam ſemper concomitatur excommunicato,*cap.cum Chriſtus, & cap.ſicut, & cap. ad abolendam, de hæret.* cum aliis allegandis infra *lib. 5. cap. 7.num. 1.* & tunc non poteſt abſolui, nec inuitus, neque volens, niſi hæreſi prorſus abiurata, quia cum excommunicatio hereſi cohæreat ſaltim de iure eccleſiaſtico, iuxta trad. in *d. cap. 7.* non poteſt dari abſolutio quæ ſuffragetur niſi hæreſi ſublata, alias illa remanente, abſolutio non operaretur, quia reincideret ſtatim in eandem cenſuram, & in hoc caſu accipiendus *teſt. in d.cap.damnationis.24. q. 2.* quiquidem eſt intelligendus de damnatione propter hereſim, quia eſt deſumptus ex D.*Leone epiſt. 13. ad Pulcheriam Auguſtam*, quæ tota expenditur in deteſtationem hæreſis Euthichetis.

9 Non poterit ergò abſolutio dari inuito in caſibus habentibus tractum ſucceſſiuum, niſi duplici concurrente conditione, videlicet, quod detur ab eo, qui habet poteſtatem reuocandi legem, & quod eam velit reuocare; Tunc enim poterit abſolui etiam inuitus, quia lege reuocata, non poteſt habere amplius locum reincidentia.

10 Extenditur Secundo, vt ſi poteſt abſolui inuitus,multò magis poſſit abſolui abſens, & non petens, vt in ſpecie ſcribit *Alber. in l. a procedente, num.2.C.de dilat.* vbi atteſtatur,quod in hac opinione concordabant Practici Romanæ Curiæ, tempore Benedicti xij. apud quem ipſe erat orator, pro Mediolanenſibus.*Franch. in cap.ſolet, ſub num. 5.de ſent.excomm.lib.6*.

11 Et pari ratione Extenditur Tertio, vt poſſit abſolui ignorans, *gloſ. & Arch.in cap.quanto,num.3.2.q.4*.

12 Extenditur Quarto, vt fortius poſſit abſolui is,qui petit abſolui, ſed recuſat præſtare iuramentum de parendo mandatis, *cap.ſuper eo, vbi notant omnes, de ſent. excom.* pro quo facit, quod tale iuramentum eſt introductũ, ad cautelam ex cõſuetudine eccleſiæ, *cap. cum deſideres, §. cui quæſtioni de ſent.excomm.* atque ideo non eſt de ſubſtantia abſolutionis, quæ etiam ſine iuramento data valet,*gloſ.in d.cap. cum deſideres, verb.præſtitum, & in d. cap. ſuper eo verb. cum promiſſione, & vtrobiq; Doct. committatur*.

Eadem principalis concluſio declaratur Primo,vt abſolutio, quæ dati poteſt inuito, ſuffragetur tantum ad remiſſionem pœnæ,non autem ad remiſſionem

15 ſionem culpæ,ſciticet peccati propter
quod excommunicatio fuit inflicta,
peccatum enim non remittitur, niſi
correctis,& veniam petentibus *,c.lega
tur 24.q.2.c.abſit, & c. ſiquis præprope
ra 50.diſt. Alex.de Neu.in d.c.ſignific.
n.11. de eo qui duxit in Matr.quã pol-
luit per adult. & ibi Abb. ſub num.* 7.
*verſ. & conclude, Soccin. in cap. ſuper
eo 51. num.* 3. *de ſentent. excomm.*
Sicuti enim peccatum ex noſtra
proficiſcitur voluntate, & ſine volun-
14 tate non eſt peccatum, *§.*1.20. *quaſt.*
1.*cap.ſicut enim*, 32. *quæſt.* 5. Ita ſine
voluntate noſtra tolli non poteſt, *d.
cap.legatur*, 24.q.2. *D.Thom.& alii lo
cis cit.*

Declaratur Secundo, vt procedat
tantum in ſummo Pontifice, non au-
tem in cæteris Prælatis, quia ipſi non
poſſunt inuitum abſoluere, ita decla-
15 rat, ***Alberic. in d.l.a procedente, num.
2. vrſ. & iura quæ loquuntur, C. de
dilat.***

**Contrarium puto verius, quia ra-
tiones propter quas concluditur poſ-
ſe excommunicatum abſolui inuitum,
non cohærent poteſtati Pontificis, ita
vt diuerſum dici debeat in cœteris
Prælatis, ſed ſunt rationes, quæ equè
militant in omnibus Prælatis & prop-
terea in caſibus, in quibus Prælati ha
bent poteſtatem abſoluendi,eadem eſ
ſe debet iuris diſpoſitio, *l. illud, ff. ad
l.aquil.l. adigere,§. quamuis, ff. de iure
patr.* & hæc quoad primam difficulta-
tem.**

16 **Quoad ſecundam, Regula concipi
poteſt,quod licet inuitus poſſit abſol-
ui,tamẽ abſolui non debet, ita probat
*teſt.in d.c.ſignific.in fi. de eo qui duxit
in matr.quam polluit,per adult.& in c.
apoſtolica,de re iud.lib.6. & in cap. le-
gatur*, 24.q. 2. & tradunt *Riccard. in
4.diſtinct.* 18. *quæſt.* 10.*art.*1. *D. Bo-
nauent.ibidem. quæſt.6.Calder.in cap.
ab excommunicato, num.* 26. *& ſequ.
de reſcript. Alex.de Neuo, in d.c.ſigni-
ficaſti,num.* 12. *de eo qui duxit in ma-
trim. quam polluit, per adult.Præpoſit.
ibid.num.* 4. Felin. *qui plenè probat in***
cap.apoſtolica,ſub num. 1. *&* 2. *de ex-
cept.Abb.in d.cap.ſignificaſti ſub num.
7.verſ. & conclude breuiter.* & hæc eſt
17 communis opinio, quam probat etiam
vſus eccleſiæ, quæ Reos in excommu
nicatione perſiſtentes conſueuit pri-
mum paternè monere, ad ſatisfacien
dum,& abſolutionem conſequendam,
deinde omnibus iuris, & facti reme-
diis eos cogit,etiam per abſolutionem
ſubditorum à fidelitatis iuramento,
quamdiu in excommunicatione per-
manſerit, vt in *cap.fin.de poenis*, & ad
extremum etiam ad feudi, & regni
priuationem, vt in *cap. 2. de ſent, et re
iud. lib.6*.

Ratio eſt duplex. Prima,quia per ta
lem abſolutionem præiudicatur bono
communi, cum excommunicatio non
feratur tñ propter vtilitatem excom-
municati, ſed etiã propter vtilitatem
18 publicam,nempè, vt alii eorum exem
plo perterriti,ſimilia patrare pertime-
ſcant, *clem.* 1. *in fin.de offic. ordin. cle-
ment.*1.*in final. verbis, de teſtamentis,
cap.2.de calum.cap.ad liberandam, de
Iudicis.cap.ſi canonici, §.fin.vbi etiam
gloſ.de off.ord. lib.6.l.aut facta, §.fin.
ff.de poenis*.

Secunda eſt ratio,quia per abſolu-
tionẽ quæ datur inuito, datur occaſio
cõtemnendi cenſuras, vbi enim excõ
municati ſcirent,ſe fore abſoluendos,
19 non obſtante, quod in contumacia
perſiſterent, vtique dubio procul in
ea inſordeſcerent, quod quidem,cum
in prauum tendat exemplum, ab eccle
ſia ferendum non eſt, *cap.vt famæ,de
ſent.excomm. cap. cum non ab homine,
de Iudic.cap.eſt iniuſta*. 23. *q.* 4.

20 Extenditur Primo, vt non ſolum
non debeat abſolui excommunicatus
inuitus, ſed neque debeat abſolui
non petens, *d. cap. ſignificaſti, ibi ſi
petierit, & ibi gloſ. &* Doct. *commu-
niter*.

Extenditur Secundo, vt prædicta
procedant, quando verſamur in ex-
communicato per ſententiam inflictã
de iure, tunc enim non debet abſolui,
21 ita *Riccard.Alex.de Aleſ. & Gabr. d.
diſt.*

Digitized by Google

diſt.18.q.10.art.1.Felin.in ſepè allegato, cap. apoſtolicæ, ſub num. 2. verſ. limitat niſi, Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 21. num. 7.

22 Extenditur Tertio, vt ſi iudex abſoluat excommunicatum inuitum, aut non petentem, licet abſolutio teneat, tamen peccat, D. *Bonauent. & Riccard. locis cit. Calder. in d. cap. ab excommunicato, ante num. 27. Alex. de Neuo in d. cap. ſignificaſti, ante num. 15.* vbi quod Iudex ex hoc poſſet puniri, *Alter. de cenſur. lib. 4. cap. 2. pag. 438. Sayr. eod. tract. lib. 2. cap. 21, num. 11.*

23 Eadem principalis concluſio declaratur, ne procedat vbi iuſta, & rationabilis cauſa ſuadet excommunicatum eſſe abſoluendum, tunc enim abſolui debet etiam non petens, & inuitus, vt ex infra dicendis liquebit. Iuſtæ autem cauſæ ſunt infraſcriptæ videlicet.

24 Prima Quando per excommunicationem impediretur vtilitas eccleſiæ, ſeu impediretur eccleſiæ ordinatio, vt probat *text. in cap. apoſtolicæ*, vbi præſertim hoc notat *Abb. ſub num. 1. verſic. ex quo Infero, de except. Alter. de Cenſur. tom. 1. lib. 4. cap. 2. pag. 457. lit. E, verſ. niſi ex huiuſmodi, Sayr. eod. tract. lib. 2. cap. 21. num.* 9. Secunda eſt cauſa quando excommunicatio dicitur nulla, & lis pendet ſuper nullitate, quia nullitate pendente non conſtat de vinculo excommunicationis, *Felin. in cap. Veniens, num. 23. & 24. de teſtib.*

Tertia eſt cauſa, quando excommunicatio eſſet iniuſta, tunc enim prudens, & religioſus Iudex debet eã ex officio reuocare, quia poteſt, & debet reuocare errorem ſuum, *cap. ſa-*
25 *cro. S. ſi vero iudex, de ſent. excomm. Calder. in d. cap. ab excomm. ſub num. 27. verſ. vbi vero, quis iniuſtè, Alex. de Neuo, in d. cap. ſignificaſti num. 12. Prepoſit. num.* 4. quicquid in contrarium ſcripſerit, *Felin. in cap. Veniens, num. 23.*

26 Quarta eſt cauſa, quando excommunicatus ſatisfacit, ſed cupiens diutius pænitere non vult abſolui per humilitatem, tunc enim debet omnimodè abſolui, *Calderin. in d. cap. ab excommunicato 27. verſ. ſed ſi nollet abſolui, Abb. ibidem, ſub num. 20. verſ. dicit etiam.*

27 Quinta eſt cauſa, quando Reus per excommunicationem redderetur deterior, & obſtinatior in delicto. Tunc enim debet prudens Iudex etiam inuitum abſoluere, ita docet D. *Thom. in 4. diſt. 18. q. 2. art. 5. Io. Andr. in d. cap. 1. num. 2. de ſent. excomm. lib. 6. Abb. in ſepè citato cap. ſignificaſti, ſub num. 7. verſic. ſi tamen excommunicatus, de eo qui duxit in matr. quam polluit per adult. ibiq; Prepoſit. num. 4. Alex. de Neuo, num. 11. verſ. 2. eſt, Abbas in d. cap. ab excommunicato, num. 20. verſ. & occurrit, de reſcript. Felin. in cap. apoſtolicæ, ſub num. 2. verſ. habes ergo de except.*

28 Ratio eſt, quia in tali caſu excommunicatio caret fine propter quem fuit inſtituta, nempè, vt rubore ſuffuſus, & correptus reſipiſcat, *cap. 1. de ſent. excomm. lib. 6.* Atque ideo Iudex ad inſtar prudentis Medici, vbi agnoſcit vnius generis medicamentum non prodeſſe, debet illud omittere, & aliud adhibere.

Hæc ratio licet concludat ex parte excommunicati; nihilominus quia in excommunicatione, non ſolum inſpicitur eius ſalus, ſed exemplum aliorum, vt probatum eſt ſupra *num.* 18.

29 Ideò hæc quarta cauſa abſolutionis erit ſub declaratione intelligenda, videlicet, vt procedat quando ſpes eſt probabilis, quod ſub. lata excommunicatione, & alio adhibito remedio excommunicatus corrigi debeat, alias ſi certum ſit, quod erit nihilominus induritia permãſurus, ſatius eſt, eũ in eadem excommunicatione tabeſcere, vt illi ſit poena, & coeteris exemplum argumento, *d. clem. 1. in fin. de offic. ord.* & tradit in ſpecie, *Abb. in d. cap. ab excommunicato, n. 20. verſ. & occurrit mihi, de reſcrip. Felin.*

lin. in cap. apoſtolicæ ſub num. 2. verſ. habes, ergo vnam eaſum, de except. Angel. in verb. abſolutio, 3. 10. Summa Piſan. in verb. abſolutio el 1. verſ. etiam inuitus.

30 Dixi quando adeſt ſpes probabilis; quia ſi verſaremur in dubio, excommunicatus non eſſet abſoluēdus, vt pluribus probat, *Mart. Laud. in tract. de conſcientia, quæſt.* 1. quem ſequitur *Felin. in d. cap. apoſtolicæ, num. 2. verſ. coeterum in dubio, de except.*

31 Sexta eſt cauſa quando ageretur de abſolutione ad effectum, vt excommunicatus poſſet teſtificari, tunc enim ſi non adſint alii per quos poſſit negotium probari, eſt iuſta cauſa, vt excommunicatus abſoluatur inuitus, præſertim ſi fiat ad inſtantiam eius cuius intereſt ipſum examinari, *Felin. in d. cap. Veniens num. 23. & 24. de teſtib.*

32 Demum antequam huic materiæ finis imponatur, in abſolutione inuito danda, tres ſunt cōditiones ſeruandæ. prima ne cedat in tertii præiuditium, quia eſſet contra iuſtitiam commutatiuam.

Secunda, vt caueatur quantum fieri poteſt ſcandalum, vel contemptus cenſurarum, quia ex hoc capite poſſet eſſe contra charitatem, & contra iuſtitiam legalem. Tertia, vt ſi verſemur in cenſura lata a iure, & in Prælato, tunc inſpiciatur an pro pertinacia ſit de iure conſtitutum, vt tranſcatur ad aliud remedium, quia tunc non poteſt Prælatus omiſſis remediis a iure conſtitutis abſoluere inuitum, cum ipſe non ſit ſupra ius.

33 Dixi de Prelato, quia ſecus eſſet in ſummo Pontifice, qui pro ſuprema eius autoritate, poteſt a præſcripto iuris ordine recedere, & abſolutionem pro eius prudentia impartiri, vt declarat, & rectè *Suarez diſput. 7. ſect. 7. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *In abſolutione danda requiritur citatio partis.*

2 *Excommunicator eſt citandus quando petitur abſolutio coram ſuperiore.*

3 *In reuocanda excommunicatione tanquam nulla, requiritur citatio partis.*

4 *In abſolutione ad cautelam, requiritur citatio partis.*

5 *Vbi periculum eſt in mora, non requiritur citatio partis.*

6 *Pars non eſt citanda in abſolutione dan da in foro conſcientiæ.*

7 *Remiſſus ad ſacerdotem, vt abſoluatur, quid facere debeat.*

8 *In abſolutione extraiudiciali ex gratia Papæ, non eſt citanda pars.*

9 *Quando abſolutio datur ab eodem excommunicatore non requiritur citatio partis.*

10 *Iudex informatus de negotio, poteſt procedere ſine citatione partis.*

11 *Ceſſante contumacia, abſolutio datur ſine citatione.*

12 *Defectus citationis non annullat abſolutionem.*

13 *Excommunicatio lata ſine citatione tenet.*

14 *Defectus iuriſdictionis annullat abſolutionem.*

15 *Actis non tranſportatis non poteſt Archiepiſcopus abſoluere.*

16 *Abſolutio data non ſeruata forma commiſſionis eſt nulla.*

17 *Limitatur in iudice ordinario.*

18 *In caſibus reſeruatis ſedi apoſtolicæ, poteſtas dependet ex tenore delegationis.*

19 *Forma præſcripta a lege per decretum irritans, ſi non ſeruatur, vitiat actum.*

20 *Ab abſolutione data ſine citatione datur appellatio.*

A R.

ARGVMENTVM.

In abſolutione danda à cenſuris, an requiratur neceſſario partis citatio.

CAP. LXX.

1 Regulariter in abſolutione danda, citatio eſt neceſſaria, quia per eam poteſt ledi pars, ad cuius inſtantiam fuit lata excommunicatio, ita probat *teſt. in c. Romana, & in cap. venerabili, §. porrò, de ſent. excomm. lib. 6. cap. 3. in fine, de offic. ord. gloſ. in cap. excommunicatos, 11. q. 3. Bal in l. ſi pacto 14. ſub nu. 12. verſ. idem dicit*, C. *de pact.* *Doctores communiter in cap. qua fronte 25. de appellat. ibiq. ſignanter Butr. num. 11. in fi. num. 9.* Abb. *num. 7. Franch. nu. 31. Dec. num. 19. Io:* Andr. *in cap. ſolet num. 18. de ſent. excomm. lib. 6. & ibi Gem. num. 11. & 13. Anchar. num. 3. Franch. num. 11. Abb. in cap. ſacro 48. num. 15. & in cap. per tuas num. 13. verſic. tu conclude, eod. tit.*

2 Extenditur Primo, vt quando excommunicatio eſt lata ex officio, tunc ſit citandus idem excommunicator, ſi agatur de abſolutione coram ſuperiore, *d. cap. venerabili, §. porro, Io: Andr. Gem. Franch. & alii in d. cap. ſolet, Franch. in d. cap. qua fronte, num. 15. Butr. num. 9.*

3 Extenditur Secundo, vt multo magis procedat, vbi agitur de reuocanda excommunicatione tanquam nulla, vel iniuſta, tunc enim ſi citatio omittitur, reuocatio eſt nulla, quia in tali caſu eſt idem ac diffinitiuè pronunciare ſuper excommunicatione, quod fieri nõ poteſt abſque cauſæ cognitione, *Abb. in d. cap. qua fronte, ſub num. 7. verſic. Aut vult ſententiam, Franch. ſub numero 31. & 32.*

4 Extenditur Tertio, vt procedat, ſiue agatur de abſolutione ſimplici, ſiue de abſolutione ad cautelam, *Io. And. in d. cap. ſolet num. 18. Præpoſit. in d. cap. qua fronte, ſub num. 18. verſ. & procedit prædictus articulus, Franch. nu. 31. verſ. & procedunt prædicta*. cum aliis allatis ſupra *hoc eod. lib. cap. 66. in quinta quæſtione, in 4. requiſito.*

5 Eadem concluſio limitatur primo, ne procedat, vbi periculum eſſet in mora, tunc enim abſolutio datur abſque partis citatione, *cap. ſacro, vbi Doct. de ſent. excomm. gloſ. in cap. 3. verb. non relaxes, verſ. niſi periculum, de offic. ord.* Abb. *in cap. per tuas, nu. 13. verſ. & hoc verum, de ſent. excom. Gem. &* Franch. *in d. cap. ſolet. de ſent. excom. li. 6. & iterũ* Franch. *in d. c. qua fronte, ſub num. 31. verſ. & hoc niſi periculum, & ibi Butr. ſub num. 11. Imol. num. 9.*

6 Et pari ratione limitatur ſecundo, ne procedat in abſolutione, quæ datur in foro pœnitentiæ, quia in eo citatio partis, non eſt proportionata, *Abb. in cap. qua fronte. num. 7. verſ. ratio huius de appell.* Nauar. *in Manual. cap. 27. num. 278. verſic. quinto dico, Sayr. & alii mox infra allegandi.*

7 Quamobrem, vbi excommunicatus remictitur abſoluendus confeſſario in vtroq; foro, obligat ſe ſimpliciter coram notario, & teſtibus in forma eccleſiæ, qua obligatione facta datur abſolutio, quæ ſimul cum commiſſione de abſoluendo redigitur in actis, vt inde abſolutio poſſit probari, *Nauar. d. cap. 27. num. 278. in fi. Henriquez in ſumm. lib. 13. de excomm. cap. 29. §. 5. Sayr. de Cenſur. lib. 2. cap. 17. num. 19.*

8 Limitatur Tertio, ne procedat in abſolutione quæ præſtatur extraiudicialiter ex gratia Papæ ſpeciali, *Gem. & Franch. in d. cap. ſolet.*

9 Limitatur Quarto quando abſolutio datur ab eodem excommunicatore, ſiue excommunicatio fuerit lata

ex

ex officio tũ quia tũc cum ſit iudex, & pars non eſt neceſſaria, *citato Argumento d. capitulo Venerabilibus*, §. *porro de ſent. excom. lib. 6.* Tum etiam quia videtur quodãmodo abſolutio in foro pænitentiæ, *Abb. in d. cap. fronte n. 7.* Tum denique, quia ſicuti excommunicauit ex officio, ita poteſt ex officio abſoluere, *Butr. in c. qua fronte ſub n.* 11 *& ibi Imol. nu. 9.* ſiue fuerit lata ad inſtantiam partis, quia tunc veluti de negotio informatus, poteſt procedere ſine cauſæ cognitione, *cap. ab excommunicato de reſcript. Abb. in d. capitulo qua fronte, ſub numero 6. & 7. & ibi Præpoſit. num.* 18. vbi quod in tali caſu poteſt non ſolum poteſt abſoluere, ſed reuocare ſententiam.

11 Limitatur Quarto, ne procedat vbi abſolutio eſt data pro contumacia, quia contumacia ceſſante, datur abſolutio ſine citatione, ſed præſtita cautione de parendo mandatis, *Specul. in tit. de contumacia, verſ. ſed pone. Gem. in cap.* Romana §. *ſententias, de ſent. ex. com. lib. ſexto. Dec. in qua fronte numero 19. de appell.*

12 Demum limitatur, vt in illis caſibus in quibus citatio eſt neceſſaria, ſi omittatur, abſolutio non redditur nulla, ſed tenet, licet abſoluens male faciat, vt eſt, *teſt. in d. cap. Venerabilibus*, §. *ſane certum, verſic. vbi autem, de ſent. excom. lib. 6. gloſ. in d. cap. 3. verb. non relaxatis, de off. ord Specul. tit. de contumac.* §. *fin. verſic. ſed pone excommunicatus, Butr. in d. cap. qua fronte, & ibi Abb. num. 6. verſ. nunc quæro,* Franch. *n. 31. verſ. ſecundo quæritur, Præpoſ. num.* 19. Butr. *num.* 11. *Dec. num.* 20. Rom. *conſ.* 354. *ſub num. 3. verſ. veritas eſt.*

13 Ratio eſt, quia ſicuti excommunicatio ſine citatione lata tenet, *cap. ſacro, de ſent. excom.* multo magis debet tenere abſolutio, tum quia abſolutio eſt fauorabilior, *d. cap. Venerabilibus*, §. *vbi autem de ſent. excom. lib. 6. Abb. in d. cap. qua fronte num. 7. verſ. ſecunda ratio*, tum etiam quia excommunicatio & abſolutio iudicantur à pari, *cap. verbum de pænit. diſt.* 1. ac excommunicatio, & abſolutio non ſubiicitur certe formæ ſubſtantiali, *Abb. in cap. final. ante num. 4. de reſt. ſpol. Franch. in d. cap. qua fronte num.* 41.

Hæc vltima limitatio, declaratur
primo, ne procedat vbi abſolutio eſſet
data ab eo qui non poteſt dare niſi in
gradu appellationis, & eſt data ante
appellationem, veluti ſi ſit data ab Ar-
14 chiepiſcopo in cauſa ſuffraganei ante
appellationem ad eum deuolutam,
quia tunc adeſt defectus in iuriſdictio
ne, qui reddit abſolutionem nullam,
Abb. in d. cap. qua fronte, ſub num. 7.
verſ. quandoque abſolutio fit à iudice:
Præpoſit. ibid. num. 19. verſ. iſta con-
cluſio, Franch. *num.* 31. *verſ. Aliquan*
do excommunicatio eſt lata ad inſtan
tiam partis.

15 Quinimmò non ſolum eſt nulla quando datur appellatione non interpoſita, ſed etiam quando eſt interpoſita, ſed acta ad huc non ſunt tranſportata, quia non competit ſibi poteſtas abſoluendi antequam adhibuerit cauſæ cognitionem, *Abb. in d. cap. qua fronte num. 8. & ibi Franch. ſub nu. 2.*

Declaratur ſecundo, ne procedat in
abſolutione impenſa ex hominis de-
legatione continente certam formam
abſoluendi, tunc enim ex quo tota
iuriſdictio abſoluentis dependet ex
delegatione ſibi facta, inde ſequitur
16 vt niſi ſeruetur forma tradita, abſolu-
tio nullius ſit momenti, vt eſt *teſt. in*
cap. Piſani, vbi gloſ. additionalis, de
reſt. ſpol. & ibi Io. Andr. *& Abb. num.*
3. Imol. nu. 9. et reliqui, gloſ. in d. clem.
1. verb. nullatenus de ſequeſt. poſſeſſ. et
fruct. Præpoſit. in d. cap. qua fronte ſub
nu. 19. verſ. limitabis ſecundo, Franc.
num. 39.

17 Quod accipi ſolet niſi delegatio fuiſſet facta iudice ordinario in caſibus in quibus ipſe abſoluere poteſt, tunc enim abſolutio valet, etiam ſi forma non ſit ſeruata, tum quia per talem delegationem nõ præſumitur niſi eius iuriſdictionẽ ex citari *gloſ. in c. licet in corrigendis de off ord* quia ceſſãte iuriſ-

dictione delegata, remanet ordinaria libera, & immunis, qua abſolutionis fauore, iudex præſumitur vſus, *gloſ. in clem.* 1. *verb. inhibente, de iurepatr. Abb. in d. c. Piſanis num.* 4. *et ibi Imol. num.* 7. *Præpoſit. in d. cap. qua fronte, ſub num.* 19. *verſ. quod intelligit & ibi Franch. num.* 41.

Quod procedit etiamſi forma data ab homine, contineat idem quod forma data a iure, *Imol. in d. cap.* Piſanis *ſub num* 7. *verſ. & nota bene Franch. ante num.* 42.

18 Dixi in caſibus in quibus iudex ordinarius pót abſoluere, quia ſi eſſet caſus ſedi apoſtolicæ reſeruatus, eius poteſtas penderet tota a delegatione, cuius forma eſſet ſeruanda, alias actus eſſet nullus, *cap. cum dilecta de reſcript. cum aliis allegatis.*

19 Declaratur Tertio ne procedat quando lex preſcribendo formam abſolutionis, adderet in caſu contrarii decretum irritans, vel vteretur verbis pregnantibus, veluti nullatenus, aut nullo modo fiat, tunc enim ſi fieret eſſet nulla, *ita text. in cap. Romana §. ſententias ibi nullatenus abſoluantur, de ſent. excom. lib.* 6. *& ibi Gem. & reliqui, gloſ. in clem.* 1. *verb. nullatenus de sequeſtr. poſſeſſ. Præpoſit. in d. cap. qua fronte num.* 19. *verſ. limitabitis* 4. *& ibi* Franch. *num.* 32.

20 Declaratur quarto vt licet abſolutio valeat, tamen quia per eam infertur grauamen parti, *d. cap. venerabilibus §. ſane de ſent. excom. lib.* 6. ideo ab eo datur appellatio, *Specul. tit. de contumacia §. fin. Innoc. Butr. & Abb. in d. cap. qua fronte, & ibi Imol. ſub num.* 9. *Franch. num.* 31. *verſic. ſecundo quæritur.*

Digitized by Google

DE IVRE PERSONARVM EXTRA ECCLESIÆ GREMIVM EXISTENTIVM.

Liber Quintus

DE HAERETICIS.

SVMMARIVM. CAP. I.

1 *Hæreſis unde dicta.*
2 *Hæreticus nomen odioſum, & infame.*
3 *Hæreſis triplex cauſa, efficiens, formalis, & finalis.*
4 *Hæreſis cauſa efficiens duplex, proxima & remota.*
5 *Hæreſis cauſa formalis qua dicatur.*
6 *Cauſa finalis hæreſis duplex, & que.*
7 *Hæreſis definitio.*
8 *Omnis hæreſis includit errorem uti principium neceſſarium.*
9 *Error completur in intellectu.*
10 *Hæreſis non contrahitur niſi error ex voluntate eligentè proficiſcatur.*
11 *Opus externum quamuis atrox, & horrendum, non conſtituit hæreſim, niſi concurrat error intellectus voluntarius.*
12 *Error vt ſit hæreſis, oportet, vt oppugnet fidei veritatem.*
13 *Error circa res naturales conſtituit hæreſim.*
14 *Hæreticus dicitur errans in vno tantum articulo fidei.*
15 *Hæreſis, vt dicatur perfecta, requiritur pertinacia aſſertionis erroneæ.*
16 *Infidelis, & cathecumenus non poteſt in hæreſim incidere.*
17 *Quæſtiones in hac materia diſputanda.*

ARGVMENTVM.

Hæreſis nomen, & diffinitio explicatur.

Hæreſis græca dictio eſt, dicitur. q. ab electione, quod ſcilicet eam ſibi eligat diſciplinã, quã putat eſſe meliorẽ, *D. Hier.* nobis à *Gratiano* relatus *in c. hæreſis*
1 *24.q.3.* Vox latinè reddita ſectam importat, olim quidem ſæpe in bonã partẽ accepta, hodie vero nomen prorſus odioſum, & infame, quo notantur qui contra catholicam religionem ex indu
2 ſtria docent, aut credunt, vt in *c. ad abolendam & paſſim. toto tit. de hæret.*
3 Eius triplex eſt cauſa efficiens, formalis, & finalis. efficiens Altera eſt remota, altera propinqua. remota eſt Dei iuſtiſſima voluntas, qui ſic verbi ſui cõ
4 temptum vlciſcitur. *Paul. & Theſſalonicen. c. 2. mittet* (inquit) *illis Deus operationem erroris vt credant mendacio, et iudicentur omnes qui non crediderunt veritati. ſed conſenſerunt iniquitati.* Proxima eſt hominum, cæcitas, & ambitio, *Paul. ad Ephesios c. 4. ambulant in vanitate ſenſus, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quae eſt in illis propter caecitatem cordis ipſorum. & ad Thimoth. 1. c. 1. quidam ab errantes conuerſi ſunt in vani loquium, volentes eſſe legis Doctores, & non intelligentes quæ loquiuntur, neq. de quibus affirmant.* formalis cauſa eſt error intellectualis, ſimul cũ voluntate pertinaci, vt ex infra dicendis apparebit.

5 Cauſa finalis eſt duplex, prima pio-
rũ probatio, *Paul. ad Corinth. c. 11. oportet
hæreſes eſſe vt qui probati ſunt, manifeſti
fiant in vobis* nam vt inquit *D. Chryſo-
ſtomus in Matth. 24. homil.* 40. ſicut
omnis mulier quamdiu non admone-
tur a malis hominibus, non bene co-
gnoſcitur vtrum ſit Caſta, ſi vero ad-
6 monita conſcientiam, vel fidem viro
ſeruauerit, tunc merito caſta laudatur:
ſic Eccleſiæ fides non bene cognoſci-
tur, niſi Antichriſti venerint ad eam.
ſecunda eſt impiorum punitio, *Paul. ad
Theſſolonien. 2. cap. 2.*

7 Hæreſis, & ſit multipliciter conſue-
uerit diffiniri, quia tamen omnes diffi-
nitiones, verbis magis quam re diſſire
pare videntur, ideo commode ſic dif-
finitur. Eſt error intellectus, volunta-
rius, contra aliquam fidei veritatem,
cum pertinacia aſſertus, ab eo qui fi-
dem recepit. Dicitur primum eſſe erro-
rem, quia error eſt genus, ſub quo conti
nentur omnes ſpecies falſorum dogma
tum, ſiue ad fidem pertineant, ſiue nõ,
etenim ſicut non omnis veritas perti-
net ad fidem, ita non omnis error eſt
hæreſis, quamuis nulla ſit hæreſis quæ
non includat errorem vti principium
8 neceſſarium, *cap. 2. de ſum. Trin. & fi.
de Cathol. Turrecrem. lib. 4. de Eccleſia
par. 2. c. 1. & 11* D. *Anton. in ſum. par.
2. tit. 12. c. 5. in princ. Alfonſ. de Caſtr.
aduerſus hæret lib. 1. c. 1. Roias. de hæret.
par 1. nu. 467. cum ſeq.* ſublicitur intel-
lectus, tum ad differentiam aliorum
errorum, qui citra intellectum commit-
tuntur, tum etiam quia ſicut fidei aſſen
ſus conſumitur in intellectu, *Caiet. 2.
2. q. 11. art. 2.* ita error in eodem intel-
9 lectu completur, *d. c. 2. de ſum. trin. Ca-
no, de locis Theolog. lib. 12. c.* 8. Additur
voluntarius, tum quia, vt hæreſis dici
poſſit, requiritur quod error procedat
ex voluntate, nec ſufficit ſi procedat
ex ignorantia, vel ſuggeſtione, *c. vnico,
de ſum. Trin. et fide Cathol. lib. 6. clem.
1. eod. tit.* vnde D. *Aug. li. 1. de Trin.* er-
rare (inquit) potero, ſed hæreticus non
ero, quem locum ad hoc expendunt
*Turrecr. et D. Anton. locis cit. Albert. de
hæret. q. 13. nu. 14. Simanca. de cathol.
inſt. tit. 31. nu. 7. Royas loco cit. nu. 47
et 473. Cathar. in ſpec. hæret. conſid. 7.*
10 Tum etiam, quia niſi error proficiſca
tur ex voluntate eligente, non poteſt
dici hæreſis contracta, *c. dixit Apoſto-
lus 24. q. 3. c. excommunicatus il. ſi. §.
credentes, et c. quicumq. de hæret. lib. 6.*
11 vſq. adeo vt nullum opus externum
quamuis atrox, & horrendũ, poſsit per-
ficere hæreſim, niſi ſimul concurrat er
ror intellectus volũtarius, vt poſt alios
probant *Royas de hæret. par. 1. num. 36.
et ſeq. Franch. Torroblanca in epit. de
elect. lib. 3. c. 8. nu. 4.*

12 Additur circa aliquam fidei verita-
tem, quia error genericus vt reducatur
ad ſpeciem hæreſis, oportet quod op-
pugnet fidei veritatem, *d. cap. vnico de
ſum. Trinit.* nec enim ſufficeret ſi error
13 eſſet circa res naturales, aut contra
theſes Aſtronomicas veluti ſi quis di-
ceret terram eſſe ſole maiorem *Roias
loco cit. num. 469.*

Item dicitur circa aliquam, quia ad
hoc vt quis poſſit dici hæreticus, ſuffi-
ficit quod erret in vno tantum articu-
14 lo fidei, alias error ſi eſſet in totũ eſſet
Apoſtata, vt infra latius dicetur, *li. 6. in
princ.* vbi, de Apoſtatis dicemus.

Subditur cũ pertinacia aſſertus quia
quouſq. pertinacia nõ adeſt, forma hæ-
reſis nõ eſt perfecta, non obſtãte quod
ad ſit erros intellectus voluntarius, *c.
2. de ſum. Trinit. et fide cathol. c. vnico
eodem tit. lib. 6. clem. vnica eodem tit. c.
dixit Apoſtolus 24. q. 3. Turrecr. et, D
Antonius locis cit. Alber. de hæret. q. 1.
nu. 19. et q. 13. n. 14. Simanca de Cath.
15 inſtit. tit 31. nu. 7. Franc. Torreblanc in
epit de Elect. lib. 3. c. 8. n. 23.* At ſuperue-
niente pertinacia tunc hæreſis dicitur
vndiq. formata, & perfecte conſuma-
ta, vt patet *ex allegatis* quibus adden-
dus eſt *Cano de locis Theolog. lib. 12. c.
8. ad quintum argumentum Simanca
tit. 48. num. 7.*

16 Demum dicitur ab eo qui fidem re-
cepit, quia neq. infidelis, neque Cathe-
cumenus, poteſt in hæreſim incidere,
vt latius dictum eſt ſupra *lib. 3. c. 1.*

Vt autem hæreſis diffinitio magis
liqueat quærendum eſt.

Pri-

17 Primo qualis debeat eſſe pertinacia vt ex ea haereſis dicatur conſumpta.

Secundo An qui in fide verè non errat, exterius tamen negat articulum fidei, poſſit dici haereticus.

Tertio, An dubius in fide dicatur haereticus.

Quarto, An tenens veram opinionem, putans eam eſſe contra eccleſiam Catholicam, dicatur hæreticus.

Quinto, An legitimè conuictus de hæreſi, ſi conſtanter neget, & aſſerat ſe crediſſe, & credere omnia quæ credit Sancta Mater Eccleſia, ſit cenſendus hæreticus, & vt talis puniendus.

Sexto, Errans in fide ex ignorantia an ſit hæreticus.

SVMMARIVM.

1 *Perſeuerantia differt a pertinacia, & quomodo.*

2 *Perſeuerantia importat actum virtutis, & partem fortitudinis.*

3 *Perſeuerantia importat perſiſtentiam in modo, & opponitur perſeuerantiæ.*

4 *Obſtinatio quid.*

5 *In hæreſi propriæ perſeuerantia non datur.*

6 *Ad perfectionem hæreſis obſtinatio non eſt neceſſaria.*

7 *Ad hæreſim perfectè conſumandam, ſatis eſt perſeuerantia.*

8 *Vbi adeſt repugnantia determinata, eſt de hæreſis contracta.*

9 *Pertinacia etiam occulta conſtituit hæreſim.*

10 *Iudicis vel inquiſitoris admonitio non eſt neceſſaria ad hoc, vt quis hæreticus dicatur.*

11 *Ad conſtituendam pertinaciam, non eſt neceſſaria temporis diuturnitas.*

12 *Tempus longum, vel breue, poteſt augere vel minuere deformitatem delicti.*

ARGVMENTVM.

Qualis debeat eſſe Pertinacia, vt ex ea Hæreſis dici poſſit conſumata, cuius occaſione traditur Differentia quæ verſatur inter perſeuerantiam, pertinaciam, & obſtinationem.

CAP. II.

Facilioris doctrinæ gratia, ſcire nos oportet, tres dari terminos Synonimos, videlicet perſeuerantia, pertinacia, & obſtinatio. perſeuerantia, a pertinacia differt,
1 quia perſeuerare dicitur, qui perſtat in eo, in quo perſiſtere oportet, ideoq. refertur ad continuationem boni operis vſq. ad finem, *Cit. lib. 2. de inuenti.*

2 Perſeuerantia eſt (inquit) in ratione bene inſtituta, ſtabilis, & perpetua permanſio, ac proinde importat actũ virtutis ac partem fortitudinis, D. *Tho.* 2. 2. *quæſt.* 122. *art.* 1. *ad quintum argumentum.*

3 Pertinacia autem importat perſiſtentiam in malo, ideoque opponitur perſeuerantiæ, ſicut vitium opponitur virtuti, quia perſeuerat in eo, quod oportet, perſiſtit in eo quod non oportet D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 38. *art.* 2. *& ibi Caiet.* vnde *Ariſt. lib.* 7. *& ibi cap.* 9. pertinacia igitur, erga perſeuerantiam, inquit eſſe, vti eſt prodigus erga liberalem, & audax erga fortem, licet enim prima fronte videantur iidem, tamen inter ſe diſtant plurimum.

4 Obſtinatio vero, eſt perſiſtentia in ratione peruerſa cum abſtinentia a bonis, & hæc propriè opponitur virtuti continentiæ, *D. Thom.* 2. 2. *q.* 115. *art.* 1.

Hæc ita cum ſint, très ſunt concluſiones in hac matèria veriſſimæ.

5 Prima in materia hæreſis, non datur propriè perſeuerantia, quia cum illa includat actum virtutis, nulla eſt hæreſis, quæ habeat obiectum virtutis, ſed omnis includit errorem, vt ſupra dictum eſt.

6 Secunda, quod ad hoc vt haereſis dicatur perfectè conſumata, non eſt neceſſaria obſtinatio, vt probat, & recte *Simanca de Cathol. inſtit. tit.* 48. *num.* 7. *&* 8. *verſic. nec præterea opus eſt.*

7 Tertia, quod ad hęreſim perfectè conſumandam, ſatis eſt pertinacia, quę ad hoc vt dicatur contracta, ſufficit quilibet conſenſus determinatus, contrarius determinationi Catholicæ cognitæ, ita probat *teſt. in capitulo ad abolendam. in princ. ibi aliter ſentire*, *de Hæret.* & tradunt *Caiet. & Victor. 2. 2. quæſt. 12. art. 2. Alphonſ. de Caſtr. de iuſta Hæreticorum punit. lib. 1. cap. 9.* Dried. *de libert. chriſtian. d. tit. 48. ſub num. 7.* Cano, *de locis Theolog. lib. 12. cap. 8. pag. mihi* 183. *& ſeq.* ſecundum paruam impreſſionem, *Albert. de Hæret. quæſt. 3. nu. 3. in fine* Alciat. *in l. 2. de Sum. Triuit.* Hæc tertia concluſio.

8 Extenditur Primo vt ad iſtum effectum non referat ex qua cauſa ſit deuentum ad conſenſum repugnantem, nam dummodo adſit repugnantia determinata ſemper eſt hęreſis cõtracta, *Simanca loco cit. nu. 7.*

9 Extenditur Secundo, vt procedat ſiue ſit pertinacia manifeſta, ſiue occulta, quamuis enim vna faciat hæreticum manifeſtum, & altera occultum, vtroque tamen caſu pertinacia conſumat hæreſim, *Albert. quæſt. 3. num. 3. & ſeq.*

10 Extenditur Tertio, vt ad iſtum effectum non requiratur iudicis, aut inquiſitoris admonitio, eo enim ipſo quod quis intelligit, quid ſit in fide cõſtitutum tenetur etiam ſcire ſe ad eius credulitatem teneri, *c. 1. de Sum. Trin. et fide Cathol. l.* 1. C. *eod. tit.* atque ideo monitio non poteſt plus operari. *Simanca loco cit. nu. 15.*

11 Extenditur Quarto, vt ad conſtituendam pertinaciam non ſit neceſſaria diuturnitas temporis in opinione falſa, ſed ſufficit tantum temporis, quantum ſufficit, ad eliciendam voluntatem determinatam, contrariam deffinitioni Catholicæ, *Cano loco cit. pag. mihi 383. verſ. ratio igitur.*

12 Fateor tempus longum, vel breue poſſe augere, & diminuere delicti deformitatem, vt maiori, vel mitiori pœna ſit dignus.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur opiniones contrariæ.*
2 *Earundem conciliatio ſubiicitur.*
3 *Externa fidei profeſſio neceſſaria eſt ad ſalutem.*
4 *Mens talis præſumitur, qualia ſunt verba quæ proferuntur.*
5 *Eccleſia non iudicat, de occultis.*
6 *Hæreſis non eſt, vbi non eſt intellectus erroneus.*
7 *Negans exterius tantum articulum fidei, peccat mortaliter.*
8 *Fautor hæreticorum incidit in excommunicationem.*

ARGVMENTVM.

An qui in fide non errat, exterius tamen negat articulum fidei, poſſit dici hæreticus.

CAP. III.

1 HAereticum dici non poſſe, licet grauiſſimè peccet contra præceptum profitendi fidem extenam, tenēt *Sot. in 4. ſent.*
1 *diſt. 22. q. 2. art. 3. poſt quintam concluſionem Nau. in ſum. cap. 11. nu. 27. & cap. 27. nu. 56. Simanca, de Cathol. inſt. tit. 31. nu. 3. Suarez tom. 5. diſput. 4. ſect. 2. num. 32. Tolet. in ſum. lib. 4. cap. 4. num. 6. Leſſius, de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 43. dub. 2. nu. 11. Azor. Moral. inſt. lib. 8. c. 9. quæſt. 10. & 11. Auila, de cenſur. par. 1. dub. 11. in fine Sayr. in claui Regia lib. 4. num. 11. Bannes 2. 2. quæſt. 11. art. 4. dub. 2. conclus. 3.*

Contrariũ, quod quinimmo dicatur verè hęreticus, & incurrat pœnas contra hæreticos inflictas, tenet *Caiet. 2. 2. q. 12. artic. 2. in fine, & quæſt. 94. artic. 1. ad finem.* Opiniones conciliando dicas ſententiam *Caiet.* pro-
2 cedere in foro exteriori, opinionem
vero

vero aliorum, locum ſibi vindicare in
foro conſcientiæ. Primum Caput
huius conciliationis probatur, quia
cum externa fidei profeſſio, ſit neceſ-
ſaria ad ſalutem, ex multis congeſtis
3 ſupra *lib.* 1. *cap.* 4. vtique dum ver-
ba exterius prolata includunt hæ-
reſim, Eccleſia habet ſuam inten-
tionem fundatam, tum quia mens
talis præſumitur, qualia ſunt verba,
quæ proferũtur, *l. ab eo. ff. de ſuppellect.*
4 *legata*, tum etiam quia ipſa iudicat,
de externis, non autem de occultis,
5 *cap. vt noſtrum, vt Eccleſiaſt. benef.*
ſine deminut. confer. cap. à nobis, de
ſent. excom. cap. 1. de clandeſt. de ſponſ.
cap. tua de ſponſal.

Secundum Caput probatur, quia
cum in foro conſcientiæ inſpiciantur
intrinſeca cordis, *clem. cupientes, §.*
quia vero, de pænit. & remiſſ. clem. 1.
§. 2. de ſtatu Monach. Burſatt. conſil.
280. *num.* 121. Equidem dum abeſt
6 intellectus erroneus, non poteſt in eo
conſiderari formaliter hæreſis, cum il-
la ſine animo nequeat committi, ex
allegatis ſupra, *hoc eodem lib. cap. 2.* &
conſequenter ęquum non videtur, vt
eadem poena imponatur pro delicto
mere externo, quæ imponitur pro eo,
quod procedit ex intentione, & diſpo
ſitione praua, ac habet annexum a-
ctum externum malum.

Ex his ergo infertur, quod licet in
caſu de quo loquimur, quando nego-
tium eſt in foro fori, ſit neceſſaria ab-
ſolutio a cenſuris, & poſſint imponi
poenę de iure contra Hęreticos inſli-
ctæ, eo quia adeſt hæreſis pręſumpta,
nihilominus, vbi verſamur in foro po-
li, nulla adeſt cenſura, ſed adeſt tan-
tum letale peccatum, a quo poteſt ab-
ſolutionem impendere quilibet Con-
7 feſſarius, vt teſtantur, *Tolet. & Suarez*
locis ante citatis, quibus calculum præ-
bet *Sanchez ad præcepta Decalogi, lib.*
2. *cap.* 7. *num.* 8. & 9. Excipitur ab hac
concluſione caſus, in quo is qui negat
fidem exterius, hoc faceret gratia fa-
uendi hæreticis, quia licet non eſſet
excommunicatus tanquam hęreticus,
tamen incurreret excommunicatio-
nem, vti fautor hæreticorum, vt in
propoſito ſcribunt *Nauarr. d. cap.*
11. *numero* 27. *Sanche loco citat.*
num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Dubitatio proueniens ex ſubreptitia ten-*
tatione non facit hereticum.
2 *Dubium proueniens ex ſimplicitate, vel*
ignorantia non facit dubitantem hæ-
reticum.
3 *Opinio quamuis erronea ſubiecta eccle-*
ſiæ non admit fidem.
4 *Dubitatio voluntaria, & pertinax an*
inducat hereſim.
5 *Electio pertinax eſt, de ſubſtantia hæ-*
reſis.
6 *Hereſis, vel affirmatiua, vel nega-*
tiua.
7 *Dubius in fide, non habet fidem.*
8 *Hereticus eſt, putans eccleſiam poſſe de-*
cipi in interpretatione ſacrarum ſcri-
pturarum.

ARGVMENTVM.

Dubius in fide an ſit Hæreticus.

CAP. IV.

1 VT res tota expli
cetur, tres ſunt
diſtinguendi ca
ſus. Primus
quando dubi-
tatio prouenit
ex ſubreptitia
tentatione, quę
contingit, quando ex inopinata qua-
dam cogitatione, aut Diabolica illu-
ſione, quis incipit indeliberatè dubita-
re circa fidem, in ſe tamen reuerſus
captiuat intellectum ſuum in obſe-
quium Chriſti, & deliberat credere,
quod credit Eccleſia, & in hoc caſu,
ex quo huiuſmodi tentationes, & illu-
ſiones non ſunt in noſtra poteſtate,
vſque adeo non poteſt notari de hæ-

reſi, quod quinimmò meretur, non ſecus ac is, qui carnis ſtimulis reſiſtit, *Aug. de Anch. de poteſt. eccleſ. quæſt. 28. art. 1. in reſolutione Io: Andr. in cap. 1. num. 1. de hæret. vbi Butr. num. 5. Anchar. num. 1. verſ. & hoc verum, Boich. num. 2.* Card. in 1. *oppoſ. Anan. num. 1. Socein. num. 7. & ſeq. Abb. num. 1. Felin. num. 1. verſ. 1. dummodo dubietas Alber. de hæret. quæſt. 6. num. 13. Royas., de hæret. par. 1. num. 272. & ſing. 56. num. 5. Clar. in §. hæreſis num. 2. in fine, Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 17. verſ. 1. quando non dubitaretur, Penia ad director. par. 2. cap. 1.* Tolet. *de inſtruct. Sacerd. lib. 4. cap. 4. num. 3. verſic. Eſt autem dubius in fide,* Iacob. *Graff. deciſ. lib. 2. rubr. de hæret. cap. 8. num. 10. et ſequ. latè* Bannes 2. 2. *quæſt. 11. art. 1. verſ. ex his ſequitur,* Vnde Apoſtoli per huius tentationis impulſum, rogabant Domine, Adauge nobis fidem, *Lucæ 16. Matth. 9.*

2 Secundus eſt caſus, quando dubium prouenit ex ſimplicitate, ſiue ignorantia, veluti quod naturali quadam ratione ductus, credit Patrem eſſe maiorem, aut priorem filio, vel quod tres perſonæ conſtituant tres Deos, ſuam tamen opinionem non defendit, ſed ſubiicit eccleſiæ, & in tali caſu, neque poteſt reputari hæreticus, *cap. 2. in princ. et in §. in nullo de ſum. Trinit. Innoc. in cap. 1. num. 7. eod. tit. ibiq. Io. Andr. num. 26. verb. implicitè, Butr. num. 9. et 11.* Imol. *poſt num. 11. verſ Et in tantum* Zabar. *num. 7. verſ. Decimo quæro, Abb. num. 15. et iterum Abb. in cap. 1. num. 2. de hæretic. ibiq. Soecin. num. 9. verſic. prædicta tamen,* Felin. *num. 2. Anan. in cap. firmiſſimè, num. 8. eod. tit. de hæret. Carer. de hæret. nu. 20. Clar. in §. hæreſis, num. 2. verſ. fortius dicit Cotta in memoral. verb. hæreticus non eſt, Decian. in tract. crim. lib. 5 c. 18. verſ. 38. et 39. Simanca de Cathol. inſtit. tit. 31. num. 9. Penia in direct. Comment. 22. col. 1. Gabr. conſil.*
3 *178. num. 10. et ſequ. lib. 1.* Ratio eſt, quia licet opinio ſit erronea, nihilominus, ex quo eam ſubiicit eccleſiæ, fides eſt eadem, quam habet eccleſia, *d. cap. 2. §. in nullis, de ſumm. Trinitat.*

Tertius eſt caſus, quando dubitatio prouenit ex voluntaria dubitatione, nempè quia licet ſciat ab eccleſia eſſe aliquid ſtatutum de fide, nihilominus de illo dubitat, adeo vt animus ſit pendulus, & in dubitatione pertinaciter permaneat, & in hoc quidem ca-
4 ſu duæ ſunt opiniones. Prima quod is non poſſit verus hęreticus cenſeri, quam probant *Canus de locis Theolog. lib. 12. cap. 9. verſ. Controuerſantur autem, Eman. in ſumma verb. hæreſis, num. 1. Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 2. cap. 7. num. 12.*

5 Ducuntur, quia de ſubſtantia hæreſis eſt electio pertinax, doctrinæ contrariæ fidei veritati, *cap. hæreſis, et cap. hæreticus 24. quæſt. 3.* At dubitans non habet aliquam electionem, ſed eſt dubius in vtramq. partem Ergo. Sed hoc Argumentum, in quo tota vis huius opinionis conſiſtit, facillimo negotio remouetur; hæreſis enim, (vt infra latius dicetur,) alia eſt affirmatiua, alia
6 negatiua, modo hic reputatur hęreticus, non quia credit falſum, ſed quia non vult credere, quod credere tenetur, nec enim ſufficit non credere falſum, niſi firmiter teneamus ea, quæ tenere debemus, *cap. 2. de ſumm. Trinit. et fide Cathol. lib. 6.* Remouetur etiam hoc Argumentum nonnullis aliis modis, vt infra dicetur *num. 7.*

Contrariam propterea ſententiam tenent Io. *Andr. in cap. 1. de hæret. ibiq. Abb. num. 1.* coeteriq; communiter, quos ſequuntur *Carer. de hæret. num. 8. in princ.* Royas *ſing. 57. num. 4. Penia ad direct. par. 2. cap. 1. de hæret. Simanca, de Cathol. inſt. tit. 31. num. 4. Caiet. 22. q. 11. art. 2. not. 1. ibiq. Arag. art. 2. dub. 2. Valentia puncto 1. in 1. difficul.* Alex. *Peſant. art. 1. diſput. 1. in 3. concluſ. verſ. Tota difficultas eſt, Alphonſ. de Caſtr. lib. 1. aduerſus hæreſes, cap. 10. et lib. 1. de iuſta hæret. punit. cap. 9. reg. 1. in fine, Tolet. in ſumm. lib. 4. cap. 4. in fine, Azor. moral. inſt. tom. 1. lib. 8.*

lib. 8. cap. 9. q. 5. Boniſac. de Vital. de malef. rubr. de crim. hæreſis num. 1. verſ. etiam dicitur hæreticus, Dectan. *tract. crim. lib. 5. cap. 17. verſ. Dubius etiam in fide*, Lelius Zecch. *in ſum. par. 1. rubr. de fide cap. 11. num. 6. verſ. qui vero ſciens*, & hæc ſicuti eſt fræquentior, & receptior, ità verior, & ſequenda ex infraſcriptis.

Primo. Tenemur de præcepto ſalutis habere fidem, quam tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia *cap. 2. de Sum. Trinit. cap. vnico eod. tit. lib. 6. l. 1. C.*
7 *eod. tit.* At dubius in fide non habet dictam fidem, *cap. 1. de hæret.* Ergo. Nèc ſuffragantur reſpõſiones datæ per Canum, & Sanchez locis citatis, nempè quod dubius in fide non dicatur habere fidem contrarie, ſed priuatiue, quia, vt mox dictum eſt, non ſufficit non credere errorem, ſed requiritur actus credulitatis affirmatiuus

8 Secundo credens poſſe eccleſiam decipi in Interprætatione Sacrarum Scripturarum, dubio procul eſt hæreticus, *D. Thom. 2. 2. q. 1. art. 2. ad tertium ibique Caiet. & reliqui*, Albert. *Phigius de eccleſ. hyerarch. cap. 5. & ſeq.* Alphonſ. *de Caſtr. de iuſta hæret. punit. cap. 4. Turrecrem. in cap. hæc fides 40. diſt.* Couar. *var. reſolut. lib. 1. cap. 10. num. 13.* Bellar. *qui alios refert de* Rom. *Pontif. lib. 4. cap. 3. idem Sanchez d. cap. 7. ſub num. 30. verſ. quia verò aliquid.* At dubitans de fide in rebus ab eccleſia deciſis, per antecedens neceſſarium credit Iudicium eccleſiæ non eſſe certum, ergo non poteſt negari, quin ſit verè hæreticus. Iure ergo Sacrum generale inquiſitionis Tribunal cum talibus tanquam cũ Hæreticis agit, & ſi deinde dubitationem omiſerint conſueuit eos non niſi præuia abiuratione ad eccleſiæ gremium recipere, vt *Penia* teſtatur *in dir. rect. par. 2. in Comment. cap. 1. verſ. Cum itaque pag. 85.*

SVMMARIVM.

1 *Referuntur opiniones.*
2 *Credens ſe percutere clericum, ſi realiter percutit laicum, non incidit in excõmunicationem.*
3 *In rebus cõcernentibus fidem inſpicitur fides virtualis magis quam opinio.*
4 *Adorans hoſtiam non conſecratam, credens eam conſecratam, non committit idolatriam.*
5 *Qui veneratur corpus non ſanctum, credens eſſe Sanctum non peccat.*
6 *Obediens Antipapæ credens eſſe verum Papam, non eſt Schiſmaticus.*
7 *Excommunicatio ob percuſſionem clerici non prouenit ex animo ſed ex actu.*

ARGVMENTVM.

Tenens veram opinionem, putans eam eſſe contra Catholicam eccleſiam an dicatur hæreticus.

CAP. V.

1 DIci Hæreticum, cenſuit, *Henriquez, de excommunic. lib. 13. cap. 17. num. 3.* Bannes *2. 2. q. 11. art. 2. col. 4. corollar. 3. Aragon. art. 1. col. 6. verſ. hoc conſtituto*, Sayr. *in theſauro caſuum tom. 1. lib. 3. cap. 4. nu. 14. Petr. Ledeſma tom. 2. ſum. tracti 1. cap. 6. Sanchez ad præcepta decalog. lib. 2. cap. 7. nu. 30. Farinac. de hæreſi q. 179. ſub nu. 2. verſic. quid è contra, Ludouicus à* Paramo, *de orig. Sanct. inquiſ. lib. 3 q. 3. nu. 20.*

Contrarium tenet *Simanca, de Cathol. Inſt. tit. 31. ſub nu. 9. verſic. proindè ſi quiſpiam* licet fateatur hunc grauiſſime peccare.

Ducitur, quia hic, cum credat verum, nihil credit contra Catholicam fidem, ideoque ſine falſa credulitate non poteſt hæreticus dici.

Secundo, quia videmus, quod credens

2 dens ſe percutere clericum, cum reali-
ter percutiat laicum, non incidit in ex-
communicationem, *Socc. in c. peruenit*
num.242.de ſent. excom. D. Auton. de
excom.c.1.nu.25.

3 Quibus non obſtantibus prior opi-
nio, ſicuti eſt receptior, ita verior, ſi
quidem in rebus concernentibus fidē,
inſpicitur fides virtualis, magis quam
opinio, *d.cap.2. §.in nullis de ſum. Tri-*
nit. Hinc adorans hoſtiam non conſe-
cratam, credens eam eſſe conſecratam,
non committit idolatriam, *Turrecrem.*
4 qui teſtatur de communi, in *ſum.de Ec*
cleſ.par.1.cap.4. & qui veneratur cor-
pus, quod credit eſſe ſanctum, ſi non
ſit ſanctum, non peccat, *Zanchin. de*
haret.cap.22.num. 8. Et obediens An-
5 tipapæ, quem credit eſſe verum Pa-
pam, non dicitur Schiſmaticus, vt plu-
ribus probaui *lib.9.cap.2.* At is, qui cre
dit verum, putans illud eſſe contra
Catholicam fidem, virtualiter habet
fidem repugnantem Eccleſiæ, Ergo.

6 Hinc patet ſolutio ad primum ar-
gumentum ex aduerſo allatum, nam li
cet opinio ſit vera, tamen quia credu-
litas contradicit Eccleſiæ, non poteſt
dici quod credat verum.

7 Patet etiam ſolutio ad Secundum,
quia excommunicatio in hac materia
non naſcitur ex animo, ſed ex actu,
qui cum tendat in laicum, licet ani-
mus feratur in clericum, non cauſat
excommunicationem, *idem Socc. loco*
cit. Vital. in clem. nos qui num. 54. de
de conſang.& affinit. Raim.in ſum.lib.
3.de sēt. excom. §.48.circa princ. Mai.
de irregul. lib.3. cap.2.num.15.Carol.
de Graß.de effect.cler.effectu 9. nu.276.

ARGVMENTVM.

1 *Legitimè conuictus de haereſi etiam ſi conſtanter neget, uti verus haereticus condemnandus eſt.*
2 *Bocr. reprobatur.*
3 *Legitimè conuictus, condemnari poteſt etiam ſi non confiteatur.*
4 *Contraria partis confeſſio, non tollit probationes legitimas.*
5 *Tribunal. S. inquiſitionis quomodo procedat contra legitimè conuictum, de haereſi, aſſerentem tamen ſe credere prout credit* Sancta *mater eccleſia.*
6 *Aßertio ſcandaloſa, vel temeraria non ſufficit ad haereſim inducendam.*
7 *Verba vel facta ambigua non inducunt probationem haereſis.*
8 *Verba dubia ſunt interpretanda vt delictum excludant.*
9 *Teſtis in cauſa haereſis quomodo deponere debeat.*

ARGVMENTVM.

Legitimè conuictus de hæreſi, ſi conſtanter neget, & aſſerat ſe crediſſe, & credere omnia, quæ credit Sancta Mater Eccleſia, an ſit cenſendus Hæreticus, & vti talis puniendus.

CAP. VI.

Quæſtio fuit olim
magna conten-
1 tione diſputata
in Sacro *Rotae*
Prętorio, vbi tā-
dem obtinuit
cenſeri verum
Hæreticum, &
vti talem eſſe plectendum, vt in *deciſ.*
1. de Haeret. in antiq. quam deinde
cœteri frequentiſſimo calculo ſunt ſe-
quuti, & ſignanter *Calder. in tract. de*
haeret.rubr. de haeret. impunit. num. 1.
& in rubr. de mater. proceſſ. inquiſ. nu.
3.Anan. in cap. excommunicamus, §.
adiicimus, de haeret. *Albert. de agnoſ.*
aſſert.Cathol.quaeſt.8.& q. 34. nu. 51.
Rebuff. *in praxi tit.de mod.amitt.beneſ.*
num. 31. vbi inquit, ſe vidiſſe ſecun-
dum dictę *Rotae* deciſionem practica-
ri, *Simanca, de Cathol. inſt.tit. 48. nu.*
25.Burſatt.conſil.7. nu. 2. & 3.& 7.
lib.1. Roias de haeret. par. 1.nu.69.&
ſeq. Decian.*in tract.crim.lib.5.cap. 17.*
verſic. 138. & cap. 37. num. 16. &
cap.38.nu.3.Cantera in q. crim. rubr.
de

de hæreſi c. 1. num. 57. & 60. Ludouic. à Paramo de orig. officij Sanctæ inquiſit. lib. 3. q. 4. rubr. de expeditione proceſſus in cauſis num. 41. Afflict. in conſt. Regni. rubr. de haret. num. 35. & hac eſt communis.

4 Contrariam opinionem tenet *Boer. decij. 341.* qui licet in auctorem allegget *Alber. in rubr. C. de haret. num. 17.* nihilominus non meruit ad hoc allegari, quia loquitur de inculpatis de hæreſi, & conſtitutis in vitæ diſcrimine, nos vero loquimur de legitimè conuictis, *Clar. in §. hæreſis ver. Et nota,* nam licet ſe remittat, tamen putat contrariam opinionem rigoroſam, ſubdens non videre, quomodo hic talis debeat hæreticus reputari.

Prior opinio, ſicuti eſt, *communiter à Doct.* & in praxi recepta, ità eſt verior ex rationibus allatis per *Rotam* & ſignanter quia ſicuti legitime conuictus, in reliquis criminibus eſt verè
3 reus, Ita vt poſſit condemnari, etiam ſi non confiteatur, *cap. ſuper quibuſdã de verb. ſignific. cap. nos in quenquam 11. q. 1. & cap. 1. et 2. 11. q. 4.* Ità quando legitime conuincitur de hæreſi eſt condemnandus tanquam hæreticus, licet ipſe fateatur contrarium, quia eius confeſſio non tollit legitimas
4 probationes, quæ vrgent aduerſus eum, *cap. ſerpens, §. ſed neque Cain de poenit. diſt. prima.*

5 Verũ quia res eſt periculi plena, ideo ad remouendam omnem calumniæ ſuſpitionem, Sacrum Inquiſitionis Tribunal in hac re non niſi perpenſo pede, maturoque Iudicio, & perpenſis vndique qualitatibus procedere cõſueuit. qua ratione non conſueuit procedere ad condemnationem huius hæretici quem negatiuũ appellamus, niſi ſimul concurrentibus infraſcriptis, vt animaduertunt *Albert. de agnoſcen. aſſert. q. 8. num. 8. et q. 34. num 51. Penia ad direct. part. 3. Coment. 48. ſub. litt. B. verſ. monebo.*

6 Primũ eſt, quod hæreſis, de qua eſt conuictus, ſit hæreſis vera, & formalis, nec ſufficeret aſſertio ſcandoloſa, temeraria, vel male ſonans.

7 Secundum, quod verba, aut facta hæreticalia, de quibus conuincitur, ſint certa & clara, non autem ambigua, vel æquiuoca, quæ poſſint in duplicem ſenſum interpræ tari, quia tunc non ſufficerent, tum quia non inducerent veram probationem delicti, *l. neque natales C. de probat. cap. In præſentia eod. tit. l. non hoc C. vnde legit,* tum etiam quia verba, quę poſſunt importare duplicem ſenſum, debent ſemper
8 accipi in eam partem, per quam delictum excluditur, *Bal. conſ. 98. col. 2. ad finem lib. 2. Alex. conſ. 188. lib. 7. Aym. conſ. 9. num. 20. D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 4* & in ſpecie *Albert. loco cit. q. 7.*

Tertium, quod teſtes, quibus conuincitur ſint legitimi, idonei, omniq; exceptione maiores.

Quartum, quod factum, aut dictum hæreticale, de quo conuincitur, ſit recens nam ſi eſſet antiquum, præſumeretur calumnioſe obiectum, vel quod illud reus ſit veriſimiliter oblitus.

Quintum, quod teſtes deponentes de factis, vel verbis importantibus veram hæreſim, concludant quod aſſeuerabat ſe illa credere, & ab aliis eſſe credenda, nam aliter, licet teſtis deponat de verbis inferentibus hereſim
9 poſſet eſſe quod eſſent dicta vel ioco. ſe, vel referendo aliorum opiniones, vel diſputando. ſolet etiam perpendi qualitas perſonæ, eiuſque conuerſatio, diligenter indagari, quibus omnibus conſideratis, ſi reſpondeant contra reum conqueri non poteſt, quod contra ipſum procedatur, quia eccleſia fundat eius intentionem ex legitimis probationibus, nec iudicare ſolet de occultis *cap. 1. vt Eccleſiaſt. benef. ſine diminut. confer.*

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia ne ſcientia, error, et dubitatio quomodo di differant.*
2 *Ignorantia inuincibilis que.*
3 *Ignorantia probabilis qua dicatur.*

Igno.

5 *Ignorantia craſſa quomodo cognoſcitur.*
6 *Ignorantia affectata, quæ dicitur.*
Errans ignorantia inuincibili, nō dicitur hæreticus, intellige vt num. 7.
8 *Errans ignorantia probabili, non debet hæreticus reputari.*
9 *Errans ignorantia craſſa, & ſupina, an debeat hæreticus iudicari.*
10 *Ignorantia ſupina non excuſat in delictis.*
11 *De ſubſtantia hæreſis eſt pertinacia, nec ſufficit error.*
12 *Error excludit conſenſum.*
13 *Ignorantia affectata an inducat hæreſim.*
14 *Sola erroris affectatio quando faciat hæreſim.*

ARGVMENTVM.

Errans in fide ex ignorantia an dicatur hæreticus.

CAP. VII.

1 NOſſe primum oportet adeſſe differentiam inter ignorantiam, neſcientiam, errorem, & dubitationē, ſiquidem ignorans dicitur is, qui neſcit illud quod ſcire debet, neſciens verò dicitur, qui ignorat ea, quę ſcire non tenetur, *Anchar. in cap.* 1. *num.* 4. *de hæret. Anan. num.* 2. *verſic. & nota*, Vnde D. Thom. 1. 2. *q.* 76. *art.* 2. inquit ignorantiam diſtingui à neſcientia, ſicuti diſtinguitur cecus, & non videns, errat is, qui credit quod non eſt, Dubitat, qui applicat animum ad plura, & neſcit quid eligat, *d. cap. primo vbi Doct. de hæret.* Item ignorantię, licet plures ſint ſpecies, nihilominus quantum ad hanc materiam attinet poteſt in ſpecies infraſcriptas diſtingui.

2 Prima Inuincibilis, & hæc cadit in eo, qui nullo modo eam ſuperare poteſt, cuiuſmodi eſt infans, vel mentecaptus, vel in eo, qui adhibita omni diligentia conſulendo peritiores ad agnitionem veritatis uenire non potuit, *cap. aliquos, & cap. ſeq.* 15. *q.* 1.

3 Secunda eſt ignorantia probabilis, quæ proprie dicitur illa, quæ priuat cognitione ſine aliqua culpa, & malitia actus, veluti quando quis ſeducitur ab homine, qui pius, & doctus habebatur nec habet voluntatem contradicentem, ſed eſt corrigi paratus, *cap. Dixit Apoſtolus* 24. *q.* 3. *Simancha, de Cathol. Inſt. tit.* 26. *num.* 5.

4 Tertia eſt ignorantia craſſa, quæ eſt, quando quis neſcit ea, quæ coeteri eiuſdem conditionis ſciunt, veluti ſi quis etiam de media plebe credat Chriſtum non fuiſſe mortuum, vel de mortuis nō ſurrexiſſe, vel ſi vir in Theologia verſatus credat Spiritum ſanctū à filio non procedere, *Canus de locis Theolog. lib.* 12. *cap.* 10. *verſ. Alteram Diuus, Penia ad director. par.* 1. *Comment.* 22. *verſic. ſit tertia Concluſio.*

5 Quarta eſt ignorātia affectata, quæ eſt, quando quis data opera vult ignorare, vt ab actu quem exe qui vult, non retrahatur, vt poſt alios probat *Sanchez ad præcepta Decalogi lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 7. *de* qua ignorantia loquitur Propheta, dum inquit, *noluit intelligere vt bene ageret.*

His præuia quadam inſpectione prælibatis, dum quærimus, An errans in fide dicatur hæreticus, quatuor ſunt inſpiciendi caſus.

6 Primus, ſi quærimus de errante ignorantia inuincibili, vel vt alii dicunt, inſuperabili, & non poteſt hæreticus dici, quia caret prorſus omni culpa, nec poteſt conſiderari aliqua malitia, *Io. Soto maior in* 2. *ſent. diſt.* 22. *q.* 2. *Simancha de Cathol. inſt. tit.* 26. *num.* 6. *in fine*, & iterum *in Enchirid. tit.* 46. *num.* 4. *Penia loco cit. verſic. ſit quinta regula, Repertor.* Inquiſ. *verb. excuſari verſ. An ſi forte in fine.* Farinac. *de hæreſi q.* 79. §. 3. *num.* 26. Hic primus
7 caſus eſt dupliciter declarandus, Primo vt hodie vix poſſit in praxi verificari.

cum

Digitized by Google

cum poſt tam apertam Chriſtianæ Religionis notitiam, & tam late patentē Euangelij promulgationem, nec non poſt tot Cōcilia ſint omnia ſic diffinita, vt nequeat dari ignorantia, quæ poſſit inſuperabilis reputari, vt animaduertit & recte *Penia loco mox citato*. Secundo eſt declarandus quod licet, talis ignorantia excuſet à crimine, tamen non præſumitur quod quis errante errauerit, ideoque licet proſit in his, quæ non tenemur, explicite ſcire, tamen in his quæ explicite profiteri tenemur, non excuſat propter difficultatem probationis, *Alphonſ. de Caſtro de iuſta haret. punit. lib. 1. cap. 9. verſ. Aut vulgaris homo, Menoch. conſ. 82. num. 175. Farinac. d. q. 179. §. 3. num. 27.*

8 Secundus eſt caſus, ſi quærimus de errāte ignorātia probabili, & tūc neq; poteſt reputari hæreticus, tum quia, vt inquit *Cyprianus in tract. contra Demetrium*, qui motus eſt ad malum mendacio fallente, multo magis mouebitur ad bonum veritate cogente, tum etiam quia hic non habet voluntatem contradicentem doctrinis eccleſiæ, *d. cap. dixit Apoſtolus 24. q. 3.* atque hæc eſt ſententia *D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 2. Innoc. Bal. & Abb. in cap. primo de Sum. Trin. Anan. & Felin. in cap. 1. de haret. Caſtr. in rubr. C. de ſumm. Trin. & fid. Cathol. Alphonſ. de Caſtro aduerſus hareſes li. 1. c. 9 Albert. de agnoſc. aſſertion. Cathol. q. 36. n. 6. Simancha de Cath. Inſt. tit. 26. n. 3.*

9 Tertius eſt caſus, ſi quæramus de errante ignorantia craſſa, & ſupina, & hunc haberi pro hæretico conſumato, ita vt contrahat excommunicationem, & ſubiaceat omnibus poenis Hæreticorum tenent *Sot. 2. 2. q. 2. art. 3. concluſ. 5. caſu 1. Ludouicus Lopez inſtruct. par. 3. cap. 20. Simancha de Cathol. Inſt. tit. 26. num. 4. Sayr. in theſaur. caſuum conſcientia tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 18.* & in hanc prōcliuior videtur, *Valentia 2. 2. diſput. 1. q. 11. punct. 1. difficult. 4. poſt ſolutionem ad quartum*. Ratio qua mouentur eſt, quia talis ignorantia in delictis nōn excuſat, *l. regula ff. de iur. & fact. ignor. l. nec ſupina, ff. eod. tit. cap. 1. de poſtulat. Prælat.*

10 Contrariam ſententiam videlicet, quod licet hic grauiſſime peccet, tamē nequeat hæreticus cenſeri nō immeritò probant *Canus de locis Theolog. lib. 12. cap. 9. Alphonſ. de Caſtro de iuſta haret. punit. lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 18. Corduba in quaſtionar. lib. 1. q. 17. §. 7. Vaſq. 1. 2. q. 76. art. 3. diſput. 126. cap. 2. in princ. Nauar. de reſt. lib. 2. cap. 4 dubio 9. Azor. moral. inſt. tom. 1. cap. 9. q. 7. Tolet. Bannes, Arag. et alij*, quos refert, & ſequitur *Sanchez ad praecepta Decalogi lib. 2. cap. 7. ſub num. 20.* quibus additur *Alex Piſant. ad D. Tho. 2. 2. q. 11. art. 1. diſput. 1.* vbi teſtatur hanc eſſe receptiorem, & veram.

11 Probatur autem, quia de hæreſis ſubſtantia eſt pertinacia, nec ſufficit ſolus error, *cap. dixit Apoſtolus 24. q. 3. cap. 2. de ſum. Trinit. & fide Cathol. cap. vnico eod. tit. lib. 6.* At errans quamuis craſſiſſime, dum eſt paratus corrigi, non dicitur habere pertinaciam, quia error excludit conſenſum, *l. ſi per errorem, ff de Iuriſd. omn. iud.* præſertim quando cadit in cauſa proxima, *laſ. in §. item ſi quis nu. 55. inſt. de act.* ergo.

12 Ad rationem ex aduerſo allatam quod ignorantia craſſa non excuſat, reſpondetur quod illud procedit in ceteris delictis, quę ſuapte natura non requirunt ſcientiam, tanquam circunſtantiam neceſſariam, ſecus in hęreſi in qua requiritur ſcientia determinationis eccleſiae, ſimul cum pertinacia tanquam qualitas neceſſaria, nam circumſcripta tali qualitate non remanet amplius haereſis.

13 Quartus, & vltimus eſt caſus, ſi quaeramus de ignorātia affectata, & in tali caſu varię ſunt opiniones, Altera, quod ſit verè, & propriè hęreticus propterea quod affectatus error eſt

in electione, nec poteſt videri paratus corrigi, qui data opera, eccleſiæ authoritatem declinat, quam probat *Nauar. in lib. 2. de reſt. cap. 4. dub. 9. num. 89. Canus loco cit. Valent. 2. 2. diſput. 1. q. 11. punct. 1. difficult. 4. in ſolutione ad primũ,* Corduba *in quaſtionar. lib. 1. q. 17. §. 7. Torres de Trinit. q. 32. art. 4. par. 2.* Altera, quod non poſſit dici vere hæreticus, propterea non contrahat excommunicationem, nec ſubiaceat poenis hæreticorum, quam probant *Azor. moral. Inſt. tom. 1. lib. 1. cap. 14. q. 9. & lib. 8. cap. 8. q. 4. & cap. 9. q. 8. Arag. 2. 2. q. 11. art. 2. Sayr. in claui Regia lib. 2. cap. 9. num. 20. Ledeſma in ſum. tract. 1. cap. 6. poſt 4. concluſ. difficult. 2. Alex. Peſant. qui teſtatur de communi loco cit. diſput. 1. concluſ. 5. verſ. Sacunda pars.*

Tertia eſt opinio dicentium, rem eſſe iudicandam perpenſo fine, & qualitatibus errantis, & dogmatum, vt ſiquidem ſit homo ruſticus, ſola erroris affectatio non ſufficiat ad hæreſim, quia magis præſumitur nimia deſidia diſcendi, quam pertinacia, *Simancha de cathol. Inſt. tit 26. num. 3.* Si vero fuerit alicuius conditionis, & affectet errorem, quia putat eccleſiæ precepta eſſe contemnenda, vel vt liberius errare poſſit, erit haereticus, quia ſimul cum errore eſt adiuncta pertinacia, ſi autem affectatio prouenit ex nimia deſidia diſcendi, non erit cenſendus haereticus, Ita diſtinguendo docent *Vaſq. 1. 2. q. 76. art. 3. diſput. 126. cap. 2. ad finem, Zumel. ibidem ante ſecundam concluſ. Sanchez loco cit. num. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Propoſitio quomodo dicatur haretica.*
2 *Propoſitio catholica quæ dicatur.*
3 *Propoſitio haretica proferri poteſt à non haretico.*
4 *Aſſertio contra diſpoſitum, in ſacrà ſcriptura, non pertinens tamen ad fidem, an ſit haretica.*
5 *Error in fide eſt, credere in ſacra ſcriptura poſſe contineri mendacium.*
6 *Deus Auctor vtriuſque teſtamenti.*
7 *Inſtrumentum in parte falſum, quoad omnes eius partes redditur ſuſpectum*
8 *Teſtis falſus in vno articulo, redditur ſuſpectus in omnibus.*
9 *Propoſitio ſapiens hæreſim, quæ.*
10 *Propoſitio erronea quæ ſit.*
11 *Propoſitio temeraria quando dicatur. Et quomodo excuſetur. num. 12.*
13 *Propoſitio Schiſmatica, et ſeditioſa, quæ dicatur.*
14 *Propoſitio ſcandaloſa, et male ſonans quæ.*
15 *Propoſitio iniurioſa dicitur, quæ detrahit ſtatui fidelium, vel perſonæ inſigni.*
16 *Propoſitio impia quæ.*
17 *Propoſitio blaſphema eſt, per quam Deo et Sanctis eius irrogatur iniuria.*

ARGVMENTVM.

De Propoſitionibus in fide peccantibus, & alter damnatis.

CAP. VIII.

Sicuti varii ſunt gradus catholicarum propoſitionum, quos late proſequitur *Cano de locis Theolog. lib. 12. cap. 7.* ita multiplices ſunt ſpecies propoſitionũ in fide peccantium, & aliter damnatarum.

1 Eſt prima propoſitio quæ dicitur hęretica, & eſt illa quę in aliquo aduerſatur catholicæ fidei, ideſt propoſitionibus quæ in reſpicientibus fidem continentur in veteri, vel nouo teſtamento, vel diffinitionibus ab eccleſia in cõciliis, vel extra firmatis, aut receptę SS. Patrũ ſententiæ, vt tradunt

Turre-

Turrecremata in ſumma de Eccleſia libro quarto, capitulo 10. *Canus loco citato. Simancha de Catholic. inſtitution. tit.* 54. *numero* 3. *& iterum in Enchyridion violatæ Religionis tit.* 24. *numero* 2. *Albert. de hæretic. quæſtio. ſexta, num. primo. Locatus in opere iudic. verbo Credibilia, numero* 8. *& ſequen.*

2 Quemadmodum enim quicquid in prædictis reperitur diffinitum, eſt vera propoſitio catholica, *cap.* 2. *de ſum. trinit. & fide cathol.* ita quicquid in rebus fidem tangentibus contra proponitur, vel aſſeritur, eſt propoſitio hæretica, & damnata, *d. cap.* 2. *clem.* 1. *eod. tit. l.* 1. 2. *&* 3. *C. eod. tit. de Summa Trinitate. l. quicunque, C. de hæretic.*

3 Et hęc procedunt, ſiue propoſitio proferatur ab hæretico, ſiue à non hæretico, cum poſsit eſſe propoſitio hæretica, & auctor catholicus, quod cõtingit quando in aſſertione non adeſt pertinacia, *cap. Dixit Apoſtolus, & cap. qui in eccleſia,* 24. *q.* 3. *d. cap.* 2. *S. in nullo de Sum. Trinit.* & tradunt in ſpecie, *Turrecrem. d. lib.* 4. *par.* 2. *cap.* 3. *Alphonſ. de Caſtr. de iuſta hæret. punit. lib.* 1. *cap.* 1. *Simanca in Enchyrid. tit.* 24. *num.* 3. *& de cathol. Inſt. tit.* 54. *num.* 4. *Cano de locis Theolog. lib.* 12. *cap.* 8. *pag. mihi* 382. *verſ. quod autem hæreſis, ſecundum paruam impreſſionem.*

4 Sunt qui putant, quód ſi quis aſſereret aliquid contra ea quæ ad fidem non pertinent, licet ſit in ſacra ſcriptura diſpoſitum, non eſſet hæreticus exemplum ponitur in eo qui diceret Iſaac non fuiſſe filium Abrahe, vel (quod minus eſt) Tobiam non habuiſſe canem, vel Aaron non habuiſſe barbam; nam, & ſi omnia prædicta ſint contra ſcripturam, tamen, quia non eſt de re graui, & ad fidem pertinente, non eſſet aſſertio hæretica, ſed eſſet error. Ita *Royas de hæret. part.* 1. *num.* 474. *& ſeq.* & ante ipſum *Gerſon. in Alphab.* 14. *par.* 1.

Hæc opinio, ita demum apud me vera eſt, quatenus aſſertio procedat ex ignorantia, ceterum data pertinacia, propoſitionem ab hæreſi non excuſarem. Eſt ratio qua moueor, quia licet ad fidem parum referat, Tobiam habuiſſe canem, vel Aaronem barbam, tamen negari non poteſt, quin is qui ſcit hoc eſſe vti certum in ſcriptura narratũ, eo ipſo quod negat, eſt error in fide, ita docet *D. Aug. in lib. de moribus eccleſiæ,* Etenim cum vnus, & idem Deus, ſit vtriuſque teſtamenti auctor, *cap. Epiſcopus* §. *querendum etiam ab eo ſi noui,* 23. *dixt. Concil. Trid. ſeſſ.* 4. idem eſt dicere in ſacra ſcriptura poſſe contineri mendacium, ac eſſet aſſerere Deum poſſe eſſe mendacem; quod eſſe errorem contra vtriuſque legis auctoritatem, probatur ex *pſalm.* 144. *ibi fidelis Deus in omnibus verbis ſuis. et* Deuter *cap.* 7. *Deus fortis et fidelis. et Lucæ cap.* 16. *Facilius eſt Cælum et terram preterire, quam de lege vnum apicem cadere,* quibus alijſque pluribus auctoritatibus hoc probant Cano *de locis Theolog. lib.* 2. *capitulo* 1. 2. 3. *et* 4. *Illuſtriſs. Bellarmin. in controuerſ. de verbo* Dei *cap.* 1. *et* 2. *cum ſeq.*

Præterea hæc aſſertio quamuis de re leui, nihilominus eſt valde pernicioſa, quia tollit fidem ſcripturæ; ſicuti enim inſtrumentum in parte falſum redditur ſuſpectum quoad omnes eius partes, *l. in fine ff. de fide inſtrum.* & teſtis in vno articulo falſus, redditur ſuſpectus quoad alios, *cap. pura* 3. *quæſt.* 9. ita ſi admitteremus in ſcriptura poſſe dari mendacium quamuis iocoſum, tota redderetur ſuſpecta. D. *Auguſt. ad Hier. epiſt.* 9. nobis relatus in *cap. ſi ad ſcripturas,* 9. *diſtinctione.*

Quare crederem in facti contingẽtia talia aſſerentẽ eſſe examinandũ, ac de ueritate informandum, & ſi poſt

informationē ad huc in ſua opinione perſiſteret, eſſe contra cum vti contra hæreticum procedendum,vt in his ter minis ſentire viſus eſt *Albert.de haeret. q. 30. ſub num.* 15. & hæc quoad propoſitionem hæreticam.

9 Secunda eſt propoſitio ſapiens hæreſim, & eſt illa quæ prima conſidera tione habet ſenſum hęreticum, pie tamen intellecta poteſt habere ſenſum catholicum. veluti ſi quis aſſerat Bibliam eſſe falſam, hoc quidem ſimpliciter intellectum, eſt propoſitio hæretica, quia omnia quae continentur in Biblia ſunt vera, *Concil. trid. ſeſſ.* 4. verum quia poteſt intelligi de Biblia alicuius particularis, quæ poteſt eſſe per fraudem impreſſoris, vel alteri deprauata,cum hac qualitate propoſitio,quæ erat hæreſi proxima, efficitur catholica, *Simanca d.tit.*24.*nu.*4. *et tit.* 54. *num.* 6. *Albert. d. queſt.*6. *num.* 2.

10 Tertia eſt Propoſitio erronea, & hæc quæ ſit,non ſatis adhuc cōſtat apud Theologos,vt patet ex relatis per *Simancam d. tit.* 54. *num.* 8. tandem ipſe in ea reſidet opinione per quam dicitur erroneam propoſitionē minus continere, quam propoſitionem hæreticā,atq. eſſe eā,quæ eſt contra veritatē aliquam,adhuc ab Eccleſia non diffinitam, vel contra veritatem non omnibus manifeſtam, vel à proferente ignoratam, idem *Siman.u in Enchirid. tit.* 24. *num.* 5. *Albert. d. q.* 6. *num.*8.

11 Quarta eſt propoſitio temeraria, & eſt illa per quam aſſeritur aliquid tanquā certū, quod nō poteſt efficaciter probari, ratione, vel auctoritate, veluti ſi quis aſſereret, quod mundus intra decem annos finietur: licet enim hoc poſſit eſſe verum, tamen quia nulla poteſt certa ratione, vel auctoritate probari, non poteſt niſi temere aſſeri, tum quia aſſumitur pro certo quod eſt dubium, *Turrecrem.in dicto cap.* 11. *Albert. d. q.*6. *num.*7. tum etiam quia temerarium ſatis eſt, rem valde dubiam, & incertam, ſua velle determinatione diffinire argumento, *l.* 3. *C. de ſumma Trinitate, et fide Cathol.*

12 Excuſaretur tamē in ſimilibus propoſitionibus, quando quis tanquam de re dubia ſuam diceret ſententiam, rationes, & argumenta modeſte afferendo, vt animaduerit *Simanca d.tit.* 54. *num.*12.

13 Quinta eſt propoſitio ſchiſmatica, & ſeditioſa, & eſt quæ inducit diuiſionem in Eccleſia, veluti ſi quis aſſerat poſſe eodem tempore dari duos Pontifices legitime electos, quæ propoſitio includit etiam hæreſim,quia aduerſatur articulo *vnam ſanctam,Extrag. vnam ſanctam,de maior.& obed.* & latius dicetur infra *lib.*9.*cap.*1.

14 Sexta eſt Propoſitio ſcandaloſa, quæ nuncupari ſolet etiam male ſonans,& piarum aurium offenſiua, & eſt quæ legentibus ruinæ, ſiue peccati cauſam, ſeu facilitatem ad peccandū afferre poteſt, etiamſi errorem in fide non contineat: veluti ſi quis enumeraret incommoda, quæ ex in ieiunio patimur,mala quæ inde naſci poſſunt, vel ſi quis dinumeraret commoda, quæ ex venereo complexu quoad ſanitatem conſequi poſſent,hæc enim & ſimilia, ſiue vera ſint, ſiue falſa, ex quo homines alliciunt, ac reddunt promptiores ad peccandum,merito dicuntur ſcandaloſa, *Ianſen.in concordiā Euangelicam cap.* 71. *Simanca & Albert. locis cit. ille ſub num.* 13 *iſte nu.* 10. *Turrecrem. d. cap.* 11.

15 Septima eſt propoſitio iniurioſa, & eſt quæ detrahit alicui fidelium ſtatui, vel perſonę inſigni; qualia ſunt maledicta quę ab hominibus parum timoratis proferuntur contra ſtatum religioſorum, *Albert. loco cit. num.* 9. *Simancha num.*18.

16 Octaua eſt propoſitio impia, & eſt quæ tendit contra pietatem, veluti ſi quis aſſereret elemoſinas nō eſſe facile dādas, mortuos non eſſe ſepeliendos, & ſimilia, quod enim tendit cō-

tra

tra pietatem non poteſt niſi impium judicari, quamuis hæ propoſitiones aliam, & cenſuram erroris etiam mereantur.

17 Demum eſt propoſitio blaſphema quæ eſt illa per quam Deo, & Sanctis eius irrogatur iniuria, quod proprie contingit, vel cum illi tribuitur quod ei non conuenit, vel cum remouetur ab eo quod illi conuenit, aut cum tribuitur creaturæ quod proprium eſt Dei. Primo namque caſu offenditur Dei miſericordia. Secundo leditur iuſtitia: Tertio, offenditur eius maieſtas, vt pluribus probat *Albert loco cit. num. 13. & ſeq.*

Cęterum & si propoſitiones sint inter ſe diſtinctę, nihilominus poſsunt ſimul & ſemel cōcurrere, adeo vt vna eademq. propoſitio, poſſit habere diuerſas qualitates, ſecundum quas poteſt diuerſas appellationes ſortiri, *Simanca loco cit. num.* 19. *Albert. d.q. 6. num.* 27.

SVMMARIVM.

1 *Summa hæreticorum diuiſio quæ.*

2 *Externus hæreticus quis dicatur.*

3 *Internus hæreticus quomodo dicatur.*

4 *Hæreſis manifeſta quando dicatur.*

5 *Signum æquiuocum non concludit hæreſim.*

6 *Hæreticus non deſinit eſſe mentalis, etiam ſi in exequutionē hæreſis exerceat opera abſque aliqua extrinſeca declaratione.*

7 *Scribens hæreſim characteribus ignotis an dicatur hæreticus externus.*

8 *Per actum qui poteſt appliari catholico non infertur hæreſis.*

9 *Hereticus internus omittens ingredi templum, vel coram Sanctiſſimo ſacramento genuflecti, an deſinat eſſe internus.*

10 *Hæreticus non deſinit eſſe mentalis etiamſi aliqua verba proferat.*

11 *Item ſi proferat blaſphemias non hæreticales.*

12 *Manifeſtatio hæreſis internæ facta in foro poenitentiæ non alterat qualitatem illius. Amplia num.* 13.

14 *Reuelans errorem amico, & petens ab eo conſilium veritatis non deſinit eſſe hæreticus mentalis.*

15 *Legens, narrans, aut tranſcribens hæreſim, quam ipſe corde credit, non deſinit eſſe hæreticus mentalis.*

16 *Pronuncians hæreſim internam in ſomnio, vel in ebrietate, remanet hæreticus mentalis.*

17 *Aſſerens ſe quōdam fuiſſe in hæreſi interna, dummodo in errore non perſiſtat, non dicitur hæreticus realis, neque mentalis.*

ARGVMENTVM

Quis dicatur Hæreticus externus quiue internus ſiue pure mentalis.

CAP. IX.

1 SVmma hæreticorum diuiſio hæc eſt, quod alii ſunt externi, alii interni, ſiue vt alii aiunt pure mentales. Itē alii ſunt hæretici veri, alii præſumpti. Item alii affirmatiui, alii negatiui, alii poenitentes, alii relapſi.

2 Externus eſt, qui hæreſim quam mente concepit, verbo vel ſigno manifeſtauit, quod quibus modis contingat, dicetur infra *cap. ſequenti*.

3 Internus, ſiue mentalis hæreticus, eſt qui hęreſim quidem mente concepit, eam tamen nuſquam exterius in malum manifeſtauit: externus vero eſt qui hæreſim quam mente concepit, manifeſtauit, vel verbo vel ſigno aliquo viſibili, quamuis accidentaliter verbū non fuerit auditū, vel factū nō fuerit viſū, ita poſt alios tradūt *Palud. in 4. ſent. diſt. 13. D. Ant. in ſum. par. 3. tit. 24. c. 4. Alphonſ. De caſtr. de lege poenali lib. 1. c. vlt. & de iuſta hæret. punit. lib. 2. cap. 7.*

4 Dubitari cōtingit quādo hęreſis dicatur manifeſta, ita vt deſinat eſſe hæreticus mentalis, & efficiatur hæreticus

externus ſiue realis. Et quidem vt dicatur manifeſtari, plura copulatiue requiruntur. Primum quod ſignum ſit viſibile, neque requirit quod poſſit probari, ſed ſufficit quod potuerit cognoſci, vt tradunt *Doct. allegati*, & alij infra allegandi.

5 Secundum, quod ſignũ manifeſtet hæreſim concludenter, non enim ſufficit ſi ſit æquiuocũ, ſed oportet quod ſit tale, vt ſi quis eſſet pręſens, cognoſceret proferentem eſſe hæreticum.

Tertium, quod manifeſtatio fiat in malum, ita *Nauar. cap. cogitationis pœnam, num.* 10. *coroll.* 2. *de pœnit. diſt.* 1. *Vaſq.* 12. *quæſt.* 96. *art.* 4. *diſp.* 160. *cap.* 5. *num.* 20. *&* 21. *Corduba in quæſtionar. lib.* 4. *q.* 3. *opin.* 3. *in* 3. *corollar. Bannes* 2. 2. *q.* 11. *art.* 4. *Vgoli. de cenſur. Papæ reſer. par.* 2. *cap.* 1. §. 1. *num.* 17. Eman. Sà *in ſum. verb. ex communicatio in expoſitionem bullæ cœnæ. num.* 3. *Sanchez ad præcepta decalogi lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 7. *&* 8. *Gutierez Canonicarum quæſt. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 13. *Azo. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *in fine.*

6 Ex his requiſitis deducitur Primo, quod ſi hæreticus mentalis in exequutionem ſuæ opinionis, exerceat opera bona, vel omittat opera mala, quæ ſecundum ſuam hæreſim ſunt facienda, vel omittenda, niſi ſe declaret illa facere, in exequutionem ſuæ falſæ opinionis, non deſinit eſſe hæreticus mentalis, quia cum error lateat in mẽte, & actus in eorum figura ſi ſit boni, non poteſt dici quod adſit ſignum, ex quo hæreſis colligi poſſit, vt præter citatos ſcribit *Sayr. de cenſur. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 30.

7 Deducitur Secundo, quod ſcribens hæreſim caracteribus, vel notis quas cifras nuncupamus, inuentis a ſe ipſo ad ſibi ſoli ſignificandum, ſi talia ſint vt a nullo intelligi valeãt, non deſinit eſſe hæreticus mentalis, quia ſigna non ſunt intelligibilia, *Sanchez loco cit. num.* 10.

8 Deducitur tertio, quod ſi quis motus hæreſi interna, diebus prohibitis accipiat modicum carnis, quod in perſona fideli ratione paruitatis materiæ, non eſſet niſi peccatum veniale, ex hoc quidẽ actu, non deſineret eſſe hæreticus mentalis, nã cum hic actus poſſit etiam applicari catholico, non eſt potens ad detegendam hæreſim, vt probant omnes relati *ſupra num.* 5. *Sanchez d. cap.* 8. *num.* 17.

9 Deducitur Quarto, quod credens hęreſim internam, ſi omittat ingredi templum, vel non genuflectatur corã Sacratiſſimo Chriſti Corpore, non definit eſſe hęreticus mentalis, ita *Bannes.* 2. 2. *q.* 11. *art.* 4. *Azor. d. lib.* 8. *cap.* 8. *in* 12. *quæſt. Leonard. Duard. ad bullam Cœnæ lib.* 2. *quæſt.* 20. *numero* 15.

Contrariam opinionem probat *Caieta.* 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 4. *verſ. ex his. Toleto in expoſitione bullæ cœnæ excom.* 1. *num.* 10. *Sayr. de cenſur. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 30.

Ego crederem rem eſſe perpenſis negotii circunſtantijs decidendum, vt ſi quidem talia faciens, alioqui habeatur perſona Catholica, quia tales actus omiſſionis poſſunt tribui alteri cauſæ, veluti inaduertentię non deſinet eſſe hęreticus mentalis, nam actus de per ſe non ſignificant hæreſim neceſſario, & ſic procedat prior opinio. ſi vero perſona ſit talis, de cuius religione, & pietate dubitetur, vera tunc ſit opera Caietani, quia qualitas actus iuncta perſonę ſuſpectæ, poteſt ſignificare errorem, quem non ſignificaret in alia perſona.

10 Deducitur Quinto, quod ſi quis hæreſim in mente reuoluens, ore pronunciet, & dicat, ita eſt vel peream niſi ita eſt, per hanc pronunciationem, non deſinit eſſe hæreticus mentalis, *Bannes, Azor. & Duard. locis cit.*

Ratio eſt, quia in homine neſciente talia proferentem eſſe hæreticum, verba ſimplicia, ita eſt, vel peream niſi ita eſt, non poſſunt naturaliter importare expreſſionem erroris, & conſequenter non poſſunt eſſe ſignum ſignificatiuum & neceſſarium hæreſis.

11 Deducitur Sexto, quod hæreticus in-

internus, proferens blſaphemias non hæreticales, non efficitur hæreticus exteinus, ſed remanet ad huc internus, *Sanchez loco cit. num.* 14.

12 Deducitur Septimo, quod manifeſtatio facta in foro poenitentiæ, non operatur vt hæreticus deſinat eſſe mētalis, tum quia talis manifeſtatio non fit in malum, ſed in deteſtationem erroris, vt poſt alios tradit *Sayr. de cenſur. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 28. Tum etiā quia non eſt facta homini, ſed Deo, *c. ſi ſacerdos, de off. ordin. cap. omnis vtriuſque ſexus, de poenit. & remiſſ.*

13 Qua ratione hæc deductio procedit, ſiue fiat ab eo qui eſt erroris pœnitens, ſiue fiat ab eo quem ad huc nō poenitet, dūmodo fiat bono animo veluti petendo conſilium, quia ſufficit quod actus tendat in bonum, *Cordub. dicta quaſt.* 13. *Sanchez lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 19.

14 Et ſimili ratione deducitur octauo, quod reuelans errorem amico, & petens ab eo conſilium veritatis, non deſinit eſſe hæreticus mentalis, quia talis relatio fit in bonum. *Simanca de cathol. inſt. tit.* 42. *num.* 7. *in fine. Guterez can. quaſt. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 9. *Sayr. loco cit. num.* 29. *Azor. lib.* 8. *cap.* 10. *quaſt.* 4. *Aragon.* 2.2. *q* 11. *art.* 3. *Azeued. lib.* 8. *tit.* 3. *leg.* 1. *nu.* 156. *Sanchez d. cap.* 8. *num.* 20.

15 Deducitur Nono, quod ſi quis legendo, narrando, aut deſcribendo libros, pronunciet, vel tranſcribat hęreſim, quam ipſe corde credit, non deſinit eſſe hæreticus mentalis, quia pronunciatio, vel trāſcriptio, cum fiat vti aliena, non poteſt dici facta in malum. *Corduba in quaſtionar. lib.* 4. *q.* 23. *op.* 3. *verſ.* 3. *corollar. Emanuel Sà in bulla coena nu.* 3. *Sanchez loco cit. num.* 23.

16 Deducitur Decimo, quod pronuncians hęreſim internam in ſomnio, vel in ebrietate, non deſinit eſſe hæreticus mentalis, quia cum talis pronunciatio non proueniat a iudicio, *cap.* 3. §. *Item quaritur de baptiſm.* non facit vt poſſit dici facta aſſertio. *Petr. Ledeſm. in ſum. to.* 2. *tract.* 1. *poſt* 10. *concluſ. Sanchez loco cit. num.* 24.

17 Deducitur Vndecimo, quod aſſerens ſe quōdam fuiſſe hæreſi interna, ſi hodie in eodem errore non perſiſtat non poteſt dici neque mentalis, quia tempore quo verſabatur in errore, non erat hęreſis manifeſtata: tempore vero quo non eſt manifeſtata, non adeſt amplius error, *Vaſq.* 2.2. *q.* 96. *art. diſput.* 160. *cap.* 5. *num.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus internus an ligetur cenſuris eccleſiaſticis.*

2 *Eccleſia etiam quod cenſuras habet poteſtatem in hæreticum occultum per accidens.*

3 *Hæreticus occultus per accidens incidit ex cenſuras eccleſiaſticas hæreticis inflictas.*

4 *Occultum cordis, annexum actui exteriori, quomodo ſubiaceat poteſtati eccleſiæ.*

5 *Recitatio officii, magis in cordis affectu quam pronunciatione pſalmorum conſiſtit.*

6 *Internum cordis eſt in foro poenitentiali detegendum.*

7 *Eccleſia præcipit confeſſionem peccatorū etiam internorum.*

8 *Eccleſia directe poteſt ſibi reſeruare abſolutionem mortalium peccatorum mere internorum.*

9 *Eccleſiā habere poteſtatem ligādi per cēſuras actus mere internos, qui tenēāt.*

10 *Contrarium ſentientes referuntur.*

11 *Auctor ſecundæ opinioni adſtipulatur.*

12 *Eccleſia non iudicat de occultis.*

13 *Hæreticus pure mentalis non contrahit cenſuras eccleſiaſticas.*

14 *Nec indiget abſolutione inquiſitoris, ſed abſolui poteſt à quolibet ſimplici confeſſario. ibi. num.* 15.

16 *Summus Pontifex non conſueuit hactenus ſibi reſeruare abſolutionem ab hæreſi pure mentali.*

17 *Sub generali reſeruatione non comprehenduntur peccata mere interna.*

18 *Internorum reſeruatio non expedit.*

AR-

ARGVMENTVM.

An Hæreticus internus incidat in cenſuras, cuius occaſione diſſeritur quando, & quomodo Eccleſia habeat poteſtatem in actibus occultis.

CAP. X.

LIcet fragoſa, plenaque diſſensionis,
1 ſit hæc inter Theologos, & Canoniſtas concertatio; nihilominus infra ſcriptæ Concluſiones vſui quotidiano accomodatæ conſtitui poſſunt, ex quibus ad propoſitæ dubitationis reſolutionem infertur.

2 Prima ergo ſit Concluſio. In acti-
bus occultis per accidens, Eccleſia habet poteſtatem, non ſolum quoad poenam peccati, ſed etiam quoad poenas cenſurarum, & perſonales, & alias poenas, ita docent *Geminian. conſil.* 110. *num.* 8. *&* 9. *Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, colum.* 2. *verſic. Venio ad oppoſitiones. C. de Epiſc. & cler. Caiet. & reliqui* 2.2. *q.* 2. *art.* 3. *Couarru. in reg. peccatum, par.* 2. *num.* 7. *Simanca dicto tit.* 42 *ante num.* 3. *Doct. communiter in dicta clem.* 1. *§. verum, Surd. deciſ.* 247. *num.* 8. *&* 9. & hęc non habet contradictorem. Ideoque hęreti-
3 cus occultus per accidens, contrahit
omnes & quaſcunque poenas, & cenſuras contra hæreticos inflictas, prout vltra relatos ſcribunt *Burſat. conſil.* 14 *num.* 12. *& conſil.* 218. *num.* 7. *& conſil.* 289. *Peregr. de iure fiſci, lib.* 5 *tit.* 1. *num* 170. *Menoch conſil.* 185. *num.* 8 *Sanchez qui alios refert ad praecepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 6. *verſic. at verum.*

Secunda Concluſio, quando internum, ſiue occultum cordis, eſt annexum actui exteriori, tunc Eccleſia habet in eo poteſtatem, non ſolum quoad peccatum, ſed etiam quoad cenſuras, non directè de per ſe, ſed indirectè per viam neceſſarii antecedentis, vel conſequentis. Hanc concluſionē pluribus probat *Petrus Sutor, in tract. de poteſtate Eccl. in occultis, c.* 2. *Salas de legib. in ſpect.* 9. *in ſpe.* 1. *in princ.* Ne res exemplo careat Eccleſia obligat
4 Clericos in ſacris conſtitutos, item
& beneficium obtinentes ad recitandum officium, uerum quia recitatio magis conſiſtit in cordis affectu, quam in pſalmorum pronunciatione, *cap. nō mediocriter, de conſecr. diſt.* 5. *cap. ſedulo* 38. *diſt.* ideo precipiendo actum recitandi, pręcipit in neceſſarium antecedens actum internum, nempè cordis deuotionem, vt in *cap. dolentes de celebrat. miſſ.* vbi eccleſia præcipit ſub pœna ſuſpenſionis, vt officiū ſtudioſe celebretur pariter, & deuote, et in *cle. eod. tit.* precipitur, ne officium pſallatur tranſcurrendo, & ſincopando, ſed horis debitis & deuote.

5 Tertia concluſio licet internū cor-
dis, non ſit annexum alicui actui exteriori, ſed ſtet de per ſe, tñ cogitur fidelis ad reuelandū in foro pęnitētiali, *Petr. Sutor loc. cit. in* 2. *&* 3. *propoſ. Azor. moral. inſtit lib.* 7. *cap.* 4. *quaſt.* 8. *Burſatt. conſ.* 280. *num.* 21. *lib.* 3.
6 Qua ratione eccleſia pręcipit fideli-
bus confeſſionem peccatorum, quamuis internorum, ſemel in anno, in Paſchate Reſurrectionis, *in c. omnes vtriuſque ſexus, de poen. & remiſſ.* cuius diſpoſitio continet praeceptum, vt atteſtantur, *D. Thom. in* 4 *ſent. diſtinct.* 17. *q.* 3. *art.* 1. *D. Bonauent. ibidem, & diſt.* 15. *art.* 2. *q.* 1. *Azor. d. lib.* 7. *c.* 39. *quaeſt.* 1.

7 Vnde deducitur poſſe eccleſiam
etiam directe reſeruare ſibi abſolutionem peccatorum mortalium, mere internorum, vt probant, & recte *Caiet.* 2.2. *q.* 11. *& ibi Arag. q.* 11. *art.* 3. *Sot. in* 4 *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 4. *Vgolin. de cenſur. ſummo Pontif. reſer. par.* 2. *c.* 1. *num.* 11. *Suarez diſput.* 21. *ſect.* 2. *Sanchez ad praecepta decalogi lib.* 2. *ca.* 8. *ſub num.* 4. *Ledeſma in ſecunda par. quaſt.* 8. *art.* 2. *dub.* 10.

Cete-

8 Ceterum quod cenſuras in actibus merè internis, quod Eccleſia habet poteſtatem ligandi cenſueuerunt gloſ. in clem. 1. §. verum, verb. eo ipſo de hæret. quam ibi ſequuntur Card. Anchar. Imol. & Vital. num. 183. & iterum gloſ. in cap vnico verb. habuerit de ſchiſmat. lib. 6. & in ſumma 24. q. 1. verb. qui verè, & in l. cogitationis ff. de poen. Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. num. 1. & 9. C. de Epiſ. & Cler. Abb. in cap. 2. num. 13. de off. ordin. & in cap. extirpanda §. qui vero num. 12. circa med. de præben. Felin. in cap. porro de ſent. excom. Albert. de hæretic. quæſt. 30. Marſil. in l. qui falſam ſub nu. 21. ad fin. ff. ad l. Cornel. de falſ. Burſat. qui dicit communem conſ. 14. num. 5. & 9. Boſſa conſ. 1. num. 10. Azeued. in. l. 1. tit. 3. lib. 8. num. 151. cum ſeq. Cantera quæſt. crim. par. 2. cap. 1. num. 8. Decia. in tract. de punit. delict. cap. 14. verſ. Iure vero canonico. Menoch. de arbitr. caſ. 360. num. 7. Roias de hæret. par. 1. n. 146. Ceuallos q. 698. Tiraquel. in l. ſi vnquam verb. reuertatur num. 240. C. de reuoc. donat. & hanc eamdem opinionem ex Theologis probant Adrian. in quodlib. 8. art. 1. lit. H. cum ſeq. Albert. Phig. de Eccleſiaſtica Hyerarchia lib. 6. cap. 6. circa med. Medina de oratione q. 15. Roſell. in verb. hæreticus, ſeu hæreſi, & abſolutio 1. num. 28. Salas. de legib. diſput. 9. ſect. 1. §. reſolutio auctoris.

9 Contrariam opinionẽ quod qui immo quoad cenſuras Eccleſiaſticas non habeat poteſtatem in actibus mere internis probant Alex. de Aleſ. p. 2. q. 182. in 2. Caiet. 2. 2. q. 11. art. 3. Sotomaior in 4. ſent. diſt. 25. Iacob. Almain in tract. de poteſtate Eccleſiæ cap. 3. & 10. & 11. Duard. in 4. diſt. 17. q. 8. num. 7. ibique Paluda. diſt. 15. q. 5. art. 2. concluſ. 4. num. 24. Alphonſ. de Caſtro de iuſta hæret. punit. cap. 18 et iterum lib. 2. de lege pænali cap. vlt. Sot. in 4. ſent. diſt. 22. q. 2. art. 3. poſt 5. conclus. Gabr. diſt. 17. q. 2. dub. 5. Driedo de liber. Chriſt. lib. 3. cap. 5. circa fin. Gerſon. in tract. de vita ſpir. lect. 4. coroll. 1. et 2. Turrecrem. in c. ſi quis non dicam num. 12. de pænit. diſt 1. et in cap. 1. 24. q. 1. Bellarm. de eccleſia milit. cap. 10. et de Rom. Pontif. lib. 4 cap. 20. Arag. 2. 2. q. 11. art. 3. ibique Bannes art. 4. Tab. in verb. excommunicatio 5. caſu 4. num. 4. Nauar. in ſum. cap. 23. num. 38. et cap. 27. num. 56. Sayr. in theſaur. tom. 2. lib. 3. c. 6. num. vlt. Simanc. de cathol. Inſtit. tit. 42. nu. 3. et ſeq. Couar. in reg. peccatum par. 2. nu. 6. Suarez par. 3. tom. 5. diſput. 4. ſectio. 2. num. 1. Clar. in §. hæreſis, num. 23. Guttierez canonicarum q. cap. 13. num. 5. quorum magna pars teſtatur hanc eſſe communiſſimam Theologorum, & illis calculum præbent Garz. de benef. p. 11. cap. 10. nu. 91. Carb. de legib. lib. 8. diſput. 14. Alter. de cenſur. tom. 1. lib. 3 cap. 2. diſput. 1. col. 2. ſub lit. E. & hanc eãdem probare videtur Surd. deciſ. 147. ſub num. 15. verſ. ita quoque.

10 In hoc Doctorum conflictu cum aliquando conſtituiſſem vtriuſque partis argumenta expendere, fateor neutra parte argumentum reperiſſe quod cauſæ iugulum præmeret, ad hæreo tandem huic ſecundæ opinioni tum quia originarie deſumitur ex D. Thom. 2. 2. q. 11. art. 3. quod ſatis mihi pro ſolido argumento ſufficit, tum etiam quia Eccleſia ſemper tanquam certum, & indubitatum principium habuit, ſolius Dei eſſe de internis hominum cogitationibus iudicare, vt ergo adſit aliqua differentia inter Iudicium Dei, & Iudicium Eccleſiæ, nõ incongruit, quod mere interna ſint extra forum Eccleſiæ, & ſoli Deo reſeruentur. Hinc Eccleſia fatetur, ſe de occultis non iudicare, cap. vt noſtrum. vt Eccleſ. benef. ſine diminut. confer. cap. tua nos in fin. de ſimon. cap. à nobis el 2. de ſent. excom. cap. tua, de ſponſ. cap. 1. de cland. deſponſ. cap. conſuluiſti 2. q. 5. cap. ſi quando 15. quæſt 6. capitulo erubeſcant, vbi gloſ. 31. diſt.

Ex

13 Ex qua deducitur, quod hæreticus omnio mentalis, non incurrit cenſuras, neque alias pœnas contra hæreticos inflictas, vt fatentur omnes Doctores hactenus pro hac ſecunda opinione allegati, quibus additur *Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 2. cap. 8. num. 2.* Et conſequenter non eget
14 reconciliatione inquiſitoris, ſed poteſt abſolui a quocunque ſimplici Confeſſario, quia circumſcripta cenſura, non remanet niſi peccatum, quod poteſt à Confeſſario abſolui, prout ſcribunt in ſpecie *Sot. in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 5. verſ. vtrum vero, Couar. in Reg. peccatum par. 2. princ. n. 7. Simanca de cathol. Inſt. tit. 32. nu. 27. Guttierez d. cap. 13. num. 8. Arag. 2. 2. quæſt. 11. art. 3. verſ. ad vltimũ cæterique omnes hactenus allegatis.*

15 Hoc aũt quod de abſolutione à peccato diximus, ita demũ procedit, quatenus peccatũ proueniẽs ab hæreſi nõ reperiatur ſuperiori reſeruatum, quia licet ſit verum, hæreticum pure mentalem non incurrere cenſuras, remanet tamen ligatus peccato, quod quamuis mentale, & internum, poteſt ecclesia ſibi reſeruare, *vt ſupra probaui num. 25.* atque ideo ſi reperiatur reſeruatum, tunc abſolutio non poterit dari à ſimplici Confeſſario, vt cenſent, & recte *Caiet. 2. 2. q. 11. art. 4. in fin. Suarez tom. 5. diſp. 21. ſect. 2.* cæterique ſupra relati *num. 14.*

Ceterum vt cuncta plene liqueant, obſeruandum eſt, ſummum Pontificem non conſueuiſſe hactenus abſolutionem ab hæreſi pure mentali ſibi reſeruare, quod maxime patet ex eo, quod reſeruationes hactenus per ſummos Pontifices factę, omnes includunt hæreſim, cui eſt annexa cenſura, quod quidẽ excludit hæreſim; ex qua contrahitur tantum peccatum, id quodplacuit etiam *Suarez loco mox citato.*

17 Obſeruandum Secundo, quod licet Prælati habeant poteſtatem reſeruandi ſibi abſolutionẽ, etiã à peccatis mere internis, & mentalib. nihilominus ſub generali reſeruatione hæreſis, aut aliorum peccatorum, nuſquam cenſeri reſeruata peccata mere interna, niſi expreſſis, & indubitatis verbis hoc declaretur, tum quia alienum eſt à ſuaui eccleſię gubernatione, peccata interna reſeruari, Tũ etiam quia cũ peccata interna ſint frequentiſſima, eorum reſeruatio non expedit. *Sot. & Ledeſm. locis cit.* atque ita cenſuerunt *Aleozer in ſum. cap. 12. puncto 2. Sanchez d. cap. 8. num. 4. verſic. cæterum quamuis,* & hæc de hęretico interno, & externo: de hæretico vero, non eſt cur dicamus, cum hęreticus verus, & externus conuertantur, reliquum eſt vt dicamus de hęretico pręſumpto.

SVMMARIVM.

1 *Suſpicio minor eſt præſumptione.*
2 *In materia hæreſis ſuſpicio, & præſumptio conuertuntur.*
3 *Suſpicio triplex.*
4 *Suſpicio leuis quæ, et quare, ita dicatur num. 5.*
6 *Leuis ſuſpicio leui defenſione diluitur.*
7 *Suſpicio vehemens vnde ſumatur.*
8 *Negare explicite propoſitiones fidei quas ſcire tenetur, vehementer efficitur ſuſpectus de hæreſi.*
9 *Vehemens ſuſpicio hæreſis conſurgit aduerſus obſeruãtẽ falſas cæremonias.*
10 *Adorans* Sepulchrum *Mahumeti, vel hæreſiarcarum, vehementer de hæreſi ſuſpectus efficitur.*
11 *Item abſtinentes a cibis in veteri lege prohibitis.*
12 *Nec non inuocantes dæmones ad tentandam alicuius pudicitiam.*
13 *Inſpectores ſyderum ad cognoſcendum quæ homini ſunt cognitu impoſſibilia, ſunt vehementer de hæreſi ſuſpecti.*
14 *Hæreticorum fautores, ſunt de hæreſi ſuſpecti.*
15 *Fautorum appellatione qui veniant.*
16 *Qui familiarıter conuerſatur cum hæreticis, et legit libros eorum, vehementer redditur de hæreſi ſuſpectus lim. num. 17.*

Cita-

18 *Citatus in cauſa hæreſis non comparens, redditur de hæreſi ſuſpectus.*

19 *Duas eodem tempore ducens vxores efficitur de hæreſi ſuſpectus.*

20 *Alia exempla remiſſiue ponuntur.*

21 *Vehemens ſuſpicio non ſufficit ad condemnandum de hæreſi.*

22 *Et admittit probationem in contrariũ.*

23 *Effectus vehementis ſuſpicionis quis eſt.*

24 *Violenta hæreſis ſuſpicio ex quibus oriatur.*

25 *Exẽpla violentæ ſuſpicionis remiſſiue.*

26 *Suſpicio ſuccedens ſuſpicioni vehementi efficitur violenta.*

27 *Violenta ſuſpicio dicitur probatio iuris, & de iure, & non admittit probatio. tionem in contrarium.*

Limitatur num. 28.

29 *Suſpectus de violenta punitur tanquã hæreticus.*

30 *Quoad neceſſitatem abiurandi, ſuſpecti de hæreſi, non deſſerunt inter ſe.*

31 *De hæreticis affirmatiuis, & negatiuis, poenitentibus & relapſis, remiſſiue.*

ARGVMENTVM.

De hæretico præſumpto, cuius occaſione declarantur ſpecies præſumptionis, ſeu ſuſpicionis in cauſa hæreſis, nempe ſuſpicio leuis, vehemens, & violenta.

CAP. XI.

VT tota hæretici
præſumpti ma-
teria liqueat,
premitti primũ
oportet, quod
1 licet regulari-
ter adſit diffe-
rentia inter præ
ſumptionem, & ſuſpicionem, propte-
rea quod ſuſpicio eſt minor præſum-
ptione, & a ſuſpicione ad præſum-
2 ptionẽ deuenitur, vt per *Bal. in au. ib.*
ſi quis C. de adult. cum aliis per *Farinac. de indit. & tortur. quæſt. 1.* nihilominus, in materia hæreſis, præſumptio, & ſuſpicio conuertuntur, & ſumuntur pro eodem, adeo vt quę dicuntur de ſuſpitione, dicuntur etiam de præſumptione, & è contra, *Simanca de cathol. Inſt. tit. 50. num. 22. Penia ad Emer. par. 2. commentar. 80. col. 2. in princ. Menoc. de præſump. lib. 1. q. 100. in princ. et lib. 5. præſumpt. 6. num. 15.*

3 Præſumptio ergo, vel ſuſpicio in hac materia eſt triplex, nempe leuis, vehemens, & violenta, vt colligitur ex *cap. accuſatus §. 1. et cap. contumacia de hæret. lib. 6. cap. ad abolendam, et cap. excommunicamus, vbi gloſ. in verb. condemnetur extra eod tit. Emer. par 2. q. 55. Simanca loco cit. num. 23. Mart. del Rio Diſquiſit. magicar. lib. 5. ſect. 12. verſ. et ſic diuidendo, et verſ. exempla*, aliique plures quos libens omitto.

4 Leuis eſt illa, quę deſumitur ex ſignis exterioribus operum, aut verborum, quæ licet raro, nihilominus poſſunt quandoque indicare hęreſim, veluti ſi quis frequẽter deieraret, ſuſpicaretur contra eum quod ipſe non bene ſentiret de Deo, *Simanca loco cit. nu. 24. Decian. d. cap. 35. num. 47. Menoch. d. q. 100. num. 1.*

Item ſi qui facerent occulta conuenticula, vel deuiarent vita, & moribus à communi conuerſatione fidelium, vel aliud facerent quod hæretici facere comprobantur, ita *Gerſon. in tract. de poteſtat. conſiderat. 12. Simanca et Menoch. locis ante citat. Locatus in opere iudiciali verb. ſuſpicio num. 2.*

5 Dicitur leuis ſuſpicio, vel praeſumptio, tum quia ex leuibus oritur coniecturis, *l. 2. in fine, C. de hæret. ibi vel ex leui argumento à iudicio catholicæ religionis detecti fuerint deuiare*, Tum etiam quia leui defenſione diluitur, non enim ſolent inquiſitores ex leuibus tantum procedere ad condemnationem, *cap. eſtote regul. iur. D. Thom. 2. 2. quæſt. 60. art. 2. Sot. lib. 3. de iuſt. & iur.*

iur. q. 4. art. 3. Caietan. *in ſum. verb.* Suſpicio. Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 20. num. 22. & cap. 35. num. 20. Emer. par. 2. cap. 55. num. 2. Siman ca loco cit. num. 28. Menoch. d. q. 100. num. 2. cum ſeq.* ſicuti neque procedunt ad torturam, quamuis ſufficere poſſint ad inquirendum, vel ad indicendum purgationem, vt poſt alios plene ſcribit *Farinac. de hæreſ quæſt. 187. §. 1. a num. 27. cum ſequentibus* ad quem breuitati conſulens lectorem remitto.

7 Vehemens ſuſpicio, ſiue præſūptio, ſumitur ex ſignis exterioribus operū, aut verborū ex quibus concludi ſolet frequenter, & vt plurimum, quod talia agens, vel dicens, eſt hęreticus, ita *Gerſon loco cit.* quem ſequuntur *Simanca loco cit. num. 27.* & iterum in *Enchirid. violatæ religionis tit. 41. nu. 3. Albert. de hæret. quæſt. 34. num. 46. Penia d. commentar. 80. verſ. 2. ſuſpicio. Menoch. d. q. 100. num. 7. Del Rio d. lib. 5. ſect. 12. verſ. vehemens ſuſpicio.*

8 Huius ſuſpicionis exempla poſſunt eſſe infraſcripta. Primun ſi quis neget explicite aliquas fidei propoſitiones, quas tenetur ſcire ex officio, licet .n. hoc poſſit procedere ex ignorantia, nihilominus quia vt plurimum prouenit ex pertinacia, redditur vehementer ſuſpectus de haereſi, *Simanca d. tit. 50. numero 25. verſic. verbi gratia.*

9 Secundum eſt exempium in obſeruante falſas cerimonias, cum enim cerimoniae ſint ritus externi, ſtatuti ad diuinum cultum ſignificandum, inde talem quiſqne creditur religionem tenere, qualibus vtitur cerimonijs, *ca. contra Chriſtianos de hæret. lib. 6.* & conſequēter ex obſeruantia falſorum cerimoniarum, inſurgit contra ipſum vehemens ſuſpicio, quod ſit haereticus, *d. cap contra Chriſtianos, & cap. filii hæreticorum, de hæret. lib. 6. Archid. Io. Andr. Gem. & Franch. in cap. 2. eod. tit. lib. 6. Lapus Butr. & Imol. in clem. 2. §. vlt. de vſur. Anan. in cap. excommunicamus §. credētes de hæret. Franc. ſquillacen. de fide cathol. ca. 15. Arelatan. de haeret. notab. 5. Simanca de cathol. inſtitut. 20. num. 9. cum ſequentibus, Menoch. praeſumpt. 6. nu. 16. lib. 5.*

10 Hac ergo ratione, erit de vehementi ſuſpectus, qui Mahumeti, aut haereſiarcarum, vel haereticorū reliquias, ſiue Sepulcrum adorauerit, *Simanca loco cit. num. 9. & 13.*

11 Item, & deſcēdentes de genere Iudeorum, Maurorum, qui à carne porcina, vino vel ab aliis in veteri lege prohibitis, abſtinent, idem *Simanca loco cit. num. 12. & 13. & iterum tit. 50. num. 32. Menoch. de praeſumpt. 6. num. 40.*

12 Tertium exemplum eſt in eo qui demonem inuocat ad tentandam alicuius pudicitiam, vel ad perpetrandū aliud facilius a Demonis poteſtate nō alienum, dummodo ſe Demoni non ſubiiciat, nec haereſim miſceat, in tali namque caſu, licet non poſsit cenſeri haereticus, propterea quod non habet errorem intellectus, tamen quia vt plurimum haec conſueuerunt ab incredulis fieri, redditur ſuſpectus vehementer; quia tales actus pertinent ad infidelitatem, D. *Thom. 2. 2. q. 95. cum ſeq. & ibi* Caiet. *Oldrad. conſ. 210. Gem. &* Franch. *in cap. accuſatus § ſane de haeret. lib. 6. Squillacen. de fide cathol. cap. 8. Alphonſ. de* Caſtr. *lib. 1. de iuſta haeret. punit. cap. 13.* Franc. *picus de rerum praenot. cap. 7.* Simanca *de cathol. inſt. tit. 21. ſub n. 13. Menoch. de præſumpt. ſub nu. 20.*

13 Tales etiā habētur qui ex ſydęrum inſpectione, & obſeruatione natalium dierum, diuinare ſe profitentur ea quae homini ſunt cognitu impoſsibilia, S*imanca et Menoch. locis cit. ille nu. 14. hic num. 21. & 25. & iterum Simanca tit. 62.*

14 Quartum exemplum ponitur in haereticorum fautoribus, nam, & ſi non implicet cōtradictionem, quin in talibus poſſit nō eſſe error intellectus, tamen vt plurimum ſolent eſſe eiuſdē

reli.

religionis, ac propterea ſunt de hæreſi vehementer ſuſpecti, *cap. excommunicamus* §. *credentes de haret.* & ibi *gloſ. & Doct. Campeg. ad Zanchin. de haret. cap.* 20. *in tertio caſu Simanca loco cit tit.* 15. *num.* 11. *Menoch. de præſumpt.* 6. *num.* 19.

15 Sub nomine autem fautorum comprehenditur etiam receptator, *d.* §. *credentes* item, & preſtans auxilium *cap. inquiſitionis* §. *fin. de haret.*

16 Quinctum exemplum ponitur in eo qui frequenter, & familiariter conuerſatur cum hæreticis, item, & in legente libros eorum, *d cap. excommunicamus* §. *credentes, & cap. inter ſolicitudines de purgat. can.* niſi ſuſpicio

17 purgetur ex qualitate perſonę conuerſantis, aut legentis, veluti ex religione, grauitate, circunſtantia locorum, vt per *Simanca de cathol. Inſt. tit.* 11. *num.* 9. *& ſeq.* cum aliis per *Menoch. loco cit. num.* 17.

18 Sextum exemplum ponitur in eo qui citatus pro cauſa hæreſis, comparere recuſat, quia cum poſſit per comparitionem ſuam probare innocentiam, ſi non comparet, redditur vehementer ſuſpectus, *cap. cum contumacia vbi doct. eodem tit. de haret. libro ſexto.*

19 Septimum exemplum ponitur in eo qui eodem tempore duas ducit vxores, nam & ſi hoc contingere poſſit, ductus errore credendi, quod prior vxor deceſſerit, vel quod primum matrimonium fuerit nulliter contractum, tamen quia ſimilia matrimonia, vt plurimum ſolent celebrari ab eo, qui de fide male ſentit, ex hoc facto redditur de hæreſi vehemẽter ſuſpectus, quia male ſentit de Sacramento matrimonii, *Lapus in cap. accuſatus*, §. *ſane, de haret. lib. ſexto*, *Franch. ibidem in princ. numero tertio*, *Felin. in cap. ad abolendam ſub numero primo, verſiculo, & idem dicas, de haret. Io. Lupi in repetit. capit. per veſtras* §. 18. *numero* 25. *de donat. inter vir. & vxor. Brun. de haeret. libro primo, cap. ſecundo, Alphonſ. de Caſtr. de iuſt. haeret. punit. lib. primo, capitulo primo, Albert. de haeret. quaſt.* 23. *numero* 49. *Simanca, de Cathol. inſtit. tit.* 40. *numero ſecundo, Couar. de ſponſal. lib.* 4. *par. ſecunda, capitulo ſeptimo,* §. *tertio,* alios refert *Menoch. de arbitr. caſu* 420. *numero* 114.

20 Poſſent, & alias exempla referri, ſed neceſſarium non putaui, quia verificantur in prędictis, ſi quis autem longiorem explicationem exoptat, recurrat. ad *Menoch. d. præſumpt. ſexta, libro quinto, & libro primo, quaſt.* 100. *numero ſeptimo*, quamuis non omnes præſumptiones per ipſum enumeratę, pertineant ad ſuſpitionem vehementem.

21 Hæc ſuſpitio quamuis vehemens, tamen non ſufficit ad condemnandum, de haereſi, *cap. litteras, de præſumpt. & in capitulo, accuſatus in princ. de haeret. lib. ſexto,* & ibi *Archid. ante numero primo, verb. vehementis Menoch. num. ſecundo Gemin. numero primo, verſiculo nota quod propter vehementem, Franch. ibidem numero primo, & ſecundo Hoſt. in capitulo excommunicamus el primo numero* 28. *verſiculo alias autem, & ibi Anan. in* §. *credentes numero decimo primo, de haeret. Albert. in rubr. C. de haeret. numero decimo,* & iterum *Anan. in rubr. extra eodem tit. ſub numero tertio, Oldrad. conſilio* 210. *ante numero primo, Calder. conſilio quinto, tit. de haeret. Pariſ. conſilio ſecundo, numero* 91. *&* 99. *libro quarto. Penia ad Emer. comment.* 15.

22 Admittit enim probationem in contrarium, *Penia loco cit. par. ſecunda comment.* 80. *ſublit. C. Roias, de*

23 *haeret. par. ſecunda, ſing.* 165. ac proinde, eius effectus eſt, vt per eam modo imponatur pœna extraordinaria modo purgatio, vel abiuratio, perpenſa facti, perſone, & probationis qualitate, vt poſt alios probant *Menoch. quaſt.* 100. *numero* 11. *libro primo, Farinacc. de haereſi, num.* 42. *cum ſequentibus.*

Digitized by Google

24 Suſpitio violenta oritur ex ſignis operum, aut verborum, ex quibus efficaciter, & fere ſemper concludi ſolet haereſis, veluti ſi quis tranſeat, vel reuertatur ad ſectam infidelium, *cap. contra chriſtianos, de haeret.* vel propoſitiones hereticas publice aſſerat, *Simanca, de Cathol. inſt. tit.* 50. *num.* 26. cum aliis quos late refert *Farinacc. de hareſi quaeſt.* 187. §. 4. *num.* 45.

25 Alia huius ſuſpitionis exempla ſerioſe refert *Penia ad Emer. par.* 3. *comment.* 81. *& part.* 3. *comment.* quibus

26 adde quod regulariter, vbi poſt vehementem ſuſpitionem ſuccedit alia ſuſpitio confirmans primam, tunc ſuſpitio efficitur violenta, *Franch. in cap. cum contumacia numero tertio, de heret. lib. ſexto, Menoch. d. quaeſt.* 100. *numero* 14.

27 Hæc ſuſpitio veluti quæ oritur ab apertis, & violentis coniecturis, dicitur probatio iuris, & de iure, ac propterea non admittit probationem in contrarium, quia habetur pro veritate, *cap. is qui de ſponſal. cap. quanto, de praeſumpt. l.* 1. §. 1. *C. de reiuxorie act. Simanca, de Cathol. inſtit. tit.* 50. *ſub. num.* 4. *locatus in iudicial. inquiſit. verb. ſuſpitio num.* 4. *&* 9. *Penia ad Emer. par.* 2. *comment.* 80. *lit. D. verſic. tertio, ſuſpitio Menoch. d. quaeſt.* 100. *num.* 14. *&* 15.

28 Quod tamen eſt intelligendum de probatione directa, veluti ſi inquiſitus probare vellet teſtes contra ipſum examinatos, vel ſcripturas ex quibus deſumitur violenta ſuſpitio, eſſe falſos, *Simanca, de Cathol. inſt. tit.* 51. *numero* 13. *Penia ad Emer. comment.* 80. *in fine verſic. quamuis autem.*

Ex hac ſuſpitionum declaratione colligitur, quis, quando, & quomodo dicatur hereticus præſumptus, ſiue enim notetur ſuſpitione leui, ſiue vehementi, ſiue violenta, ſemper dicetur præſumptus, quamuis quando eſt ſuſpectus, de violenta puniatur

29 tanquam hereticus, *cap. cum contumacia de haeret. lib.* 6. & ibi *Gem. & Franch. locatus in verb. ſuſpitio num.* 30. *Menoch. d. quaeſt.* 100. *num. decimo quinto.*

30 Cæterum quoad abiurationem non eſt differentia inter ſuſpitionem vehementem, vel violentam, ſed omnes abiurant vel tanquam, de vehementi, vel tanquam heretici formales, *Genuen. in praxi tit.* 84. *num.* 8. *Ludouicus à Paramo de origine Sanctae inquiſit. lib.* 3. *quaeſt.* 4. *rubr. de expeditione proceſſus num.* 21. *del Rius diſquiſit. Magicarum lib.* 5. *ſect.* 12. *verſic. ſi vero datur* Farinac. *de hereſi d. quaeſt.* 187. §. 4. *ſub numero* 51. & hæc quoad hæreticum præſumptum.

31 De hæreticis affirmatiuis, & negatiuis dictum eſt ſupra *hoc eodem lib. cap.* 6. De pænitentibus, & relapſis dicetur *infra* poſt quam de hæreticorum pænis dixerimus.

SVMMARIVM.

1 *Haeretici eccleſiae iudicio ſubduntur.*
2 *Iudicium Eccleſiae non cadit in exiſtentibus extra eam.*
3 *Haeretici retinent characterem baptiſmi.*
4 *Per baptiſmum quis obligatur eccleſiae.*
5 *Clericus non poteſt ſe eximere a iuriſdictione eccleſiaſtica.*
6 *Alphonſi a Caſtro opinio reiicitur.*
7 *Auctoritates quibus fulcitur eius opinio reprobantur.*
8 *Ad eccleſiam nemo pertinet niſi per fidem.*
9 *Quaeſtiones pro articuli deciſione diſputanda.*
10 *Alphonſus lapſus aequiuocatione terminorum.*
11 *Haeretici in Eccleſia non ſunt, ſubiacent tamen iuriſdictioni illius.*
12 *Eccleſia quare exercent iuriſdictionem in haereticos.*
13 *Abbas monachum in religionem reuocare poteſt.*
14 *Dominus vaſſallum abſque haeretica diſce-*

*diſcedentem, ad redeundum compel-
lere poteſt.*
15 *Eccleſia animaduertit in iudæos.*
16 *Item punit infideles.*
17 *Hæretici quamuis baptiſmi characte-
rem retineant, in eccleſia tamen non
ſunt.*
18 *Cum de vno queritur, in caeteris ſuppo-
nuntur termini habiles.*

ARGVMENTVM.

An Hæretici ſint in eccleſia.

CAP. XII.

ALphonſ. de Caſtr. *libr. 2. de iuſta hæret. punit.* opinatur hæreticos reales eſſe in Eccleſia, licet tanquam membra putrida, & ſicca, id quod probare conatur pluribus rationibus, quas ego, quo facilius vt veritas pateat, nonnullis roboratas adducam.

1 Affert ergo primum quod hæretici
adhuc ſubduntur Eccleſiæ iudicio,
digniſque plectuntur poenis, de qui-
bus *per integr. tit. extr. de hæretic.* hoc
autem Eccleſia non faceret, niſi intel-
ligeret hæreticos intra eius gremium
eſſe, ac aliquam eius eſſe partē, alias in
2 ipſos nō animaduerteret, cum iudiciū
Eccleſiæ nō cadat in iis, qui ſunt extra
eam *c. gaudemus, de diuort. & in cap.
multi circa med. 2. quæſt. 1. Paul. ad
Roman. c.* 5. tu qui es, qui iudicas ſer
uum alienum, *Oldr. conſil.* 51. *Al-
ber. in rubr. C. de iudic. num.* 3.

3 Præterea, & Secundo, Hæretici re-
tinent characterem baptiſmi, *cap. quod
quidam 1. quæſt. 1. cap. non in vobis,
de conſecr. diſt.* 4. Ergo ad huc ſunt
membra Chriſti, & Eccleſiæ, *cap. fin.
de presbyt. non baptiſ.*

Additur Tertio, quod à die
baptiſmatis inter baptizatum, & Ec-
cleſiam, contractus quidam cenſe-
4 tur celebratus; quo tenetur Eccleſiæ
mores, leges, ritus, & ſtatuta ſeruare,
cap. maiores de baptiſm. & proinde
etiamſi hæreticus velit ſe ipſum ſepa-
rare ab eccleſia, non poteſt, cum illi
per ſuſceptum baptiſma ſe ſubiecit,
ad exemplum vaſſalli, qui foro ſuo
non poteſt renunciare, & aliis ſe ſu-
biicere in Domini praeiudicium
Bald. in l. ſi quis in conſcribendo num.
4. *& 5. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ſimiliter
5 clericus nequit ſe eximere à iuriſdictē
iudicis eccleſiaſtici, etiamſi illi renun-
ciauerit iuramento, & partis acceſſe-
rit conſenſus, *cap. ſi diligenti de for.
comp.* vbi plene *Felin. num.* 7. cum
aliis *per Rol. conſil. 4. num. 9. lib. 1.
& per Steph. Gratian. controuerſ. fo-
renſ. 190. per tot.*

6 Contrarium defendit omnino D.
*Card. Bellarm. lib. 3. de Eccleſ. milit.
cap.* 4. apertiſſimis tum ſanctorum
patrum teſtimoniis, tum etiam
Summorum Pontificum decretis, quę
pręfatam Alphonſi opinionem impro
bant, & reiiciunt, & vt SS. Patrum
mittam atteſtationes, quas ad hanc
opinionem confutandam *idem Bel-
larm.* expendit *loc. cit.* ex Sacris Ca-
nonibus ad redarguendam Alphon-
ſi opinionem infraſcripta ſolent af-
ferri.

7 Primo, *text. in cap. non in vobis,
de conſecr. diſt* 4. vbi de hęreticis ſic
ſcribitur, *nobiſcum autem eſtis in ba-
ptiſmo, in coeteris Dominicis ſacramen-
tis, in ſpiritu autem vnitatis, in vincu-
lo pacis, in ipſa denique Eccleſia Ca-
tholica nobiſcum non eſtis.*

Secundo, vt text. *in cap. ſi quis in-
quit 1. quaeſt.* 1. vbi ſi quis, de Eccle-
ſia, haeretica praeſumptione exierit,
à ſemetipſo damnatus eſt.

Tertio, *tex. in cap. 2. quaeſt.* 1. vbi
Hæreticos, inquit, *dicimus tam eos, qui
olim ab Eccleſia proiecti ſunt, quam
qui poſt hac à nobis anathemati ſunt,*
in hac eadem ſententia eſt text. *in
cap. aduocauit 24. quaeſt. 1. & in cap.
ipſa pietas 23. q. 4. in cap. ſtatutum
de haeretic. in 6. & in c. 3. extr. eod. tit.*

Digitized by Google

in quibus omnibus hæretici extra Eccleſiam conſtituuntur.

8 Tertio, Aduerſus Alphonſum talis affertur ratio. Ad Eccleſiam nemo pertinet niſi per fidem, *c. firmiter*, *S. nemo*, *de Sum. Trinit. & fid. Cathol. c. fin. de Praesbyt. non baptiz.* Sed Hæreticus non habet fidem, ergo non poteſt in Eccleſia cenſeri.

9 Mihi vtriuſque partis argumentis expenſis, duae videntur in hoc articulo quæſtiones in eſſe, quarum altera, ab altera non parum diſtat.

Prima, An Hęretici ſint in Eccleſia, & in hac veriſſima eſt, & tutiſſima D. Cardinalis Bellarm. ſententia, quam vltra patres per ipſum relatos, probant etiam *Sander. de Viſib. Monarch lib. 8. cap. 32. Canus, de locis Theol. lib. 4. c. 2.* aſſerens hanc eſſe communem omnium Theologorum, probarique *Duobus Concilijs*, nempe *Lateranenſi, & Florentino*. Ex noſtris etiam hanc eandem opinionē probant *Iuſt. in Auth. de priuil. dotis haret. mulier. non praſtand.* in illis verbis, *nam licet nomen Chriſtianorum ſibi impoſuerint, verumtamen à Chriſtianorum ſe fide, & communione ſeparant* & ibi, *quae enim ſeparāt ſe a Sancta Dei Catholica, & Apoſtolica Eccleſia*, & ibi, *Si enim ſe ſeparant à Dei muneribus*, & *in l. 1. cum Auth. ſeq. C. de Haeret.*

Secunda, eſt Quæſtio, An Hæretici ſubſint iuriſdictioni Eccleſiae, adeo quod Eccleſia poſſit in eos ſuam auctoritatem, & iuriſdictionem exercere, & in hac vera eſt opinio, *Alphonſi*, cuius Argumenta cum omnia con-

10 cludant reſpectu iuriſdictionis, quam Eccleſia in hæreticos exercet, ſatis innuunt ipſum terminorum ignoratione in hunc errorem fuiſſe lapſum, vt contenderet hæreticos eſſe in Eccleſia, non animaduertens plurimum inter ſe differre, quem eſſe in Eccleſia, vel eſſe ſub iuriſdictione Eccleſiæ.

11 Concludendum eſt ergo Haereticos in Eccleſia non eſſe, ad eam tamē iuriſdictionis ratione pertinere, & ideo licet ipſi careant prorſus omnibus illis, quæ communionis gratia conceduntur exiſtētibus in Eccleſia, poſſunt tamen ab Eccleſia vtroque vltionis gladio compeſci, & puniri, & ad reſipiſcendum vrgeri.

Primam, huius concluſionis partē ſatis ſuperque probant Argumenta pro opinione *D. Card. Bellarm.* allata, ideoque alia probatione non eſt opus.

Secundam, rectè confirmant primum, & Tertium, Argumentum *Alphonſ.* quæ, vt dixi, omnia ad iuriſdi-

12 ctionem reſpiciunt. Quibus addas, quod Eccleſia exercet gladium iuriſdictionis in hæreticos, præſertim ob iniuriam ſibi illatam propter ementitam Sacramenti fidem, *cap. maiores de baptiſ. cap. 1. vbi gloſſ. in verb. non debet, de ſponſ. duor. c. cum inter in fin. de ſponſ. cap. Iudaei 45. diſt.* ob quod poteſt eos ad redeundum compellere, non ſecus ac Dux exercitus compellit militię deſertorem, *l. deſertorem ff. de re milit.* Neque nouum videri debet, quod Eccleſia in Contemptores Sacrae Religionis animaduertat, etiam ſi illi extra eius gremium exiſtant, ſiquidem hac eadem ratione Dux exercitus animaduertit in militiae deſertorem, quamuis ille in exer-

13 citu non ſit, de *l. deſertorem, & Abbas* monachum profeſſum compellit ad redeundum, & Religionem obſeruandam, nedum quando ad ſaeculum rediit, ſed quando ſe in aliam Reli-

14 gionem tranſtulit, *cap. ſanè, & cap. fin. de regul. cap. porrectum extra eod. tit.* Et Dominus vaſſallum ab eius ditione recedentem inſalutato, compellit ad redeundum, & ad habitandum *Bald. in prælud. feud. num. 17. Afflict. 104. & in capitulo fin. §. fin. numero 126. de capit. qui cur. vend. Decian. reſp. 41. numero 90. libro ſecundo.*

15 Item, & Eccleſia animaduertit etiam in Haebreos, *l. 2. & l. iudaeos, & l. iudaei 15. C. de iudaeis, capitulo in nonnullis extr. eod. tit.* Item, & generaliter animaduertit contra omnes Infideles, & Chriſtia-

nae

næ Religionis obſeruatores pluribus in caſibus, quos peculiari conſtitutione complexus *Greg. 13. Antiqua Iudæorum*, de quamemini ſupra *libro ſecundo*, dum de infidelibus ageretur, & tamen conſtat ex traditis ſupra omnes prædictos in Eccleſia non eſſe.

Et vt nullus prorſus remaneat dubitandi locus, ſed liqueat omnino hæreticos in Eccleſia non eſſe, libet *Alphonſi* Argumenta ſigillatim refutare, Non obſtat ergo primum, quando quidem ex prædictis patet, non bene conſequi, Eccleſia iuriſdictionem exercet in Hæreticos, Ergo illi ſunt in Eccleſia. Non obſtat Secundum, nam, & ſi verum ſit hæreticos caracterem baptiſmi retinere, non tamen ideo in Eccleſia dici poſſunt, nam vt
17 optime, conſiderat *D. Card. Bellarm.* ex mente *D. Thom. in 3. par. q. 8. art. 3.* ſi ex ſolo baptiſmo homo conſtitueretur in Eccleſia, ſequeretur, quod cum animæ ſint inſignitę baptiſmatis ſigno, Eccleſia reperiretur etiam in inferno, quo nihil abſurdius dici, aut ex cogitari poſſet, cum in inferno, vt *D. Thom. loco cit.* ſcribit nec habituu, nec actu Eccleſia reperiatur. text. autem *in d. cap. vlt. de cler. non baptiz.* nihil obſtat, Supponit etenim quod in ſimul cum baptiſmo cœtera concurrant, quæ de neceſſitate requirūtur, nam quoties vnum exprimitur vti
18 neceſſarium, alia ęquè neceſſaria ſupponuntur, *l. qui teſtamento. ff. de teſtam.* Non obſtat Tertium, Argumentum, quia rectè procedit reſpectu iuriſdictionis, vt ex ſolo hæretici facto Eccleſia iuriſdictionem non amittat, non autem reſpectu formalis exiſtentiæ, & communionis in Eccleſia, quia illa amittitur ſtatim, atque deficit vnum ex tribus requiſitis in definitione, nimirum vel fides, vel ſubiecto Romano Pontifici, vel Sacramentorum communio, & participatio.

Diſſolutis ergo Argumentis Alphonſi firma, & inconcuſſa remanet Concluſio, quod licet hæretici ſint ſub iuriſdictione Eccleſiæ, tamen non dicuntur eſſe in Eccleſia, ex qua plures manant pœnales effectus, quorum quidam à ſacris Canonibus quidam a ciuilibus legibus, quidam vero ab vtriſque promiſcue ſunt comparati, de quibus erit agendum.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus excommunicatur ipſo iure num. 2.*

3 *Quot hæreſes quis incurrit, tot excommunicationes contrahit.*

4 *Hæreticus etiam occultus excommunicatur ipſo iure.*

5 *Excommunicatio contracta propter hæreſim, eſt de iure diuino ſecundum vnam opinionem. cuius argumentantur num. 6.*

7 *Contraria opinio refertur, & approba refetur.*

8 *Cenſura tunc demum dicitur inſtituta, cum eſt præſcriptus modus particularis poenae.*

9 *Argumenta prioris opinionis.*

10 *Non ſolum ab hæreticis, ſed neq. ab excommunicatis licitum eſt accipere ſacramenta.*

ARGVMENTVM.

De excommunicatione quæ contrahitur propter hæreſim, & an illa ſit de iure diuino, vel eccleſiaſtico.

CAP. XIII.

1 HAereſim cōtrahentes plures, penæ ſequuntur, quarum, Prima, eſt excōmunicatio, *cap. cum Chriſtus, & capitulo ſicut ait, & capitulo ad abolendam, de hæret. capitulo noueris. de*

ſent. excom. cap. quicunque de hæret. lib. 6. cum aliis infra allegandis.

2 Extenditur primo vt hæc excommunicatio contrahatur ipſo iure, *Hoſt. in d. cap. cum Chriſtus in princ. ibique Zabar. ſub num. 2. Innoc. in d. cap. ſicut, verb. defenſores, Goffred. in ſum. tit. de hæret. num. 2. Boich. in d. cap. ad abolendam num. 20. Anchar. in d. cap. excommunicamus num. 3. Simanca de cathol. Inſt. tit. 29. n. 1. & ſeq. Zanchin. de hæret. cap. 17. num 1. Emer. in direct. par. 3. q. 122. num. 1. ibique Penia comment. 71. Gomez de delict. cap. 2. ſub num. primo Decian. in tract. crimin. lib. 1. cap. 41. num. 2. Didac. Cantera q. crim. rubr. de hæret. cap. 1. num. 7.*

3 Extenditur Secundo, vt hæreticus tot excommunicationes contrahat, quot hæreſes profitetur, vt poſt alios probat *Vgol. de cenſur. Rom. Pontifici reſeruat. par. 2. §. 4. num. 11. Farinacc. de hæreſi quæſt. 191. §. 1. num. 9.*

4 Extenditur Tertio, vt procedat ſiue hæreticus ſit manifeſtus, ſiue ſit occultus, modo non ſit mentalis, *clem. 1. §. pen. vbi gloſ. in verb. ipſo iure & ibi Card. de hæret. & iterum gloſ. in clem. 1. §. fin. de vſur. & in cap. 1. 24. q. 2. Afflit. in conſtitutione Inconſutilem in 4. not.* cum aliis *per Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 41. num. 2.* Vide quæ dixi ſupra *hoc eod. lib. cap. 7. infra cap.*

5 Extenditur Quarto, vt excommunicatio quæ contrahitur propter hæreſim, ſit de iure diuino, ita tenent *Almain. in 4. ſent. diſt. 18. Gabr. ibid. quæſt. 3. art. 3. dub. 4. Ekbius in Enchirid. contra lutheran. cap. de hæret. combur. Alphonſ. de Caſtr. de iuſta hæret. punit. lib. 2. cap. 18. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 41. ſub num. 1. Penia ad Emer. comment. 12. verſ. nec putandum.*

6 Ducuntur primo ex D. *Paulo ad Titum cap. 3. ibi hæreticum hominem poſt primam, vel ſecundam correctionẽ deuita.*

Secundo ex *Io. cap. 1. ibi Venientem ad vos ſine hac doctrina nolite recipere, nec dixeritis ei Aue.*

Tertio quia non licet nobis, etiam in mortis articulo ſuſcipere ſacramenta ab hæreticis, excepto Sacramento baptiſmatis, quod eſt preciſe neceſſarium, *cap. Arrianos 1. q. 1. cap. fin. 24. q. 1. D. Thom. 3. par. quæſt. 82. art. 7. ad ſecundum Turrecrem. in cap. ſi quem,* quod recte facto docuit *Sanctus Herminigidius Martir.* qui mortẽ potuit ſubire, quam Sacramentum ab Ariano recipere maluit, vt *in c. capit 24. q. 1.* Quod quidem argumentum eſt, hæreticum eſſe excommunicatum de iure diuino, alias non eſſet nobis interdictum in ſtante mortis articulo recipere ab eo Sacramenta.

7 Quibus non obſtantibus, licet omnes conueniant quod quantum ad facultatem excommunicandi in genere, ſit in eccleſia de iure diuino, tamen quod excommunicationes ſpeciales, etiam in caſu hæreſis ſint de iure eccleſiaſtico poſitiuo cenſuerunt *Sot. 2. 2. q. 1. art. 1. Abb. in cap. cum deſideres num. 3. de ſent. excom. Azor. Moral. inſt. lib. 8. cap. 10. quæſt. 2.* ſubdens hanc eſſe *communem* Theologorum, *Sayr. de Cenſur. lib. 1. cap. 4. num. 8. Sanchez ad præcepta decalogi, lib. 2. cap. 9. num. 2. Suarez de cenſur. diſput. 2. ſect. 1. aſſert. 1. vbi teſtatur de cõmuni, Leonard. Duard. ad bullam cœnæ lib. 2. q. 18.* & hæc ſicuti eſt receptior ita eſt verior.

8 Quia cẽſura, non dicitur inſtituta niſi quando eſt præſcriptus modus particularis penæ, ſiue priuationis, quia tunc dicitur in formã redacta, At iſte modus eſt preſcriptus ab eccleſia vigore facultatis ſibi à Chriſto redacta ad ire *d. c. cum. Chriſtus* cum aliis ſupra allegatis, ergo debet dici de iure eccleſiaſtico, non autem de iure diuino, non obſtante quod prima cauſa ſit facultas conceſſa de iure diuino, vt probaui *ſupra lib. 4. cap. 42. num. 10.*

9 Ad contraria reſpõdetur, & quoad primum, & ſecundum, non eſt bonum argumentum Apoſtoli nos docent hæreti-

Digitized by Google

reticorum conſuetudinem eſſe vitandam, ergo excommunicatio contracta propter hæreſim eſt de iure diuino, non enim omnia quæ Apoſtoli nos docuerunt important preceptum à Christo datum, ſed plura tradiderunt tanquam eccleſiæ Doctores vt pluribus probaui *lib. 4. cap. 42. ſub num. 9. verſ. nec refert, & num.* 10.

Ad tertium nõ eſt bona conſequẽtia, non licet nobis accipere Sacramentum ab hæretico, ergo hæreticus eſt excommunicatus de iure diuino, quia neq. licet accipere illa ab excõmunicatis, *cap. ſanctis quippe, & cap. ſicut Apoſtoli* 11. *q.* 3. *Turrecrem. in cap. ſuperueniente in* Tertia *concluſione,* 1. *q.* 1. & tamen excommunicatio non eſt de iure diuino, ſed eccleſiaſtico vt dictum eſt ſupra *d. cap.* 42.

Reiectis proinde contrariis, firma, & illibata remanet cõcluſio, excõmunicationem etiam in caſu hæreſis eſſe de iure eccleſiaſtico, ex qua deducitur.

Primo poſſe eccleſiam, ſi ita expediret concedere, vt ſui fideles Sacramenta ab eccleſia ſuſcipere poſſint nec non & ceteros effectus huius excommunicationis adimere, & pro ſua voluntate mutare, *d. lib.* 8. *cap.* 10. *q.* 2. *verſ. ex quo efficitur Alter. lib.* 1. *diſput.* 3. *cap.* 2. *pagina* 26. *verſ. at vero. Vide Suarez par.* 3. *tom.* 3. *q.* 65. *art.* 4. *diſput.* 18. *ſect.* 1. *concluſione* 5.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi, & inquiſitores in foro iudiciali poſſunt abſoluere hæreticos pænitentes.*
2 *Contraria opinionis auctores referuntur.*
3 *Prior opinio comprobatur.*
4 *Diſpoſitio derogatoria eſt stricte interpretanda.*
5 *Priuilegio inſerto in corpore iuris non cenſetur per generalem conſtitutionem derogatum*
6 *Cui permictitur conſequens, permictitur etiam neceſſarium antecedens.*
7 *Ex diſpoſitione Concilii poſſunt Epiſcopi, non actum eorum vicarii abſoluere hæreticos in foro conſcientia.*
8 *Predicta facultati an ſit derogatum per ſequentes bullas in coena* Domini.
9 *Referuntur auctores opinionis negatiua.*
10 *Decreto conciliari non cenſetur derogatum, niſi de eo fiat mentio ſpecialis.*
11 *Mens bulla cœna qua fuerit circa abſolutionem hæreticorum.*
12 *In cauſa hæreſis epiſcopi, & inquiſitores æquiparantur.*
13 *Opinio affirmatiua refertur, & comprobatur.*
14 *Poteſtas abſoluendi pontifici reſeruata cæteris denegata cenſetur.*
15 *Prima opinionis argumenta ſoluuntur.*
16 *Decretis Concilii Tridentini derogatur etiam per clauſulam generalem non obſtantibus &c. & quare.*
17 *Hæreticus occultus in foro conſcientia non poteſt abſolui, etiam vigore iubilei, vel bulla cruciata.*
18 *In articulo mortis non datur caſuum reſeruatio.*
19 *Simplex ſacerdos in articulo mortis quando poſſit abſoluere.*
20 *Conceſſio facta ex cauſa neceſſitatis, ceſſat neceſſitate ceſſante.*
21 *Abſolutus ratione periculi, ceſſante periculo tenetur ſe ſuperiori preſentare.*
22 *In articulo mortis an parochus epiſcopo preſente poſſit abſoluere remiſſiuè.*
23 *In mortis articulo quis verſari dicatur remiſſiuè.*
24 *Ratione difficilis acceſſus, a caſibus reſeruatis* S. *Pontifici dari poteſt abſolutio.*
Limitatur in hæreſi. n 24.
25 *Ratio limitationis aſſignatur.*
26 *Epiſcopi extra Italiam quid facere debeant in caſibus in bulla cœnæ comprehenſis.*

An

ARGVMENTVM.

An Abſolutio contracta in ex-
communcatione propter hæ-
reſim, ſit reſeruata ſedi Apo-
ſtolicæ, An vero poſſit impen
di ab Epiſcopo, tam in foro
iudiciali, quam in foro con-
ſcientiæ, vigore Sacri Triden.
Concilij ſeſſ. 24. cap. 6. aut
vigore Bullæ Cruciatæ, & Iu-
bilei.

CAP. XIV.

SI quærimus de
abſolutione in
foto iudiciali,
diceñ eſt, poſ-
ſe Epiſcopos,
&inquiſitores
recipere Hæ-
reticos poeni-
1 tentes, & redeuntes, illoſque iniun-
cta poenitentia, Eccleſię reconcilia
re, taliſque, abſolutio prodeſt in v-
troque foro, ita probat Tex. *in cap. vt*
officium in princ. verſ. ſi vero de hereſi,
de heret. lib. 6. ibi *abſolutionis benefi-*
cium impendatis, ibique, *Io: And. ante*
num. 1. *Gemin. ſub num. 2. ad fin.*
Franch. *num.* 2. *Gloſ. in cap. excommu-*
nicamus el primo verb. Apoſtolicæ in
fin. extra de Heretic. quem ſequun-
tur, *Hoſt. num. 24. verſ. & dato, A-*
nan. num. 4. in princ. Felin. *num. 3. col.*
2. verſ. nota, Card. *num. 6. Franc. Squil*
lacen. in tract. de fid. Cathol. cap. 27. n.
3. Direct. Inquiſ. par. 2. quæſt. 92.
Zanch. de heret. cap. 34. Simanca de
Cathol. Inſt. tit. 3. num. 1. quibus no-
uiſſimè calculum præbet *Farinac. de*
heret. quæſt. 192. §. 4. num. 52. Ge-
nuen. in praxi Archiep. cap. 67. num.
10. Gratian. diſcept. tom. 3. cap. 414.
num. 24.

2 Contrarium, quod quinimo talis
abſolutio hodie impendi nequeat ni-
ſi per Sedem Apoſtolicam, cenſet *Le-*
lius Zech. in ſumm. par. 1. tit. de fid. ru
br. de hereſi cap. 11. num. 18. verſic. 4.
ea tantum ratione ſuffultus, quod per
Bullas Coenę à *Pio V.* infra abſolutio
ab hæreſi, eſt tantum Sedi Apoſtolicæ
reſeruata, ac proinde ſit inferioribus
ablata, quia quod ſuperiori reſerua-
tur, cenſetur inferioribus interdi-
ctum, *cap. vt debitus, de appell.*

3 Quo non obſtante recedendũ non
eſt a priori opinione, quæ vt vides
eſt iuri conſona, & a Doctoribus com
muniter recepta. Nec refert quod ex
Bullis coenæ ſit hodie reſeruata fa-
cultas abſoluendi ſoli Sedi Apoſtoli-
cæ, quia Bullæ loquuntur de faculta-
te abſoluendi in foro interiori, vt poſt
alios ſcribit *Farinac. de hereſi, quæſt.*
192. §. 4. *num. 52. ad finem*, quæ qua
litas manifeſtè demonſtrat Pontifices
facultatem abſoluendi in foro iudicia
li, reliquiſſe diſpoſitioni iuris commu-
4 nis, tum quia procedit derogando,
quo caſu diſpoſitio accipitur ſtrictè,
ita vt tantum cenſeatur derogatum,
quantum in verbis eſt comprehen-
ſum, *cap. cum dilectus de conſuetud. l.*
commodiſſimè, & vtrobique Doct. ff.
lib & poſth.

5 Tum etiam quia priuilegium ab-
ſoluendi in foro iudiciali, eſt inſer-
tum in corpore iuris, nempe in *d. cap.*
vt officium, cui propterea per ſubſe-
quentem bullam loquentem genera-
liter non cenſetur derogatum, imo
lex generalis recipit limitationem ab
ea, *l. 3. vbi gloſ. C. de ſilentiar. lib. 12.*
gloſ. in cap. vt circa §. 1. verb. corpora-
li, de elect. lib. 6. Salicet. in l. apud ho-
ſtes num. 9. C. de legit. hered. Dec. in c.
1. num. 9. poſt med. de reſcript. Neuiz.
conſ. 1. num. 3.

Præterea cum ex diſpoſitione
iuris, permittatur Epiſcopis, & Inqui-
ſitoribus, vt valeant in foro exteriori
hæreticos poenitentes recipere, illoſ-
que Eccleſię reconciliare, vt in d.
6 cap. vt officium equidem per neceſſa-
rium antecedens, debet eis cenſeri
permiſſum, vt poſſint impartiri abſo-
lutio-

lutionem ab excommunicatione, ſine qua non poteſt Eccleſiæ reconciliari, argumento *cap. fin. de cler. excommunicato Miniſtr. & l. oratio ff. de ſponſal.* ac proinde mirum videri non debet, ſi Summi Pontifices per Bullas coenæ coarctarunt reuocationem ad facultatem abſoluendi in foro conſcientiæ, quia conſiderarunt quod ſi tolleretur, facultas Epiſcopis & Inquiſitoribus abſoluendi ſimpliciter, & ſic etiam in foro iudiciali, remaneret quaſi otioſa in eis facultas recipiendi hæreticos poenitentes, & redeuntes.

Ex his patet non eſſe bonam conſequentiam, Per Bullas cœnæ eſt ſublata facultas abſoluendi in foro cõſcientiæ; ergo debet cenſeri ſublata in foro iudiciali.

7 Si vero loquimur de abſolutione in foro conſcientiae de iure Concilii Tridentini, poſſunt Epiſcopi, non autem eorum Vicarij abſoluere, impoſita poenitentia ſalutari, vt in *cap. 6. ſeſſ. 24. de reformation.* Anceps eſt, & diſ-

8 ſentionis plena dubitatio: An huiuſmodi facultas hodie duret an vero ſit per ſubſequẽtes Bullas coenę ſublata. Si quidem, quod non ſit ſublata, ſed maneat adhuc, cenſent *Nauarr. in Manuali cap. 27. num. 260. in fine, & con-*

9 *ſil.* 11. *quæſt. prima de priuileg. Eman. Vâ in ſumm. verbo Epiſcopus num.* 37. *Sela de pœnis deliɛ̃li cap. 14. verſic. Iure vero canonico, Anglet in floribus Theologor. parte prima, titul. de Confeſſar. quæſt. 41. art. 5. difficul. 6. Vega tomo ſecundo; ſumm. cap. 125. caſu 11. Gutier. canon. quæſt. lib. primo, cap. 13. ad fin. Corduba in ſumm. quæſt. 8. punɛ̃to primo, Anton. Gomez in Bulla Cruciata clauſ. 10. nu. 44. in fin. Henriq. in ſum. lib. 6. cap. 14. num. 7. Petr. Ledeſma in ſumm. parte ſecunda, traɛ̃t. primo, cap. 6. poſt 20. concluſ. difficul. 7. Bannes 2. 2. quæſt. 11. art. 4. dub. 2. poſt ſecundam concluſ. arg. 3. verſ. & ſi quis obiiciat, ibique Arag. art. 3. col. 10. verſ. ſed dubium eſt.*

Mouentur, Primo quia in Bulla non ſit expreſſa mentio Conc. Trid. quod quidẽ eſt neceſſarium, vt cenſeatur illi derogatum, quia conſtitutioni, ſeu Decreto Conciliari, propter eius grauitatem, non intelligitur derogatum, niſi de eo fiat mentio ſpecialis, *cap. ex parte de Capell. Monach. ibiq. Gloſ. in verb. nulla mentio, cap. nonnulli, vbi etiam Gloſ. in verb. fecerunt mentionem, de reſcript. & ibi Felyn nu. 7. Bald. in l. humanum in 2. not. C. de legib. Dec. in rubr. de conſt. num. 7. in 2. leɛ̃t. Prob. ad Monach. in cap. cum in tua num. 23. & 24. de conſuetud. Ripa in cap. 1. ſua. num. 8. de ind. Rota apud Cæſarem de Graſſ. deciſ. 3. num. 12. de reſcript. & apud Verall. deciſ. 268. nu. 3. par. 1. & apud Mohed. deciſ. 7. locati, & plenè in Valentina decimarum 9. Decembris 1602. coram Peña.*

11 Secundo, Quia Mens Pontificum in Bulla coenæ, magis videtur eſſe, vt velint tollere indulta perſonis particularibus conceſſa, quorum vigore poterant abſolui a caſibus compræhenſis in Bulla coenę, Concilium vero non concedit indulta particularibus, ſed poteſtatem Epiſcopis abſoluendi, vt ſatis declarant verba illa, *liceat Epiſcopis*, quę tribuunt facultatem actiuam abſoluendi, non autem indulgentiam, vt poſſint abſolui.

Tertio, Quia ſi diceremus Epiſcopis eſſe ablatam facultatem abſoluendi, idem cogeremur dicere de inquiſitoribus, qui in hac materia ſimul cũ Epiſcopis paribus greſſibus ambulãt,

12 *cap. vt officium de hæret. clem. 1. eod. tit.* At Inquiſitores hodie funguntur hac poteſtate, *d. cap. vt noſtrum verſic. ſi verò*, ergo eadem debent fungi, & Epiſcopi.

Demum quia non deſunt Epiſcopi, qui hac poteſtate hoc tempore pluribus in locis vtantur ſola Concilii auctoritate, quod quidem non facerent, ſi facultas eis per Bullas eſſet ablata.

13 Quibus non obſtantibus, contrariam opinionem quod quinimò huic facultati ſit per ſubſequentes Bullas

coenę

coenç a *Pio V.* infra derogatum,adeo vt nequeant amplius hodie epiſcopi vigore Concilij abſoluere ab hæreſi occulta,neq.ab aliis caſib.in bulla cœnç compræhenſis cenſuerunt, *Marol. de irregul.lib.5.cap. 46. num. 6. verſ. caueant Vgolin.de caſib.Pontifici reſeruat. par. 2. cap.2.§.4.ſuper verſ.etiam pratextu Molin. de Iuſt. & iur.tract. 3.diſp.64.num.8 & tract. 5. diſp. 18. num.2.Viuald.in Candelabr.par.1.tit. 11.de abſolut num. 13. in additione nouiſſima de anno* 2602. vbi maturius conſiderans receſſit ab eo, quod in 1.æditione dixerat, *Tolet.in ſumm. & declar. Bulla cœna excommunicat.14. in fine Param. de orig. Inquiſit. lib. 3. quaeſt.9.num* 191.*Sayr.deciſ.16.tit.de ſent.excomm.* quorum magna pars ac ferè omnes teſtantur ſic fuiſſe in Sacra Congregatione Cardinalium interpratum Sacri Concilii,ac per Summos Pontifices *Greg. XIII. & Clem. VIII.* declaratum, ac eamdem opinionem ſequendo ſic etiam ſeruari in ſacro generalis Inquiſitionis Tribunali teſtantur, *Pena in direct. comm. 141. verſ. & quidem Fuſcus de viſit. lib.2.cap.31.num.5. & cap.23. num. 4.Azor. Moral. inſtit. par.1.lib 8.cap. 19. q. 3. et cap. 10. q.10.Suarez tom. 4. diſput. 30. ſect. 2. num. 11.* & iterum *tom. 5. diſput. 21. ſect.3. num. 5. Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 2. cap. 11. ſub num. 26. ſel.Zech. in ſum. par. 1.tit. de tit. de fid. rubr. de hæreſi cap.11. num. 18. verſ. 4. quod* Epiſ*copus Farin. de hæreſi q. 192. §. 4. nu. 53. Filiarch. de offic. ſacerd. tom. 1. par.2.lib. 2.cap. 25. Paulo princ. Genuen. in prax. Archiep. c.66.num.10. Garzia de benef. par. 11. c. 10. a num. 115. cum ſeq. Mar. Alter. de cenſ. lib. 5.diſp.22.c.2.pag. mihi 767.a verſic. Decianus huius cum ſeq. Hieron. Campanil in diuerſ.iuris can.rubr.11.c.26. num.55.Grat.diſcept.tom.3. cap 414. num. 22. Iacob Bleda in defenſione fidei in cauſa Moriſchor. par. 1.cap. 13. Coſta de Andrada quaeſtio.* 58. adeo quod hodie hæc opinio eſt dubio procul eſt *receptiſſima, & veriſſima,* & a qua propter Sũmorum Pontificum, & tantorum Tribunalium declarationes, fas non eſt in caſus contingentia recedere. Eius fundamentum ſatis apertè deſumitur ex verbis *d. bullæ caſu* 22. vbi loquendo de caſibus comprehenſis in d. Bulla, & Papæ reſeruatis, inquit, quod ab eis nullus per alium quam per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus abſolui poſſit etiam prætextu quarumcunque facultatum,& indultorum,quibuſcunque perſonis, etiam epiſcopali, vel alia meliori Dignitate præditis ac cuiuſuis Concilii, Decretorum verbo, litteris,aut alia quacunque ſcriptura in genere, vel in ſpecie conceſſorum, & innouatorum in his etenim verbis dum reſeruat poteſtatem Romano Pontifici tantum, ſatis videtur eam inferioribus auferre, *c. vt debitus cum ibi trad. de appellat.* & dum prohibet ne nullus poſſit abſolui,non ſolum tollit facultatem, ne poſſit vigore alicuius indulti recipi abſolutionẽ ſed ſimul,& ſemel ne poſſit dari,quia prohibitũ in vno ex correlatiuis cẽſetur prohibitũ in alio,*Bart. in auct.qui ſemel* C. *quomodo, & quando iudex Felyn.in proem.decret.§. Gregorius nu.* 4. & dum reuocat indulta,& facultates etiam a Conciliis conceſſa, ſatis declarant ſe velle reuocare, non ſolum indulta conceſſa perſonis particularibus, ſed per viam legis generalis, ac Decreti Conciliaris, cum non ſoleant Concilia priuilegia particularia concedere, ſed procedant generaliter omnibus æqualiter proſpiciendo,*can.erit autem lex.4.diſt.l.fin.ad l. iul.de annona.*

15 His ita conſtitutis,non obſtant argumenta pro contraria opinione allata, & quoad primum,licet regulariter ad derogationem Decreti Conciliaris requiratur derogatio ſpecifica, nihilominus pro derogatione Decretorum Sacri Tridentini Concilii, ſufficit clauſula generalis,nõ obſtañ Cõſtitutionibus Apoſtolicis,propter De-

cre-

16 cretum appoſitum in *cap. vltimo ſeſſ.*
25. vt in omnibus Decreris ſit ſemper
ſalua auctoritas Sedis Apoſtolicæ, vt
per eius motum proprium declarauit
Pius V. anno 1570. 23. Decembris,
in cuius obſequium hoc idem reſpon-
dit ſacra Congregatio Concilii in
vna *Abulẽ* de ann. 1593. *Vt per Garz.
de benef. par. 5. cap. 8 n. 87. Rota in cau
ſa ſancti* Angeli *Penſionis 16. Decemb.*
1594. *corã olim Ill. Card. Pamphil. &
in* Bonon. *Prioratus 9. Iunii 1606. co-
ram R. P. D. Manzanedo.*

Secundum argumentum remanet
ſublatum ex dictis in confirmatione
noſtræ ſententiæ, Tertium retorque-
tur in contrarium quia, infra *c.* 3. pro
babitur inquiſitores hodie non habe-
re poteſtatem abſoluendi in foro inte-
riori tantum.

Vltimum argumentum veluti de-
ſumptum a quorumdam errore non
eger reſponſione, ſtante præſertim
vſu Doctiorum Epiſcoporum, qui ab-
ſtinent ſe ab hac facultare, quorũ vſus
eſt laudabilior, quia cum tot ſummi
Pontifices, & ſuprema tribunalia tem
hanc declarauerit, non poſſunt infe-
riores ſine peccato amplius de hac re
dubitare, *l. 4. C. de ſumm. Trin. & fid.
cathol.*

Sit ergo firma concluſio non poſſe
epiſcopos hodie vigore Sacri Tri-
dentini Concilij abſoluere Hęreticos
occultos in foro conſcientiæ, quæ qui
dem extenditur, vt hæreticus occul-
tus in foro conſcientiæ, neque poſſit
17 abſolui vigore Bullæ Cruciatæ, aut
iubilei, etiam ſi in illis dicatur quod
poſſit abſolui a caſibus compręhenſis
in Bulla Coenæ, niſi ſpecifice dicatur,
quod poſſit abſolui ab hæreſi, *Roias,
de hæret. par. 2. aſſert. 39. num. 321. &
de priuil. inquiſit. num 416. Couar. in
cap. alma mater par. 1. §. 11. num. 15.
Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 3. num. 2.
Gutierez quæſt. can. lib. 1. cap. 13. num
28. Enriquez lib. 8. de pænit. cap. 16.
num 2. Azor. tom. 1. lib 8. c. 10. quæſt.
12 & cap. 19. quæſt. 1. Nauar. in Ma-
nual. c. 27. num. 275. Vgol. de cenſ. tab.
1. c. 13. §. 4. num. 10. Sanchez ad præ-
cepta Decalogi lib. 2. c. 11. num. 10.
Auila de cenſ. par. 2. c. 7. diſput 1.
dub. 7. concluſ. 2. Suarez tom. 5. diſp. 7.
ſect. 5. num. 12. Ceual. com. opin. quæſt.
82. num. 67.*

Contrarium quod quinimo ſuffi-
ciat ſi in Bulla Cruciatæ, aut iubilei
concedatur quod poſſit abſolui a Ca
ſibus in bulla coenæ compræhenſis,
ſcribunt *Sot. in 4. diſt. 22. quæſt. 2. art.
2. poſt 5. concluſ. in primo caſu cœnæ in
fine Corduba in ſummario quæſt. 8. in
fine.*

A priori ſententia recedẽ non eſt,
tum quia vti verior meruit frequen-
tiori Doctorum calculo probari, tum
etiam quia hodie res non admittit am
plius controuerſiam, cum prior opi-
nio ſit canonizata ſpeciali conſtitu-
tione *Gregorii XIII.* quæ incipit offi-
cii noſtri partes 37. in ordine Bulla-
rii.

Eadem concluſio limitatur primo,
ne procedat in articulo mortis, in il-
lo enim poteſt abſolutio impartiri, nõ
ſolum ab epiſcopo, ſed etiam a ſim-
plici Sacerdote, nec tantum ab hæ-
reſi occulta, ſed etiam a quibuſcun-
que aliis peccatis, quia in mortis arti-
18 culo nulla datur caſuum reſeruatio,
vt teſtatur *Sacrum Tridentinum Con-
cilium ſeſſ. 14. cap. 7. §. hanc autem de
ſacramento Poenit. Sot. loc. cit. diſt. 18.
quæſt. 4. art. 4. Valentia tom. 4. diſput.
7. quæſt. 10. puncto 2. Lambr. de caſib.
in art. mort prælud. primo, Simanca,
de cathalog. Inſtit. tit. 3. num. 3. Roias,
de hæret. par. 2. num. 320. Gutierez
can quæſt. lib 1. cap. 1. num. 59. Na-
uarr. conſil. primo, num. 70. de con-
ſtit. Ceuall. loc. citat. num. 61. & ſe-
quen.*

Hæc limitatio declaratur, vt pro-
cedat, quando non adeſt copia ſupe-
rioris habentis poteſtatẽ abſoluendi,
tunc enim poteſt abſolutio põr dari a
ſimplici ſacerdote, ſecus ſi ſuperior
adſit, vt pluribus relatis probat *Zam-
bran. de caſibus in art. mortis c. 4. dub.
4. num. 3.* quibus adduntur, *Sot. in 4.
diſt.*

Digitized by Google

diſt.18.quæſt.4.art.4.in princ. Vgol. de cenſ.tab.1.cap.4.§.5.num.2. Azor. loc.cit.c.19.quæſt.5. Sanchez loc.cit. num.6.& 7. Benzon. in tract. de fuga epiſcopi lib.1.diſput.1 quæſt.6. ante ſecundam concluſionem, *Simanca Enchirid.violata relig. tit.51.rubr.de abſolutione, num.6. Luduic.a Paramo de orig. inquiſit. lib. 3. quæſt. 8. num. 109.*

Contrarium quod quinimo ſimplex Sacerdos in mortis articulo poſſit abſoluere etiam in præſentia ſuperioris, docent *Nauar.conſ. 15.num.2. & 3. & conſ. 23. num. 2. & 3. de pænit. & remiſſ. Eman.ſupra verb. abſolutio num. 4. Petr. Ledeſma in ſumm. tit.de pænit. c.14.poſt primam concluſionem num. 3. in fin. Corrad. reſp. tom.1. quæſt. 12. verſic. reſpondetur, Vega in ſumma tom.1. cap.6. caſu 16. Sayr.deciſ.21.tit.de poenit.*

Prior opinio eſt receptior, tutior, & verior, tum quia, vt in articulo mortis, nulla ſit caſuum reſeruatio, atq. ideo omnes Sacerdotes poſſint abſoluere, eſt introductum propter neceſſitatem ne aliquis pereat, vt in eod. Decreto Concilii, *cap. 7. verſ. banc autem delictorum*, vbi autem conceduntur intuitu, & ratione neceſſitatis ceſſante ipſa neceſſitate, ceſſat con
20 ceſſio, *cap.2.de cuſtod. Euchar. c. de Siracuſana 28. diſt. c. quoniam multa 48. diſt. cap. quod pro remedio 1. quæſtio.7.*

Tum etiam quia abſolutus ratione imminentis neceſſitatis, aut periculi, ceſſante neceſſitate, periculo, vel impedimento, tenetur ſe præſentare Superiori, cui erat abſolutio reſeruata, & ab eo iterum absolutionem petere
21 alias non suffragatur, *cap. eos qui de ſent. excomm. lib. 6.* ergo multo fortius quando adeſt copia Superioris, tenetur illum adire, & absolutionem petere.

Non immerito ergo ſecundum hanc ſententiam reſpondit *Gregorius XIII.* prout refert *Molina de iuſtit. & iur. tom. 4. diſput. 63. in 2.*

22 An autem quando abſolutio eſt Papæ reſeruata, & in articulo mortis eſt præsens parochus, & epiſcopus poſsit parochus absoluere, an vero ſit neceſſario adeundus episcopus, consulendus eſt, *Sanchez d.lib.2.cap. 13. num. 9.* & quando verè dicatur
23 quis versari mortis articulo, *Sanchez loc.cit. num.primo*, *Capeauill. de caſibus reſeruatis, c. 7. difficultat. 1.*

24 Limitatur ſecundo, ne procedat, quando difficilis eſſet acceſſus ad ſūmum Pontificem, veluti quia verſaremur in partibus remotioribus, aut adeſſet aliud legitimum impedimētum, tunc enim poſſet absolui sub promisſione de accedendo ad Pontificem impedimento ceſſante, vt probari videtur in *cap. eos qui de ſent. excomm. lib.6. & in cap. Mulieres, & cap. cognoſcitur, & cap. quamuis, et in cap. de coetero de ſent. excomm.* quorum auctore hoc ſcribit *Alter. de cenſ.diſput. 22.lib.5.c.2.pag. mihi 769. verſic. 3. dico.*

Verum hæc opinio redditur dubitabilis ex *Sacro Tridentino Concilio*, *ſeſſ 24.cap.7.in fine*, vbi loquendo de caſibus reſeruatis ſic inquit, *extra mortis articulum ſacerdotes cum nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum Pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad ſuperiores, & legitimos iudices pro beneficio abſolutionis accedant*, ex quibus verbis profecto ſatis poteſtatem abſoluendi a caſibus reſeruatis coarctaſſe videtur ad ſolam mortis articulum.

Exiſtimo propterea quod in caſibus reſeruatis, non comprehenſis in bulla coenæ, poteſt ex cauſa neceſſitatis, difficilis acceſſus & impedimenti impendi abſolutio ſeruata forma præcitatorum iurium in *d.c. eos qui cum aliis allegatis*, quæ credendum non eſt Sacrum Concilium vnico verbo corrigere voluiſſe, non obſtañ verbis illis, extra quem articulum quę videntur habere naturam taxatiuæ, nam hoc non obſtante, non præſumitur, quod corrigere voluerit, *gloſ.in aut h.*

de

de hæred. ab inteſtato in princ. ſuper verb. vacantibus, & *in l. non tantum verb. nec vlla exceptio, ff. de petit. hæred. cum aliis per* Roman. *conſil.* 322. *numero ſecundo*.

Coeterum in abſolutione ab hæreſi, & in coeteris caſibus compræhenſis in bulla coenæ, etiam ex cauſa difficilis acceſſus, neceſſitatis, aut alterius impedimenti abſolutio dari non poteſt, prout viſum eſt, *Silueſtro in verb. abſolutio* 4. §. 4.

25 Ratio eſt quia caſus in Bulla coenæ compræhenſi, ſunt maioris importantiæ, & grauitatis, ideoque cautè agendum eſt, ne ſub impedimenti, aut neceſſitatis prætextu, eludatur eccleſiaſtica diſciplina, *d. cap. eos qui* §. *decernimus*.

Et hæc opinio indubitanter hodie procedit intra Italiam, ſtante edicto promulgato per Sacram Congregationem Cardinalium ſuper negotiis Epiſcoporum de mandato foel. record. *Clem. Papæ VIII.* ſub die 9. Ianuarii 1601. nequis ſub prætextu quorumuis priuilegiorum auderet ex quacunque cauſa, etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in mortis articulo, a caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis beneficium abſolutionis impendere. Quod quidem edictum rationabiliter fuit in Italia coarctatum, tum quia hic non ita facile conſiderari poteſt impedimentum accedendi ad ſedem Apoſtolicam, & conſequenter facilius poſſet fraus parari, tum etiam quia extra Italiam, cum caſus neceſſitatis, & impedimenti poſſint frequentius, & probabilius contingere, noluit ſacra Congregatio, rationabilem iuris interpretationem excludere, præſertim in partibus, in quibus hæreſes graſſantur, vbi ſedes Apoſtolica conſueuit benignius agere.

26 Suaderem nihilominus Epiſcopis extra Italiam conſtitutis, ne ſola neceſſitate ſubnixi, hac vterentur poteſtate, ſed ſi vident caſus ſimiles frequenter in eorum dioeceſibus contingere, petant ab Apoſtolica ſede indultum abſoluendi a caſibus in Bulla coenę compræhenſis, quia dari ſolet ſaltem vt ſuffragetur cauſa neceſſitatis, vel impedimento durãte.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur auctores affirmatiuæ opinionis.*

2 *Conſtitutio clem. 7. incip. quod ſicut, quomodo ſit intelligenda.*

3 *Opinio negatiua refertur, & approbatur.*

4 *Inquiſitores ſunt iudices in ſolo foro exteriori.*

ARGVMENTVM.

An Inquiſitores hæreticæ prauitatis, habeant facultatem abſoluendi ab hæreſi in foro interiori.

CAP. XV.

LOquimur de foro interiori, nam quod poſſint abſoluere in foro iudiciali, & talis abſolutio ſuffragetur in vtroque foro, conſtat ex *cap. vt officium in princ. verſic. ſi vero de hæreſi de hæretic. libro ſexto*, cum aliis in princip. præcedentis capitis abundè relatis.

Coeterum An in ſolo foro conſcien-
1 tiæ poſſint abſoluere, non ſatis liquet inter Doctores, etenim affirmatiuam opinionem tenent *Campeg. ad Zanch. de hæret. cap. 34. verſ. cum itaque Eman. Roder. in Bulla Cruciata* §. 9. *num. 7. in fin.* Tolet. *in ſumm. lib. 4. cap. 4. num. 5. Gutierez quæſt. can. lib. 1. cap. 13. num. 7. Param. de orig. Inquiſ. lib. 3. quæſt. 9. num.* 190. Bannes 2. 2. *quæſt. 11. art. 4. dub. 2. verſ. praeterea Henriq. de* Pœnit. *capitulo ſeptimo, num. 3. ad fin. Iacob. Graff. deciſ. par. 1. lib. 2. cap. 9. num. quinto*.

2 Nituntur tantum ex Conſtitutione *Clem. VII.* quæ incipit *cum ſicut*, §. *nobis* etiam relata per Peniam, *poſt Director. inter Conſtitutiones pro officio Sanctae Inquiſitionis*, cuius aucto-

ritate conceditur facultas inquiſitoribus,& eorum Commiſſariis abſoluendi ab excommunicatione, & diſpenſandi ab irregularitate contracta propter hæreſim, præcedente tamen hæreſis abiuratione, & promiſſione, quod in futurum ab huiuſmodi hæreſi ſe abſtinebit.

Verum hęc Conſtitutio, ſi rectè per-
2 pendatur ad rem noſtram non facit,tum quia intelligi debet de abſolutione in foro externo, facta confeſſione coram notario, vt probat, & rectè *Pena in direct.par.3.comment.12.in addit. nu.61.* Tum etiam quia illa Conſtitutio fuit indultum quodam perſonale directũ Paulo Butigellæ Vicario Generali ordinis Prædicatorum,Inquiſitori in Diocesibus ferrarieñ,& Mutineñ,quę propterea non tranſiuit ad Succeſſores, ſed remanſit extincta per eius obitum,*l.3.ff.de legib.§. ſed quod Principi inſtit. de iure naturali.*

3 Quare hac Conſtitutione ſublata, verius exiſtimo Inquiſitores non habere facultatem abſoluendi in ſolo foro conſcientiæ, prout exiſtimant etiam *Suarez tom.5.diſput.43.ſect.1.num.5. Sanchez ad præcepta decalogi lib.2.cap.12. num.3. & ſequen. Garz. de benefic. par.11.num.120.* idque duplici ratione.

4 Primo quia inquiſitores ſunt iudices in ſolo foro externo conſtituti, vt ſcribit *Emer.par.3 num.59.* nec alicubi legitur quod habeant auctoritatem in ſolo foro interiori.

Secundo quia quatenus diceremus inquiſitores eam quandoque habuiſſe, compertum eſt hodie fuiſſe illi derogatum per ſubſequentes Bullas coenę, *ca. ſu 22. ex traditis in ſuperiori capite ad quem lectorem reiicio.*

Nec ſunt audiendi *Graff d.cap.9.Vitorell. in addit.ad Viuald. par.1.tit.11. de abſolut. num.13. Iacob Bleda loco ante citato*, contendentes per Bullas coenæ non fuiſſe ſublatam inquiſitoribus facultatem abſoluendi, quia ſi loquuntur de abſolutione in foro Externo præcedente legitima confeſſione coram notario, non inficiamur, coeterum ſi loquuntur in ſolo conſcientiæ foro, Bulla coenæ reſeruat poteſtatem abſoluendi ſoli Sedi Apoſtolicę, eam auferendo quibuſuis perſonis, ſiue epiſcopali, ſiue maiore Dignitate pręditis, ſub quibus verbis ſatis dicuntur compręhenſi inquiſitores, qui non ſunt maiores Epiſcopis *Clem. 1.§.propter,& §. verum de hæretic.*

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutione Conc. Trid. indultum eſt Epiſcopis diſpenſandi in foro conſcientiæ ab hæreſi occulta.*
2 *Verba in fine poſita referuntur ad omnia præcedentia.*
3 *Abſolutio ab hæreſi quomodo ab abſolutione coeterorum criminum differat.*
4 *Facultas præ dicta Epiſcopis à Trid. tributa, an ſit reuocata per ſequentes bullas coenæ.*
5 *Quod non tollitur, ſtare non prohibetur.*
6 *Poteſtas diſpenſandi maior eſt quam poteſtas, abſoluendi.*
7 *Inquiſitores hodie diſpenſare non poſſunt in hæreſi occulta.*
8 *Diſpenſatio quoad vſum ſacerdotii eſt S. Pontifici reſeruata.*
9 *Gratia facta hæretico poenitenti non extenditur vt poſſit audire confeſſiones.*
10 *Epiſcopus poteſt cum hæretico poenitente diſpenſare vt miniſtret in ordinibus ſuſceptis. Intellige vt num.11.*

ARGVMENTVM.

An ſicuti per Bullam cœnæ eſt derogatum Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap.6. in ea parte in qua concedit Epiſcopis facultatem abſolueñ ab hæreſi occulta, ita ſit derogatum in ea parte, in qua concedit eiſdem poteſtatem diſpenſandi ab irregularitate ex eadem occulta Hæreſi prouenienṫe.

CAP.

C A P. XVI.

SVpponendum eſt
1 quod licet *Maiol. de irregul. lib. 5. capit. 46. ſub num. 6. verſic. ſed non elicio*, ſit in ſententia, ex diſpoſitione *Sacri Concilii* non tribui facultatem Epiſcopis diſpenſandi in foro conſcientiæ ab hęreſi occulta, ſed tantum abſoluendi ab excommunicatione; nihilominus ex verbis eiuſdem *Concilii* contrarium manifeſte probatur. Inquit enim *liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus (excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum) diſpenſare, & in quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis delinquentes quoſcunque Subditos in Diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ, gratis abſoluere. idem, et in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ tantum non eorum Vicariis ſit permiſſum.*

Ecce quod in priori parte concedit facultatem diſpenſandi ab irregularitate: in ſecunda facultatem abſoluendi a caſibus etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis; Demum vtramque poteſtatem complectens ſubdit, idem, & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientię eis tantum, non eorum Vicarijs ſit permiſſum, quæ verba veluti in extrema parte appoſita, referri debent ad omnia ante-
2 cedentia, *cap. 2. requiris de appellat. cap. Apoſtolus 32. quæſt. 7. l. item quia §. vltimo ff. de pact. l. Titia, §. 1. ff. de verb. oblig. l. ſi ſeruus plurium ff. de legat. 1. l. petens, C. de pact.*

Nec eſt alia differentia inter diſpenſationem, & abſolutionem ab hæreſi, & alias diſpenſationes, & abſolu-
3 tiones ab alijs criminibus, niſi quia aliæ poſſunt concedi per Epiſcopum, vel Vicarium ad id ſpecialiter deputatum, iſta vero propter eius grauitatem debet concedi tantum per Epiſcopum, nam cum iſta qualitas concedendi per ſe ipſum ſit appoſita in verbis, per quæ conceditur facultas abſoluendi ab hæreſi; debet ipſa facultas intelligi ſecundum qualitatem verborum adiunctorum, *Abb. in capitulo Quintauallis, de iur. iur. Soccin. in l. cum quid numero ſecundo, ff. ſi cert. pet. & in l. Vtrum, §. cum quidam, ff. de reb. dub. Menoch. de arbitr. quæſt. 7. num. 41.*

Suppoſito igitur quod Concilium tribuerit Epiſcopis facultatem diſpenſandi ab irregularitate in caſibus occultis, præter quam ab ea quæ inſurgit ex homicidio voluntario, dum quærimus An hæc facultas ſit ablata per bullam cœnæ, eo modo, quo eſt ablata facultas abſoluendi ab hæreſi, duæ ſunt opiniones, prima eſt negatiua, quam probant
4 *Sanchez ad præcepta decalogi, lib. 2. cap. 25. num. 17. Vgolin. de irregul. cap. 36. in princ. num. 5. Enriquez lib. 14. de irregular. cap. 5. num. 2. Viual. par. 2. de irregul. num. 70. & 89. in 2. edit.* & pro hac eadē opinione poſſunt recenſeri omnes relati *ſupra in tertio capite*, tenentes non eſſe derogatum Concilio, quoad facultatem abſoluendi.

Horum ratio eſſe poteſt, quod cum Concilium concedat auctoritatem diſpenſandi, & abſoluendi, & Bulla cœnæ, in eius verbis reuocet tantum poteſtatem abſoluendi, poteſtas diſpenſandi remanet, ex *reg.* quod illud, quod non
5 tollitur, ſtare non prohibetur, *l. præcipimus, C. de appell.*

Contrarium, quod quinimò per Bullam, cenſetur etiam ſublata facultas abſoluendi ab hæreſi, cenſuit *Suarez tom. 5. diſp. 43. ſect. 1. num. 15.* cuius opinio mihi videtur verior, per tex. expreſſum *in cap. cum illorum 32. §. Primos de ſent. excomm.* ibi in reliquis caſibus tam Archiepiſcopi, quam epiſcopi abſque mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali diſpenſandi facultatem ſe nouerint non habere, quibus etiam eſt abſolutio taliū interdicta, cum maiora intelligantur il

lis prohibita, quibus vetita ſunt minora,
ex quo textu deſumitur, quod poteſtas
diſpenſandi eſt maior poteſtate abſoluen
di, & qui non poteſt abſoluere, tanto
minus poteſt diſpenſare, vt ibi notant
Doctores, & ſignanter, *Abb. ſub num* 2.
verſic. 3. *nota Soccin. num.* 6. *Felyn. ſub
num.* 1. *verſ. nota in verb.*

Et licet Sanchez loco mox citato, plu-
ribus nitatur huic Textui reſpondere, ni-
hilominus eius reſponſiones ſunt ſatis le-
ues, & quę cauſæ iugulum non tangunt.
Extenditur concluſio primo, vt idem ſit
dicendum de inquiſitoribus, qui ſi hodie
7 abſoluere nequeunt ab hæreſi occulta in
foro conſcientiæ, vt in præcedenti ca-
pite dictum eſt, multo minus poſſunt ſu-
per ea diſpenſare, vt tenent in ſpecie,
Penia ad Emer. par. 3. *comment.* 175. *Sua-
rez d. ſect.* 1. *num.* 5. *Sanchez loc. cit. ante
num.* 20. quicquid in contrarium ſcrip-
ſerint, *Enriquez lib.* 14. *de irregul. capit.*
18. *num.* 2. *Zecch. in ſumma tractat.
de fide cap* 11. *num.* 16.

Extenditur ſecundo, vt multo magis
procedat, ſi agatur de diſpenſatione
8 quoad vſum Sacerdotii in Altaris mi-
niſterio, nam cum hæc ſit res grauiſſima,
eſt Pontifici reſeruata, *Silueſtr. in verb.
irregularitas quaeſt.* 5. *Maiol. de irregular.
lib.* 5. *cap.* 46. *num.* 16. *Sanchez de haeret.
cap.* 28. *Penia comment.* 162. *par.* 3. *Na-
uarr. in Manual. cap.* 27. *num.* 205. *Sua-
rez loc. cit. num.* 5. *Sanchez d. lib. ſecundo,
cap.* 25. *num.* 14. Vnde non immerito
foel. record. *Pius V.* per eius litteras in-
hibuit Generali Inquiſitori Hyſpania-
rum, ne redderet habiles Presbyteros,
qui hæretica labe fuerant infecti, vt in
Altaris Miniſterio poſſint inſeruire,
vt refert *Penia d. comment.* 175.

Extenditur tertio, vt indubitate
procedat reſpectu diſpenſationis ad ef-
fectum, vt poſſint audire confeſſiones,
præſertim perſonarum ſecularium, quia
quæcunque gratia etiam per ſedem A-
poſtolicam facta Hæretico, nusquam in-
cludit, vt poſſit audire confeſſiones,
niſi ſpecialiter exprimatur, vt pluri-
9 bus probant *Iuditiale inquiſit. decreto* 8.
Maiol. de irregular. libro quinto, capit.
46. *ſub numero ſexto, verſic. præſertim
quia.*

Eadem concluſio ſic extenſa decla-
ratur ne procedat in diſpenſatione vt
poſſit in ſuſceptis miniſtrare, in tali nam
que caſu, poteſt Epiſcopus diſpenſare
10 cum eo, qui fuit hæretica labe tactus,
dummodo ſit ſequuta abiuratio, & poe-
nitentia, & citra vſum Sacerdotii in al-
taris Miniſterio, & audiendi confeſ-
ſiones, *Suarez d. ſect.* 1. *num.* 5. *Sanchez
d. cap.* 25. *num.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus efficitur irregularis.*
2 *Et talis irregularitas ex defectu animæ
procedit.*
3 *Irregularitas non eſt inducenda niſi iure
exprimatur.*
4 *Irregularitas contracta ratione infa-
miæ ceſſat per publicam emendationem
vitæ.*
5 *Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere
debemus.*
6 *Hæreticus etiam occultus, dummodo non
ſit purè mentalis contrahit irregulari-
tatem.*

ARGVMENTVM.

De Irregularitate quæ propter hæ-reſim contrahitur.

CAP. XVII.

1 PRæter excommu-
nicationem, hæte
ticus contrahit ir
regularitatē, per
quam redditur in
capax ad eccle-
ſiaſtica Sacramē
ta aſſequenda, &
exequenda, *c. qui in aliquo* 51. *diſt. c.* 1.
q. 7. *c. illud* 51. *diſt. & c. ſaluberrimum* 1.
q. 7. *cum aliis infra allegandis.*
2 Extenditur Primo, vt hæc irregula-
ritas non proueniat aliunde, ſed ſit
annexa hæreſi ſecundum ſe, quia
prouenit ex defectu animæ, vt docent,
D. Ant.

D. Anton. in ſumma, par. tertia, tit. 28. *c.* 6. *in princ. Silueſt. in verb. irregularitas quaſt.* 24. *ibique Armill. num.* 85. *ad fin. Nauarr. in ſumm. c.* 27. *num.* 205. *verſic.* 3. *Valent. tom.* 4. *diſputat.* 19. *puncto* 3. *in tertia ſpecie irregularitatis Sanchez ad præcepta* Decalogi *lib.* 2. *quaſt.* 25. *num.* 2.

Contrarium quod quinimmo hæc irregularitas non ſit annexa hæreſi, ſed proueniat ex notorietate delicti, tenent *Perez lib.* 8. *ordin. tit.* 4. *lib.* 3. *fol.* 98. *ad fin. prima part. tract. de hæreſi Henriquez lib.* 14. *de irregul. c.* 4. *num.* 6. *& c.* 5. *nu.* 2. *Emanuel Sà, in ſumm. verb. irregularitas num.* 2. *Sayr. in theſauro caſuum conſcientia tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 16. *Auil. de cenſuris par.* 7. *diſputat.* 14. *dub. ſecundo.*

3 Ducuntur quod nulla irregularitas ſit inducenda, niſi Iure exprimatur, *cap.* 15. *qui de ſent excom. lib.* 6. At nullus eſt textus, qui pro hæreſi occulta inducat irregularitatem, & qui de hac materia loquatur de irregularitate notoria. Prima opinio apud me eſt verior duplici argumento.

4 Primo, quia irregularitas generalis, quæ oritur ratione infamiæ inſurgentis ex delicto enormi notorio, ceſſat per publicam vitæ emendationem. At irregularitas inſurgens ex hęreſi, per emendationem non ceſſat, vt infra probabitur, *cap.* 10. *ergo.*

Secundo moueor *ex extrauag. clem.* 7. quæ incipit, *Cum ſit*, quam *Penia* refert inter conſtitutiones pro ſancto officio poſt director. in qua inter coetera ſummus Pontifex concedit facultatem inquiſitoribus diſpenſandi cum Hæreticis redeuntibus ad fidem ſuper irregularitate contracta ob hæreſim occultam, quod quidem Argumentum eſt manifeſtiſſimum, irregularitatem hęreſi cohærere, non autem prouenire ex notorietate delicti, alias poteſtas abſoluendi erat ſuperuacanea, & fruſtratoria. Nec refert quod iura loquentia de irregularitate non loquuntur de hæreſi occulta, quia neq; ſe reſtringunt ad publicam, & propterea ſunt accipienda de hæreſi generaliter, quia cum iura ipſa non diſtinguant inter hæreſim, & hæreſim, neq. nos diſtinguere debemus *l. de prætio ff. de publican. l.* 2. *vbi* Bart. *ff. de offic. præſid.* præſertim quia hæreſis occulta, quæ proceſſit ad actum exteriorem, eſt hæreſis verè ſicuti hæreſis publica, ex late congeſtis per *Surd. deciſ.* 247. & propterea vtriuſq. debet cenſeri idem iudicium, *l. illud ff. ad l. Aquil.*

6 Ex hac concluſione ſic firmata, deducitur Hæreticum etiam occultum eſſe irregularem, vt pluribus probat *Sanchez ad præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 25. *nu.* 2. dummodo non ſit mere mentalis, ſed quæ proceſſerit ad actum viſibilem, ſiue cognoſcibilem, vt concludunt, & recte *Silueſt. in verb. crimen, q.* 2. *nu.* 3. Azor. *Moral. inſtit. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 11. *q.* 13. *& cap.* 21. *q.* 8. *Suarez tom.* 5. *par.* 3. *diſp.* 43. *ſect.* 1. *num.* 4. *Sanchez ad præcepta Decalog. lib.* 2. *cap.* 25. *ſub num.* 2. *ad final.*

SVMMARIVM.

1 *Auctoritates hinc inde referuntur.*
2 *Eccleſia in propoſito caſu quid facere conſueuit.*
3 *Miſericordia vt proficiat, quomodo effundenda eſt.*

ARGVMENTVM.

An irregularitas duret poſtquam per pœnitentiam hæretici reuertuntur.

CAP. XVIII.

1 DIuerſæ ſunt antiquorum canonũ ſententiæ. *Nicænum Concilium capitulo octano, nobis relatum in cap. ſi qui voluerint, & in capitulo conuenientibus, prima quaſt. ſeptima,* cenſuit Nouatianos redeuntes in

clero remanere, & ordinem retinere poſſe, dummodo ante omnia per publicam ſcripturam fateantur, ſe cum omni conſenſu Eccleſiæ catholicæ ſtatuta obſeruaturos. *Concilium* vero *Elibertinum, cap.* 51. eos neq. recipi in clerum, neque ordinari poſſe, neque in clero manere, neq; ordinem ſeruare decreuit. cum quo concordat auctoritas D. *Cipriani in cap. 1. quaſt.* 7. ſatis enim, inquit, habent quod ad pacem admittuntur, qui hoſtes pacis extiterunt, nec debent illi reuertentes ea apud nos ordinationis, & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellauerunt. Oportet enim Sacerdotes, & miniſtros, qui Altari, & Sacrificiis deſeruiunt, integros, atque immaculatos eſſe, cum Dominus in Leuitico loquatur, Homo, in quo fuerit macula, & vitium, non accedat offerre dona Deo. Idcirco ſatis eſt, talibus veniam dari, nec debet in domo fidei, perfidia promoueri, nam quid bonis, re innocentibus, atq; ab eccleſia non recedentibus reſeruamus, ſi eos, qui a nobis receſſerint, & contra eccleſiam ſteterint honoramus. In hac canonum diuerſitate Eccleſia experta aliquorum fictas pœnitentias, ſeruat irregularitatem etiam poſt poenitentiam manere, vt in *cap. illud quoque* 50. *diſt. gloſ. in c. nos conſuetudinem* 12 *diſt. ſpecul. in tit. de diſpen ſ.* §. *Iuſta ver.* 6. *Felin. in capitulo eam te, numero duodecimo, de reſcript. D. Anton. in ſumm. par. tertia, tit. vigeſimo octauo, cap. 6. in princip. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 46. ſub num. 1. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 54. num. 17. & ſequen. Nauarr. in ſumm. capit. vigeſimo ſeptimo, num. 205. verſic. tertio, Penia ad* Emer. *par. tertia, quaſtio.* 113. *Comment.* 162. *verſ. Ac primum. Thom. Sanchez, qui alios refert in præcepto Decalogi lib. 2. cap. vigeſimo quinto, num.* 2.

2 Quod tamen intelligi debet, non propter deſperationem Indulgentiæ, ſed rigore diſciplinæ, vt maiori medicina humilitatis adhibita, redeuntis ſalus tutius muniretur, *cap. vt conſtitueretur* 50. *diſt.* nam ſi poenitentia peracta redeuntes laudabiliter ſe ſe geſſerint, conſueuit cum eis miſericorditer diſpenſare, *gloſ. Felin. Maiol. & reliqui locis cit.* In qua parte Niceni concilii miſericordiam imitatur, quod non iuris rigore, ſed ex pietate, & diſpenſatione cenſuit Nouatianos eſſe recipiendos, vt *Gratianus* animaduertit in *Summa d. capit. ſi qui voluerint* 1. *quaſt.* 7.

3 Quæ miſericordia, vt proficiat non integere, vnica largitione conſueuit effundi, ſed gradatim, ac maxima adhibita circumſpectione: quandoque enim diſpenſat, vt poſſint tãtum in ordinibus ſuſceptis miniſtraræ, non autem vt ad ſuperiores aſcendant, *cap. ſi quis heretica, & cap. omnis 1. q. 1. cap. ſaluberrimum 1. q. 7.* Quod ſi nullum ordinem habeãt, remanent prorſus incapaces adeo, vt nec ad primam tonſuram valeant promoueri, *D. Anton. in tract. de cenſuris cap.* 100. *Silueſt. in verb. irregularitas q. 5. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 46. ſub num. 3. Penia ad Emer. par. 3. Comment. 163. verſic. Praterea qui reuertitur.* Quandoque, vt in epiſcopatu perſiſtere poſſit, non autem primas effici, vt in *cap. nos conſuetudinem, vbi gloſ. in verb. prohibemus* 12. *diſtin.*

Quandoque etiam talium reuertentium tantus virtutum ſplendor emicuit, vt ad omnes dignitates fuerint diſpenſati, & prouecti, *cap. ipſa pietas 23. quaſtio. quarta, gloſſ. in d. cap. nos*, idque non ſemel nouimus temporibus noſtris in hominibus antea hæretica febri freneticis, qui ſumma Chriſti ope adeo cõualuerunt, vt quaſi Mundi luminaria reſplendentes ad ſummos eccleſiæ gradus Apoſtolica adiuti indulgentia peruenerint. Quod tum maximè factum legimus, & vidimus, cum id Eccleſiæ neceſſitas, vel vtilitas expoſtulabat, *Auguſtin.* Epiſt. 50. *capit. conuenientibus 1. quaeſtione ſeptima, Corrad. Brun. de heretic. libro tertio, capitulo ſeptimo.*

SVMMARIVM.

1 *Haereticus eſt inhabilis ad conſequenda eccleſiaſtica beneſicia.*
2 *Eccleſiaſtica beneficia conferenda ſunt ob. ſeruatoribus catholicæ fidei.*
3 *Collatio beneficii facta baeretico eſt ipſo iu. re nulla.*
4 *Etiam ſi ſit de iure patronatus, vel alterius cuiuslibet qualitatis.*
5 *Epiſcopus ſcienter conferens beneficium hæretico punitur.*
6 *Hæreticus non poteſt obtinere penſiones.*
7 *In odium hæreſis penſio venit appellatione beneficii.*
8 *Hæreticus priuatur beneficiis obtentis ipſo iure. & nu. 9.*
10 *Alphonſi a Caſtro opinio reprobatur.*
11 *Beneficium hæretici poteſt impetrari etiã ante quam ſententia declaratoria profe. ratur.* Intellige *vt nu.* 12.
13 *Hæreticus poſt hæreſim contractam ad fa. uorem tertii renunciare non poteſt.*
14 *Clericus a die incurſa hæreſis non facit fructus ſuos, & perceptos tenetur reſti. tuere.*
15 *Hæreticus priuatur ipſo iure poſſeſſione be neficii eccleſiaſtici.*
16 *Hæreticus non iuuatur regula de trien. nali.*
17 *Neque regula de annali ſecundum non veriorem opinionem.*
18 *Regula de annali non iuuat eum de cuius non titulo notoriè conſtat.*
19 *Neque feminam vel iudæum.*
20 *Hæreticus continuo ad fidem rediens bene. ficia retinet, & poenas euadit.*
21 *Haereticus vix dici poteſt, qui ſtatim ad vnitatem reuertitur.*
22 *Monachus a religione recedens ſtatim re. diens non dicitur apoſtata.*
23 *Qui conſtituit fraudem facere, ſi ſtatim pænituit, non incidit in poenam.*
24 *Contrario rediens ad vnitatem quis dica- tur.*
25 *Haereticus rediens poſt ſententiam non re. tinet beneficia ſine apoſtolica diſpenſa. tione.*
26 *Suſpectus de vehementi purgatus recupe. rat beneficia etiam tertio collata.*
27 *Statutum loquens de haereſi non habet lo- cum in ſuſpecto.*
28 *Infamia facti durat etiam poſt purgatio. nem.*

ARGVMENTVM.

An, & quomodo hæreſis inducat inhabilitatem ad obtinenda Ec. cleſiaſtica beneficia, & penſio- nes, & per eam inducatur priua- tio obtentorum, & An iuuetur remedijs poſſeſſorijs regula trien nali, vel de annali poſſeſſore.

CAP. XIX.

PEr hæreſim induci
inhabilitatem ad
aſſequenda Eccle
ſiaſtica beneficia,
expreſſum habe-
mus in *cap. ſtatu.*
1 *tum el* 1. *de hae.*
ret. lib. 6. ibi, *nè*
haeretici ad aliquod beneficium admittan.
tur, ibique Doct. communiter Vital. in
rubr. de crimine hæreſis num. 6. *verſ. item*
repelluntur, Simanca, de Cathol. Inſtit.
tit. 46. *num.* 6. *Lambert. de iurepatr. lib.*
1. *par.* 1. *art.* 3. *Zanchin. de hæret. cap.* 18.
num. 13. *Locatus in iudicial. inquiſit.*
verb. beneficium num. 1. Hoc etiam cau.
tum reperitur ex conſtitutione *Innocen-*
tii 4. *ſub datum Anagniæ* 17. *Cal. Iulii*
Anno 11. §. *nos enim prædicto*, & ex con.
ſtitutione *Nicolai* 3. quæ etiam incipit,
Nouerit vniuerſitas ſub dat. apud Vrbem
veterem V. Nonas Martii Pontificatus
Anno IV. quæ ſunt impreſſe poſt *Dire-*
ctor. inquiſit. pagina mihi 17. & 52. Ec-
cleſiaſtica ſi quidem beneficia iis tan.
2 tum prodeſſe debent, qui Catholicæ le-
gis obſeruatores exiſtunt, non autem
iis, qui Catholicam non participant com
munionem *l.* 1. *cum Auth. ſeq. & l. Curia-*
3 *les C. de haeret.* Qua ratione collatio be-
neficii hæretico facta eſt nulla ipſo iure,
adeo vt fructus ex eo perceptos teneatur
reſtituere, *Lambert. de iurepatr. lib.* 2.
par.

Digitized by Google

par.1.q. 9. art. 6. Alphonſ.de Caſtr.de iuſta haret. punit. lib. 2. cap. 9. Penia ad Direct.*par. 3. comment. 162. verſic. Ad hac collatio beneficii. Azor. Moral. inſt. tom. 1. lib. 8.cap.13.quaſt.* 8.*Ignat. Ad Diaz in praxi crim. lib. 8. q. 13. cap. 8. verſic. haretici littera* A. *verſ.ſicq.collatio Sanchez ad pracepta* Decalogi *lib. 2. cap. 26.num. 4.*

4 Extenditur primo, vt procedat ſiue beneficiũ ſit liberæ collationis, ſiue de iure patronatus, *Lambert. loco cit.* & ſiue ſit beneficium regulare, ſiue ſæculare, ſiue electiuum, ſiue collatiuum, ſiue perpetuum, ſiue manuale, vt probat tex: in *d. cap. ad abolendam, §. praſenti extr. de hæretic.* ibi, *cuiuslibet Religionis*, & ibi, *& omni officio, & beneficio*: nam reſpectu perſonarum comprehendit tum ſeculares, tum regulares, reſpectu vero beneficiorum comprehendit omnia, & ſic nullum excludit, *cap. omnis vtriuſque ſexus, de poenit. & remiſſ. cap. 2. de obſeru. ieiun. l. omnes, C. ſine cenſu, l. à procuratore, C. mand. l. Iulianus ff. de legat. 3. plene Aym. conſil. 294. num. 1. Rolan. conſ. 2. lib. 4.*

5 Extenditur Secundo, vt Epiſcopus conferens ſcienter beneficium hęretico, aut hæreticorum fautoribus, puniatur, *d. cap. vt commiſſi, in fine, de haret. lib. 6. ibique Archid. Io. Andr. & alii Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 6. art. 6. Penia ad Direct. par. 3. Commentar. 162. verſic. ſecunda vero aſſertio.*

6 Extenditur tertio, vt ſicuti eſt incapax ad obtinenda beneficia, ita nequeat obtinere penſiones, vt fuit reſolutum in *Conchen͞ penſionis* 24. *Octobris* 1594. *coram Iuſto, &* 16. *Decembris eiuſdem Anni coram Peregrino*. Licet enim in materia odioſa, & exorbitanti appellatione beneficiorum non veniant penſiones, *cap. quamuis el 1. de prabend. lib. 6. ibiq Gemin. num. 2. Anchar. in 3. notab. Abb. in cap.* Ad *audientiam el 2. in 1. notab. de reſcript. & ibi Felin. num. 2. latè Gig. de penſ. quaſt. 28. per tot. & quaſt. 94. num. 3. & 4. Rebuff. in tract. de nom. num. 39. Gomeſ. in regul. de annal. quaſt. 22. Creſcent. deciſ. 14. de ſent. & re iudic.* ſubdens hoc procedere etiam quando
7 verba ſunt vniuerſalia, & geminata, tamen hoc non procedit in materia hæreſis in cuius odium, verbum, beneficium, accipitur largo ſumpto vocabulo, *gloſ. in c. quicumque, §. haretici, verb beneficium de haret. lib. 6.* ibique *Gemin. num. 2. verſ. nota bene*, & conſequenter complectitur etiam penſiones, *Abb. in cap. ad audientiam el 2. ſub num. 2. verſic. Dicerem tamen, de reſcript. & ibi Felin. in princ. Gig. de penſ q-94. num. 7.*

8 Extenditur quarto, vt non ſolum reddatur inhabilis ad aſſequenda alia beneficia, ſed etiam priuetur obtentis, *cap. vt commiſſi, §. priuandi, de haret. lib. 6.* ibiq; *Gemin. num. 4. Decian. tract. crim. lib. 5. c. 45. ſub num. 4. cum aliis mox infra allegandis.*

9 Extenditur quinto, vt priuatio fiat ipſo iure, nec requiratur ſententia priuatoria, vt tenent *Io. Andr. in cap. vt commiſſi, §. priuandi ſub num. 4. de haret. in 6. Gemin. ibidem, num. 4. Franc. ſub num. 2. verſic. 5. nota, Butr. in cap. fin. col. 2. de poſtul. Rebuff. in prax. tit. de mod. amitt. benef. num. 4. & ſeq. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 8. num. 4. verſ. nihilominus ex materia*, vbi teſtatur de communi, de qua etiam teſtantur, & ſequuntur, *Burſatt. conſ. 14. num. 18. lib. 1. Parij. de reſign. lib. 3. quaſt. 1. num. 32. Miliſ. in repert. verb. Hareticus; verſ. Haretici ad omnia, Villadego in tract. de haretic. q. 23. Diaz d. cap. 106. Roiaſ. ſing. 74. Menoch. de arbitr. caſu 146. poſt num. 6. Penia ad Emeric. quaſt. 113. Comment. 162. verſic. Illa vero, Io. Azor. inſt. moral. par. 1. lib. 8. cap. 13. rubr. de quarta haretic. punit. quaſt. 3. & 8. Sanchez ad pracepta Decalog. lib. 2. cap. 26. num. 5.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de haret. q. 189. num. 77.* quibus addendi ſunt *Sarn. in regul. de annal. q. 52. & de trienn. q. 52. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 340.* & hanc probat *Rota apud Caſſador. deciſ. 14. ſuper regul. & iterũ dec. 707. n. 2. & 4. verſ. praterea lib. 3 par. 3. Lancell. de attent. c. 5. num. 34. Gonzalez in regul 8 gloſſ. 15. num. 65. Garzia, qui alios refert, de benef. par. 11. c. 10. num. 60. et ſequen.* Con-

tra-

10 trariam opinionem, nempe, quod requiratur ſententia priuatoria, latè probare nititur *Alphonſ. de Caſtr. de iuſta hæret. punit. lib. 2. c. 6.* quem ſequuntur *Simanca de Cathol. inſt. tit. 46. nu. 72. Ignat Lopez in addit. ad Diaz in praxi crim. lib. 8. cap. 13. quæſt. 8.* Prior opinio ſicuti eſt receptior, ita verior, & Argumenta allata per *Alphonſ.* omnia laborant æquiuoco, & concludunt in ſententia declaratoria, non autem in priuatoria. Suppoſita ergo communi.

11 Ex ea deducitur primo, beneficium hæretici poſſe impetrari ante ſententiam declaratoriam, *Prob. ad Monach. in cap. alma mater num. 8. de ſent. excom. lib. 6. Rebuff. in prax. ſub rubr. de mod. vacan. num 5. Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 3. num. 2. Thom. Sanchez in præcep. Decalog. lib. 2. cap. 26. num. 12. Rota deciſ. 707. num. 3. & 4. par. 3.*

12 Verum eſt tamen, quod adhoc, vt priuatio ſuum plenarium ſequatur effectum, requiritur ſententia declaratoria hęreſis incurſæ, nec ante poterit hæreticus remoueri a poſſeſſione, vt eſt *text. in d. cap. cum ſecundum leges in fin. de hæret. lib. 6. & ibi Io. Andr. Archid. & Gemin. de hæret. lib. 6. Bart. in l. eius qui delatorem ff. de iure fiſci, Alex. conſ. 103. num. 17. lib. 1. Abb. in c. ſi diligenti num. 20. de foro compet.* Dec. *in Auth. caſſa, & irrita num. 14. C. de ſacroſ. Eccleſ. Part. conſil. 149. num. 21. Mſing. obſeruat. 43. centur. prima, late Burſatt. conſil. 14. num. 18. & ſeq. lib. 1. Sarn. in regul. de annal. q. 52. num. 5. verſic ſecunda ratio eſt, Rota d. deciſ. 707. num. 4. par. 3. Thom. Sanch. loco ſupra cit. late Surd. deciſ. 247. nu. 2.*

13 Deducitur ſecundo, Hæreticum poſt hęreſim cõtractã nõ poſſe reſignare ad fauorẽ tertij, & ſi reſignet reſignatio nullius erit momenti, *Pariſ. & Sanchez locis cit.* quibus nouiſſime calculum præbet *Far. de hæreſi q. 189. ſub n. 79.*

14 Deducitur tertio, quod ab ipſa die, qua clericus incidit in hæreſim, non facit amplius fructus ſuos, quia titulus eſt iam reſolutus, vt vltra relatos ſcribit *Præpoſ. in cap. quo iure ſub num. 15. verſ. Ergo cum ipſo iure,* & propterea tenetur ad eorum reſtitutionem, nec ad iſtum effectum requiritur declaratoria, *text. in Auth. de inceſt. nupt. in princ. vbi gloſ. et Angel. et iterum gloſ. in* §. *penult. auth. de* Tabell. *Anan. in cap.* Fraternitatis *de hæret.* & ante ipſum Io. *Andr. in c. filius in princip. de poenis lib. 6. Soccin. Abb.* & alii quos refert, & ſequitur *Felin. in cap.* Rodulphus *num. 38. de reſcript.* Quæ cunclusio præſertim procedit in ſententia, quæ requirit miniſterium Iudicis in exequendo, prout eſt priuatio beneficii, & confiſcatio bonorum, & poſt alios docet Felin. *loco cit. ſub num.* 18. *verſ. Secus vbi requiritur.*

15 Extenditur Sexto, vt procedat nedum reſpectu petitorij, ſed etiam poſſeſſorij, quia in hęretico reprobatur nedum titulus, ſed etiam poſſeſſio ipſo Iure, *gloſ. in cap. quo iure, verb. nam Iure* Diuino, *verſ. habens quod petenti, 8. diſt.* ibique *Gemin. præpoſ. loco cit. verſ. ergo cum ipſo Iure, poſt gloſ. ibi, & in cap. ſitus q. 5. Specul. tit. de petit. & poſſeſſ.* §. *fin. nu. 23. Abb. in cap. item cum quis num. 9. de reſtit. ſpol. & in cap. ex parte, num. 19. eod. tit. Caſſad. deciſ. 14. num. 8. ſuper regul. Pontan. de Spol. lib. 3. num. 9.*

16 Neque defenditur regula triennali, *Rebuff. in praxi tit. de modo amittendi beneficia num. 27. & de pacif. poſſ. num. 236. Menoch. de recuper remed. 1 num. 241. Sarn. de trienn. q. 52. 10. Roias ſingul. 25.*

17 Extenditur ſeptimo, vt neque defendatur regula de annali, quæ defendit ſolam, & nudam detentationem, vt cenſuit *Rota apud Caſſad. deciſ. 14 ſuper regul. Menoch. loco cit. num. 312.*

Contrarium probare nititur *Sarn. de annali q. 52.* duplici potiſſimum Argumento ſuffultus, primò, quod regula ſit inducta odio excitantis lites, non autem fauore obtinentis, quod quidem odium non ceſſat ex hoc quod detentator ſit hæreticus; nam non ideo hæreticus euadit impunitus, cum poſſit eius beneficium ſeruatis requiſitis regulę impetrari. Secundo, quia licet Hæreticus ſit ipſo iure priuatus beneficiis, ex tradendis infra *in c. ſequenti nu.* 1. nihilominus nõ

po-

poteſt amoueri, niſi prius citetur, & ſen-
tentia condemnatoria publicetur, *cap. cum ſecundum de haeret. lib. 6.*

18 Quibus non obſtantibus inherendum
eſt ſententiæ Rotæ, ex rationibus per
Caſſad. late relatis: quibus additur, quod
regula de annali, non iuuat eum de cu-
ius non titulo conſtat notoriè, vt ſcribit
idem *Sarn. quaeſt* 11. *verſ. item falli
in eo, Rota apud* Put. *deciſ.* 200. *in fine
lib.* 1. *& apud* Seraph. *deciſ.* 983. *n.* 4.
De non titulo autem hæretici, ſtatim cō
ſtat ac eſt de hæreſi damnatus, *d. c. ſta-
tutum el primo de hæret. lib. 6.*

19 Nonobſtat quod principaliter ſit
inducta odio exitantium lites quia dum
regula huiuſmodi odium contemplatur,
ſupponit detentatorem habilem, alias ſi
hæc ratio eſſet vera, ſequeretur, quod
deberet iuuare etiam foeminam, & iu-
dæum, cuius contrarium eſt verum, vt
per *Caſtad. loco cit. num.* 9. Minus obſtat
quod hæreticus nequeat amoueri, niſi
prius per ſententiam publicetur, quia
dum non diſputamus de hæretico, ſup-
ponimus hæreſim declaratam, alias quo
vſque de illa diſputetur, non poteſt di-
ci haereticus.

Principalis concluſio declaratur Pri-
mo, vt non procedat in hæretico, qui
poſt deprehenſionem erroris continuo
ad fidem rediit, errorem ſuum publice
20 arbitrio ſuperioris abiurare, & ſatisfa-
ctionē congruā exhibere paratus, hic.n.
hæretici pænas euadit, ad eo vt illi & be
neficia eccleſiaſtica quæ obtinet, relin-
quantur, & bona, ſi quæ ſunt illi abla-
ta reſtituuntur, *cap. ad abolendam*, §.
*praeſenti de haret. ibi niſi continuo poſt
deprehenſionem erroris ad fidei catholica
vnitatem ſponte recurrere, & errorem
ſuum ad arbitriū* Epiſcopi *regionis publica
conſenſerit abiurare, & in* §. *laicus ibi,
niſi abiurata haereſi confeſtim ad fidem
confugerit, & ibi Io.* Andr. *Butr. Anan.
Abb.* Felin *& reliqui, Rebuff. in prax.
tit. de mod. amittendi beneficia ſub num.
5. & ſeq.*

21 Eſt autem huius declarationis ratio
quia vix poteſt hæreticus dici, qui poſt
deprehenſum errorem, ſtatim rediit ad
vnitatem, Can. *divortium, vbi gloſ. de
poenit. diſt.* 1. *l. praeſens ff. de verb.
oblig.* nec proptie dici poteſt hæreticus
niſi ſuam erroneam opinionem pertina-
citer tueatur, T*urrecremat. in capit.* Di-
xit Apoſtolus num. 5. *& ſeq.* 24. *q.* 3. *poſt
Archid. in cap. hæreſis num.* 1. *verſiculo
ideo quicunque* 24. *q.* 3. *Io. Andr. in cap.
ſtatutum el* 2. *verb. conſtiterit de haeretic.
lib.* 6. *Gemin. ibidem* §. *hoc ſane num.* 12.

22 Hinc monachus a Religione recedens,
& ſtatim rediens, non poteſt inter Apo-
ſtatas numerari, *Bald. in l.* 1. *num.* 19.
C. de adil. edict. Port. Imol. conſil. 84.
num. 18.

23 Et qui conſtituit fraudare vectigal, &
coepit, ſi ſtatim poenituit, & reuertatur
non incidit in poenam pro vectigali frau
dato, Io. *Andr. addit. ad* Specul. *tit. de
conſtit.* §. 2. *poſt num.* 8. *littera* S. *verſic.
ſed incidit quaeſtio. Bertach. de gabell. par.*
24 8. *num.* 18. *ad fin.* Continuo autem, &
ſponte dicitur redire ad effectum,
vt poſſit beneficia retinere ſi errorē fate
tur, antequam fiat aliqua probatio con-
tra ipſum, hoc enim ſenſu accipiendus
eſt, *Abb. in cap. ad abolendam numero* 6.
extr. eod. Rebuff. *in prax. tit de mod. amitt.
benefic. num.* 12. Ad alios vero effectus,
nempe vt indulgeri ei poſſit maiori, vel
minori impoſita poenitentia, quando
dicatur incontinenti, & ſponte redire,
conſulendus eſt, idem *Abb. in cap. ex-
communicamus el primo ſub numero* 10.
*eod. tit. de haretic. Simanca de Cathol.
Inſtit. tit.* 47. *à num.* 7. *vſque ad num.*
51. *Farinac. de hæreſi q.* 93. §. 2. Quod
25 ſi hæreticus redeat poſt ſententiam,
vel factas probationes, non poterit reti-
nere beneficia quae obtinebat, nec alia
obtinere, niſi ex Apoſtolica diſpenſatio-
ne, *vt in cap. quia diligentia, vbi Doct.
extr. de elect. Gemin. in d. capitulo com-
miſſi* §. *priuandi ſub numero.* 6. *eod. tit.
lib.* 6.

26 Declaratur Secundo, vt procedant in
hæretico de haereſi plene conuicto, vel
confeſſo, ſecus in ſuſpecto, vel diffama-
to, etiam de vehementi, hic enim quam-
uis durante iudicio, ab officiis, & benefi-
ciis ſuſpenditur, tamen ſi deinde ſe pur-
gauit

gauit per abiurationem recuperat be-
26 neficia etiam tertio collata, *cap. inter*
ſollicitudines, §. purgationes, vbi præſer-
tim *Abb in 2.not. Rota apud Achill. dec. 1.*
de haeret. & in Varten. coram Fabio, *vt re-*
fert. Ant. Auguſt. *deciſ. 1. eod. tit. & co-*
ram Comitulo in Gadicen. canonicatus 20.
Iulii 1587. quae fuit facta extra ordinē
de mandato Sanctiſſimi. Et facit quod
27 ſtatutum loquens de hæretico non ha-
bet locum in ſuſpecto de hæreſi, *Abb. in*
d. cap. Inter ſollicitudines num. 6. Vnde
ſtatutum eccleſiæ *Hyſpalen.* quo filii, &
nepotes hæreticorum arcentur a benefi-
ciis, non habet locum in filiis, & nepoti-
bus ſuſpectorum de hæreſi, *Put. deciſ.*
400. *lib.* 2. Et conſtitutio *Pii V.* 29 *in*
ordine Bullarii reſeruans ſibi beneficia
vacantia per hæreſim, non habet locum
in eo, qui abiurauit de vehemēti, *Nauar.*
conſ. 6. tit. de haeret. Sanchez ad praece-
pta Decalogi *lib. 2. cap. 25. num. 12. Pa-*
riſ. de reſignat. lib. 4. q. 3. num. 17. Nec
refert, ſi dicatur infamiam facti etiam
poſt purgationem durare, cum eam ſolus
Deus poſſit diluere, *Hoſtien. & Henrich.*
Boich. in cap. tuarum extr. de purg. Can.
quia tollitur quo ad illius effectus, *Abb.*
ibidem num. 2 in cap. teſtimonium, vbi
etiam *Felin. num. 2. de teſtam.*

SVMMARIVM.

1 *Hæretici eorumque defenſores, credentes, & fautores efficiuntur infames ipſo iure. num. 2.*
3 *Ad effectum vt tales reputentur, ſententia declaratoria requiritur.*
4 *Infamia hæreticorum eſt facti, iuris, & de iure.*
5 *Hæretici ab omnibus dignitatibus repelluntur.*
6 *Item, & publicis officiis.*
7 *Haeretici non poſſunt creari ciuitatum defenſores.*
8 *Nec iudices conſtitui poſſunt.*
9 *Proceſſus factus coram iudice hæretico eſt nullus ipſo iure.*
10 *Hæretici non poſunt eſſe arbitri neque arbitratores.*
11 *Neque aduocationis munere fungi poſſūt.*
12 *Aduocati officium eſt honorificum & laudabile.*
13 *Hæreticus non poteſt effici doctor.*
14 *Tabellioni hæretico eiuſq; inſtrumētis nulla fides adhibetur.*
Limita num. 15.
16 *Tabellio haereticus reuerſus ad fidem an reaſſumat officium tabellionis.*
17 *Hæretici non poſſunt eſſe teſtes.*
19 *Eis qui ſe a fide veritatis abiecerunt, non eſt credendum.*
20 *Facultas ferendi teſtimonium eſt generoſæ dignitatis.*
21 *Caſus in quibus admittitur teſtimonium haereticorum remiſſiue.*
22 *Hæretici an poſſint eſſe teſtes in teſtamentis & contractibus.*
23 *De intellectu l. quoniam multi. C. de haeretic. late.*
24 *Diſpoſitio reſtringitur ad cauſam.*
25 *Hæretici teſtimonium quando in teſtamentis admittatur.*
27 *Hæretici de actu in iuditio teſtificari non poſſunt.*
27 *In recipiendo teſtimonio hæreticorum quid facere ſoleant iudices prudentes.*
28 *Hæretici nō poſſunt proceſſus interpretari.*
29 *Interpretes habentur loco teſtum.*
30 *In hæretico non reperitur veritas.*
31 *Angeli doctrina declaratur.*
32 *Hæretici militare non poſſunt.*
33 *Et omnibus priuilegiis priuantur.*
34 *Deſcripta ab hæreticis impetrata ſunt nulla.*
35 *Etiam ſi derogent legibus in contrarium facientibus.*
36 *Inquiſitores an poſſint idfamia hæretici diſpenſare, eumque honoribus reſtituere.*

ARGVMENTVM.

De pœnis Hæreticorum quoad honores, & dignitates.

CAP. XX.

1 VLtra poenas hactenus enumeratas, hæreſis crimen concomitatur infamia, quæ complectitur non ſolum hęreticos ipſos, ſed etiā ipſorum defenſores, credentes, & receptatores

Digitized by Google

ptatores *Auth. credentes*, & *Auth. Gazaros* C. *de hæretic. l. cunctos populos*, C. *de ſum. Trinit. & fid. Cathol.*
2 Idque ipſo iure, ante ſententiam condemnatoriam, vt eſt *teſt. in d. cap. Auth. credentes, gloſ. in d. l. cunctos populos verb. Infamiam in fin. & ibi Bart. num.* 11. &
12. *Caſtr. num.* 18. *Iaſ. in* 2. *lect. ſub num.* 43. *verſ. hodie autem, Salicet. in l. quoniam multi num.* 2. *verſ. oppono* C. *de hæretic. Alphonſ. de Caſtr. de iuſta hæret. punit. lib.* 2. *cap.* 9. *Brun. de hæret. lib.* 5. *cap.* 8. *Rimin. Iun. conſ.* 185. *nu.*
3 *primo lib. Penia ad Emer. par.* 1. *Comment.* 4. *verſic.* His ita poſitis, quamuis ad effectum vt tanquam talis debeat tractari, requiratur ſententia declaratoria delicti, vt plene poſt multos quos allegat, probat *Burſatt. conſil. decimo quarto, num.* 18. & *vigeſimotertio, lib. primo*. Ta-
4 men hæc infamia eſt non ſolum facti, ex quo turpe factum committunt, ſed etiam iuris, & de iure *Caſtr. Iaſ. locis cit. ſupra, Didac. Cantera quæſt. crim. rubr. de hæretic. cap.* 1. *num.* 9. *verſ. ſed accipiendo Sanchez ad præcept. Decalog. lib.* 2.
5 *cap.* 26. *num.* 2. Vnde deducitur Primo, eos repelli ab omnibus honoribus, & dignitatibus, *l. quæ Samaritis C. de hæretic.* quæ eſt lex 18. à greco ſermone in latinum translata per Antonium Contiũ in codicibus nouiter impreſſis, *cap. vt Commiſſi* §. *priuandi de hæret. lib.* 6 *Boich. in cap. ad abolendam num.* 20. *verſic. itẽ extr. eod. Felin. in cap. excommunicamus el* 1. *num.* 3. *col.* 3. *verſic. nota ibi infamis eod. tit. Afflict. in Conſtit. Regni de hæretic. & patar. poſt num.* 29. *verſ. item hæreticus, Carer. de hæret. nu.* 145. *Roias ſingul.* 81. *Decian. in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 43. *num.* 8. *Didac. Cantera rubr. de hæret. cap.* 1. *num.* 10. Et pari ratione
6 repelluntur a publicis officiis, *d. Auth. credentes C. eod. tit. c.* 2. §. *hæretici autem, verb. publicum, & cap. vt commiſſi*, §. *priuandi eod. tit. libr.* 6. *Hoſtien. in cap. ſi aduerſus poſt num.* 2. *verb. ſub num.* 2. *verb. ſub eorum extr. de hæret. ibique Card num.* 1. *Soccin. in cap. excommunicamus el* 1. *num.* 34. *verſ. tertia pœna eod. tit. Roias ſing.* 86. *refert. alios Decian. tract. crim. lib.* 5. *cap.* 43. *nu.* 6. *Farinac. in tract. de hæreſi q.* 189. *num.* 44.
7 Et ideo non poſſunt creari Ciuitatum Defenſores, *l. iubemus, vbi ſalicet C. de Epiſcop. audien.* neque vocari in conciliis, *d. Auth. credentes, cap. excommunicamus* §. *credentes, l. Manichei la prima* C. *de hæretic.* quę eſt lex in nouis Codicibus
8 translata per *Ant. Contiũ*. Neq; poſſunt eſſe iudices, *d. Auth. credentes* cum aliis ſupra allegatis, *Albert. in rubr.* C. *eod. nu.* 6. *Hoſtien. in d. cap. ſi aduerſus poſt num.* 2. *verb. ſub eorum de hæret. ibique Io. Andr. num.* 3. *Card. num.* 1. *Anchar. num.* 3. *Soccin. num.* 39. *verſ. decima poena, Anan. nu.* 10. ac probatur pluribus Conſtitutionibus Pontificiis relatis per *Peniam* poſt *Emer. pag.* 10. & per *Farinac. de hæreſ. q.* 181. *num.* 49.
9 Vnde proceſſus coram iudice hæretico agitatus, eſt nullus ipſo iure, *clem.* 1. §. *fin. vbi Card. de vſur. Specul tit. de aduocato* §. *primo, Maranta in Specul. par.* 4. *diſt.* 16. *num.* 77. *Roias ſingul.* 88. *nu* 3. Sicuti etiam nulla eſt ipſo iure ſententia ab hæretico lata, etiam ſi ſit lata inter ignorantes, vt vltra Doctor. ſupra citatos, ſcribit *Card. in d. cap. ſi aduerſus nu.* 4. *verſ. nota, Calder. in tract. de hæret. in rubr. de poenis ſub num.* 2. & *in* §. *quæ poena num.* 14. *Decian. lib.* 5. *cap.* 43. *num.* 3. & *cap.* 51. *num.* 79.
10 Deducitur Tertio quod neque poſſũt eſſe Arbitri, vel Arbitratores, ex quo arbitria ſunt ad inſtar iudiciorum redacta, vt pluribus probat *Io. Baptiſta de Sancto Seueri. in tract. de arbitr. lib.* 4. *cap.* 9. *Roias ſing.* 20.
11 Deducitur Quarto, neque poſſe aduocationis munere fungi, *d. l. quæ de Samaritis, & d. Aut. credentes* C. *eod. tit. cap. excommunicamus* §. *credentes extr. eod. Bonifac. de Vital. in rubr. de crim. hæreſ. num.* 9. *Carer. de hæres. num.* 151. *Roias ſing.* 105. *Simanc. de Catholic. inſtit. tit.* 46. *num.* 61. *Decian. tract. crim. lib.* 5. *cap.* 43. *num.* 4. & *cap.* 51. *ſub num.* 79. & extat Conſtitutio *Innocentii* 4. quæ incipit *Ad extirpandas Pauli* 4. quæ incipit, *Cum ex Apoſtulatus officio* aliæque plures relatæ per *Peniã pag.* 157

cum

cum ſeq. Cuius rei ea ratio ſolet afferri, quod Aduocati officium eſt honorificũ, & laudabile, *l. Aduocati C. de Aduoc. di. uerſ. iud. l. Sãcimus in princ. C. de Aduoc. diuerſ. iud.*

13 Deducitur Quinto, neque poſſe adipiſci gradum doctoratus, propterea quod Doctoratus eſt dignitas, *cap. quanto vbi Doctor. de Magiſt. l. prouidendum in princip. C. de poſtul. Bart. l. omnes C. de decur. lib. 10. & in l. generaliter §. fin. ff. eod. tit. Abb. in cap. propoſuiſti n. 15. de probat. Alex. conſ. 94. n. 2. lib. 1. Iacob. Rebuff in l. Curialis num. 1. & 2. C. de Decur. Roias ſingul. 105. num. 2.*

14 Deducitur Sexto, Hæreticis, eorumque credentibus, fautoribus, & receptatoribus nullam prorſus fidem adhiberi vſque adeo vt etiãſi publici tabelliones exiſtant, eorũ inſtrumenta nullã prorſus fidem faciant, *d. Auth. credentes, verſ. ſi Tabellio, d. cap. excommunicamus el 1. §. credentes extr. eod. tit. ibique Abb. antiq. nu. 2. Hoſt. nu. 19. Io. Andr. nu. 15. Boieb. nu. 11. Anchar. num. 3. Soccin. nu. 39. verſ Duodecima pœna, & extant eadem* Conſtitutione põtifice ſupra in præcedẽti deductione relatæ. Verſatur ſiqui
15 dem tabellionatus officium circa fidem veritatis, nec poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extitit infidelis, *cap. nulla officia 54. diſt. cap. non poteſt 2. q. 7.*
16 Quod eſt intelligendum de inſtrumentis poſt hæreſim confectis, *Abb. antiq. loco ſupra cit. Petro de Vnſola in praxi notariatus in princ. num. 25. Roias ſingul. 89. n. 2. Sigiſm. Scaccia in tract. de iud. cauſarum ciuil. crim. & haret. cap. 98. num.*
17 19. An autem poſt poenitentiam, & reconciliationẽ ad eccleſiam poſſit notariatus officium exercere, extat non iniucunda conſultatio, *Rimin. iun. conſ. 185. lib. 2.* qui expẽſis vtriuſque partis Argumẽtis tandem concludit pro affirmatiua.
18 Deducitur Septimo, hæreticos, eorumque credentes, & receptatores, fautores, & defenſores repelli etiã a ferendo teſtimonio, *d. Auth. credentes, d. cap. excõmunicamus, §. credentes eod. tit. de haret. c. ſi hæreticus et c. pagani 2. q. 7. l. quoniam multi*
19 *C. eod. tit. de hæretic.* Et hoc tũ quia non eſt credẽdũ eis, qui à ſe fidẽ veritatis ab
20 iecerunt, *d. c. non poteſt 2. q. 7.* tum etiam, quia facultas ferendi teſtimonium eſt generoſæ dignitatis, *cap. praeceptum in fin. 32. q. 5. Archid. in cap. accuſatus, §.*
21 *licet in 1. not. de hæretic. in 6.* Sunt tamen aliqui caſus in quibus hæreticorum teſtimonium ſpeciali quadam ratione admittitur, quos copioſè congerit *Farin. de teſtib. q. 55. n. 221. cum ſeq.* inter quos
22 cum conſtituatur hæreticos repelli à teſtimonio tantũ in Iudicialibus, non autẽ in cõtractibus, vel in teſtamẽtis ex *l. quoniam multi C. de haret.* Ideo nonnulla circa illius *legis* intellectũ ſunt aduertẽda.

Primo ergo animaduerſione dignum videtur, quod text. in d. l. quoniam, plures enumerat hæreticorum ſectas, quibus omnis legitima conuerſatio interdicta eſt, & penitus ab omni, & quocunque teſtimonio ferendo repelluntur, cuiuſmodi ſunt Manichæi, Borbonitæ, Samaritæ, Montaniſtæ, & alii, qui ibi connumerantur. Aliis vero hereticis permittitur, vt poſſint ferre teſtimonium in contractibus, & teſtamentis tantum. cuius diſtinctionis ratio ex eodem textu colligitur, nempe, quia Manicheis, Borbonitis, & aliis in text. enumeratis pro reatus ſimilitudine omnis legitimus actus interdictus eſt, quo fit, vt ego ſuſpice mentem illius textus fuiſſe hæreticis declaratis, ſiue dogmatizantibus interdicere omnem actum, & conuerſationem legitimam. & ſic facultatem ferendi teſtimonium, ſiue in iudicio, ſiue in contractibus, vel teſtamentis. Reliqui verò hæretici, quibus permittit teſtimonia teſtamentaria, & in cõtractibus ſunt illi, qui non profitentur explicitè aliquod dogma declaratũ, ſed ex Argumentis reperiuntur à Iudicio Catholicę Religionis deuiare, iuxta *tex. in l. 3. §. Hæreticorum. C. eod. tit. de hæretic.*

Secundum eſt, quod dignum animaduerſione videtur, quod tex. in *d. l. quoniam*, dum quibuſdam Hęreticis permittit teſtimonium ferre in vltimis voluntatibus, & in contractibus non permittit ſimpliciter, ſed propter cauſam, nempè propter vtilitatem neceſſarii vſus, nè probationum facultas anguſtetur,

ſtetur,quę quidem cauſa reſtringit diſpo
24 ſitionem ad ipſam cauſam, *l. cum pater, §.dulciſsimis,ff.de leg. 2. Aret. conſ. 161. col.3.verſ.moueor primo,Dec.conſ.379.n. 5.verſ.vlterius,& conſ.64.nu.6.* Et propterea caſus in quibus recipiuntur teſtimonia hæreticorum, ſiue iudæorum inter catholicos, ſunt intelligendi quando
25 alii non adſunt teſtes catholici,qui contractui, vel teſtamento intereſſe poſſint, quia tunc vere adeſt neceſsitas,& anguſtatur facultas probationũ,ad quodbene facit tex. in c. in fidei fauorẽ,§.*præſertim de haret.lib.6.& in l.conſenſu,§.ſuper plagii,C.de repud.& in l.non omnes, § à Barbaris,ff.de re milit.& in l.Diuus, verſ. Et ſi aliter veritas, ff. de quæſt.cap.venient,el ſecondo,vbi Doctor. & cap.fin.vbi Abb. in 2.not.extr.de teſtib. Cephal. conſ. 227. num.32.*

26 Tertium eſt animaduerſione digniſsimum, quod in caſibus in quibus teſtes hæretici admittuntur,operantur,vt actus geſtus ſubſiſtat, non autem poſſunt de illo actu teſtificari in iudicio, *Afflict. dec. 234.in fi.poſt Alexan.conſil.35.ad fi. & conſ.78.in fi.lib.1.* & alios, quos allegat.

Porrò cum ab initio cognoſci facile non poſsit, An verſemur in caſu, in quo hæreticorum teſtimonium admittitur, ſi quando probanda ſunt facta, quæ non
27 poſſunt probari,niſi per hæreticos, ideo in praxi vidi quandoque prudentiſsimos iudices in partibus in quibus viget hæreticorum multitudo, decernere remiſſorias, cum facultate recipiendi teſtes etiã hæretica labe infectos, ſaluis tamen exceptionibus ad hoc, vt probationibus factis, & meritis negocii perpenſis poſsit pars ſuas exceptiones producere, & iudex pro ſua prudentia decernere quanta fides ſit eis adhibenda; iuxta text. *in l. 3.in princ.& in §.ideoq.ff.de teſtib.*

28 Deducitur octauo, hæreticos neque poſſe interprætari proceſſus in iudicium productos, vel producendos, ſiue illos de vna in aliam linguam transferre, tum
29 quia iſti interprętes habentur loco teſtium, *l.1.vbi Doct.ff. de ventr. inſpicien.*
30 *Alexan.conſil.179. num.10. lib. 2.* Tum etiam quia in hac interprætatione requiritur veritas, *l.1.§.fin.in fi. ff. de verb. obligat.* quæ veritas in hęretico non reperitur, *cap. hæreticus, & cap. non poteſt. 2.quæſt.7.*

31 Ex quo patet, non eſſe probandam doctrinam *Angel. in Auth. vt præponatur nomen Imperatoris num. 2.* dum inquit, quod dum agitur de interprætatione, ſignificatione litterarum gręcarum, ſeu hebraicarum, vel aliarum ſimilium, ſtatur declarationi vnius, etiam ſi ſit hebræus, & propterea *Alex.conſ.179.ſub n.9.lib.2* dicit dictum Angeli procedere, vel quando hebræus eſt electus de communi partium conſenſu, vel quando nullus alius eſt, qui litteras valeat interprętari iuxta communem doctrinam Bartoli, & aliorũ *in d.l.1.§.fi ff.de verb.oblig.*

32 Deducitur nono, hęreticos non poſſe aſpirare ad aliquam militiam, *l.quicunque §. nullam, l. Manichæos, la prima, ibi militare quoque prohibentur, & l. quæ Samaritis,C.de hæret.Decian. tract. crim. lib.6.c.43.nu.4.in fi.*

33 Deducitur decimo, hæreticos priuari omnibus, & quibuſcumque priuilegiis, ſiue illa competant intuitu Religionis, vt *in l 1.C.eod.tit.* ſiue intuitu Reipublicæ, vt in *Auth. item priuilegium, C. eod.* ſiue contemplatione perſonæ, vt in *l. Curiales,C.eod* vbi ratio aſsignatur, ne videamur hominibus execrandis contumelioſo ambitu immunitatis beneficium præſtitiſſe, & ad idem facit tex *in l fi. C.eod.*

34 Ideo reſcripta etiam ſpecialiter ab hęreticis impetrata, firmitatis robore carent, quia præſumuntur per fraudem extorta, *l.2. vbi gloſ.& Doct. C.de ſum.Trinit.* adeò vt ex eorum manibus arrepta ad Principem caſſanda, & laceranda debeant referri, *l.ſicut, C.de paganis, & ſacrif. eorum, l.fin.ſi contra ius, vel vtil. publi.Florian.in l.1.§.ſed & ſi quis, num.1. ff.ſin.regund.Simanca de cathol.inſtit.tit. 45.num. 44.* Quod procedit etiam ſi in
35 reſcripto ſit derogatum legibus in contrarium facientibus, *Cin. in l. fin. C. ſi contra ius. vel vtil.public. Caſtren.in dicta l.2.num.3.C.de ſacroſan.eccleſ.Brun. de hæret.lib.5. cap. 7.* An autem Inquiſitores hęreticæ prauitatis poſsint ſuper

hac

hac infamia diſpenſare, ac hæreticos honoribus reſtituere, vide *Pentam ad Emer. par. prima, Comment. 4. circa fin. Zanchin, de haret. cap.* 38. *Paul. Ghirland. in tract. de relaxat. carcer. tit. de benefic. & indulg. Princip. quaſt.* 1. & 2. & *in tract. de haretic. quaſt. 6. num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur argumenta opinionis negatiua.*

2 *Contraria opinio refertur, & hareticorum, & fidelium, auctoritatibus abunde probatur.*

3 *Libri hareticorum magis vitandi ſunt, quam priuata colloquia.*

4 *Sicut malis hominibus, ita improbis libris expedit rempub. expurgari.*

5 *Libri hareticorum qua de cauſa ſupprimendi.*

6 *Memoria hareticorum abolenda.*

7 *Libelli famoſi ſupprimuntur, & illorum auctores mortis pana damnantur.*

8 *Bona vel vera reperta in libris hareticorum, aquiparantur confeſſioni veritatis demoniorum.*

9 *Chriſtus Dominus noluit recipere confeſſionem veritatis demoniorum.*

10 *Bonum malo commixtum non dicitur amplius bonum.*

11 *Aliqua bona quare heretici in ſuis libris permiſcent.*

12 *Finis attenditur in rebus.*

13 *Teſtis in parte falſus reiicitur in omnibus etiam veris.*

14 *Vna ratio ſufficit ad ſuſtinendam diſpoſitionem.*

15 *Quod libri hareticorum legantur neq. neceſſitas neq. vtilitas impellit.*

16 *Errans in fide, paratus ab eccleſia corrigi, non eſt hareticus.*

17 *Libri gentilium, & iudeorum quare non prohibeantur.*

18 *Libri continentes falſam doctrinam contra bonos mores reprobandi.*

19 *Libelli contra priuatos conſcripti ſupprimuntur.*

20 *Rablitionem an prohibendi remiſſiue.*

ARGVMENTVM.
An libri hæreticorum ſint abolendi.

CAP. XXI.

SVnt, quibus videatur non eſſe abolendos, in inſraſcriptis potiſſimum argumentis ſuffulti.

Primo, quia multa bona continentur in illis, & iniurum videtur pro-
1 pter aliqua mala priuare ſe bonis: alioqui multorũ patrum ſcripta eſſent antiquanda, eo quod aliquid in iis cõtinetur, quod bonum non eſt. exemplum habemus in *cap.* 2. *de Sum. Trin. & fid. cathol.* vbi quamuis fuerit damnatus tractatus, quẽ Abbas *Ioachim* edidit contra *Petrum Lombardum*, de vnitate, ſeu eſſentia Trinitatis, tamen non fuerunt damnata inſtituta Floreſis monaſterii, quia continebant ſalutarem inſtitutionem, & obſeruantiam regularem.

Secundo, Eccleſia tolerat libros Gẽtilium, Iudeorum, ac etiam veterum hæreticorum, vt *Originis Tertulliani, Euſebii, Pelagii*, ergo deberet etiam tolerare libros hæreticorum recentiorum, cum nulla vigeat diuerſitatis ratio *l. illud ff. ad l. Aquil cum vulgaribus.*

Tertio, Argumentum deſumunt ex teſtimoniis quorundam veterum patrum: nam Dionyſius, (vt ſcribit *Euſebius lib.* 7. *hiſtor. c.* 6. & *Nicephorſ. lib.* 6. *c.* 8. & 9. cum reprehenderetur, quod libros hæreticorum legeret, reſpondit, ſe viſionẽ habuiſſe, qua ſibi dicebatur, lege omnia, quæ in manus tuas veniũt, valebis enim ad omnia reſpõdere, & reprobare. *Hieronym. in Epiſt. ad Alexandrum minerium*, inquit, ſe legere libros hæreticorum, vt bona inde excipiat: etiam ſi ſciat aliquos propterea de ſe murmurare.

2 Quibus nihilominus parum obſtantibus, dicendum eſt, hæreticorum libros eſſe omnino abolendos, & obliterandos, idque probatur.

1 Primo ex antiqua, & perpetua con-
ſuetudine, non ſolum Chriſtianorum, ſed
etiam Ethnicorum. Siquidem Vlpianus
in l. 4. §. tantundem, ff. famil. herciſcund.
apertiſſimis verbis aſſerit, libros impro-
batæ lectionis protinus eſſe corrūpēdos,
Eos etiam aſſimilat malis medicamentis
pro quibus iudex officium ſuum interpo-
nere non debet, *Paulus* etiam *libr. 5. re-
ceptarum ſent. tit. ad l. Cornel. de Sicar.*
libros inquit, magicæ artis apud ſe nemi
nem habere licet, ac penes quoſcumque
reperti ſint, bonis ademptis ambuſtiſque
his publicæ in inſulam deportentur. *Pla-
to* Poetarum libros, qui de Dijs ſuis pa-
rum religioſe loqui videbantur, repu-
2 diandos, & extirpando cenſuit, *lib. 7. de
leg. Valerius Maximus lib. 1. cap.* 1. ſcri-
bit, quod cum Romæ reperti fuiſſet libri
quidam, qui nonnihil videbantur ſolue-
re Religionem, Prætor Vrbanus ex au-
ctoritate Senatus in cōſpectu populi eos
cremauit.

Tullius libr. 1. de natur. Deorum refert *Prothagoram Alderitem*, quod libros noxios Religioni ſcripſiſſet, Athenienſium iuſſu Vrbe, atque agro exterminatum, libroſque eius in concione combuſtos.

Liuius quoque libr. 39. refert negotiū Magiſtratibus pluries datum, vt vaticinos libros conquirerent, comburerentque, & libr. 25. Senatuſconſultum refert fuiſſe recitatum, vt quicunque libros vaticinos, præcationesque, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, eos libros omnes, litteraſque ad ſe deferret.

Impius etiam *Antiochus* putans libros veteris teſtamenti ſuæ Religioni noxios, edicto poenali eos prohibuit, *Machab. lib. 1. cap. 1.* Et eadem impietate ductus *Diocletianus* edixit, vt ſacra omnia volumina igne cremarentur, *Euſeb. lib. 8. cap. 2. Nicephor. lib. 7. cap. 3.*

Sed vt ab Ethnicis recedamus, perpetuum in Eccleſia Dei hunc morem fuiſſe, conſtat ex eo, quod etiam Apoſtolorum tempore multos ab Apoſtolis conuerſos, libros curioſos, & varios contulerunt, & combuſſerunt coram, omnibus *Actum cap. 19.*

Clemens etiam *lib. 1. conſtit. Apoſt. cap. 7.* ſcribit Apoſtolos prohibuiſſe fidelibus libros Gentilium, & Prophetarū. Et conſequente tempore *Concil. Nicenum* libros *Arrii* igni adiudicauit, *Niceph. lib. 8. cap. 18.* nec diu poſtea Epheſinum damnauit libros Neſtorii, *l. damnato C. de haret.* & Calcedonenſe damnauit libros Euticbetis, *l. quicunque §. nulli, & §. omnes C. eod. tit.* Et denique vt coetera breuitatis gratia mittantur, *Concil. Tridentinum ſeſſ. 4.* Indicem librorum fieri iuſſit, vt omnes ſcirent qui libri cauendi eſſent, & igni tradendi.

3 Secundo libros hæreticorum eſſe abo
lendos probatur ratione, Si enim collo.
quia cum *hæreticis ſunt vitanda*, *Paul. ad titum c. 3. hæreticorum hominem de vita. multo magis vitandi ſunt libri.*

Conſequentia probatur, quia oratio in libris ſcripta eſt magis ornata, & artificij plena, quā in priuatis colloquiis vſurpetur. Deinde eſt ſemper ad manus, ac peruolat per orbem, adeo vt vno eodemque contextu multorum domos, & cubilia penetret, multorumque aures impleat quos nuſquam vidit, & ad quos Auctor forte nuſquā admittetetur. Sic *Vuiclephus* viua voce in Anglia, vbi tantum docuit, pauciſſimos peruertit, & pene nullos erroris ſui reliquit hæredes, at per libros vniuerſam Bohemiam infecit, vt Cocleus ſcribit in hiſtoria Vſſitarum.

4 Tertio ſi expedit Rempublicam malis
hominibus expurgari, vt illa pace, tran
quillitate letetur, *l. congruit ff. de offic. Præſid.* eo magis expedit expurgari improbis libris qui ſunt magis apti ad diſſēntiones, & tumultus excitandos.

5 Quarto libri hęreticorū ſupprimuntur
non ſolum propter falſam doctrinam quæ in eis cōtinetur. ſed etiam ne remaneāt facinoroſę peruerſitatis veſtigia, ſed flammis combuſta depereant, *l. damnato §. nec vero C. de haret. & in l. quicunque §. omnes vero. C. eod. tit.* Hinc videmus nomina, atque inſignia hæreticorum in lapidibus, vel alibi ſculpta abrādi, & aboleri, *Albert. de haret. q. 12. n. 12. Pena ad Director. p. 2. Cōm. 4. col. 3. verſ. Ex his amplius* At memoria præſertim ex libris cōſeruatur ergo. Corroboratur ex trad. per

Bald.

Bald. per illum *text. in l. cum filius* 78.
§. repetendorum ff. de leg. 2. vbi damna-
ta memoria defuncti, teſtamentum eius
declaratur nullum.

Quinto, quia hæretici, cum veritatem
impugnent, ex ipſorum lucubrationis
nonniſi imperiti vulgi plauſus expetunt,
ideo iuſtum, & rationabile eſt, vt per li.
brorum ſuppreſſionem hac inani gloria
priuentur.

7 Demum, libelli in iniuriam priuati ho
minis conſcripti ſupprimuntur, & eorũ
Auctores capitali poena coercentur, *l.
vnica, C. de famoſ. libell. l. lex Cornelia,
§. ſi quis librum, ff. de iniur. l. ob carmen,
ff. de teſtib. l. cum leges, §. is cui, & l. fin.
ff. de teſtam. Clar. in §. fin. verſ. libelli fa-
moſi,* Ergo multo magis ſupprimi debent
& comburi libri ſcripti in contumeliam
Chriſti, & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ.

8 His ita ſtantibus Argumentis in con.
trarium allatis, reſpondetur. Non obſtat
primum, licet enim in libris hæreticorũ
legi videantur aliqua bona, vel vera, illa
tamen æquiparantur confeſſioni verita-
tis Dęmoniorum, vt inquit D. *Auguſt.*
9 *contra Fauſt. lib.* 13 *cap.* 15. nobis rela-
tus *in Can. ſi quid veri* 37. *diſtin.* quam
quidem confeſſionem Chriſtus recipere
noluit, *Luc.* 4. vbi diabolum confitentem.
illum eſſe Dei filium, loqui prohibuit. liẽ
Paul. dũ Diabolus fatetur Apoſtolos eſ-
ſe ſeruos Dei excelſi, qui annunciabant
hominibus ſalutem, tacere iuſſit, *Actuũ
cap.* 16.

Pręterea vera, vel bona ab hęreticis di
cta, nec ſunt ſimpliciter bona, nec ſim-
pliciter vera, ſed falſis, & malis permix.
ta, adeo vt propter commiſtionem iure
reprobentur, exemplo falſæ monetę quę
quamuis contineat aliquid boni, quia
tamen continet etiam malum, reproba-
tur, *l.* 1. & 2. *c. de falſa moneta, l. elegan*
10 *ter §. qui reprobatos, ff. de pignor. act.* bo-
num enim commiſtum non dicitur am-
plius bonum, ſed conſtituit ſpeciem à
bono ſeparata, margumento *l. adeo §. cum
quis ff. de acquir. rer. domin. §. cum ex a-
liena materia inſtitut. de rer. diuiſ.* vbi vi-
num, & mel ſimul commixta non dici-
tur amplius ſimpliciter vinũ, neque ſim
pliciter mel, ſed tertia ſpecies a ſimplici.
bus ſeparata, non ergo poteſt dici ali.
quid boni in libris hæreticorum continc-
ti. Rurſum finis, propter quem hæreti.
11 ci aliquid boni & veri in eius libris per-
miſcent, nihil aliud eſt niſi ad hoc vt faci
lius veleant legentibus falſa propinari,
Beda apud Marcum cap. 1. *& in Actis
Apoſtolorum cap.* 16. *D. Chryſoſtom. in
Matth. homil.* 47. *Turrecrem. in cap.
Sancta Romana* 15. *diſt. Catar. in ſpe-
cul. hæret. conſid.* 10. *Brun. de hæret. lib.* 6.
Vnde verſus.

Impia ſub dulci melle venena latent.

Ergo nullatenus poteſt dici bonum, vel
verũ, quod eſt ordinatum ad ſuadendũ
malum, & falſum; quia, finis eſt ille, qui
12 in rebus attenditur, *l. receptum, ff. com-
mun. l. cum furioſus ff. de iudic. l. non in-
telligitur, § quando autem, ff. de iure fiſci,
§. ſufficit, Inſtitut. de Ingen.* Et hæc eſt
ratio, ob quam Viri Sancti exiſtimant
Chriſtum prohibuiſſe Diabolo, ne fate-
retur veritatem, *Lucæ cap.* 24. Addo ex
humani iuris diſpoſitione, iuſtiſſime li-
bros hæreticorum aboleri, etiamſi in ali-
quibus vera contineant: Et enim cum
vt plurimum contineant falſa, & impia,
iuſtum eſt, vt aboleantur in totum, quia
teſtis in parte falſus reiicitur in omnibus
13 neque fidem meretur quo ad vera,
Bald. in l. fin. num. 18. *C. de edict. Diui
Adrian. Innoc. in cap. Fraternitatis nu.
primo poſt med. verſ.* Dicimus *tamen, ibi-
que Hoſtien. num.* 6. *Anan. num.* 4. *Fe-
lin. nu.* 21. *de hæret.* Alex. *conſ.* 27. *n.* 3.
lib. 2. *vbi de communi Pariſ. conſ.* 74. *nu.*
21. *lib.* 1. *late Farinac. de teſtib. q.* 67. *n.*
14 111. Accedit quod ratio propter quam
hæreticorum libri damnãtur, non eſt tan.
tum falſitas doctrinę, ſed etiam vt ipſo-
rum memoria pereat, & careant inanis
gloriæ dulcendine, vt dictum eſt ſupra
3. & 4. Argumento, pro confirmatione
concluſionis, ideoque etiam ſi in veris
ceſſaret ratio falſæ doctrinæ, prout
non ceſſare ſupra oſtenſum eſt, non
neſſarent vtique aliæ rationes, quæ
ſufficiunt ad hoc, vt remanere debeat
eadem diſpoſitio, *l. liberorum, §. primo,
ff. de his qui not. Infamis, l. ſi vero*

lex ff. de hæred. Inſtit. l. ſi quis ad exhibendum ff. de except. rei iud. §. in bonis, vbi Bart. & Alber. ff. de priuil. cred. §. Affinitatis inſt. de nupt. Silu. conſil. 25. num. 29. lib primo Cæphal. conſil. 151. numero 27. lib. 2. Sarnen. in regul. de Infir. quæſt. 21.

15 Et demum quia eccleſia ad permittendum libros hæreticorum, duci deberet vel propter neceſſitatem, vel propter vtilitatem, *l. in nouis vbi Bart. & reliqui ff. de legib.* At nulla adeſt neceſſitas, neque vtilitas, Ergo.

Minor quo ad neceſſitatem patet, quo vero ad vtilitatem probatur, quia nihil eſt tam bene ab hæreticis dictum, quod elegantius a pluribus catholicis non ſit ſcriptum. prophetauit enim *Balaam* de aduentu Meſſiæ, *num. 24.* ſed multo melius, & apertius prædixerunt illum alii Prophetę. Prophetauit *Caiphas Chriſtum* pro omnium ſalute moriturum, hoc idem, & melius Prophetauerunt *Dauid Iſaias*, & coeteri omnes, ergo nulla eſt cauſa, cur propter aliqua bona permittenda ſint opera hęreticorum cum periculo ſummi mali.

Non obſtat *text in c. 2. de ſum. Trin.* quia ibi non fuit damnatus Auctor, propterea quod vt dicitur in *§. fin.* ipſe ſemper eam fidem tenere profeſſus eſt, quam profitetur Sācta Romana eccleſia

16 à qua paratum ſe exibuit corrigi, & ideo non potuit Auctor tanquam hæreticus reprobari, quamuis errauerit in fide *Can. aperte 24. q. 1. hæc eſt 1. q. 3. Hoſtien. in d. c damnato num. 18. Abb. antiq. num. 3. Imol. num. 14. Card. num. 6. Butr. num. 27. & 28. & iterum Imol. num. 14. in rubr. extr. de ſum. Trin. nu. 11. q. 10.* ſed fuit tantum damnatus libellus, ſeu tractatus, & ideo cum Auctoris perſona non fuerit in fide ſuſpecta, merito ab vno tractatu damnato, non infertur ad alium, *vulg. l. Papinianus ff. de minor.* Nec ad rem facit exemplum aliquorum Patrum, qui in eorum libris in aliquo errarunt, licet enim illa ſint errata, non tamē ſunt apta nocere, eo quia nō habēt pertinaciā, ſed habēt animi promptitudinem ad ſe corrigendum, quotiens aliter fuerit ab eccleſia determinatum.

Hæretici autem, quoniam habent mentem Chriſtianæ veritati repugnantem, nec corrigi ſunt parati, merito in illis eccleſia conſueuit quidem corrigere, ſed perſonas illeſas conſeruare, in iſtis autem errores ſimul cum perſonis damnare. Vnde *in cap. 2. in princ. & §. fin.* error Abbatis *Ioachini* corrigitur, *Almarici* vero errores propter eius pertinaciā ſimul cum perſona damnati ſunt. Minus

17 obſtat Secundum Argumentum, libri gentilium, & Iudęorum catholicæ puritati non obſunt, qui enim fidem Chriſti non ementiuntur, vt ſunt gentiles, non facile homines ad falſum dogma ſollicitant, nec poſſunt per vmbram Sanctitatis hominum decipere ſimplicitatem. Atqui varia inſtituti boni indumenta ef fingunt, cum ſint poſtea diſciplinis ſalutis contrarii, iſti facile operari poſſunt abominationem, *cap. 1. 96. diſt. c. nemo 83. diſt.* Nec refert, quod eccleſia tolleret etiā libros Origenis, & aliorum quorumdam hæreticorum, hoc enim fit quoniam ex illis magis refutantur eorum errores, nā ex eorundē antecedētibus ſcriptis ſequentia errata deteguntur. Demum non obſtat tertiū, quia illi Patres libros hæreticorū legebāt ad eos cōfutādos, tāquā viri ſapiētia, & vitæ ſāctimonia præſtātes, prout etiā hodie cōceditur epiſcopis, aliiſq. multis doctis viris, vt improbaros libros ad corrigendum, ſeu reprobandum habeant, & legant.

Sit ergo firma concluſio, libros hæreticorum ex communi omnium conſenſu ex ſacris litteris, & ex multiplici ratione eſſe prorſus ſupprimendos & abolendos Quæ quidē concluſio extenditur, vt procedat, ſiue libri cōtineāt falſam doctrinā

18 aduerſus Religionem, ſiue contra mores, nam & iſtos etiam à Republica eſſe eliminandos docet *Ariſt. 7. polit. cap. vlt.* Vnde *idem in poet. c. 1.* tacite reprehendit hermogenem, & Nicocharem, propterea quod hominum corruptos mores carmine expreſſiſſent. *Et Scaliger. lib. 3. poet. c. 126.* quæ vel vmbram (inquit) præ ſe ferunt obſcenitatis abs te ſcribi, neque ab aliis ſcripta legi iubeo, quid enim ſis, aliud,

aliud, quam is, cuius lectione delectaris. & in appendice, genus, ait, Epigrammatis, in quo foeditas ineſt, hoc non ſolum à Republica Platonis, ſed toto orbe terrarum, & ipſum, & eius Auctores exulare iubeo.

19 Et quidem iure merito, ſi enim libelli in iniuriam priuati Hominis conſcripti ſupprimuntur, & Auctores variis poenis damnãtur, *l. ob carmen, ff. de teſtib. l. vnic. C. de famoſ. libell. l. lex Cornelio, l. ſi quis librum, ff. de iniur. l. cum leges, §. is cui, & l. fin. ff. de teſtam.* Equidem multo magis ſupprimi debent libri conſcripti in iniuriam, & contumeliam Reipublicæ. & hęc quo ad primam quæſtionem.

20 An autem hæc eadem concluſio ſit admittenda in libris Hebræorum Rabinorum conſulas *Port. Imol. conſ.* 4. vbi plena conſultatione de hoc dixerit.

SVMMARIVM.

1 *Principes ſeculare poſſunt abolere libros hæreticorum, quorum hæreſis eſt ab eccleſia damnata.*
2 *Item libros Reipub. ſtatui præiudiciantes.*
3 *Princeps ſecularis libros velus hæreticos, hæreſi per eccleſiam adhuc non damnata, abolere non poteſt.*

ARGVMENTVM.

An abolitio librorum hæreticorum, vel alias improbatæ lectionis Auctorum, poſſit, & debeat neceſſario fieri per eccleſiam, an etiam fieri poſſit à Principe laico.

CAP. XXII.

PRopoſita quæſtio, vt ex omnibus ſuis partibus explicetur, duos caſus cõſiderati oportet.
1 Primus, quando hæreſis eſt iam detecta, & damnata, vt ſunt hæreſes *Arrii, Neſtorii, Caluini, Lutheri, Zuingli,* & aliorum, & tunc librorum prohibitio, & abolitio fieri poteſt, & laudabiliter fit, non ſolum ab eccleſia, ſed etiam à ſecularibus principibus, ita me docet *text. in l. damnato §. nec vero impios libros C. de hæret.* vbi Theodoſ. & Valen. Imperatores Nec vero, inquiunt, libros nephandi, & ſacrilegi Neſtorii aduerſus venerabilem Orthodoxorum ſectam. decretaque Sanctiſſimi coetus Antiſtitum Epheſi habiti ſcriptos habere, aut legere, aut deſcribere quiſquam audeat, quos diligenti ſtudio conquiri, ac publice comburi decernimus. Concinit, & *l. quicunque, §. nulli etiam C. eod. tit.* vbi Valenſ. & Marcianus Cæſares Euthichetis, & Apollinaris profanam peruerſitatem inſectantes, nulli etiam inquiunt, contra venerabilem Calcedonenſem Synodum liceat aliquid vel dictare, vel ſcribere, vel ædere, atq. emittere, vel ſcripta ſuper eadem re proferre. Nemo huiuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorum audeat monumenta ſeruare. & paulo poſt, omnes vero huiuſmodi carthæ, ac libri, qui funeſtum Euthichetis, & Appollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur, quarum legum meminerunt *Euagr. Hiſtor. lib. 1. cap. 2. Socrat. lib. 1. cap 6.*

2 Secundus eſt caſus, quando hæreſis non eſt ad huc detecta, & tunc aut princeps ſecularis vult damnare libros tanquam continentes doctrinam contra publicum Reipublicæ bonum, veluti quia ſtatus ſecreta produnt, vel ſeditionis præcepta continent, & in tali etiam caſu poteſt Princeps tales libros ab eius Republica elimare, non ſecus ac improbos & ſeditioſos homines repellere, *l. congruit ff. de offic. Præſid.* quod tempeſtate noſtra à laicis principibus non ſemel factũ vidimus.

3 Aut vult illos damnare tanquam continentes hæreſes ab eccleſia ad huc non damnatas, & hoc facere nullatenus poterit, propterea quod eſſet proferre iudicium de hæreſi, quod eſt mere eccleſiaſticum *c. vt Inquiſitionis § prohibentes de hæretic. lib. 6.*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Auctore damnato libri quoque damnati cenſentur.*

2 *Tabellione de hæreſi damnato, inſtrumenta per eum confecta nullius momenti cenſentur.*

3 Rege aboli*to etiam leges, & ſtatuta abolita cenſentur.*

4 *Auctore, damnato libri damnati cenſentur etiam ſi ſint boni.*

5 Cardinalis opinio *reprobatur.*

6 *Libri auctoris damnati, reprobantur etiam ſi non ſit impreſſi.*

7 *Item etiam ſi circumferantur ſub nomine viri catholici.*

8 *Item quamuis conſcripti ſint antequam auctor damnaretur.*

9 *Libri hæreticorum an poſſint allegari tanquam rationabiles.*

10 *Valet auctoritas auctoris hæretici ad conuincendum errores hæreticorum.*

11 *Ad fidei veritatem elucidandam, vel ad conuincendum abuſum catholicorum, licet vti auctoritate auctoris hæretici.*

12 *In materia indifferenti an liceat allegare libros hæreticorum.*

14 *Hæretici liber ſpecialiter permiſſus ab eccleſia, poteſt impune legi.*

ARGVMENTVM.

Qui Libri debeant cenſeri damnati.

CAP. XXIII.

REgulæ ſunt conſtitutę in fronte Indicis librorum prohibitorum, Primũ ex præcepro *Sacri Concilii Trid.* deinde vero auctoritate fel. re. *Clementis Papæ VIII. adiect.* ex quibus facillime cognoſci pōt quinam libri tanquã reprobati ſint vitandi, verũ quia quæ ibi traduntur ſpectant ad eos tantum, qui typis tunc dati erant, ideo ad faciliorem
1 cognitionem. Regulam conſtituas, quod Auctore damnato, libri quoque eius damnati cenſentur, ita docent *Doct. in cap. Fraternitatis, extra de hæretic.* vbi præſertim *Hoſtien. num. primo, Innoc. & Butr. num. 2. Abb. num. 1. Soccin. num. 1. & 3. Anan. num. 3.* & iterum, *Hoſtien. in cap. 2. num. 17. & ibi Butr. num. 31. de ſum. Trin. Socc. num. 1. verſ. vel ſic. Anan. ante num. 1. Albert. de hæret. q. 12. num. 13. Penia in direct. par. 2. Comm. 3. verſ. Primum damnato.*

Probatur autem hæc regula, primum in *cap. Fraternitatis, extra de hæret.* dum inquit, cũ Cæleſtinus, atque Pelagius in Epheſina ſynodo ſint damnati, nõ potuerunt illa Capitula recipi, quorum damnatur Auctores.

2 Secundo probatur *in Auth. credentes in fin. & in cap. excommunicamus 13. §. credentes, verſ. ſi Tabellio eod. tit. de hæret.* in quibus locis damnato Tabellione de hæreſi, inſtrumenta confecta per ipſum, nullius ſunt momenti, ſed cum Auctore damnato damnantur, & ibi hoc not. *gloſ. in verb. damnentur.*

3 Tertio probatur *in Can. nullus 3. q. 4.* vbi Auctore anathematizato eius dictis fides adimitur.

4 Quarto in Can. *Sancta Romana §. ite origines, & §. hæc omnia, verſ. Atque cum auctoribus ſuis 15. diſt.*

5 Quinto *in cap. 2. §. fin. de ſum. Trinit.* ipſum inducendo a contrario ſenſu, ibi enim damnato tractatu, ſeu libello *Ioachini*, ideo non damnatur ſtatuta Florenſis Monaſterii, quia diſciplinam continent regularem, & Auctor ſemper in catholica fide permanſit, ergo ſi Auctor a fide catholica diſceſſiſſet, fuiſſent etiam ſtatuta, & coetera omnia opera damnata, vnde cauendum eſt ab *Abb in d. cap. damnato num. 4. verſ. Et ex hoc*, dum ex illo tex. deſumit, quod damnato auctore, non damnãtur eius opera, quia ex prædictis patet ex textu illo probari contrariũ vt idem *Abb.* adnotauit *in d. cap. Fraternitatis n. 1. de hæretic.*

6 Sexto probatur a ſimili, quia abolito

Rege

Rege tamquam Tyranno, cenſentur etiam abolitæ eius leges, & ſtatuta, *Bald. in cap. tranſlato, vbi Felin. numero 1. de conſtitut.*

Ampliatur hæc Concluſio, vt pro-
4 cedat, ſiue libri ſint boni, ſiue ſint mali, quia auctore damnato ſemper libri intelliguntur damnati, niſi ſint expreſſe approbati, *Hoſtien. in dicto cap. damnato, num. 14. Butr. in cap. Fraternitatis ſub num. 3. verſ. Solutio, gloſ. in cap. Fraternitatis, ver. Celeſtinus, verſ. ſed verum eſt, de hæretic.* Licet enim in tali caſu non militet ratio falſæ doctrinæ, tamen militant aliæ rationes in principio huius Concluſionis adductæ, quæ operantur eandem diſpoſitionem in iuribus ibi allegatis.

Præterea quando defectus eſt in Auctore, tunc etiam ſi opera ſint bona, tamen non admittuntur, niſi per Eccleſiam reperiantur expreſſe probatæ, *cap. Eccleſia ſancta Maria, vbi late Doct. de conſtit. ca. 1. 96. diſt. cap. vt animarum de hæret. lib. 6.*

Et ideo cum in caſu noſtro cũ defectus ſupponatur in Auctore, vtique quamuis opera bona ſint, cenſentur ſemper ſimul cum auctore damnata, niſi ſpecialiter
5 ſint probata. Et licet contrariũ teneant *Card. in d. c. damnamus ſub nu. 6. verſ. vigeſima nota. Imol nu. 12.* tamen ex prædictis conſtat opinionem *Hoſt. & Butrii eſſe veriorem.*

6 Ampliatur ſecundo, vt procedat, ſiue libri circumferantur impreſsi, ſiue manuſcripti, vt rectè probat text. *in cap. nouiter, de ſent. excom.* quatenus ibi excommunicantur Scriptores ſtatutorum hæreticorum, item quia eadem in vtriſque militat ratio, & propterea eadem debet eſſe diſpoſitio, *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. à Titio, ff. de verb. oblig.* Et hanc opinionẽ vti veram profitentur, *Vgolin. de cenſur. par. 2. gloſ. verb. ac eorumdem libros, verſ. Quarto in excommunicationem incidunt, Thom. Sanch. ad præcepta Decalogi lib. 2. cap. 10. num. 28. Farinace. poſt hac ſcripta viſus in tract. de hæreſi q. 180. nu. 30.*

7 Tertio ampliatur etiamſi circumferantur ſub nomine viri catholici, aut ſancti, quia hoc non obſtante ſunt abolendi, *Can. 1. 16. diſt.* vbi Canones ab hæretici s ſub nomine Apoſtolorum conſcripti, quamuis aliqua vtilia contineant, tamen fuerunt damnati.

8 Quarto ampliatur, vt procedat non ſolum in libris iam ſcriptis tempore quo Auctor damnatur, ſed etiam in quibuslibet aliis, ſiue ante, ſiue poſt damnationẽ editis, *Butr. in d. cap. damnamus ſub nu. 3. verſ. ſolue, Penia in direct. par. 2. Comment. 3. verbo Monendi tamen, verſ. iam illud.* Et quidem iure merito, quia videmus, quod Auctore damnato, damnatur etiam teſtamentum, ſiue ante, ſiue poſt damnationem confectum, *l. cum filius, §. repetendorum, vbi Bal ff. de leg. 2.*

9 Hæc eadem Concluſio declaratur primo, vt Auctore damnato, cenſeantur damnati libri quoad hoc, vt non valeant allegari tanquam auctorizabiles, non autem tanquam rationabiles, nempe, vt ipſorum teſtimonium nullam in iudiciis habeat auctoritatem, ſed poſsint recipi vti rationabiles, & ſi quando boni ſint poſsint allegari tanquam rationes, ita cenſuerunt *Hoſt. in d. cap. damnato nu. 20. Io. Andr. num. 44. in fin. Card. ſub num. 5. in 20. not. Imol. num. 12. Butr. num. 31. Abb. num. 5. Albert. de hæret. q. 12. num. 13. Alphonſ. de Caſtr. lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 17. verſ. Quidam forte dicent.*

Contrarium cenſuit *Penia ad direct. Inquiſ. par. 2. Comment. 3. verſ. denique præfatum axioma.*

Mihi quidem pro faciliori totius materiæ explicatione nonnulli videntur conſiderandi caſus.

10 Primus, ſi forte agatur ad conuincendos errores hæreticorum, ſeu Gentilium vel aliorum, & in hoc quidem caſu hæreticorum auctoritatem aliquid valere aperte deſumitur ex *Can. ſi quid. veri 37. diſt. vbi d. Auguſt. inquit, ſi quid veri de Deo Sibillæ, vel Orpheus, aliique gentium Vates, aut Philoſophi prædixiſſe videntur, valet quidem aliquid ad Paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad iſtorum auctoritatem amplectendam, & in Can. legimus ead. diſt.* vbi inquit, *legimus aliqua ne negligantur, legimus*

mus ne ignoremus,legimus non vt tenea-
mus ſed vt repudiemus,& ibi *glo.* exempli·
ficat in ſcripturis hæreticorum *Hoſt. in*
d. cap. damnamus n. 21. verſ. ſi autem
de ſum. Trin. vbi ad hoc etiam allegat
Innoc. *in cap. Inter de purg. Can.* quam.
uis illum in libro meo non reperiam.

11 Secundus eſt caſus, ſi agitur de con-
uincendo abuſu catholicorum, vel de
fidei veritate elucidanda,& in hoc etiam
caſu licet hæreticorũ, & gentiliũ exẽplis
vti,prout vtitur ſummus Pontifex in *Can.*
ſubmittitur §. *quod non ſolum a Catholi-*
cis 21. *diſt. & in Can. Sacerdotibus* 13. *q.*
2. *vbi D. Gregor.* ad conuincendum ab-
uſum Catholicorum Principum, qui Sa-
cerdotes non honorabant, inquit,
quippe Pagani in Republ. Principes fuerũt
& verum Deum *neſcientes*, Deos *ligneos*,
& lapideos colebant, & tamen eorum Sa-
cerdotibus bonorem maximum tribuebant.
& rurſum, Quid mirum, ait, ſi Chriſtia-
nus Imperator veri Dei *Sacerdotes digne-*
tur honorare, dum pagani Principes hono-
rem impendere Sacerdotibus nouerunt,
qui Diis ligneis, in lapideis ſeruiebant, &
ſimile habetur in *Can. queſta, & Can.*
non æſtimemus 13. *q.* 2. hoc etiam fulci-
tur auctoritate D.*Pauli*, quem ſuis ſcrip
tis aliquot verſus Poetarum indidiſſe,
conſtat ex *Can. turbat in fin.* 37. *diſt. vbi*
gloſ. loca deſignat, & hoc etiam voluit
Hoſt. in d. cap. damnato nu. 21. *de ſumm.*
Trinit.

12 Tertius eſt caſus, quando agitur de
re indifferenti probanda, quę conuinci
poteſt, ex ratione in libris Hæreticorum
adducta, & hic eſt verè caſus, dę quo lo-
quuntur, *Doct. in d. c. damnamus*, nempè
quod liceat allegare dictum vti rationa-
bile, non vti authorizabile,nempe allega
re rationem, vti illa in ſua rationabilita-
te conſiſtit, non autem vti recipit vim,
aut robur ab auctore:& ratio eſt,quia ve
ritas ſemper eſt eadem, nec immutatur
ex eo,quod eam quandoq; hæreticus fa-
teatur.Hoc autem ſub illo temperamen-
to accipiendum eſt, vt quoties dictum
hæretici non allegatur ad hæreticorum
perfidiam, uel Catholicorum abuſum
conuicen,ſed allegatur tantum in termi-
nis de quibus agitur,uidelicet in re indif
ferenti, uti dictum rationabile, tunc
ſemper reticeatur nomen Auctoris, ut
benè probat text. in *Can. turbat.* 37. *diſt.*
13 ibi, *ſi qua vtilia in illis inueniuntur, quaſi*
ſua deſumantur, & in *l. damnato C. de*
baret. ibi, *ita vt nemo in Religionis diſpu-*
tatione aliquam ſupradicti nominis faciat
mentionem & in *c. Epiſcopus eod. tit. de bæ-*
ret. Vnde laudandus eſt mos,ut ſi qu an-
do libri damnati Auctoris uideantur vti
les Reipublicæ typis mandentur, ſub
nomine alterius probati Auctoris, vt
bonum remaneat tanquàm à manibus in
iuſti poſſeſſoris recuperatum. In quam
rem maximè facit exemplum memorabi
le apud *Gell. lib.* 18. *c.* 3. *ex Exchine in o-*
ratione ad Timarchum, vbi cum populus
Lacedemonius de ſumma Reipublicæ,
quidnam eſſet vtile, & honeſtum delibe-
raret, & vir quiſpiam improbatiſſimus,
& turpitudinæ priſtinæ uitæ diffamatiſ-
ſimus, conſilium dediſſet probatiſſimũ,
turpi auctore mutato conſilium tamen
ſequutus eſt,Quam etiã retulit *Plutarch.*
tum in Apotegmatibus,tum etiam in libro
de *Ciuili Inſtitutione*, & ex noſtris
meminere *Simanca de cathol. Inſtit. tit...*
num. 22. *Brun. de baret. lib.* 6. *cap.* 6. *Tira-*
quell. de legib. connub. l. 11. *num.* 6. & hæc
quò ad primam limitationem.

14 Secundo principalis Concluſio limi-
tatur, ne procedat, quando damnato Au
ctore libri eius ſpecialiter concederen-
tur, *gloſ. in d. c. fraternitatis verb. Caleſti-*
nus ad fin. de baret.

Ad hanc autem opinionem proban-
dam induci ſolet text. *in d. c. damnamus*
de ſumm. Trinit.

Verum hic text. non meruit adduci,
quia, vt ſæpè ſupra diximus, ibi fuit dam
natus libellus Ioachimi, non autem ipſe
Ioachim, & propterea mirum non eſt, ſi
coetera eius opera permiſſa fuerunt. Re-
ctiùs ergò iſta limitatio probatur per tex.
in *Can Sancta Romana*, §. *Item Origenis*
15. *diſt.* ubi Eccleſia *Origenis* opuſcula *à*
Beato Hieronymo non repudiata ſuſcipit,
& probat. Præterea facto hodie probat
Eccleſia. quæ librum *Henrici octaui An-*
gliæ Regis de ſacramentis quem ſcripſit
aducr.

aduerſus *Lutherum* ad aliorum perfidiam conuincendam, permittit, vt in Indice nuper ædito.

SVMMARIVM.

1 *Recenſentur opiniones Doctorum.*
2 *Penia opinio refertur & commendatur.*
3 *Eadem opinio limitatur.*

ARGVMENTVM.

An habenti libros prohibitos ſufficiat eos comburere, vel lacerare, an vero teneatur tradere Superiori.

CAP. XXIV.

1 Z*Aneh. in tract. de hæretic. cap. 7. ſub num. 7. & Auctor repertorii inquiſ. in verb. libri,* ſentire videntur ſatis eſſe eos comburere, vel lacerare, ea ratione potiſſimum, quod prohibitio tendat ad certum effectum, nempe vt libri ſupprimantur, qui effectus cum æque ſequatur ex laceratione, vel combuſtione, ac ex traditione in manibus Superioris, non eſt curãdũ de modo, *l. vlt. ff. mand. l. ſi mater ff. de cond. Inſtitut. At Locatus in praxi Iud. Inquiſ. verb. libri,* cenſet tutius eſſe illos tradere Superiori, propterea quod traditio clarum oſtendit fidei, & obedientiæ teſtimoniũ,
2 idque etiam affirmat in *addit. ad Zanch. loco cit.* Ceterum *Reuerendiſſimus Penia in addit. ad Emer. par. 2. Commẽt. 3 verſ. præterea,* aſſerit neceſſario defẽdos eſſe Superiori, propterea quod Cõſtitutio *Iulii tertii* quæ incipit *Cum meditatio cordis,* præcipit, quod debeant realiter, & cum effectu inquiſitoribus conſignari, & hanc eandem opinionem probant *Martin. del Rio diſquiſit. Magic. lib. 5. ſect. 17. verſ. ſunt autem tales libri Sanchez ad præcept. Decalog. lib 2. cap. 10. num. 56. Azor. Inſtit. Moral. tom. 1. lib. 8. cap. 16. q. 11. Farinac. de hæreſ. q. 180. num. 40.* Mihi hæc poſterior ſen-
3 tentia verior, & potior videtur ex dicta
Iulii tertii Conſtitutione, eam tamen limitarem in caſu in quo quis bona fide ductus, libros prohibitos incenderit, vel combuſſerit, tunc enim tutum illum exiſtimarem tum in foro fori, tum etiam in foro poli, in quo peccatum ſine uoluntate non contrahitur, *Can. 1. 20. q. 5. Car. ſicut enim 32. q. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Vtile eſt Reip. vt viri doctrina præſtantes libros hæreticorum legere poſſint.*
2 *Card. Bellarminus, & Baronius, item Thomas Dozzius commendantur.*
3 *Epiſcopi non poſſunt dare facultatem legendi libros prohibitos.*
4 *Inquiſitores abſque ſpeciali licentia libros prohibitos legere non poſſunt.*
5 *Albertini opinio declaratur.*

ARGVMENTVM.

An aliquibus ſit concedenda licentia tenendi, & legendi libros prohibitos, & a quibus hæc licentia ſit cõcedenda.

CAP. XXV.

SAnè quantum ad
1 primam quæſt. partem attinet vtiliſſimum eſſe Reipublicæ, quod aliquibus doctrina, & pietate præſtãtibus viris, fiat facultas legendi libros prohibitos, cenſuit *Godofr. in l. damnato C. de hæret. Simanca de Cathol. inſtit. tit. 38. num. 20.*

Vix enim' effici poteſt, ut quamuis diligentia adhibita improbatæ lectionis libri ab aliquibus Euæ filiis, qui Diabolica ſuggeſtione ducti bonum, & malum

ſcire

ſcire deſiderant, ſubdoli non detineantur quo fit vt opus ſit viris morum honeſtate, & diſciplina præditis, per quos improborum Auctorum fallaciç detegantur, & nequitia infringatur. Addo, quod hæretici plurimum maledicendo oblectantur, ac çquum eſt, vt viri adſint, quorum opera quicquid oblectamenti male-
2 dicendo coeperunt, amittant. Suſceperunt olim hoc munus quãplurimi ſcientia, & vitæ Sanctitate præſtantes, quorum meminit *Euſeb. lib. 7. c. 6. Niceph. lib. 6. cap. 8. & 9.* Tempeſtate noſtra in hoc munere plurimi laudabiliter inſudarunt, præſertim vero quo ad diſputationem *Illuſtriſs. Card. Bellarm.* quo ad hiſtoriç veritatem *Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius*, quo vero ad ſigna *Thomas Bozius* Viri tum pietate, tum etiam omni doctrinarũ genere prçclare referti, & hçc quo ad primam quæſtionis partem.

3 Quo vero ad ſecundam, in curia hæc licentia tradi conſueuit per Reuerendiſſimum Sacri Palatii Magiſtrum, qui tamen eam non niſi viris doctrinç ac morum honeſtate pollentibus eam concedere ſolet. Cæterum extra curiam, quicquid antiquitus eſſet conſtitutum, negotium hodie eſt abſolutum ex Conſt. *Pii 4. 123.* quæ incipit, *Cum inter criminna*, per quam huiuſmodi facultas tribuitur tantum. Illuſtriſſimis Cardinalibus Inquiſitoribus in plena Congregatione tantum. Vnde infertur epiſcopos loci ordinarios hodie non poſſe dare licentiam legendi libros prohibitos, *Nauar. conſ. primo q. 36. tit. de conſtit. Penia ad Emer. par. 2. Comment. 3. verſ. nunquid autem, Martin. del Rio diſquiſ. Magic. libr. 5. ſect. 17. verſ. Solis Pontificibus, Petrus Binſfel. in l. culpa, C. de malef. & mathemat. verſ. nec etiam epiſcopi, Azor. Inſt. moral. tom. 1. lib. 8. cap. 16. q. 7. Sanchez ad præcepta* Decalog. *lib. 2. cap. 10. num. 43.*

4 Quinimmò nec ipſi inquiſitores poſſunt libros damnatos legere, niſi eis ab Apoſtolica Sede, ſeu per Sacram Congregationem inquiſitionis eis fiat facultas, ſtante Conſtitutione *Iulii 3.* quç incipit, *cum Meditatio cordis*, quæ expreſſe reuocat omnes, & quaſcunque facultates legendi libros damnatos, conceſſas quibuſuis perſonis cuiuſcunque ſtatus, ordinis, & conditionis, etiamſi Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, vel alia maiori Dignitate eccleſiaſtica, ſeu ſeculari prçheminentia fulgeant: cum qua concordat *Paulus 4. Conſtitutione 49.* quæ incipit *Quia in futurorum euentibus, & idem Pius quartus Conſt. 119.* quæ incipit
5 *Cum pro munere, quod ſuſtinemus.* Ex quibus minus probabilis redditur ſententia, *Albert. de hæret. q. 28. à nu. 4. vſque ad 11*: dum pluribus oſtendere nititur, quod lectio librorũ prohibitorũ non interdicitur abſolute, atq. ideo pro tẽporis neceſſitate, Epiſcopis licere libros hæreticorum legere ad eos redarguendos, hoc .n. hodie bene poteſt procedere in libris adhuc non damnatis, ſecus in illis, qui reprobationis ſententiam meruere.

SVMMARIVM.

1 *Legentes libros ex profeſſo continentes hæreſim, non poſſunt abſolui niſi Papa.*

ARGVMENTVM.

A quibus poſſint abſolui qui libros prohibitos habuerunt.

CAP. XXVI.

1 SI libri continent hæreſim ex profeſſo, cuiuſmodo ſunt opera Caluini, Lutheri, & aliorum huiuſmodi, tenentes eos egent pontificia abſolutione, propterea quod ſunt compræhenſi in Bulla coenæ, cuius cenſurç ſunt papç reſeruate, *Nauar. conſ. 1. quæſt. 35. de conſt. Penia in direct. par. 2. comment. 3. verſ. ad hæc, Graff. deciſ. lib. 4. cap. 18. num. 42.*

Si vero non continent hæreſes ex profeſſo, poſſunt abſolui a quocunque habente

te

Digitized by Google

te poteſtatem abſoluendi a cenſuris, quia incidunt in excommunicationem inflictam in Indice, *Graff. loco cit.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus cuiuſcunque ſucceſſionis eſt incapax.*
2 *Sueceſſio hæretico delata, eſt ipſo iure nulla.*
3 *Etiam ſi deferatur iure militari.*
4 Cuiuſcunque *relicti incapax eſt hæreticus.*
5 *Succeſſio hæretico deferri non poteſt, etiam per viam contractus inter viuos.*
6 *Nec vigore maioratus hæreticus ſucceſſionem habere poteſt.*
7 *Inſtituens hæreticum incidi in excommunicationem.*
Lim. *num.* 8.
9 Cautela *ab aduocatis adhibenda in libello contra inſtituentem hæreticum concipiendo.*
10 *Inſtituens hæreticum quo tempore contrahat excommunicationem.*
11 *Vltima voluntas eſt reuocabilis vſque ad mortem.*
12 *Mortuus non eſt capax cenſuræ.*
13 *Dictio ſaltem eſt ſubſidiaria.*
14 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*
15 *Inſtitutus per inſtitutionem honoratur.*
16 *Hæreticus etiam occultus eſt incapax ſucceſſionis.*
17 *Hæreticus reconciliatus recuperat vtranque teſtamenti factionem. Et quid in admiſſo ad reconciliationem remiſſiue. numero* 18.
19 Legatum *alimentorum hæretico factum valet.*
20 *Alimenta cuilibet incapaci relinqui poſſunt.*
21 *Damnatus ad metallum capax eſt legati alimentorum.*
22 Fiſcus *hæretico in carceribus detento, præſtat alimenta.*
23 Vſusfructus *legatus hæretico, reſoluitur in legatum alimentorum.*
24 Alimenta *relicta ratione vſusfructus, per ſuperuenientem hæreſim non debentur.*
25 *Hæretico alimenta præterita non debentur ſed ſolum præſentia vel futura.*

ARGVMENTVM.

Hæreticus an ſit ſucceſſionis, legati, aut donationis capax.

CAP. XXVII.

1 REgulariter hæreti
cus eſt cuiuſcun-
que ſucceſſionis
incapax, *l. Mani-
cheos, §. primo in
fine, C. de hæretic.
l. Ariani, §. Cun-
ctos, C. eod. tit. l.
quæ de Samaritanis, C. eod. cap. excommu
nicamus, §. credentes, & cap. ſiquis Epiſ-
copus eod. tit. gloſ. in §. legare inſtit. de
legat.* ibique Faber, & ceteri, *Bar. in auth.
de raptor. §. mulier. in princ. collat. 9. Iaſ.
in l. prima, num. 7. ff. de legat.* 1. *Ni-
colaus* Arelat. *de hæret. notab.* 14. *in fine.*
Simanca *de cathol.* Inſt. *tit.* 46. *num.* 56.
cum aliis, quos late referunt, & ſequun-
2 tur, Roias *ſing.* 79. *Decian. in tract.
crim. lib. quinto, capit.* 44. *numero* 17.
Farinac. *de hæreſi quæſt.* 179. *numero* 94.
quibus addendus eſt Menoch. conſil. 186.
numero 14. *Quemada quæſt.* 18. *per tot.*
vnde deducitur primo, quod ſucceſſio de
lata hæretico, eſt nulla ipſo iure, *Faber.
Menoch. Simanca, & alii mox infra
citandi, Vital. in cap. ad noſtram, numero*
8. *de hæret. Roias ſing.* 37. cum aliis per
Decian. loco cit. numero 17. *verſic. &
licet.*
3 Extenditur primo, vt procedat ſiue
ſucceſſio illi deferatur iure communi,
ſiue iure militari, *l. fin. C. de hæret. ibi
que Salicet.* Alber. *Caſer. de hæret. num.*
151. *Tholoſan. ſyntag. iur. lib.* 33. *cap.*
8. *num.* 11. Decian. *& Farinac. locis an-
te cit.*
4 Et ſiue relinquatur iure inſtitutionis,
ſiue iure legati peculiaris, *Fab. in
d. §. legari,* Iudiciale *inquiſ. quæſt.* 17.
Menoch. *conſil.* 185. *num.* 14. *verſ. vn-
decimo, & vltimo, Simanca de* Cathol.
Inſtit. *tit.* 14. *nu.* 124. *Quemada loco cit.*

Nn vbi

vbi refert, ita ſe bis pronunciaſſe, cum eſſet iudex fiſci, & vtramque ſententiam fuiſſe in ſupremo Inquiſitionis Tribunali confirmatam. Et ſiue relinquatur iure directo, ſiue iure fideicommiſſi, *dicta l. Manicheos, vbi Doct. Simanca loco citato. Sanchez ad præcepta* Decalogi *libro ſecundo, cap. 14. ſub num. 32. verſ. Et Simancat.*

5 Et pari ratione, extenditur ſecundo, vt procedat, etiam ſi ſucceſsio deferatur per viam contractus inter viuos, *l. Arriani, §. cunctis*, C. *de haretic. Butrigar. in l. ſi quis*, C. *eod. gloſ. in cap. in eos, verb. Nihil conferant, extra eod. tit. ibique Hoſtien. verbo Conferant; Soccin. nu. 3. Vital. in rubr. de crimin. hæreſis, num. 6. Quemada d. q. 18. Azor. lib. 5. cap. 8. q. 1. & lib. 8. ca. 12. q. 8. Sanchez dicto cap. 14. num. 36.*

6 Extenditur tertio, vt procedat etiam ſi ſucceſsio, aut relictum deferatur vigore maioratus, ſiue primogenituræ, vt eleganter probat *Meres in tract. de maiorat. p. 1. q. 1. n 95. cum ſeq. in priori edit. quem ſequitur Sanch. loco citato, ſub num. 32. circa med.*

7 Extenditur quarto, vt ſi inſtituens hęreticum ſit perſona Eccleſiaſtica incidat in excommunicationem, eiuſque nomē ab albo Sacerdotum deletur, etiamſi perſona inſtituta, ſit ſibi ſanguine cōiuncta, *c. ſi quis epiſc. & c. in eos, de haret.*

8 Quod tamen eſt intelligendum quando relictum ſit hæretico ſcienter, ſecus ſi ignoranter, vt declarant, & recte *Fel. in d. c. ſi quis, in princ. verſ. Et limita, ibique Boich num. 1. verſ. quod verum, Anchar. num. 2. Butr. num. 4. Card. in ſecunda oppoſ. Anan. num. 1. verſ. Et intellige, Soccin. num. 9.*

9 Vnde cauti Aduocati partes erunt, vt ſi quando libellum, vel articulos concipiat contra relinquentem hæretico includat ipſius relinquentis ſcientiam, alias non concludet, quia in tali caſu, ad excludendam delictum ignorantia præſumitur, quouſque probetur ſcientia, vt poſt *gloſ. & alios ſcribit, Felin. loco cit.*

10 Hic dubitari contingit quo tempore
inſtituens hęreticum contrahat excommunicationem: non enim poteſt dici, quod contrahat tempore quo teſtamentum ſcribitur, quia cum voluntas ſit am-
11 bulatoria vſque ad mortem, atque ideo poſſit quandocunque reuocari, *l. 1. ff. de iniuſto rupto, & irrito facto teſtamento. §. poſteriore inſt. quib. modis teſtamenta infirm.* delictum non poteſt dici conſumatum, niſi poſt mortem, *ad Hebræos cap. nonum.*

12 Minus poteſt dici, quod contrahat poſt mortem, quia mortuus non eſt capax cenſuræ, *gloſ. in capitulo mulieres, §. finali, verbo autem, & ibi Abb. de ſent. excomm. Ancharan. in cap. cum quis, nu. 9. eodem titulo, lib. 6. Ioan. de* Lignano *de cenſur. §. 9. num. 2. & 3. Nauar. cap. 27. num. 13. Couar. in cap.* Alma *mater, §. 11. nu. 8. Alphonſ. de* Caſtr. *de iuſta hæreticor. punit. c. 19. & 20. plene Suar. de cenſur. diſput. 5. ſect. 1. num. 3. & ſeq.* vbi rem diligenter declarat.

Huius obiectus tollendi gratia ſunt, qui exiſtimant excommunicationem contrahi tempore quo vita teſtatoris eſt deſperata, quod tamen mihi non probatur, propterea quod in ipſo actu, vel poteſt pęnitere, & delictum non dicitur conſumatum, vel non poteſt, & equiparatur mortuo, qui non eſt capax, ex doctrinis allegatis.

Quare Leonardus Duardus ad Bullam cenę, *cap. 1. quæſt. num.* 100. ad alias tranſit reſponſiones, vt ibi per eum.

Ego arbitror excommunicationem contrahi tempore quo teſtamentum ſcribitur per ſolum actum inſtitutionis, non obſtante quod ille ſit reuocabilis.

Moueor, quia ex ſola inſtitutione facta ſcienter de hęretico, inſtituens redditur de hæreſi ſuſpectus, *Abb. & Felin. in dicto cap. ſi quis Epiſcopus*, *Carer. de haret. cap. 2. nu. 69. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſump. 6. nu. 33.* Ergo ſicuti ſuſpicio oritur ex ſolo actu inſtitutionis, ita etiam excommunicatio.

Moueor ſecundo, ex *d. ca. ſi quis* Epi*ſcopus, de haret.* ibi ſaltim poſt mortē ei, Anathema dicatur: ſi enim vult, vt poſt

mortem

Digitized by Google

mortem ſaltim poſsit Anathema dici, e-
quidem dubio procul ſupponit cẽſuram
13 fuiſſe contractam ante mortem, quia
dictio ſaltim eſt ſubſidiaria diminutiua,
*Bald.conſil.69.nu.2.verſ. Nam dictio ſal
tim,lib.2.Caſtren. conſ.79. num. 7. verſ.
contrarium,lib.1.*Pariſ.*conſ.34.nu.6.lib.*
3.de cuius natura eſt, vt diſpoſitio rela-
ta ad tempus, ſemper verificetur in du-
plici tempore, *Iaſ. in l.rogaſti,§.fin. ff.ſi
cert. pet.*

Tertio, quia licet inſtitutio ſit reuoca
bilis, nihilominus quantum in ſe eſt, dici
tur perfecta, ſtatim atque teſtamentum
eſt ſolemnizatum, *l.ſancimus*, C.*de teſta-
mentis*.

14 Nec refert, quod poſsit mutata vo-
luntate alium hæredem ſcribere, quia re
ſpondetur. Primo, quod cum hoc depen-
deat à ſimplici teſtatoris voluntate, &
mutatio voluntatis non ſit præſumenda,
*l.eum qui voluntatem,ff.de prob. l.cum
hic ſtatus,ff. de donat. inter vir. & vxor.*
Inſtitutio ſemel facta habetur, ac ſi futu-
ra ſit perpetua, quia conceſſum ad bene-
placitum, iudicatur, ac ſi eſſet perpetuũ.
*gloſſ.in capitulo vltimo,verb.*Conſtitutio-
*nem,de reſcript. lib. 6. Bart. in l.ſufficit,
num.2.ff.de condit. indeb. & in l.de pupil
lo,§.ſi quis ipſi Prætori,quæſt.3.& ibi* Iaſ.
*ff.de oper.nou.nunt. Alex.in l.principalib.
nu. 6.ff. ſi cert. pet.*

Præterea & ſecundo iura loquentia
de hæredis inſtitutione, non ſolum con-
ſiderant effectum hæreditatis, ſed etiam
actum inſtitutionis, quatenus reſpicit or
dinem teſtamenti, vt videre eſt in toto ti
15 tulo, *ff.&* C.*de hæred. inſt.* Ergo dum
prohibet hæreticum hæredem inſtitui, di
cendum eſt quod non ſolum conſideret
emolumentum hæreditatis, ſed etiam
ipſam teſtamenti ordinationem, cum ne
gari non poſsit, quod per inſtitutionem
teſtator dicatur honorare inſtitutum, *d.
cap.ſi quis Epiſcopus, de hæret.* qui honor
non eſt hęretico deferendus, *Aut. creden
tes,*C.*de hær.l.iubemus,C.de epiſcopa.aud.*

16 Extenditur quinto, vt relicta hęretico
ſint nulla, ſiue ſint relicta hæretico mani
feſto, ſiue occulto, vt late probat *Menoc.
conſ.186. per tot.*

17 Principalis Concluſio declaratur. pri-
mo, ne procedat in hæretico reconcilia-
to, Is enim per reconciliationem nanci-
ſcitur vtramque teſtamenti factionem,
quæ ſibi ſuffragatur, vt in futurum poſsit
teſtari, & hæres inſtitui, vt in ſpecie ſcri-
bunt *Greg.Lopez in l.5.verb.ſcarrapien-
ta,tit.25.p.2. Meres de maior.par.1. q.1.
nu.67.Sanch.d.c.14.nu.40.*

18 An autem idem procedat in eo, qui li
cet non ſit actualiter reconciliatus, eſt
tamen calculis Inquiſitorum admiſſus
ad reconciliationem, conſulas in facti cõ
tingentia *Sanch.loco mox citato,Siman-
ca de cathol.inſt.tit.9.nu.125. Vaſq.in 1.
2.q.96.art.5.diſp.196.cap.3.num.2.* vbi
etiam agitur de eo, qui eſt hæreſim con-
feſſus, ſed non eſt adhuc ad reconcilia-
tionem admiſſus.

19 Declaratur ſecundo, ne procedat in
legato alimentorum cuius hæreticus eſt
capax, quamuis ceterorum relictorum
ſit incapax, *Specul.in tit.de execut. ſent.
§.ſequitur videre,num.11. verſ. præterea
legatum alimentorum,*Bal.*in l. corruptio-
nem,ad finem, C.de vſufr. Salicet. in l.ſi
ademptis,C.de ſent.paſſ. Alberic.in 3.par.
ſtatut.quæſt.11. Nellus in tract.de ban-
nit.in 2. tempore q. 36. & 48. Boſſius in
tit.de public.bonorum num.72.*vbi refert
ita fuiſſe iudicatum, *Borgnin. in tractatu
de vſufr.num.238.Burſat.conſil.14. nu.
9.& 28. verſ.Quartæ quæſtioni, Surd.de
alimen.tit.9.quæſt. 33.ſub num. 7. & 8.
cum ſeq. Sanch. d. cap.14.num.41.Mo-
lin.de iuſt & iur.tom.1.diſput.154.col.2.
verſ. de iure ciuili.*

20 Contrariam opinionem probat *Me
noch.conſil. 185. a num. 8. cum ſeq.* At
prior opinio eſt receptior, & verior. Si
quidem alimenta cuicunque quantum-
uis incapaci relinqui poſſunt, prout vide
re eſt in ſeruo, cui licet legari non poſ-
ſit, *l.ſeruis,* C.*de legat.* poteſt tamen re-
linqui legatum alimentorum, *l.ſeruo ad
cuſtodiam templi,ff.de aliment.et cibar.le-
gat.l.ſeruo alieno,§.ſi quis poſt ff.de leg. 1.*
& pluribus probat *Surd.tit.de priuil.ali-
mentorum c.7.*

21 Damnatus etiam ad metallum eſt ca-
pax legati alimentorum, *l.is cui,11.ff. de*

alimen. & cib. legat.

His ac cedit, quod fiſcus præſtat hę-
retico exiſtenti in carceribus ſancti Of-
ficii victum,& alimenta, etiam poſt ab.
iurationem, & relaxum, ac ſententiam
22 latam, *Ioan. Annib. in l. poſt contractum,
num. 265. cum ſequen. ff. de donat. ibique
Picus num. 102. cum ſequen. Ghirland.
de haret. quaſt. 4. num. 7. Sot. de iuſtit.
& iur. lib. 1. quaſt. 6. artic. 6. Burſat.
conſ. 43. num. 9. lib. 1. & conſil. 289. nu.
9. & 28. verſ. quarta quæſtioni, lib. 3.* vbi
quod procedit etiam poſtquam fuerit tra
ditus Curiæ ſæculari, niſi forſan iudex
ſæcularis fuerit in mora notabili ad exe-
quendam ſententiam.

Quibus non obſtãt cumulata per Me. noch. quia procedunt in alijs legatis, nõ autem in legato alimentorum, in quo hoc ſpecialiter eſt receptum, vt relinqui poſſit etiam incapaci, vt animaduertit *Surd. loco citato*.

23 Et hæc quidem concluſio procedit, ſiue legatum alimentorum ſit explicitũ, ſiue ſit implicitum ſub nomine vſufructus, quo caſu reſoluitur in alimenta, ſecundum receptam opinionem, de qua *per Caual. de vſufruct. vxor. relict. num. 17.* nam diſpoſita in vſufructu explicito habent locum, & in hoc implicito, *Surd. loco citato, tit. 8. priuil. 59. num. 24. & in ſpecie Sanchez d. c. 14. num. 44.*

24 Declaratur primo, ne procedat in alimentis relictis ratione vſusfructus, nam cum illæ finiatur per capitis diminutionem etiam mediam, *l. ſi vſusfruct. ff. de iure dot.* & per hæreſim negari non poteſt, quin capitis diminutio patiatur, eo quia illi aqua, & igni interdicatur, *l. Arriani, & l. Manichæi la 3. §. Montaniſtæ,* C. *de haretic.* Prob. *ad Monach. in cap. 2. num. 2. de haret. lib. 6. Decian. lib. 5 cap. 42. num. 5.* per quod inducitur media capitis diminutio, vtique negari nõ poteſt ſequuta capitis diminutione vſus fructus finiatur, vt in propoſito bene conſiderant *Borgn. de vſufruct. nu. 238. Peregr. de iure fiſci, lib. 5. tit. 1. numero 123.*

25 Declaratur ſecundo, vt quoniam legatum alimentorum in perſona incapaci nulla alia ratione ſuſtinetur, niſi ex æquitate quadam naturali, ne fame pereat, merito concluſio declaratur vt procedat in alimentis præſentibus, & futuris, quæ ad vitę ſuſtentationem adhibentur, non autem in pręteritis, quia illa habentur loco bonorum, quorum hæreticus eſt incapax, *Surd. & Sanch. locis cit. ille num. 21. & 22. hic num. 43.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus teſtari non poteſt.*
2 *Hæreticus non habet bonorum adminiſtrationem.*
3 *Facultas teſtandi competit ex indulgentia iuris.*
4 *Nullam ſpeciem vltimæ voluntatis facere poteſt hæreticus.*
5 *Hæreticus neque ad pias cauſas teſtari poteſt.*
6 *Incapacitas hæretici prouenit etiam a iure canonico.*
7 *Hæreticus an teſtari poſſit inter filios orthodoxos.*
8 *Eccleſia ratione delicti eccleſiaſtici vbique pœnam imponit.*
9 *Teſtamentum conditum ante declarationem hæreſis, an ſit ipſo iure nullum.*
10 *Teſtamentum hæretici, per poenitentiam ipſius non conualeſcit.*

ARGVMENTVM.

Hæreticus an poſſit teſtari.

CAP. XXVIII.

HAereticum teſtari
1 non poſſe, expreſ
ſum habemus in
l. 3. §. ergo & ſuprema, & in authen. credentes, C. *de hæretic. & in authen. vtrum, de appell. cognoſ. §. ſi quis de p. parentibus orthodoxis, & in capitulo excommunicamus el 1. §. credentes, de hæret. glo. in cap.*

c. ſi quis epiſcopus in fine, verſ. nota quod hæreticus eod. tit. ibique *Io. Andr. num.* 15. *verſ. inteſtabili*, Anchar. *num.* 2. *Imol. n.* 6. *verſ. ſeptima poena*, Felin. *ante num.* 1. Azo. *in ſum. eod. tit. nu.* 3. *Bart. in l. ſi quaramus ff. de teſtam.* Abb. *in rubr. extra eod. tit. num.* 3. *Bald. in l. fin. C. ſi à non compet.* Iud. *Felin. in cap. cum dilectus num.* 5. *de accuſat. Burſatt. conſ.* 280. *num.* 1. *cum aliis per Roias ſing.* 61. *num.* 2. *& per Farinac. de hæreſi q.* 9. *num.* 89. quibus adduntur Spino de *teſtam. par.* 12. *num.* 43. *Didacus Caſtello in l.* 5. Tauri ibique Palatius Rubeus.

2 Ratio eſt duplex, prima quia hæretico eſt interdicta adminiſtratio Bonorum, *cap. cum ſecundum leges vbi doct. de hæret. lib.* 6. bonorum autem interdictio impedit teſtamenti factionem, *l. is cui bonis, ff. de teſtam.* §. *item prodigi inſt.* quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.

3 Secunda quia teſtamenti factio ſecundum receptiorem opiniorem competit hominibus, ex iuris indulgentia, ac beneficio, *l. inſtitutio ff. de hæred. inſtit. Abb. in d. rubr. de* Teſtam. *num.* 2. *cum aliis per Guliel. de Bened. in cap.* Ranutius *verb. Teſtamentum el primo num.* 5. *de Teſtam. Riminal. in rubr. inſtit. eod. tit. num.* 72. *Vaſq. de ſucceſſ. progreſſu* §. *primo in ſolutione ad* 6. Iuris autem indulgentia, & Beneficia hæreticis non proſunt, *l.* 1. *cum Auth. ſeq.* C. *de hæret.*

4 Extenditur primo, vt procedat ſiue teſtetur Teſtamento, ſiue codicillis, ſiue Epiſtola, ſiue quolibet alio genere voluntatis, *d. l.* 3. §. *ergo, & ſuprema, ibique Alber.* & reliqui Faber *in princ. inſt.* quibus non eſt permiſſum facere Teſtamentum, Palatius Rubeus *in d. l.* 5. *Tauro Spino loco cit.* Roias *ſing.* 185. *numero* 6.

5 Extenditur ſecundo, vt procedat etiam ſi hæreticus teſtetur ad pias cauſas, nam nihilominus Teſtamentum, & quælibet alia diſpoſitio eſt nulla, Locatus in iudiciali inquiſit. *verb. poena num.* 9. *verſ.* 17. *Carer. de hæret. numero* 151. *Farinac. loco cit. num.* 92. *& antea omnes Bald. conſ.* 255. *numero* 2. *lib.* 3. Felyn. *in d. capit. ſiquis Epiſcopus ſub num* 11. *verſiculo & ad pias cauſas de hæret.*

6 Ratio alia non eſt, niſi quia incapacitas hæretici eſt inducta non ſolum de iure ciuili, ſed etiam de iure canonico, *d. cap. excommunicamus* §. *credentes*, quo caſu diſpoſitio, neque ſuſtinetur ad pias cauſas, *Bald., d. conſil.* 255. *numero . lib.*

7 Extenditur Tertio, vt neque poſſit teſtari inter liberos orthodoxos, *Auth. Gazaros* C. *de hæret. gloſ. in cap. cum ſecundum leges verb. ipſo iure verſ. ſic puto de hæret. lib.* 6. *Boich. in cap. vergentis eod. tit.* Aluarot. *in* §. *Gazaros de ſtatu & conſuetud. lib. feud. Lupus in cap. per veſtras* §. 72. *Brun. de hæret. lib.* 5. *cap.* 6. Fortun. *Garzia in l. Gallus* §. *& quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. Simanca de cathol. inſt. tit.* 9. *num.* 4.

In contrarium *eſt tex. in l. Mani-*
8 *cheos, & l. cognouimus*, C. *de hæret.*
& in auth. vt cum de appellat. cognoſcitur §. *ſiquis de peccatis parentibus orthodoxus & in cap. Iudæi* 1. 9.

Priorem opinionem probat eccleſię vſus ex rationibus allatis per Tex. *in d. cap. vergentis*, cuius diſpoſitio eſt ſeruanda etiam in terris Imperii, cum proprium ſit eccleſiæ, ratione delicti eccleſiaſtici vbique poenam infligere, vt notant Abb. *in d. capitulo vergentis, numero ſecundo.*

9 Extenditur Quarto, vt procedat ſiue Teſtamentum ſit conditum poſt, ſiue ante ſententiam declaratoriam criminis, quia ad iſtum effectum, ea ſequuta retrotrahitur ad diem patrati criminis, & Teſtamentum habetur perinde ac ſi fuiſſet conditum poſt ſententiam, *Peregr. de iure fiſci libro quinto, titulo* 1. *numero* 172. *verſiculo notandum, Greg. Lopez in l. quarta Tauri, ibique Ceruãntes numero* 40. *Penia in direct. par. ſecunda Comment.* 165. *verſ. rurſus, Aragon.* 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 3.

Contrarium quod ante declaratoriam ſuſtineatur, ſed ſequuta declaratoria reuocetur, tenent *Decianus in*

tract. crim. lib. 7. cap. 40. num. 20. Tel. lo in d. l. 4. Tauri num. 34. Salzedo ad Diaz *cap. 86. verſ.* punitur etiam, Molina *de iuſt. & iur. tom. primo diſp. 95. col. 2. verſ. ſecundum eſt, Vaſq. 1. 2. q. 96. art. 3. diſp. 171. cap. 1. num. 11.* Sanchez *ad praecepta* Decalogi *libr. 2. capit. 24. numero 3.*

Extenditur Quinto, vt teſtamentum ab hæretico conditum per poenitentiam non conualeſeat, *Calder. de hæret. rubr. de poenis hæret. filiorum num. 3. in fine Roias ſing. 61. n. 3. Repert.* Inquiſ. *verb. poena verſ. item nota quod hæreticus, Caſtillo in l. 5. Tauri.*

SVMMARIVM.

1 *Filii quare plectantur propter hæreſim patris.*

2 *Filii hæreticorum ſunt inhabiles ad obtinenda beneficia eccleſiaſtica. lim. n. 3.*

4 *Filius hæretici an priuentur beneficiis obtentis ante patris condemnationem.*

ARGVMENTVM.

Filij, & deſcendentes hæreticorum an, & quomodo propter hæreſim paternam reddantur inhabiles ad obtinenda beneficia eccleſiaſtica, & quando priuentur obtentis.

CAP. XXIX.

1 CVm filii præſumãtur eorundem ſtudiorum, quorum eſt Pater, *l. quod ſi nolit. §. mancipia ff. de ædil. edict. cap. ſi gens Anglorum 56. diſt.* cum aliis *per Menoch. præſumpt. 33. n. 1. & ſeq. lib. 1.* ſoleantq; patres æque in filiis, ac in perſona propria torqueri, *l. iſti quidem §. vlt. ff. de eo quod metus cauſa*, cum aliis per *Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat. ſub num. 7. & ſeq. C. de reuocand. donat.* merito ſtatutum eſt, vt poenæ ſtatutæ contra hęreticos, habeant locum etiam in filiis & nepotibus hæreticorum per lineã rectam deſcendentibus, *c. 2. §. credentes, & cap. vt commiſſi, § præſenti de hæretic. lib. 6.*

2 Inter quas offert ſe primum inhabilitas ad obtinenda beneficia eccleſiaſtica, *cap. quicunque §. hæretici, de hæret. lib. 6.* ibique *gloſ. in verb. ſecundum & in verb. beneficium, Monach. ante num. primum verb. filii*, & iterum *text. in cap. ſtatutum el 1. eod. tit. & ibi* Io. *Andr. ante num. 1. Gem. num. 1. & 2. verſ. nota quod eccleſia* Anan. *in cap. vergentis num. 12. verſ. de crimine autem de hæret. ibique Boich. n. 12. Afflict. in conſt. tit. de hæret. nu. 29. verſ. Iam puniuntur etiam filii, Calder. de hæret. tit. de poenis hæreticorum filiorum num. 4. Simanca de* Cathol. *inſt. tit. 29. num. 13. Gomeſ. de delict. tit. de crimin. læſæ maieſt. num. 4. Penia in addit. ad Direct. p. 3. Comm. 63. verſ. in hac breui quæſtiuncula, Surd. conſ. 386. num. 4. cum aliis per* Farinacc. *de hæreſi q. 191. num.* 48. quibus adduntur alii relati per *Garz. de benefic. par. 11. cap. 10. nu. 72.* Et hæc nullam habent difficultatem.

3 Limitatur, ne procedat in filiis hæretici qui ſtatim rediit, & in filiis eius, qui abiurauit de vehementi iuxta *trad. ſupra in cap. proximo num. . ..*

4 Difficultas eſt, An ſicuti redduntur inhabiles ad obtinenda beneficia, & penſiones, ita priuentur obtentis ante patris condemnationem. & quidem affirmatiuam opinionem ſequuntur Io. *Andr. in d. cap. vt commiſſi num. 4. verſ vt priuandi de hæret. lib. 6.* Anan. *in cap. Vergentis num. 12. verſ. de crimine autem de hæret. ibique* Boich. *num. 12. Præpoſ. in cap. ſatis peruerſum nu. 4. 56. diſt. Imol. quamuis dubitatiue in l. inſulam num. 2. verſ. &* Adde *quod notat ff. ſoluto matr. Rom. ſing. 693. Gigas de crim. læſæ Maieſt. lib. 3. tit. de pœnis quas filii incurrunt q. 11. Decian. tract. crim. cap. 43. num. 4. verſ. perdunt filii,* Farinac. *de hæreſi q. 191. num. 44. & 45. Garzia de beneſ. par. 11. cap 10. nu. 72.* Et hanc dicit communem, & probari pluribus

ſum-

ſũmorũ Põtificiũ conſtitutionibus *Rota in Conchen. penſionis* 16. *Decembris* 1594 *coram bo. me Iuſto*, & iterum ac latius in eadem 6. *Martii* 1598. *coram bo. me. Peregrino* Ceterum opinionem negatiuam tenent *Abb. in d. cap. Vergentis de hæret. Rebuff. in praxi tit. de mod. amittend. benef. num.* 25. *Carer. de hæret. num.* 141. *Couar. verſ. reſolut. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. *Lup. de Regno Nauar. par.* 5. §. 8. *Simanca de Cathol. inſtit. tit.* 29. *num.* 30. *Clar.* §. *hæreſis, num.* 14. *Molina primog. lib.* 54. *& ſeq.* Penia *ad Direct. Comment.* 156. Hæc controuerſia cum contingiſſet ex facto, fuit delata Sanctæ mem. *Clementi* 8. qui conſultis Cardinalibus Sancti officii, reperiit ſacrum illud Tribunal (inherendo, vt ſemper ſolet, benignori parti) ſequi hanc partem negatiuam, ſiue filii ſint nati ante, ſiue poſt hæreſim, quæ propterea illi magis placuit, vt *Rota*, teſtatur in dicta *Conchen. penſionis* 6. *Martii* 1594. *coram Iuſto, & in eadem* 24. *Octobris eiuſdem Anni coram bo. me. Penia*, quos impreſſas reperies *tom.* 2 *conſ. Farinac. deciſ.* 87. *&* 90.

SVMMARIVM.

1 *Filii illegitimi hæreticorum incurrunt pœnas a legibus inflictas.*
2 *Illegitimi maiori odio digni ſunt quam legitimi.*
3 *In diſpoſitione odioſa rationabili, illegitimi veniunt appellatione filiorum.*
4 *Paterna affectio regulariter fertur in legitimos, & naturales.*
5 *Vulgo quæſiti parentum pœnas nõ ſubeunt, & quare.*
Limita. vt num. 6.
7 *Adoptiui an parentum pœnis ſubiaceant.*
8 *Adoptiuus dicitur filius.*
9 *Et cum naturalibus filiis ſuccedit & alia habet priuilegia de quibus num.* 10.
11 *Fauore filii adoptiui vſusfructus relictus vxori reſtringitur ad alimenta.*
12 *Adoptiui non proſunt ad conſequenda priuilegia quæ competunt propter filios.*
13 *Adoptatus ab extranea perſona non ſubiacet pœnis.*
14 *Adoptatus a cõiuncta perſona ſubiicitur patris contra filios hæreticorũ latis. Lim. numero* 16.
15 *Arrogatus an patris pœnas luat.*
17 *Datus in adoptionem coniunctæ perſonæ an afficiatur pœnis, ſi pater naturalis incidit in hæreſim.*
18 *Duplici gladio nemo conteri debet intelligi vt num.* 21.
19 *Iura Sanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.*
20 *Filius illegitimus quoad iuris effectus reputatur extraneus.*
22 *Adoptiuus poſt hæreſim adoptantis emancipatus, an ſubiaceat pœnis de quibus ſupra.*
Diſtingue vt num. 23.
24 *Adoptio operatur tandiu quandiu durat.*
25 *Diſpoſitio a ſua cauſa qualificata, recipit perfectionem ab illa.*
26 *Beneficia protbonotarii, an reſeruata cenſeantur.*
27 *Filii nati ante paternam hæreſim an patris pœnis ſubiaceant.*
28 *Filii hæreticorum puniuntur odio parentum.*
29 *Filius an puniatur propter hæreſim matris.*
30 *Pœnæ de quibus ſupra an habeant locum in filiis hæreſim pœnitentis.*
31 *Hæretici relapſis pœnitentibus Sacramenta conceduntur.*
32 *Benigna interpetratio facienda eſt erga eos qui propter crimen alienum puniuntur.*
33 *Relapſo denegatur audientia.*
34 *Relapſi pœnitentes an dici poſſint eccleſiæ incorporati.*
35 *Incorporatus eccleſiæ vnitati quit dicatur.*
36 *Relapſis ad quid abſolutio proſit.*
37 *Recipi ad pœnitentiam, vel ad miſericordiam quid importet.*
38 *Relapſo denegatur eccleſiaſtica ſepultura.*
39 *Extra eccleſiam non eſſe Sacramenta quo modo intelligendum.*
40 *In materia hæreſi fit interpetratio quæ magis fidei fauet.*
41 *Filii hæretici non relapſi & pœnitentis an ſubiacent pœnis.*
42 *Filii, de hæreſi in contumaciam condemnati, prædictas pœnas non incurrunt.*
43 *Condemnatus in contumaciam comparens*

eſt

eſt audiendus etiam ſi eius ſtatua ſit combuſta.

ARGVMENTVM.

Qui filij hæreticorum incurrant pœnas propter paternam Hæreſim.

CAP. XXX.

CVm varia ſint genera filiorum, inquirere oportet, qui filii hæreticorũ, propter paternã hæreſim pęnas incurrãt, quæ res vt facilius explicetr.
1 Primo Quæritur de filiis illegitimis, in
quibus communiter concluditur poenas
locum habere, *gloſ. in cap. ſtatutum il 2.
verb. volumus de hæretic. lib. 6.* ibique *Io.
Andr. ſub num. 4. Anchar. numero 2.
Franc. num. 4. Gemin. num. 4. Archid.
Io. Monach. & Prob. in cap. excommuni-
camus, el primo de hæret. Couar. var. reſol.
lib. 2. cap. 8. nu. 3. Menoch. de præſumpt.
lib. 5. præſumpt. 33. num. 11. Surd. conſ.
386. num. 6. Suarez tom. 5. diſputat.
43. ſect. 3. num. 2. Sanchez de præcept.
Decalog. lib. 2. cap. 27. num. 1.* vbi inquit,
quod ita tenent omnes, *Iacob. Graff. lib. 2.
deciſ. cap. 11. num. 19. Azor.* Inſtit. *Mo-
ral. par. 1. lib 8. cap. 13. q. 8. in 8. poena.*
Cuius concluſionis ſolet afferri ratio, vel
quod ſi puniuntur legitimi, multo magis
debent puniri illegitimi, quos non decet
eſſe melioris conditionis, cum odio majo
2 re digni ſint, *l. parentes, ff. de in ius vocan.*
vel quod iura in hac materia loquuntur
indiſtincte de filiis, ideoque neque nos
diſtinguere debemus, *l. 2. vbi Bart. ff. de
offic. Præſid. l. de pretio ff. de public.* præ-
ſertim vbi odium eſt rationabile, quo
caſu etiam in odioſis appellatione filio-
rum veniunt illegitimi, *Surd. conſ. 386.
num. 6.* vel vt verius credo, quia in hac
materia filii puniuntur odio parentum,
3 *cap. vt commiſſi, cap. 2. §. hæretici de hæ-
retic. lib. 6. cap. vergentis, vbi Io. Andr.
verb. progeniem extr. eod. l. quiſquis C. ad
l. Iul. Maieſt. late Couar. var. reſol. lib.
2. cap. 8. ſub num. 2. verſ. 3. ab eadem,*
quiquidem parentes æquè torquentur in
illegitimis & legitimis, quia voluntate,
& affectione pariter feruntur ad naturales,
& illegitimos, inter quos natura non fa-
4 cit differentia, *§. ſi quis erga filios Auth.
quib. mod. natur effic. ſui l. parentes, ff de
in ius voc. l. hos. accuſare, ff. de accuſat. l.
adoptiuus §. ſeruiles verſic. Vnde nec vulgo
ff. de ritu nupt. Bald. in l. quiſquis ſub nu.
6. poſt med. C. ad l. Iul. Maieſt. Anchar.
conſ. 225. col. penult.* vbi dicit quod quo
ad naturale foedus, nulla eſt differentia
inter legitimum, & illegitimum, *Tiraquell.
in l. ſi vnquam verb. donatione largitus n.
288. C. de reuo. don.* Hanc tñ cõcluſionẽ,
5 intelligas dũmodo filii nõ ſint vulgo quæ
ſiti, Illi enim quia certum patrem oſten-
dere nequeunt, *l. vulgo, ff. de ſtat. homin.*
conſequens eſt, vt poenas propter pater-
num crimen inflictas ſubire non poſſint,
*Bald. in l. quiſquis ante num. 7. C. ad l.
Iul. Maieſt. Io. Andr. in d. cap. ſtatu-
tum num. 4. in fin. de hæretic. lib. 6. ibi-
que Anchar. in fin. Franc. num. 4. Couar.
var. reſol. lib. 2. cap. 8. num. 3. Surd. d.
conſ. 386. num. 6.* Niſi forte uigore con-
6 ſuetudinis, vel ſtatuti eſſent tales, qui re-
putarentur, de aliqua agnatione, illuſ-
que arma aſſumerent, tunc enim, & ipſi
licet ex incerto Patre nati, incurrunt poe
nas filiis indictas propter hereſim, *De-
cian. in tract. crim. lib. 5. cap. 45. num.
3. verſ. Amplia vt procedat, Repert. In-
quiſ. verb. filii verſ. ſed eo præſuppoſito poſt
med. Iacob. Graff. lib. 2. deciſ. cap. 11. nu.
19. ad fin. quos ſequitur Farinac. in tract.
de hæreſi q. 191. §. 1. num. 11.*
7 Secũdo quæritur de filiis adoptiuis, quã
quidẽ quæſtionẽ à reliquis tactam nõ in-
ueni, in ea tamen plura in vtramq. partem
poſſunt afferri. Siquidem quod poenæ ha
beant ẽt locũ in adoptiuis, ſuaderi poteſt
8 ex eo, quod filius adoptatus dicitur filius
l. cum adoptiuum C. de decur. lib. 10. adeo
vt filius à Senatore adoptatus dicatur
filius Senatoris, & gaudeat filiorum pri-
uilegio *d. l. cum adoptiuum.*

Item

Item ſuccedit parentibus ſimul cum
9 legitimis, & naturalibus, *l. ſi te parens. C. de ſuis, & legit. l. penult. §. & ſiquidem, C. de adopt.* & in ſucceſſionum concurſu excludit aſcendentes, & Vxorem, *l. 1. §. Liberi, ff. de Tertull. l. Aequiſſimũ, in princ. ff. eod. tit. Aretin. in §. ſed & ea, col. 2. verſ. quaro An talis, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius, verb. vxorem nomine Adelaſiam, num. 478. extr. de te-*
10 *ſtam.* Item excludunt naturales, impediunt bona à fiſco publicari, reuocant alimenta in fraudem, rumpunt teſtamenta, & alia multo habent filiorum priuilegia, de quibus apud Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit liberos, num. 20. C. de reuocan. donat.*

11 Præterea in filio adoptiuo militat coniectura voluntatis, & affectionis teſtatoris, ſicut in legitimo, & naturali, adeo vt eius fauore vſusfructus Vxori relictus reſtringatur ad alimenta, ſicuti reſtringitur fauore legitimorum, vt per multa probat Picus *in l. Titia, §. Titia, num. 61 ff. de legat. 2.* quem ſequuntur *Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib. 9. tit. 7. nu. 13. Caualcan de vſuf. mul. relict. ſub num. 34. verſ. Immo ego dico, Gabr. concluſ. 2. num. 23.* cum aliis per *Surd. de alim. tit. 1. q. 15. num. 36.* Conſtat autẽ filios hæreticorum pœnis affligi propter odium paternum, *l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. cap. vergentis, extr. de hæretic.* cum aliis *ſupra allegatis.*

12 Ceterum, quod in filiis adoptiuis nõ habeant locum pœnæ ſtatutæ contrà filios hæreticorum ſuaderi videtur ex eo quod illi non proſunt ad conſequenda priuilegia, quæ dantur propter filios, *l. 2. §. Adoptiui, ff. de vacat. mun. §. primo verſ. ſed adoptiui, Inſtit. de excuſ. tutor.* Sunt enim non propriè filii, ſed ad inſtar & imaginem filiorum, *l. cum adoptiuum, C. de decur. lib. 10. l. filio, ff. de liber. & poſthum. l. quæſitum. ff. de adopt.* Ideoque in nulla diſpoſitione includuntur quæ de filiis loquatur, *Socc. in l. adoptiuum num. 4. ff. de in ius voc. late* Tiraq. *loco cit. nu. 5. cum ſeq.*

13 Ego in huiuſmodi controuerſia tres arbitros diſtinguendos caſus.

Primus, quando filius eſt ſimpliciter adoptatus, nempe ab extranea perſona, & in tali caſu dubio procul crederem pœnas locum non habere, nam quicquid eſſet de iure veteri, equidem ex noua Iuſtiniani Conſtitutione adoptio parum, vel nihilum operatur, propterea quod, illa non obſtante, manent integra iura patris naturalis, cui filius ſuccedit non ſolum ad ſucceſſiones ex teſtamento, & ab inteſtato, ſed etiam ad querelam in officioſi teſtamenti, illique acquirit, vt in *l. penult. §. omnia igitur, C. de adopt. §. ſed & hodie Inſtit. eod. tit.*

14 Secundus eſt caſus, quando filius eſt adoptatus à perſona coniuncta, quæ in hac materia dicitur tãtũ Auus, & Proauus maternus, & paternus, *§. ſed hodie inſtit. de adopt.* & in tali caſu crederem pœnas in illis locum habere non ſolum vti nepotibus naturalibus, qui, & ipſi puniuntur, *cap. 2. §. cedentes, cap. ſtatutum, el 2. de hæretic. lib. 6.* cum aliis ſuprà allegatis, ſed etiam vti filiis, quia cũ iniſtis concurrant iura naturalia, & ciuilia vtique ſimul iuncta operantur, vt diſſoluantur iura patris naturalis, & adoptatus per omnia tranſeat in poteſtatem adoptantis, qui ſolus adoptati pater intelligitur, *d. l. cum in adoptiuis, §. ſi vero pater naturalis, & d. §. ſed hodie inſtit. de adopt.* Et quamuis hoc fiat mero iuris miniſterio, tamen quia lex nititur in effectu naturali, quo Aui, & proaui, nepotes, & pronepotes, proſequuntur, *d. l. pen. §. & is ſolus, C. de adopt. ibi Auita, & Proauita affectione,* & iſtæ odio parentum infliguntur, merito in eis locum habere debent, *Arg. l. illud ff. ad. l. Aquil.*

15 Tertius eſt caſus, quando filius eſt arrogatus, & iſte quidem caſus maiorem videtur difficultatem habere, cum in illo ceſſet effectus naturalis parentum, & ſola remaneat legis operatio, adeo quod dicuntur filii ficti, & imaginarii, ad quos diſpoſitio præſertim exorbitans, & rigoroſa non extenditur, *Socc. in d. l. adoptiuum, ff. de in ius, cum aliis ſupra allegatis.*

Ceterum ex aduerſo dici poteſt, quod

per

per arrogationem adoptatus tranſit omni
mode in poteſtatem Patris arrogantis,
efficiturque ſuus hæres, eiuſque fami-
liæ aggregatur, vt inquit *textus in l.
penult. S. fin. C. de adopt.* Aggregatio
autem familiæ ſola ſuffi cit ad hoc vt in
hac diſpoſitione cenſeantur compræhen
ſi, ex *trad. ſupra in* 10. *extenſione in fine*
dum de vulgo quęſitis loqueremur. Quid
pro reſolutione dicendum tu Lector in
facti contingentia decernas, mihi pro.
nunc ſufficiat hinc inde probabiliter diſ-
ſeruiſſe. Limita Secundum, & Tertium
16 caſum non procedere, quando poſt ado
ptionem, vel arrogationem eſſet ſequuta
emancipatio, quia per illam cũ penitus
iura emancipationis, & arrogationis ſol-
uantur, eſt perinde, ac ſi nusquam eman-
cipatio, vel arr ogatio facta fuiſſet, *d. l.
fin. S. Sin autem, Aretin. in d. S. ſed hodie,
num.* 2.

17 Quęritur Tertio, quid ſi filio dato in
adoptionem coniunctæ perſonæ, nempe
Auo, vel proauo materno, vel paterno,
vel arrogato, pater naturalis incidit in
hæreſim, nunquid filius ſubiaceat poenis
contra filios hæreticorum inflictis.

18 Et quidem in tali ſpecie pro filio dici
poſſet eum poenis non ſubiacere, cum
non debeat duplici gladio conteri, neque
pluribus legibus reum fieri, *l. Senatu,
ff. de accuſat. l. licet, S. penult. ff. Nautæ
caupon ſtabul.* At ſi poenis ſubiaceret plu
ribus legibus reus fieret, quia poſſet vter-
que pater in crimen hæreſis incidere,
Ergo.

19 Contrarium puto verius, idque
quia quantumuis adoptio, vel arrogatio
celebrata ſit, ſemper erit verum patrem
naturalem remanere patrem, quia iura
ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt,
*l. ius autem ciuile, ff. de pact. l. iura ſan.
guinis*, vbi late *Cagnol. ff. de regul. Iur. S.
fin. Inſtitut. de legit. agnat. tutel. l. abdi.
catio, C. de patr. pot. ibique Bal. & Salicet.
l. neque filium, C. eodem tit.* Nec refert,
quod ſit translatus in alienam poteſtatẽ,
& familiam, quia vt ſupra dictum eſt, in
hac materia non curatur patria poteſtas,
*gloſ. in cap. ſtatutum, verb. volumus, de
hæretic. lib.* 6.

Præterea plus iuris habet pater natu-
ralis, & legitimus in filium adoptioni, vel
arrogationis datum, quam habeat pater
20 naturalis in filium illegitimum, quia fi.
lius illegitimus, quo ad iuris effectus re-
putatur prorſus, & per omnia, ac ſi non
eſſet filius, *l. 3. ff. de iur. dot. l. ſi quis inceſtis,
C. de inceſt. nupt. S. ſi aduerſus* Inſtit. *de
nupt.* adoptatus vero, ſaltim per emanci-
pationem poteſt omnimode ad patrem
legitimum, & naturalem reuerti, *l. penult.
S. tunc enim neceſſe eſt. C. de adopt.* Sed
ſic eſt quod in filio illegitimo iſtæ poenę
locum habent, vt ſupra concluſum eſt in
10. *Extenſione*, Ergo Et in filio dato in
adoptionẽ, vel arrogationem reſpectu pa
tris naturalis. Quam opinionem dum ſe-
quimur, non obſtat neminem debere du-
21 plici gladio conteri, quia procedit reſpe
ctu eiuſdem perſonæ, ſecus quando ſunt
multiplicatæ, *l. is cui crimen, S. iiſdem cri-
minibus, ff. de accuſat.* & conferunt *trad.
per Alex. conſ.* 11. *num.* 7. *verſic. circa
quintum lib.* 1. *& per Roman. conſil.* 213.
col. 1. *verſ. aliquando ſuper eodem.*

22 Quæritur Quarto, quid ſi adoptione
durante pater adoptiuus, vel arrogaror
incurrat in hæreſim, deinde filium ado-
ptatum emancipet, An nihilominus iſte fi
lius emancipatus ſubiacet poenis contra
filios hęreticorum impoſitis. Pro negatiua
plurimum facit quod adoptionis tanta
fragilitas eſt vt poſſit in ipſo die, & filius
fieri, & extraneus, ac emancipationis in-
teruentu adoptio in quacunque perſona
facta diſſoluitur, *l. penul. S. cum enim, & S.
tunc enim neceſſe eſt*, C. *de adopt.* Ideoque
diſſoluta adoptione debet cenſeri diſſolu
ta poena, ſicuti remanerent diſſoluta om
nia iura adoptiua, *l. penul. S. ſin autem*, C.
de adopt.

Exaduerſo pro opinione affirmatiua
dici poteſt, quod poenæ in odium hę-
reſi comparatæ locum habere ceperunt,
ſtatim atque hæreſis fuit mẽte concepta,
ab eoque die crimen conſummatum ipſo
iure, *cap. cum ſecundum, de hæret. lib.* 6.
Bart. in l. Imperator, ff. de iure fiſci, plene
Menoch. conſ. 185. *nu.* 8. *Surd. deciſ.* 247.
num. primo & ſeq. ideoque ſufficit, quod
qualitas filiationis concurrat de tempo-
re

re perpetrati delicti, *l. quod ait*, §. *ſed & furti faciendi tempus*, & *l. in delictis*, §. *ſi Extraneus*, *ff. de noxal.*

23 Ego crederem negotiũ eſſe diſtinctio
nis foedere dirimendũ, vt ſiquidẽ loqua-
mur, An filius propter crimen cõmiſsũ a
patre adoptiuo ea adoptione, quę facit fi
lium tranſire in poteſtatem amiſerit be-
neficia, quę obtinet, & tunc crederem
amiſiſſe, quia ex deductis in proximam
præterita quęſtione talis adoptio, quouſ-
que durat, operatur omnes effectus filia-
tionis, cuius qualitas ſufficit, quod con-
currat tẽpore criminis patrati, *d. l. quod
ait*, §. *& furti faciendi tempus*, & *l. in de-
lictis*, §. *ſi extraneus ff. de noxal.* Et quam-
uis per emancipationem deſinat filiatio,
tamen non ceſſat ille effectus, qui fuit in
eſſe productus adoptione durante, *l. vlt.
ff. vnde lib. l. ſi cognatis*, *ff. de reb. dub.*
Si vero loquamur, An fiat inhabilis, vt e-
tiam adoptione diſſoluta non poſſit tan-
quam indignus obtinere alia benefi-
cia, & crederem non effici. Primo, quia
24 adoptio operatur tantum quandiu durat
eaque diſſoluta eſt perinde ac ſi nuſquã
facta fuiſſet, *d. l. penult.* §. *tunc enim ne
ceſſe eſt*, & §. *Sin autem*, C. *de adopt.* Vnde
ſicuti non poteſt vlterius operari effe-
ctus fauorabiles, pari ratione non opera-
bitur effectus adioſos, *d. l. ſecundum natu
ram*, *ff. de regul. iur.* cum aliis *ſupra alleg.*
Secundo, quia quoties aliquid ſtatuitur
reſpectu alicuius qualitatis, tandiu durat,
quandiu durat illa qualitas, *Doct. in l. ex
facto*, & *ibi præſertim Cuman. num. 3.
ff. de vulg. & pupill. Rota deciſ. 70. num.
3. par. 1. diuerſ.* At poena contra filium
eſt ſtatuta reſpectu adoptionis, ergo ado-
ptione ceſſante, debet ceſſare poena.

25 Tertio, quando diſpoſitio eſt qualifica
ta a ſua cauſa, tunc ſemper tranſit cum
ſua cauſa, & non recipit perfectionem,
nec acquirit ius, niſi cum ſua cauſa, & qua
litate, Bart. *& alii relati per Iaſ. in l. qui
Romæ*, §. *Flauius*, *col. 1. & 2. ff. de verb.
oblig. Caſtr. in l. priuilegia.* C. *de ſacroſ.
Eccleſ.* Dec. *in cap. eccleſia Sanctæ Ma-
riæ num. 53. poſt med. verſ. ſecundus ca-
ſus*, *de conſtit. et in cap. nouit. num. 13. in
fine de iudic.* Sed iſta diſpoſitio quod fi-
lius etiã adoptiuus ſubiaceat poenis, eſt
qualificata ab ipſa adoptione: Ergo po-
tuit imprimere, vel acquirere ius, niſi cũ
qualitate adoptionis, quæ ceſſat prorſus
per emancipationem. Demum hoc ſuade
tur, ſiquidem videmus, quod reſeruatio
inducta reſpectu prothonotariatus anne-
26 xi ſcriptoriæ, vel alteri officio ceſſante
prothonotariatu, licet duret reſpectu tẽ-
poris pręteriti, ceſſat tamen reſpectu tem
poris futuri, adeo vt beneficia poſt obten
ta non ſint reſeruata, *Rota deciſ. 70. par.
prima.* Nec refert, quod effectus criminis
ſit iam conſumatus, quia pro reſponſio-
ne conſiderandum eſt, quod cum habili-
tas obtinendi beneficia ſit de illis, quę
habent tractum ſucceſſiuum, nempe quia
poſſunt diuerſis temporibus obtineri, ceſ
ſante cauſa, effectus conſummatus opera
tur reſpectu temporis præteriti, ſed ceſſat
reſpectu futuri, vt eleganter declarat *Bal.
in cap. quemadmodum, col. 2. n. 4. verſ. no-
ta tacitas extr. de iure iur.* Franch. *Alex.
in l. 2.* §. *non ſolum*, *ff. de excuſ. tutor.*
Socc. in l. ſciendum, §. *vlt. num. 6. ff. qui
ſatiſdar. cog. & conſ. 84. ſub num. 11.
verſic. præterea ibi conceditur, lib. 3. Dec.
conſ. 24. col. vlt. verſ. non obſtat 3. Ozer.
in* §. *ſupradicta*, *ſub num. 17. verſic. ſe-
cundo caſu*, *Inſtit. de milit. teſtam. Tiraq.
in reg. ceſſante cauſa, lim. 12. num. 24.*

27 Quinto quæritur, de filiis natis ante
paternam hęreſim, in qua quidem quæ-
ſtione exeſtuat tota iuris ſchola, & in
duas eaſdemque contrarias opiniones
diuiditur, videre licet ex Doctor. longa
ga ſcire hinc inde relatis per *Couar. uar.
reſolut. lib. 2. cap. 8. num. 4. per Reueren
diſſimum Peniam in addit. ad Emer. par.
3. q. 114. verſ. Anceps tamen*, fuſius in
pręcitato voto relato inter deciſiones im
preſſas per *Farinac. tom. 2. deciſ. 87.* &
latiſſime per eundem *Farinac. in tract. de
hæreſi q. 91.* §. *2. nu. 57. & 58.* quibus
addi poſſunt *Bero. in cap. Item cum quis,
num. 43. de reſtit. ſpoliat. Menoch. de re-
cuper. remed. primo num. 342. & ſeq.* Ro
ta etiam aliquando viſa eſt fauere filiis,
apud *Seraph. deciſ. 830. nu. 8.* dum (quã
uis obiter) dixit poenas criminis læſæ
Maieſtatis humanæ non habere locum
in

Digitized by Google

in filiis natis ante delictum; Deinde vero perpenſo, & diſcuſſo diligenter hoc Articulo de ordine Pontificis, reſpondit ſecundum iuris cenſuram, & magis receptam Doctorum ſententiam habere locũ æquè in filiis natis, & in naſcituris, vt in *Conchen. penſionis 6. Martii 1598. coram Peregrino*, vbi Argumentis contrariæ partis ſingillatim reſpondet.

28 Quæ ſententia iuris ratione inſpecta mihi etiam magis quam contraria probatur, propterea quod ipſi puniuntur odio patris, *l. quiſquis, C. ad lul. Maieſt. cap. 2. §. credentes, de hæret. libr. 6.* cum in filiorum perſona acrius torqueantur, quam in propria, *l. iſti quidem in fine. ff. de eoquod met. cauſ. cap. afferte de præſumpt.* Ergo multo magis debent habere locum in natis ante delictum, quam in aliis, cũ maior ſit afflictio videre filium adultum, ſæpè etiam bonis ditatum, & in dignitate conſtitutum gradu deiici, quam filios infantes, præſertim cum contingere poſſit, vt poſt delictum hæreticus filios non ſuſcipiat.

29 Sexto quęritur, An poenę locum habeant propter hæreſim matris, & locum habere affirmat *gloſ. in d. c. ſtatutum, el 2. de hæretic. lib. 6. Zanch. in tract. de hæretic. c. 28. num. 8. & 10. cum aliis per Decian. in tract. criminis lib. 5. cap. 45. num. 3. & 5.*

30 Septimo quæritur, An locum habeant in filiis hæretici poenitentis, & in hac ttes conſiderantur caſus.

Primus, ſi loquamur de filiis hæretici relapſi traditi curię ſeculari, qui tamen poenituit, & deceſſit catholicus, & in hoc duæ ſunt Doctorũ opiniones, prima, quod filii poenas effugiant, quam tanquam æquiorem probant *Gemin. in cap. ſtatutum, §. hoc ſane, num. 2. verſic. dicit, lo Andr. de hæretic. lib. 6. Reper. Inquiſit. verb. filii, §. nunc Alphonſ. Montal. ad leges Caſtella, l. 2. tit. 26. par. 7. verſ. eſt ergo concluſio, Lup. de hæretic. cap. 18. Tolet. de inſtr. Sacerd. lib. primo cap. 69. num. 4. Surd. conſ. 346. num. 24. Didac. Cantera, quæſt. crimin.* vbi refert ſecundum hanc opinionem fuiſſe practicatum in inquiſitione Conchenſi.

Cuius opinionis infraſcripta ſunt Argu-
31 menta. Primum quod hæreticis relapſis, ſi in eis poenitentiæ ſigna appareãt manifeſta, Sacramenta poenitentiæ, & Euchareſtiæ conceduntur, *cap. ſuper eo, de hæretic. lib. 6.* Conſtat autem talia Sacramenta non concedi exiſtentibus extra eccleſiam, *cap. extra Catholicam, & cap. Inter Catholicam, 1. q. 1.*

32 Secundo, erga illos, qui puniuntur pro alieno crimine eſt facienda benigna interpretatio, *l. legem, C. de natur. liber.* At in propoſito filii puniuntur propter delictum alienum, ergo.

Quibus non obſtantibus contrariam opinionẽ tenuerunt *Doct. numero & grauitate maiores*, nempè *gloſ. in cap. ſtatutum, el 2. verb. quia lapſi, & ibi Io. Andr. num. 5. de hæret. lib. 6. Francus ibid. nu. 4. verſ. in gloſ. in verb. re incorporatus, Anchar. num. 1. in fin. Simanca de ca thol. Inſtit. tit. 29. num. 17. verſ. ſed re attentius perpenſa, & in Enchiridion religionis, tit. 63. rubr. de filiis hæreticorum*, & hanc veriorem dicunt *Pena ad Emer. par. 3. q. 115. verſ. circa ſecundum, & verſ. quamuis prior de ſententia, Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 45. num. 3. verſ. Amplia etiamſi parentes, Azor. Moral. inſtit. par. 1. lib. 8. cap. 13. q. 8. in 8. hæret. poena, verſ. dubia etiam quæſtionis eſt, Sanchez in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 27. num. 13. & 24. Burſat. conſ. 289. num. 16. et ſeq. lib. 3.* qui in fine teſtatur ita fuiſſe practicatum in Senatu Mantuano. Pro qua opinione affertur *text. in d. cap. ſtatutum, §. hoc ſane de filiis*, vbi ad iſtum effectum duo requirit copulatiue, nempe quod pater fuerit emendatus, & reincor
33 poratus eccleſię vnitati, At relapſus nõ poteſt dici reincorporatus, quia eccleſia illi denegat audientiam, *cap. ſuper eo, eod. tit. lib. 6. cap. ad abolendam, §. illos, extr. eod. tit.* Ergo. Quid dicendum equidem huius difficultatis reſolutio ex eo tantũ dependet, An relapſi poenitentes poſſint
34 dici eccleſiæ incorporati, Siquidem ſi diximus eſſe reincorporatos, inde ſequetur eis conuenire qualitates requiſitas in textu d. cap. ſtatutum, & conſequenter conuenire debet diſpoſitio, *l. ſemper in*

Ciui

Digitized by Google

Ciuitate, §. *id eſt*, *verſic. licet enim*, *ff. de*
iure immu. l. Prætor ait, *la* 2. §. *docere*, *ff.*
de vi bon. rapt. ſi vero dixerimus nõ eſſe
incorporatos, æquo animo ferre debent,
ſi concluſerimus filios poenis ſubiacere,
quia non concurrit qualitas requiſita, *l.*
1. §. *Prætor ait. vbi Bart. ff. ne quid in*
flum. public.

Et certe ſi verum amamus ex eo tan-
tum quod relapſum poeniteat, illique
poenitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramen-
tum non denegetur, non crederem dici
poſſe teincorporatum Eccleſię vnitati.
Primo, quia incorporati eccleſiæ vnitati
dicuntur illi, qui per Inquiſitores abſo-
35 luti, & ad gremium eccleſiæ per debitã
abſolutionem reducti admittuntur, vt
Gemin. fatetur in cap. ſtatutum, §. *ſi ve-*
rò, *num.* 5. *de hæret. lib.* 6. & ante ipſum
Io. Monach. & Archid. in cap. accuſatus,
ante num. 7. *eod. tit.* Is verò, cui non de-
negatur Sacramentum poenitentiæ, &
Euchariſtiæ, non abſoluitur per inqui-
ſitores, neque per modum debitum ad
gremium admittuntur, Ergo non poſ-
ſunt dici reincorporati, quia non ſufficit
quod abſoluatur, niſi ſit abſolutus iuxta
formam ab eccleſia præſcriptam, *cap. cum*
deſideres, §. *Cui quæſtioni*, & §. *tertio lo-*
36 *co in fin. extr. de ſent. excom.* Nec parum
refert, quod ſi non eſſet abſolutus, non
poſſet recipere Sacramentum Euchari-
ſtiæ, quia illa abſolutio proficit ad remiſ
ſionem peccati in foro interiori, *gloſ. in*
dicto capitulo ſuper eo, *verb.* Deneganda,
de hæretic. Ioan. Andr. in dicto capitulo ſta
tutum, *in fine*, *verſiculo* Item *decretalis*,
ibique ceteri paſſim, *Thomas Trib. deci-*
ſione 36. *numero* 16. *par. ſecunda*, quæ
quidem non ſuffragatur in foro iudicia-
li, *Abb. in capitulo accuſaſti*, *ante num.*
tertium de accuſ. Thom. Trib. dicta deci-
ſione 36. *numero* 17. *par. ſecunda*, qui-
bus accedunt *Decian. in tract. crimin.*
lib. 5. *capitulo* 56. *numero* 7. *Ludouicus*
à Paramo de orig. Sanctæ inquiſitionis lib.
5. *q.* 9. *nu.* 159. *Azor. Moral. Inſt. par.*
prima lib. 8. *capitulo* 14. *quæſt.* 7. *verſi-*
culo obiicitur, aſſerentes quod indulgen-
tia erga relapſum non proficit, niſi quo
ad poenam ſpiritualem, ſecus quo ad tẽ-
poralem. Vnde iure, inquit nouiſſime
37 *Farinac. in tract. de hæreſi*, *q.* 93. §. 2. *nu-*
mero 35. *ad finem*. quod is, qui recipi-
tur ad gremium eccleſiæ, dicitur reci-
pi ad poenitentiam, qui vero recipitur
ad perceptionem Sacramentorum, di-
citur recipi ad miſericordiam. Secun-
do, quod is, cui non denegantur Sacra-
menta poenitentiæ, & Euchariſtiæ, ne-
queat dici incorporatus, probatur ex eo,
quia denegatur illi eccleſiaſtica ſepultu-
38 ra, adeo vt poſt quam corpus eſt exuſtũ,
cineres eius vento cernenda traduntur,
Lapus, Io. Andr. in cap. ſuper eo, *eod. tit.*
lib. 6. quos probat ibi *Gemin. numero* 6.
Franc. ſub num. primo verſ. nota vltimo,
quorum opinio in praxi ſeruatur (quic-
quid in contrarium aſſerat *Alphonſ. de*
Caſtr. lib. ſecundo, *de iuſta hæret. punit.*
capit. 2.) *vt teſtatur Simanca de cathol.*
Inſtit. tit. 57. *num.* 17. Ergo ſignum eſt
manifeſtum non eſſe incorporatum,
alias illi communicaremus in morte, *cap.*
à nobis, de ſent. excom. capit. ſane, el primo
24. *quæſt. ſecunda*. Nec vim faciunt Argu-
menta in contrarium adducta, non enim
obſtat primum, quod extra eccleſiam
non ſint Sacramenta, quia illud accipi-
tur, vt exiſtentes extra eccleſiam ex par
te ſua non habent legitimum vſum Sa-
39 cramentorum, *D. Thom.* 2. 2. *q.* 39. *art.*
3. *ad fin.* non autem quod exiſtentibus
extra eccleſiam, & vere poenitentibus
non poſſit ab eccleſia concedi, vt Sa-
cramenta recipiant ex miſericordia.
40 Minus obſtat ſecundum, quia regula fal-
lit in materia hęreſis, in qua fit illa
interpetratio, quæ magis fauet fidei,
l. omnes, §. *hæreticorum autem*, *C. de*
hæretic. gloſſa in capitulo quicunque, §.
hæretic. verb. beneficium, *eod. titulo lib.*
ſexto, *Geminian. ibid. numero ſecundo*,
verſiculo nota bene, *Abb. in capitulo*
Ad audientiam, *el* 2. *ſub numero ſecundo*
verſic. dicerem tamen, *de reſcript. Gig. de*
penſ. q. 94. *num.* 7.

41 Secundus eſt caſus, quando verſamur
in filiis hæretici non relapſi, poeni-
tentis, & tunc quantum attinet ad be-

neficia, poenę contra filios locum non habent, *d. cap. ſtatutum, vbi notant gloſ. Io. Andr. Gemin. & Franc. Carer. de hæret. num.* 241. *verſ. limita niſi pater, Gundiſſal. eod. tract. q.* 23. *Sanchez ad præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 27. *nu.* 26. *&* 28. *Decian. tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 45. *num.* 5. *verſ. limita tertio*, & de communi teſtantur *Pariſ. conſ.* 2. *num.* 185. *lib.* 4. *Rolan. conſil.* 63. *num.* 27. *lib.* 3. *Burſatt. conſ.* 14. *num.* 33. *&* 34. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 386. *num.* 14. *Didac. Cantera quæſt. crim. rubr. de hæret. cap.* 1. *nu.* 11. *verſ. quod ſupra dictum eſt*. Compræhenduntur tamen ſub ſtatuto inhabilitãte filios hæreticorum ad beneficia, prout de ſtatuto eccleſiæ Iſpalen. extat deciſio apud *Verall.* 96. *num.* 7. *par.* 2.

42 Tertius eſt caſus, quando verſamur in filiis condemnati de hæreſi in contumaciam, & tunc pariter poenæ non habent locum contra filios, quia ſententia lata in contumaciam, nuſquam tranſit in Iudicatũ quo ad poenam corporalem, adeo vt quandocunque hæreticus cõpareat, ſit audiendus etiã ſi eius ſtatua ſit combuſta, *gloſ. communiter recepta in cap.*
43 *excommunicamus, el primo §. qui autẽ, verb. condemnetur, de hæretic. Gigas in tract. crimin. læſæ Maieſt. lib.* 3. *tit. primo de poenis quas incurrunt, num.* 3. *latè Farinac. q.* 116. *num.* 130.

SVMMARIVM.

1 *Crimen hæreſis omnem ſuperat improbitatem.*
2 *Hæretico bona quare auferuntur.*
3 *Hæretico bona auferuntur ipſo iure.*
4 *Hæreticus an ſit priuatus dominio bonorum ante ſententiam declaratoriam criminis.*
5 *Hæreticus iuſ recta iuris vtriuſque diſpoſitione priuatur adminiſtratione & facultate alienandi, etiam ante ſententiam criminis declaratoriam.*
6 *Per diſpoſitionem cap. cum ſecundum leges de hæres. in* 6. *hæreticus ipſo iure priuatur dominio bonorum. Et quid de iure Cæſareo num.* 7,
8 *Exequutio in bonis hæretici non poteſt fieri niſi ſequuta ſententia declaratoria criminis.*
9 *Poena impoſita ipſo iure propter delictum, intelligitur ſecuta declaratoria delicti.*
10 *Hæreticus ante declaratoriam, retinet veram poſſeſſionem rerum ſuarum.*
11 *Ante declaratoriam iudicii eccleſiaſtici, bona hæretici non poſſunt occupari.*

ARGVMENTVM.

Bona hæreticorum confiſcantur ipſo iure, ac hæreticus priuatur adminiſtratione, & dominio ante ſententiam declaratoriam.

CAP. XXXI.

SIcuti bona probis hominibus ad uirtutem ſibi parandam non parum proſunt, ita improbis, ac ſceleratis ſunt noxia, illiſque (vt *Plato*
1 *inquit lib.* 4. *de legib.*) inſeruiunt tanquã paratiſſima flagitiis inſtrumenta. Cum autẽ hæreſis crimẽ omnẽ ſuperet improbitatem, *l. Manicheos, C. de hæret.* merito vtriuſq. iuris ſanctiones pręſcribunt hæreticorum bona eſſe confiſcanda, *d. l. Manicheos, §.* 1. *Auth. Gazaros eod. tit. cap. Vergentis, extra de hæret. et c. cum ſecundum*
2 *leges, eod. tit. lib.* 6. Etenim quemadmodũ qui volens conualeſcere, ne languore corpus incumbat, aquam prius, & in ædiam exhibet, ita qui nequã habuerit animam, ne quippiam mali exerceat, ei opulentia & imperium, & dominatus, & omnino id genus alia ſunt auferenda, Ariſtot. *lib.* 2. *Moral.*

3 Fit autẽ bonorũ confiſcatio in hæreſis crimine ipſo iure, nã ſi taliter fit in crimine læſę maieſtatis humanæ, *l. quiſquis, C. ad l. iul. maieſt.* multo magis & facienda in crimine leſæ maieſtatis diuinę, *d. cap. Vergentis et d. cap. cum ſecundum leges & vtrobiq. Doctores cõmuniter Bart. in l. poſt contractũ nu.* 12. *ff de donat. Angel.*

in

in l. ſi debitor in fine, ff. quæ in fraud. cred Abb. in d. cap. dilecti, num. 12. de arbitr. & in cap. quia diligenti, num. 6. de elect. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 166. Quemada quæſt. 7. cum aliis quos refert *Farinacc. de hæreſ quæſt. 198. num. 3.* quibus addi poſſunt *Burſatt. conſ. 7. num. 30. et conſ. 14. num. 3. Roland. conſ. 8. lib. 3. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 308. et conſ. 185. num. 8. et conſ. 289. num. 10. Vaſq. de ſucceſſion. progr. lib. primo, §. 4. num. 166. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 19. num. 18. Sot. de iuſt. et iur. lib. 1. quæſt. 6. art. 6. ibique Leſſius lib. ſecundo, cap. 29. numero 8. Aragon. 2. 2. quæſt. 11. art. 3. Carpan. ad ſtatuta Mediol. tit. de bonorum confiſcat. numero 610. Franc. Torreblanca in epitome delict. libro 3. cap. 11. numero 7. Surd. deciſ. 247. num. primo et ſeq. et in tract. de alimentis tit. 8. priuileg. 35. et tit. 9. q. 32. Rota in Bononien. alimentorum 28. Maii 1594. coram bo. me. Penna.*

4 Vnde dubitari contingit an ante ſententiam criminis declaratoriam, hæreticus ſit priuatur dominio, Et quidem omnes Doctores hactenus allegati ſequuntur opinionem affirmatiuam, quibus adduntur alii longa ſcire allegati per *Surd. de alimentis tit. 8. priuileg. 35. et tit. 9. quæſt. 32.*

Contrariam opinionem, videlicet quod ante declaratoriam, hæreticus non ſit priuatus, dominio probant *Archid. in d. cap. cum ſecundum leges, ſub num. 2. Simanca de cathol. Inſt. tit. 9. num. 173. Medina, Corduba, Bannes, et alii* quos refert & ſequitur *Sanch. ad præcepta decalogi lib. 2. cap. 22. num. 3.* quibus adduntur *Card. conſ. 128. ſub num. 2. verſic. Item etiam quod quamuis,* Franc. *Beccius conſ. 57. ſub num. 15. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 176. verſ. intellige præter quam in colonis.*

5 Diſſidentes inter ſe opiniones conciliare ſtudentes, nonnullæ ſunt conſtituendæ concluſiones ex quibus tota materia declaratur, ſit ergo prima Concluſio vtriuſque partis Doctores concordant in hoc, quod ſiue inſpiciamus diſpoſitionẽ iuris ciuilis, ſiue iuris pontificii, ex vtriuſque iuris diſpoſitione hæreticus ante ſententiam criminis declaratoriã, priuatur rerum adminiſtratione, & facultate alienãdi, *ita Archid. et* Card. *locis cit. Bar. in l. ſi debitor. ſub num. 1. quæ in fraud. cred. et in l. Imperator, 43. circa finem ff. de iure fiſci,* ac probant aperte *text in d. cap. cum ſecundum leges, et in l. ex iudiciorum 20. ff. de accuſat. et in l. quæſitum, 15. ff. qui, et à quibus, et in l. Donationes, 32. §. fin. ff. de donat. l. pen. et fin. C. ad leg Iul. maieſt.*

6 Secunda concluſio, poſt diſpoſitionem *d. cap. cum ſecundum leges,* hæreticus priuatur non ſolum adminiſtratione, & facultate alienandi, ſed etiam dominio ipſo iure, vt ſunt verba apertiſſima ibi, *eo ipſo ſuarum dominium rerum perdant,* & ſcribit patenter *Bar. in d. l. ſi debitor, num. 1. ff. quæ in fraud. cred. et in d. l. Impertorem, in fine, ff. de iure fiſci,* Compatiuntur autẽ ad inuicem quod quis ſit priuatus adminiſtratione, & facultate alienãdi, & nihilominus ad huc habeat dominium, vt eſt *teſt. in d. l. quæſitum, ff. qui, et à quibus, in illis verbis, Quoniam ante damnationem dominus eſt, & in princip. tit. et §. 1. Inſt. quibus alienare licet, vel non.*

7 Tertia concluſio, ante diſpoſitionem *d. teſt. in cap. cum ſecundum,* inſpecta tantum diſpoſitione Iuris Cęſarei, quæſtio erat inter Doctores an reus pro crimine lęſę Maieſtatis diuinæ, vel humanę priuaretur dominio ante ſententiam, quamuis omnes concederent, quod ſequuta ſentẽtia declaratoria, illa retrotraheretur ad diem cõmiſſi criminis, ac operaretur perinde ac ſi fuiſſet priuatus ab initio, *Bar. locis cit. Archid. in d. cap. cum ſecundum leges num. 2.*

8 Quarta concluſio, licet reus pro crimine leſæ diuinæ, vel humanæ Maieſtatis, ſit priuatus dominio, adminiſtratione, & alienandi facultate ante ſententiam declaratoriam, tamen quia priuatio ſupponit crimen patratum, ideo non poteſt deueniri ad exequutionem, antequam pronuncietur ſuper crimine, & feratur ſententia

declaratoria, vt eſt *teſt. in l. eius qui delatorem, 29. ff. de iure fiſci, & in d. cap. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6.* omnia enim iura quæ imponunt pœnam
9 ipſo iure propter delictum, intelliguntur dummodo ſequatur ſententia declaratoria delicti, *Archidiac. & Io. Andr.* quos refert, & ſequitur *Alex. in l. ſiquis maior, num. 13. ff. de tranſact. Alber. in l. lex vectigali, ff. de pignor. Ruin. conſ. 85. num. 6. lib. 4. Rom. conſ. 212. in fine*, cum aliis per *Franc. Beccium conſ. 57. ſub num. 15.* & latius *Burſat. d. conſ. 14. num. 18. & 20. & conſ. 43. nu. 1. & 22. & 25.* vbi quod procedit etiam in notoriis. Quę declaratoria in caſu hæreſis, eſt ferenda per Iudicem eccleſiaſticum, *d. c. cum ſecundum*, vbi plene *Doct. de hæret. lib. ſexto* cum aliis *per Burſat. d. conſ. 43. nu. 21. & 23.*

10 Quinta concluſio, hæreticus antequam feratur contra ipſum ſententia declaratoria, habet veram rerum ſuarum poſſeſſionem, ita probat *teſt. in l. aufertur, §. in reatu, ff. de iure fiſci, d. capit. cum ſecundũ leges, vbi Anchar. de hæret. lib. 6. Cur. Sen. conſ. 20. Simanca d. tit. 9. n. 173. & ſeq. Almayn. in 4. ſent. diſt. 15. q. 2. in princ. Surd. de alimentis tit. 9. quæſt. 32. numero 24.* Sequuta tamen ſententia declaratoria bona confiſcata transferuntur fiſco abſque alia apprehenſione, *Bar. in l. prima, §. an bona, num. 1. verſic. Videt. ff. de iure fiſci, Io. de Platea in l. 1. C. de bonis vacant. Tiraq. in tract. le mort. par. 2. declar. 15. num. 20. Franc. de Alfano in tract. de officio Fiſcal. gloſ. 20. num. 154. verſ. Nec autem confiſcata.*

11 Sexta concluſio, ante declaratoriam latam per Iudicem eccleſiaſticum non poſſunt bona occupari etiam per dominum directum, *d. capit. cum ſecundum leges, Simanca loco cit. Burſatt.* qui alios refert *d. conſil. 43. ſub numero 22. verſ. crederem*, & quatenus occupet, contra occupantem poteſt agi ad reſtitutionem, prout præter relatos, ſcribunt *Arag. 2. 2. quæſt. 11. art. tertio, in ſolut. ad quartum, Molina de iuſt. & iur. diſput. 95. in ſolut. ad tertium, Vaſq. 1. 2. quæſt. 96. art. 5. diſput. 170. cap. 4. num. 5. Emanuel Sa in ſum. verb. fiſcus nu. 2. Sanchez d. cap. 22. num. 18.*

Septima concluſio, vbi fiſcus apprehendit poſſeſſionem, non cogitur citare reum, *Bal. conſ. 141. prope finem, lib. 2. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. ſub nu. 52. verſ. Ideo publicatis.*

SVMMARIVM.

1 *Sequuta confiſcatione fiſcus non dicitur hæres.*
2 *Viuentis non datur ſucceſſio.*
3 *In fiſcum transferuntur omnia iura damnati actiue, & paſſiue.*
4 *Fiſcus habetur loco hæredis extranei.*
5 *Bald. quomodo appellet fiſcum ſuccedentem damnato.*
6 *Actiones fiſci contra reum per publicationem confunduntur ipſo iure.*
7 *Fiſcus agit petitione hæreditatis.*
8 *Fiſcus in quibus bonis ſuccedat.*
9 *Inſtantia capta cum defuncto non tranſit in fiſcum.*
10 *Fiſcus quid agere ſolet poſt delata ſibi bona damnati.*
11 *Inter diuerſos fiſcos non datur ius accreſcendi.*
12 *Fiſcus non conficiens inuentarium an teneatur vltra iures hæreditarias, remiſſiue.*
13 *Publicatio bonorum eſt ſtricti iuris.*
14 *Confiſcatis bonis mobilibus & immobilibus, non includuntur iura. amplia numero 15.*
16 *In confiſcatione bonorum hæretici quæ veniant.*
17 *Bonis abſolute publicatis veniunt iura, & actiones.*
18 *Facta publicatione, actiones competentes hæretico tranſeunt in fiſcum.*
19 *Facta publicatione ſoluentes fiſco liberantur.*
20 *In confiſcatione comprahenduntur tantum bona præſentia.*
21 *Bona præſentia ad hunc effectum quæ dicantur.*
22 *In pœnis inſpicitur tempus delicti non autem ſententiæ latæ.*

In

23 *In criminibus in quibus poena imponitur ipſo iure, quis dicitur condemnatus ab hora commiſſi delicti.*

24 *Bona inquiſiti poſt confiſcationem ex cauſa de præterito non comprahenduntur in ipſa confiſcatione.*

25 *Fideicommiſſum conditionale purificatum poſt confiſcationem non quæritur fiſco.*

26 *Hæreditas delata hæretico poſt publicationem bonorum non quæritur fiſco.*

27 *Fiſco non quæritur legitima hæretici cuius parentes viuebant tempore patrati criminis.*

28 *Ius futurum non includitur in confiſcatione.*

29 *Bona ante crimen admiſſum alienata non comprahenduntur in publicatione.*

30 *Donatio cauſa mortis an confiſcetur remiſſiue.*

31 *In confiſcatione bonorum veniunt iura quæ ſunt tranſitoria ad hæredem extraneum. es num. 32.*

33 *Ius petendi legitimam tranſit in fiſcum.*

34 *In confiſcatione comprahenditur ius petendi ſupplimentum legitime.*

35 *Ius tranſmiſſionis ex potentia ſuitatis tranſit in fiſcum.*

36 *Debitum condisionale ex contractu tranſit in fiſcum.*

37 *In contractibus implementum conditionis retrotrahitur ad principium.*

38 *Conditio poteſtatiua non retrotrahitur.*

39 *Ius fideicommiſſi paſſiui ſub conditione relicti, an tranſeat in fiſcum.*

40 *Quæ per contractum in alium transferri poſſunt in præiudicium hæredum, per publicationem tranſeunt in fiſcum.*

41 *Per contractum transferri poſſe quæ dicātur remiſſiuè.*

42 *Exceptiones quæ tranſeunt ad hæredes extraneos, tranſeunt etiam in fiſcum.*

43 *Iura conditionalia ex vltima voluntate deſcendentia non tranſeunt in fiſcum.*

44 *In vltimis voluntatibus implementum conditionis non retrotrahitur.*

45 *Spes ſubſtitutionis pupillaris non egreditur perſonam ſubſtituti.*

46 *In fiſcum non tranſit ſpes ſubſtitutionis fideicommiſſariæ.*

47 *Nec ius ſuccedendi in empbiteuſi.*

48 *Nec hæreditas delata, quæ non eſt tranſmiſſibilis ad hæredes.*

49 *In Fiſcum an tranſeat ius deliberandi. remiſſiue.*

50 *Iura perſonalia non tranſeunt in fiſcum.*

51 *Neque ius eligendi collatum in perſonam alicuius nec ius reuocandi libertum in ſeruitutem, vel donationem. num. 52. & 53.*

54 *Voluntas eſt perſonalis, & non tranſit in fiſcum.*

55 *Ius reuocandi donationem ex capite ingratitudinis eſt perſonale, & ideo non tranſit in fiſcum.*

56 *Sicut nec ius dicendi de nullitate teſtamenti.*

57 *Nec reuocandi abſtentionem ab hæreditate paterna.*

58 *Conditiones adiectæ legitimæ filii, à filio non repulſæ, nec repelli poſſunt à fiſco.*

59 *Iura liberorum quæ non ſunt communia ad extraneos, non tranſeunt in fiſcum,*

60 *Vſusfructus non eſt tranſmiſſibilis ad alios, ideo non tranſit in fiſcum num. 61.*

62 *Neque commoditas vſusfructus viuente hæretico tranſit in fiſcum.*

63 *Relictum alimentorum non acquiritur fiſco.*

64 *In confiſcatione non includuntur bona prohibita alienari.*

65 *Nec bona fideicommiſſo ſubiecta. amplia num. 66.*

67 *Prohibitio alienationis intra certum tempus, inducit fideicommiſſum inter prohibitos.*

68 *Prohibitio alienationis facta fauore delinquentis non impedit tranſitum bonorum in fiſcum.*

69 *Fiſcus hæretico viuente habet commoditatem bonorum fideicommiſſo ſubiecturum.*

70 *Premoriente fideicommiſſario fiſcus retinet bona.*

ARGVMENTVM.

Quæ veniant in confiſcatione bonorum hæretici.

CAP. XXXII.

1 FAcilioris doctrinę
gratia præmittē-
dū primo, quod
ſequuta bonorū
confiſcatione, fiſ
cus non eſt hęres
l. fiſcus. ff. de iure
fiſci, l. ſi ſub pi-
gnore, C. de fiſcal. vſur. Etenim cum ſuc-
cedat in ius, & locum viuentis, non
2 datur viuentis ſucceſſio, l. inter eos, §. fin.
vbi gloſ. Bar. & alii, ff. de fideiuſſor. Iaſ.
in l. ex facto. §. Iulianus, in 2. not. ff. de vul
gar. & puppillar.
3 Verum, quia in eū transferūtur vniuer-
ſa iura damnati, tam actiue, quam paſſi-
ue, l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. l. ſi adem-
ptis, C. de ſent paſſ. l. ſicut proponis, C. de
bonis proſcript. ideo licet non ſit proprie
hæres, tamen habetur loco hæredis ex-
4 tranei, l. ſi Marito, in princ. ff. ſoluto
matr. l. cum fiſco, ff. ad ſillan. gloſ. Bar. et
reliqui in l. non intelligitur, §. cum ex cau
ſa. ff. de iure fiſci, & iterum Bar. in l. ca-
pitis num. 2. ff. de fideiuſſor. Rom. conſ.
73. in princ & conſ. 93. num 2. Ruin.
conſ. 24 num. 12. lib. 1. Soccin. Iun. conſ.
34. Aymon. conſ. 263. num. 7. Menoch.
de arbitr. caſu 137. num. 4. Peregr. de
iure fiſci lib. 5. tit. 1. nu. 53. Surd. de ali
mentis tit. 8. priuileg. 59. num. 3. Gaill.
obſeruat. 86. nu. 6. lib. 2. Honded. conſil.
85. num. 108. lib. 1.
5 Qua ratione Bal. in l. fin. num. 15. C.
de contrah. empt. fiſcum appellat hęredē
anomalum, & in l. 2. C. de bonis quæ li-
ber. equiparat illum ſucceſſori in prælatu
ra, & ipſum ſequuntur Affl in cap. pri-
mo num. 32. de nouo benef inueſt. peritiſ-
ſimus D. Gratian. diſceptat. foren. tom. 3.
cap. 423. ſub num. 16. & 17.
6 Et eadem ratione, actiones fiſci contra
reum, per publicationem confunduntur
ipſo iure, Bar. in l. ſi vero §. condemna-
tum, ff. qui ſatiſd. cog. Caſtr. conſ. 209. lib.
primo, Cuman. conſ. 36. num. 12 & 13.
inter conſilia crim. Zilleti tom. 1. Stephan.
de Barber. inter eadem conſilia conſ. 39.
Ant. Henrig. de fideiuſſor. cap. 20. §. 14.
num. 10.
7 Item agit fiſcus petitione hæreditatis,
l. item. §. ait Senatus, ff. de petit. hæ-
red Bart. in l. facultas, C. de iure fiſci lib.
10. gloſ. & Doct. in l. 1. C. de his quæ vt
in dign. Salicet. et Caſtr. in l. prima, C. ſi-
quis aliq. Cor. conſ. 279. num. 13. lib.
4. Aret. conſ. 111. in 3. dub. Peregr. loco
8 cit. num. 67. Cum autem non ſit pro-
prie hæres, inde fit vt quamuis hæres ſuc
cedat in bonis defuncti vbiq. exiſtētibus,
1. C. vbi, de hæred. agi oport. l. ex fa-
cto, vbi not. ff. de hæred. inſt. nihilomi-
nus fiſcus ſuccedit tantum in bonis exi-
ſtētibus in ſua iuriſdictione, Bar. in. l. cun
ctos populos, quæſt. 8. C. de ſumma Trinit.
et ſide cathol.
9 Item licet inſtantia iudicialis cepta
cum defuncto, tranſeat actiue, & paſſiue
in eius hæredem, l. ſi hominem, vbi nota-
tur, ff. de fideiuſſor. cap. extra, de iudic. ta-
men non tranſit in fiſcum, quia habet iu
dices ſuos ſpetiales, l. ſic ſtante, §. fin. ff.
ſoluto matr. d. c. quia et vtrobique Doct.
Peregr. d. tit. 1. num. 65.
10 Vnde mos inoleuit, vt ſtatim ac bo-
na deferuntur ad fiſcum, eius procura-
tor curet inhiberi omnibus Iudicibus co-
ram quibus lites pendebant, ne ad vlte-
riora procedant, & cauſas reſumi in Ca-
mera.
Præterea, quamuis inter duos cohere-
des ſit locus iuri accreſcendi, l. vnica, cū
ibi trad. C. quando non petent. par. tamē
non habet locum inter duos fiſcos diuer-
11 ſos, Bal. in d. l. Vnica, et in l. ex facto ff.
de hæred. Inſtit. Laud. in tract. de fiſco q.
233. Alex. conſ. 31. in princ. lib. 1. Peregr.
loco cit. num. 63.
12 An autem fiſcus non conficiens inuē-
tarium teneatur vltra vires hæreditarias
vti tenetur hæres infra dicetur.
13 Præmittendum ſecundo, quod publi-
catio bonorum eſt ſtricti iuris, & vti ta-
lis

lis eſt ſtricte accipiēda; adeout quicquid
reperitur omiſſum in ſententia, habeatur
pro omiſſo, *Bald. in l. 1. C. de hæred. Inſt. & in l. 2. C. qui teſtamenta facere poſſ. Dec. conſil. 445. num. 67.* *Butr. conſ. 59 Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 47. & 49.*

14 Quo fit, vt confiſcatis bonis mobili-
bus, & immobilibus, non includãtur iura,
& actiones, quæ ſunt tertia ſpecies, *Fulgoſ. in l. quam Tuberonis, §. de peculio, ff. de peculio, Alexand. in l. ſi conſtante, §. fin. nu. 9. ff. de ſoluto matr. et conſ. 224. lib. 6. late Soccin. iun. conſ. 51. lib. 2. et conſ. 59. num. 20. lib. 3.*

15 Quod procedit etiam ſi ſit dictum de
mobilibus, immobilibus, & ſe mouentri-
bus, *Alexand. conſ. 226. lib. 6. Natta conſ. 146. num. 14. Pinell. in rubr. C. de bonis mater. par. 1. num. 25. Peregr. loco cit. num. 49.*

16 His præmiſſis dum quęrimus quæ ve-
niant in confiſcatione bonorum hæretici
concluſio conſtitui poteſt venire, non ſo-
lum bona mobilia, & immobilia, ſed etiã
iura præſentia, & in hæredem extra-
neum tranſitoria, ſiue ſint iura actiua, ſiue
paſſiua.

Ex qua quidem tres aliæ colliguntur
cõcluſiones. Prima, quo in confiſcarione
bonorum hęretici, veniunt, non ſolum bo
na, ſed etiam iura, & actiones: quæ con-
cluſio probatur, quia confiſcatio bono-
rum hæretici, fit ex diſpoſitione, *cap. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6.* per quam
fit publicatio bonorum abſolute, vt pa-
tet ibi bona hæreticorum ipſo iure decer
nimus confiſcanda, vbi autem bona pu-
blicantur abſolute, tunc in confiſcatione
17 veniunt etiam iura, & actiones, *l. ſi adem-*
ptis 5. C, de ſent. paſſ. Bart. in l. Quintus ff. de auro, et arg. legat. Alber. in l. 1. ff. de ſtat. Gem. Marcin. laud. in tract. de fiſco, q. 47. Card. conſ. 83 ſecundum puram, Imol. conſ. 35. Dec. conſ. 442. num. 2. cum ſequen. Peregr. d. tit. 1. num. 50. Barboſa l. ſi conſtante, §. fin. num. 2. ff. ſoluto matrim. qua ratione ducti hanc opinionem
in ſpecie probant *Simanca de cathol. Inſt. tit. 9. num. 7. Azeued. recopill. lib. 8. tit. 3. l. 1. num. 180. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæſt. 8. Vaſquez 1. 2. q. 96. art. 5. diſput. 169. num. 3. verſ. & quidem, Sanchez ad præcepta decalogi, lib. 2. c. 14 num. 3.*

18 Ex hac prima concluſione deducitur
quod bonis confiſcatis, hereticus non ba
bet amplius actionem aduerſus debito-
rem, ſed actiones omnes competunt fiſco
d. l. 2. ad l. Iul. de republ. l. ſi. debitori deportat. ff. de fideiuſſ. Bar. in l. creditor. ff. de ſolut. quem ibi cęteri *communiter ſequũtur*, vbi quod debitores fiſco ſoluẽtes
19 liberantur, *Iaſ. conſ. 26. lib. 3. Dec. conſ.*
25. ſub num. 1. verſ. ſi uero non ſunt bona, Ruin. conſil. 116. lib. 5. Affl. deciſ. 170. num. 17. Peregr. loco cit. vbi decla-
rat qualis debeat eſſe confiſcatio, vt ſo-
lutio facta liberet debitorem, *Menoch. de arbitr. caſu 137. numero 4.*

20 Secunda eſt concluſio, quod in hac cõ
fiſcarione veniant bona præſentia quæ
probatur, quia in quacunque confiſca-
tione bonorum quæ fit ipſo iure, veniunt
tantum bona præſentia, non autem futu-
ra, vt eſt *text. in l. ſi mandauero 22. §. is cuius, ff. mandati ibi in publicandis bonis, quicquid poſtea acquiritur non ſequitur fiſcum, & in l. eius qui 8. §. 1. ff. de teſtamentis*, vbi loquẽs de eo cui eſt acqua, &
igni interdictum, ſic ait: *Bona quoque quæ tunc habuit cum damnaretur, publicantur, & in. l. certa forma, vbi Bar. C. de iure fiſci lib. 10. & in c. felicis*, ibi, *quicquid etiã bonis inuenitur fiſci applicatur dominio, et §. cum autem fuerint abſoluendi*, in illis
verbis, *de poſt modum acquiſitis repetitio denegetur, & ibi gloſ. in verb. acquiſitis* ſubdit, quia prius acquiſita erant confiſ-
cara & hanc opinionem probant *gloſ. in l. non ad ea, verſ. præſens, ff. de cond. & demon. Curt. ſen. conſ. 60. numero 32. Alexan. conſ. 23. num. 5. et conſilio 75. nu. 15. lib. 1. Caſtr. conſ. 96. lib. 6. Natt. conſ. 472. n. 4. cum pluribus ſeq. Dec. conſ. 438. num. 10. et conſ. 442. nu. 20. Cephal. conſ. 321. n. 49. Simanca loco cit. n. 61. et iterum in Enchiridion. tit. 56. n. 5. Boſſius de publicat. bonorũ, nu. 15. et 27. cum ſeq. Locatus in verſ. publicatio bonorũ n. 5. Burſat. conſ. 43. n. 42. et 43. late Peregr. d. lib. 3. tit. 1. num. 132. Aſcan.*

clem.

Clem. de patria poteſtatem effectu 17.*n*.70. *Baiard. ad* Clar. *in* §. *hæreſis num.* 19. vbi teſtatur *de communi*, quam etiam probat *Rota deciſ.* 515. *num.* 4. *part.* 1. *diuerſ.*

21 Bona autem præſentia quæ dicantur ad iſtum effectum, non ſatis liquet, apud *Doct.* Siquidem ſunt qui exiſtimãt præſentia dici omnia bona quæ ſpectant ad hæreticum vſque ad diem latæ ſententiæ criminis declaratoriæ, ita *Boſſ. loco cit. num.* 8. *Clar. in* §. *fin. quæſt.* 79. *num.* 24. & hanc eandem ſupponere videntur Curt. *Sen. conſ.*59. *num.* 13. *Simanca d. tit.*9. *num.*61. *Azor. tom.*1. *lib.* 5. *cap.* 7. *quæſt.*8. *Tello ad leges Tauri, l.* 4. *num.* 48. *Peregr. loco cit. numero* 132. D. *Gratian. diſcept. forenſ. to.* 2. *c.* 309. *n.*19. Ducuntur tantum auctoritate *tex. in d. l. eius qui*, §. 1. *ff. de teſtam en tis*, in illis verbis, *bona quoque quæ tunc habuit cum damnaretur, publicantur*.

Contrariam opinionem, videlicet quod dicantur præſentia tantum bona quæ habebat hæreticus tempore criminis patrati, tenent Burſatt. *conſ.* 14. *nu.* 28. *& conſ.* 43. *nu.* 4. *lib. primo. Baiard. ad Clar. d.*§. *hæreſi, quæſt.* 78.*num.*212. *Matiento lib.* 5.*recopill. tit.* 4. *l.* 3. *gloſ.* 7. *num.* 6. B*aldes in addit. ad Suarez in l. poſt rem iudicatam*, *not.* 13. *num.* 2. *verſ. ſed in peculio, ff. de re ind.* *Sanchez d.*
22 *cap.* 14. *ſub num.* 10. & hæc mihi videtur equior, & verior, ex regula quod in pœnis imponendis inſpicitur tempus delicti, non autem ſententiæ latæ, *l.* 1. *ff. de pœnis*, ibi *eam cauſam debet ſuſtinere, quã ſuſtineret ſi eo tempore eſſet ſententiam paſſus cum deliquit*.

Non obſtat textus in contrarium allatus, quia procedit in delictis in quibus bona non confiſcantur ipſo iure, ſecus in crimine hæreſis in quo cum confiſcatio
23 ſit ipſo iure inflicta, *d. cap. cum ſecundum leges, de hæret. lib.*6. dicitur condemnatus eodem momento quo crimen concepit, *l. fin.* C. *ad l.* Iul. *Maieſt.* atque ideo ſententia criminis declaratoria, non inducit aliquid de nouo, ſed inductum manifeſtat, *l. eius qui delatorem, ff. de iure Fiſci, Burſatt. conſ.* 289.*ſub num.*3.*lib.*3.

Hac ergo opinione retenta, illa exten-
24 ditur, vt procedat etiam ſi bona poſt confiſcationẽ acquirantur ex cauſa de præterito, nam nihilominus non dicuntur preſentia, neque veniunt in confiſcatione, B*ar. per illum teſt. in l. ſi certa forma, C. de iure Fiſci, lib.*10. *& in l.* 1. *ff. de bonis damnat. Ruin. conſ.*123.*ſub num.*7. *lib.*4.*Natta conſ.*472.*ſub num.*6. *Peregr. de iure Fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *ante num.* 132. quibus additur iterum *Bar. & Ang. in l. quoties, ff de nouat. Bal. in l.*2. *C. de bonis, & in l.*3. *C. de priuileg. Fiſci, Caſtr. conſ.*5. §. *in primo quæſito, lib.* 1. *Menoch. conſil.* 101.*num.*24.*lib.*1. *D. Gratian. diſcept. forenſ. tom.*2.*cap.*309.*num.*11.

Vnde deducitur primo, quod fidei-
25 commiſſum conditionale purificatum poſt confiſcationem, non quæritur Fiſco, prout vltra citatos ſcribunt *Ruin. conſ.*123.*lib.*4.*Soccin. conſ.*275.*num.* 18. *lib.*2. *Dec. conſ.*235.*col.*3.

Deducitur ſecundo, quod neq. quæ-
26 ritur Fiſco hæreditas delata hæretico poſt publicationem bonorum, B*al. in l. ſi qua pæna num.*2. *ff. de his qui ſunt ſui, & conſ.*7.*lib.*2.B*oſſius loc. cit. num.*27.*Caſtr. conſ.*212.*lib.*2.*Cepoll. conſ.*58.*num.*24.*in ciuil. Peregr. loco cit. num.* 133. vbi quod fiſco excluſo ſuccedunt ſequentes in gradi, *Cephal. qui teſtatur de communi conſ.* 321. *num.* 51. *D. Gratian. d. cap.* 309. *num.* 13.

27 Deducitur Tertio idem eſſe dicendũ de legitima, nam ſi tempore quo hæreticus crimen patrauit, patentes viuebant, ius legitime non erat illi perfecte quæſitum, *l.* 1. §. *ſi impuberi ff. de collat. bonorum*, atque ideo vti ius futurum nõ
28 confiſcatur, C*epoll. d. conſ.* 58. *numero vigeſimo nono*, D*ec. conſil.*438. *num.*8. *cum ſeq. Lauden. in tract. de fiſco quæſt.* 6. *Ruin. d. conſ.* 23. *lib.* 4. *& conſ.* 149. *num.* 13. *lib.* 3. B*oſſ. loco cit. num.* 17. *Roland. d. conſ.*97. *num.* 5. *lib.* 2. *Menoch. conſ.*77.*num.* 26. vbi bene diſtinguit R*ota deciſ.* 515. *ſub num*, 4. *par.* 1. *diuerſ.*

29 Deducitur Quarto, quod bona quæ ante crimen admiſſum fuerunt ab hæreti

co

co alimenta non veniunt in confiſcatione, *l. ſi quis poſthac, vbi Bal. num. 1. & 2. C. de bonis damnat. l. poſt contractum vbi Bar. & reliqui, ff. de donat.* Dec. *conſ.* 235. *num.* 1. Rota *deciſ.* 107. *numero* 3. *tom. 1. in recentior.*

30 An autem idem procedat in donatione cauſa mortis, vel in donatione facta inter coniuges, latè *Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. à num.* 146. *cum pluribus ſequentibus.*

31 Tertia eſt concluſio, in confiſcatione bonorum veniunt iura quæ ſunt tranſitoria in extraneum hæredem, probatur, tũ quia licet cõfiſcatione ſequuta, vniuerſa iura hæretici transferantur in fiſcum, *l. ſi ademptis, C. de ſent. paſſ.* nihilominus fiſcus eſt extraneus hęretico, *gloſ. communiter recepta in l. 1. C. de bonis quæ liber. Bar. in l. iura, ff. de iure patr. & in l. eum qui, ff. de interd.* Alex. *conſ.* 23. *num.* 29. *lib. primo,* Soccin. *conſ.* 121. *num.* 17. *lib.* 4. *Dec. in l. ea ſola, ff. de reg. iur. Soccin. Iun. conſ.* 49. *num.* 12. *lib.* 3. Roland. *conſ.* 98. *num.* 16. *lib.* 2. *& conſ.* 29. *numero* 19. *lib.* 3. *Natta conſil.* 528. *numero* 23.

Tum etiam, quia quæ non tranſeunt in hæredem extraneum, qui eſt propriè hæres, neque tranſeunt in fiſcum, qui eſt hæres in propriè, vt fatentur omnes locis citatis.

32 Ex qua etiam infertur, quod omnia iura tranſmiſſibilia ad hæredem extraneum, trauſeunt in fiſcum, & è conuerſo, quod iura quæ non tranſeunt in hæredem extraneum, neque tranſeunt in fiſcum, vt probatur ex doctoribus hactenus allegatis, & ex infra allegandis.

Ex prima parte huius illationis deducitur primo, quod cum ius petendi legitimam ex bonis parentis defuncti tranſeat ad hæredes extraneos, *l. quamquam C. ad l. falcid.* ideo tranſit etiam in fiſcum, *Bal. conſ. 8. lib. 4. Natta conſ.* 528. *num.* 26. *&* 27. *Peregr. loco cit. n.* 79.

Dixi de iure petendi legitimam in bonis parentis defuncti, quia ſecus
33 eſſet ſi delictum eſſet commiſſum ante obitum, vt declarat, & recte *Menoch. conſ.* 77. *num.* 26. *&* 27. *idem Peregr. loco cit. num.* 97. *verſ. ſed illud dictum.*

An autem idem procedat quando filius eſt prohibitus alienare intra certam ętatem; *Bald. conſ.* 31. *num* 28. *&* 30. *lib.* 1.

34 Et ex eadem ratione deducitur ſecundo. quod in confiſcatione comprehenditur ius agendi ad ſupplementum legitime, & petendi reſtitutionem in integrũ, idem *Peregr. loco cit num.* 84. nec nõ, & detrahendi vtramque quartam, *l. 3. §. ſiquis rogatus, ff. ad trebell. Aret. conſil.* 39. *in 3. dub. Natta conſ.* 528. *num.* 33.

35 Deducitur Tertio, quod cum ius tranſmiſſionis ex potentia ſuitatis tranſeat ad hæredes extraneos, *l. apud hoſtes C. de ſuis, & legit.* ideo tranſit in fiſcum, *Peregr. loco cit. ſub num.* 84.

36 Deducitur Quarto, quod debitum conditionale ex contractu, ex quo quo tranſit ad hæredes extraneos, *§ ex conditionali, Inſt. de verb. oblig.* tranſit etiã in fiſcum, vt eſt text. in *l. inter Socerum, num. 6. ad finem, ff. de pact. dot.* Bal. *in l. fin. nu.* 15. *C. de contrahen empt. & ibi Salicet. n. 7. Imol. in l. non ad eo ff. de cond. & dem. Iaſ. in l. ſi quis arbitratu, ante nu.* 30. *ff. de verb. oblig.* Bar. Alex. *& Imol. in l. ſiquis mihi bona, §. primo ff. de acquir. hæred. Ripa in l. 1. num. 155. ff. de vulg. & puppill.* Alex. *in l. 3. §. illud quoque, num. 3. ff. quod quiſque iur. et in l. ſi Marito, in princ. ff. ſoluto matr Rom. ſing.* 170. *verſ. 2. limita, Simanca de cathol. Inſt. tit. 9. num. 11. Gram. conſ. 7. nu. 3 in crim. Natta conſ.* 472. *num.* 14. *Peregr. loco cit. num.* 76. *Cephal.* qui teſtatur *de communi conſ.* 101. *num.* 26.

37 Comprobatur, quia in contractibus implementum conditionis retrotrahitur ad principium, ac implemento ſequuto iudicatur perinde ac ſi eſſet impletum tempore quo conditio fuit appoſita, *l. potior, in princ. ff. qui potior in pignore hab. l. ſi filius familia, in princ. ff. de verb. oblig.*

38 Hęc quarta deductio declaratur primo, vt procedat ſi conditio ſit caſualis, vel mixta, ſecus ſi fuerit poteſtatiua, quia cum illa non retrotrahatur, *l. qui balneũ 9. in princ. et l. potior. ff. qui potiores in*

pi-

pignore hab. l. ſi filius familias, in princ. ff. de verb. oblig.

38 Hęc quarta deductio declaratur primo, vt procedat ſi conditio ſit caſualis, vel miſta, ſecus ſi fuerit poteſtatiua, quia cum illa non retrotrahatur, *l. qui balneum 9. in priuc. et l. potior ff. qui potiores in pignore hab.* conſequenter debitum ſub tali conditione tranſit in fiſcum, *Bal. in l. fin. num. 15. verſ. ego autem, C. de contrab. empt.* Alex. *iu d. l. Si marito, in princ. uum. 2. ff. ſoluto matr. Gomeſ. var. reſolut. tom. 3. cap. vlt. num. 2. ad finem cum aliis per* Farinacc. *tom. 1. tit. de delictis, et poenis quaeſt. 28 num. 147.*

Contrarium tenent *Caſſan. in conſuetud. Burg. rubr. 2. §. 2. in princ. num. 24. lim. 2. Baiard. ad Clar. in §. fin. q. 78. num. 105.* Barboſ. *in l. ſi conſtante, §. fin. num. 6. ff. ſoluto matr.*

39 Ducuntur, quia ius fideicommiſſi paſſiui relicti ſub conditione poteſtatiua tranſit in fiſcum, *d. l. ſtatius,* §. Cornelio, *ff. de iure fiſci, d. l. ex facto, §. ex facto, ff. ad trebell.*

Prior opinio eſt frequētior, & verior, cui nō obſtat mox allatū argumētū, tum quia in præcitatis iuribus nō reperitur cōditio poteſtatiua, tū etiam quia non eſt verū, quod in fiſcum tranſeat ius fideicommiſſi conditionalis paſſiui, ſed tranſit, tantum vtilitas percipiendi fructus viuente condemnato, vt latius eſt dictum *ſupra in prima deductione.*

Declaratur ſecundo, ne procedat quādo conditio deſcendit ex vltima voluntate, iuxta ea quæ latius dicentur *inf. nu....*

40 Deducitur Quinto, quod quæ per contractum poſſunt in aliū transferri, & alienati in præiudicium hæredum, & ſucceſſorum, eadem delinquendo, per publicationem bonorum transferuntur in fiſcū, *Bal. in l. emancipatum §. primo, ff. de Senator. Soccin. conſil. 266. nu. 38. lib. 2. Affl. in cap. 1. gloſ. 3. nu. 8. tit. quæ fuit prima cauſa beneſ. amiſſ.*

41 Quę autem poſſunt per contractum in alium transferri, luculenter congeſta reperies apud *Tiraq. de retract. conſang. §. 26. gloſ. 3.*

42 Deducitur Sexto, quod omnes exceptiones quæ tranſeunt ad hæredes extraneos, tranſeunt etiam in fiſcum, & econuerſo, quæ ad extraneos hæredes non tranſeunt, neque tranſire poſſunt in fiſcum, *Salicet. in l. ſiquis poſthac,* C. *de bonis praeſcript.* vbi quod fiſcus poteſt opponere exceptionem non numeratæ dotis, ſicuti poterat opponere reus, & eum ſequitur *Affl. deciſ. 402. num. 17. Roland. conſ. 31. num. 33. lib. 1. Peregr. loco cit. num. 78. et 82.*

43 Ex Secunda parte deducitur primo, quod iura conditionalia quæ deſcēdunt ex vltima volūtate nō tranſeunt in fiſcū, tum quia talia iura non tranſeunt ad hæredes, *l. legata ſub conditione 41. ff. de condit. et dem. l. vnica §. ſin autem, C.*
44 *de caducis toll.* Tum etiam quia in vltimis voluntatibus implementum conditionis non retrotrahitur, ſed inſpicitur tempus quo impletur, *l. 1. §. ſeruus, ff. ad Sillan. l. ſi cum hæres 4. ff. quando dies legati cedit, l. quæ legata 7. ff. de reg. iur.* quibus rationibus ducti hanc opinionē palam profitentur Doctores, & ſignanter *gloſ. in l. non ad ea 88. verb. præſens, ff. de cond. et dem.* Bar. *in l. traditum 86. ff. eodem.* Rom. *in l. ſi mora 32. num. 24. ff. ſoluto matr. & conſ. 247. num. 1. et 2. et iterum ſing. 270.* Bal. *in l. etiam, nu. 4. C. ad l. Falcid. Felin. in cap. ad liberandum, nu. 1. de iudæis, Dec. conſ. 235. num. 5. verſ. ſed in caſu illo,* Pinell. *in rubr. de bonis mater. par. 1. num. 3* Simanca *de cathol. Inſt. tit. 9. num. 62.* Decian. *conſil. 18. num. 337. lib. primo,* Peregr. *de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 93. et 132. Menoc. conſil. 101. num. 25. lib. 1.* Barboſ. *in l. ſi conſtante §. fin. num. 4. ff. ſoluto matr. Onded. conſ. 95. n. 71. lib. 1. Cepb. conſ. 321 num. 51. et 52. lib. 3.*

45 Qua ratione ſpes ſubſtitutionis pupillatis non egreditur perſonam ſubſtituti, *l. qui habebat, ff. de vulg. et pupill.* & conſequenter non tranſit in fiſcum, *l. ex facto, §. Iulius longinus, et ibi notant Bal. & reliqui, ff. eod.* Cephal. *conſil. 321. numero 36. lib. 3. Natta conſ. 472. numero 6.*

46 Sicuti neque tranſit ſpes ſubſtitutionis fideicommiſſariæ cōditionalis, *Alex.*

conſ.

Digitized by Google

conſ. 23. lib. primo, Roland. conſ. 29. nu. 19. lib. 3. Boſſius tit. de publicat. bonorum num. 16. et 18.

47 Et ſimiliter neque tranſit ſpes ſuccedendi in emphiteuſi, vel feudo per mortem alicuius viuentis, idem *Boſſ. loco cit. Peregr. d. tit. primo ante num. 96.*

48 Hæreditas etiam delata, quia non eſt trnſmiſſibilis ad hæredes, *l. vnica, §. in nouiſſimo, C. de caducis tollc. neque ceſſibilis l. mulier, §. hæres ex aſſe, ff. de iure dot.* ideo neque fiſcus ex perſona hæretiei, aut ex alia cauſa condemnati, hæreditatem delatam, & per eum non agnitam eapiet, quia ius adeundi hæreditatem etiam delatam, & non aditam non transit in fiſcum, I*mol. Alex. et Iaſ. in l. in l. ſiquis mihi bona, §. fin. ff. de acquir. hæred. Nel. de bannit. par. 1. 2. tempor. q. 30. Dec. in l. 3. §. illud, nu. 2. et 3. ff. quod quiſque iur. et conſ. 438. numero 8. & conſ. 442. per tot. & præſertim nu. 19. & ſeq.* Ruin. *conſ. 23. per tot.* & maxime *num. 28. verſ. quia ergo, lib. 5. latè Cephal. conſ. 321. num. 25. vſq. a 62. lib. 3.* Pancirol. *conſ. 163. n. 5. lib. 1.* quicquid ex aduerſo tuendo iura fiſci ſcribat *Peregr. lib. 5. tit. num. 84.* Papien. *in praxi in forma libell. pro hæred. abinteſtato delata num. 7.*

49 An autem in fiſeum tranſeat ius deliberandi, vide *Aret. in l. ſiquis mihi bona, §. primo. ff. de acquir. hæred. Natta conſ. 472. ſub num. 16.*

50 Deducitur Secundo, quod cum iura perſonalia cohereant perſonæ, nec tranſeant ad hæredes, *l. pluribus, ff. de ſuis, et legit. §. plene,* In*ſt. de iure naturali, cap. ſi gratioſe, de reſcript.* ideo neque tranſeunt in fiſeum, *Cephal. d. conſ. 321. num. 35. & 36. Peregr. loco cit. num. 91.*

51 Quo fit, vt ius eligendi in perſonam alicuius collatum, non tranſeat ad fiſcum, *l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad trebell. l. cum pater, §. hæreditatem, vbi notatur ff. delegat. 2.*

52 Sicuti neque tranſit ius reuocandi in ſeruitutem, *Caſtren. in l. penult. C. de libert. & eorum liber.* Et pariter neque tranſit ius reuocandi donationem cauſa mortis, *l. ſed ſi mort. §. primo ff. de donat. inter uir. et vxor. l. rei vxoris,* C. *eod. Bald. & Iaſ. quos refert, et ſequitur Cephal. conſ. 321. num. 45. verſ. 8. nam, & num. 55. lib. 3.*

53 Sicuti etiam neque tranſit ius reuocandi donationem inter uiuos, competens ex pacto relato ad voluntatem donatoris, quia cum voluntas ſit perſonalis,
54 *l. 4. ff. de locati*, illa quidem in fiſcum transferri non poteſt, vt in ſpecie ſcribit *Loffred. conſ. 5. num. 17.*

55 Idem erit dicendum de iure reuocandi donationem excapite in gratitudinis, quia, & illud eſt perſonale, neque tranſit ad hæredes, *l. his ſolu, col. final. de reuocan. donat.* ibique *Ripa quæſt. 61. Butr.* & reliqui *in cap. fin. de donat. Peregr. loco cit. num. 92. Cephal. d. conſil. 321. num. 55.*

56 Itē, & de iure dicendi de nullitate teſtamenti competente liberi aduerſus parentum teſtamentum, quia cum ſit perſonale liberorum, nec tranſeat ad alios, *Iaſ. in l. cum mota num. 160. C. de tranſaction.* neque tranſit in fiſcum, *Bald. in l. ſi qua poena. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. Alciat. conſ. 67. col. 2. lib. 9. Peregr. loco ſepè citato num. 85.*

57 Item, & ius reuocandi abſtentionem ab hæreditate parerna non tranſit in fiſcum, quia eſt ius ſpeciale liberorum ad alios non tranſmiſſibile, *Alex. & Iaſ. in l. qui ſe patris,* C. *vnde lib.*

58 Nec non, & conditiones adiectæ per parrem ad onus filii in legitima, & à filio non repulſæ, confiſcatis bonis filii nō poſſunt reijci per fiſcum, *Alciat. in d. conſ. 67. lib. 9. Iaſ. in l. filius familia, §. diui, in prima lectura, nu. 116. verſ. limita notabiliter, ff. de lega. 1.* & anteipſum *Caſtr. 77 lib. 1. Picus in l. in quartam, num. 122. ff. ad l. falcid. Roland. conſ. 31. num. 30. lib. 1.* Dec. *conſ. 442. num. 28. Ferrar. caut. 35. Soccin. Iun. conſ. 163. num. 35. lib. 2. et conſ. 87. num. 5. lib. 3. Boer. quaſt. 87. nu. 5. Alba conſ. 57. num. 10. et conſ. 226. nu. 31. & eſt communis opinio* vt teſtatur V*iu. commun. opin. verb. legitime nullum grauamen. verſ. limitatur.*

Quæ tamē declaratur vt per *Menoch. conſ. 57. nu. 9. & 15. verſ. non obſtat lib. 1.*

Et

59 Et denique omnia iura liberorum, quæ non ſunt tranſitoria ad extraneos, publicatis bonis nõ tranſeunt in fiſcum, *Alciat d. conſil. 67. lib. 9. Peregr. loco cit. num. 67.*

60 Deducitur Tertio quod cum vſuſfructus, non ſit ad alios tranſmiſſibilis, *l. ſi vſusfructus ff. de iure dot. l. corruptionem, C. de vſufr. §. finitur Inſt. eod. tit.* ideo publicatis bonis vſufructuarij, vſufructus non tranſit in fiſcum, *Alex. in l. ſi finita, §. de vectigalibus, num. 51. ff. de dam. infecto, & conſ. 116. col. 2. lib. 2.* & ante ipſum *Bal. d. l. corruptionem, Gabr. conſ. 123. num. 10. & conſ. 184. lib. 1. Pancirol. conſil. 181. num. 11. lib. 1.*

62 Quinimo cum vſusfructus finiatur etiam media capitis diminutione, *l. ſi vſusfructus, ff. de iure dot.* merito damnato hæretico, fiſco neque quæritur commoditas in vita hæretici, prout quçreretur ſi non fuiſſet paſſus capitis deminutionem, iuxta teſt. vbi traditur *in l. ſtatius §. Cornelio, ff. de iure fiſci*, prout vltra Doctores relatos ſcribitur *Borgnin. de vſufr. num. 229. Peregr. d. tit. num. 116 Rota deciſ. 107. num. 5. tom. 1. in recentior.*

63 Deducitur Quarto, quod cum relictũ, vel obligatio de præſtandis alimentis, nõ egrediatur perſonam alimentarii, *l. cum hi, ff. de tranſact.* ideo non tranſit in fiſcum, *l. is cui ff. de alimentis legat. Salicet. in l. ſi ademptis, C. de ſent. paſſ Boſſius loco cit. num. 72. Franc. Marc. deciſ. 833. par. 1.* & latius ſcripſi ſupra *hoc eod. lib. capit. 27. num. ...* Quibus additur *Onded. conſ. 95. n. 70. cum ſeq. lib. 1. Rota deciſ. 107. ſub. num. 5.*

64 Deducitur quinto, quod bona prohibita alienari, ex quo non tranſeunt ad hæredes extraneos, neque tranſeunt in fiſcum, *l. Imperator, vbi Bar. Angel. & reliqui, ff. de fideicommiſſ. liber. l. cum vero, ff. eodem tit. l. iura. ff. de iurepatr. Oldrad. conſ. 17. num. ... Io. Andr. in addit. ad ſpecul. tit. de feudo, verſ. 40. Nacta conſ. 528. num. 22. Rota deciſ. 10. num. 9. tom. 1. in recentior.*

65 Quare cum bona ſubiecta fideicommiſſo nequeant alienari, *d. l. Imperator.* merito non veniunt in confiſcatione, *Alex. conſ. 23. lib. 1. & conſ. 88. lib. 3. Cepol. conſ. 58. in 1. dub. Rui. conſ. 88. lib. 5. Dec. conſ. 442. nu. 28. & 32. Roland. conſ. 98. lib. 2. Gabr. conſ. 184. lib. 1.* vbi teſtatur eſſe receptiſſimam vbiq; contra fiſcum ſicuti etiam teſtantur *Soccin. Iun. conſ. 34. n. 49. lib. 3. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. nu. 98. Anguiſſol. conſ. 17. lib. 6. Pancir. conſ. 181.*

66 Quæ procedit primo, ſiuè fideicommiſſum ſit expreſſum, ſiue ſit tacitum inſurgens ex prohibitione de nõ alienando facta in fauorem familiæ, ſiuè tertij, nam in tali caſu fiſcus non poteſt prætendere, neque proprietatem bonorum, neq; commoditatem in vita hæretici, ſed ſtatim ſequuto delicto bona deuoluuntur aduocatos, non ſecus ac ſi eſſet facta actualis alienatio, *l. rogo, & l. Imperator, ff. de fideicomm. libert.* & tradunt omnes hactenus allegati, & ſignanter *Alex. conſ. 23. lib. 3. Gabr. d. conſ. 184. num. 2. & 3. Natta conſ. 528. num. 19. & ſeq.*

Procedit ſecundo, etiam vbi prohibi-
67 tio eſt de nõ diuidendo bona intra certum tempus, nam talis prohibitio inducit fideicommiſſum inter prohibitos, vt probant, & rectè *Dec. d. conſ. 142. ſub nu. 2. verſ. & quod dictum eſt, Roland. conſil. 84. num. 35. cum ſeq. lib. 1. quicquid ex aduerſo firmat Peregr. d. tit. 1. num. 98. verſ. Amplia quando, & num. 99 cum ſeq.* contra cuius opinionem fuiſſe in facti contingentia pronunciatum ipſe teſtatur ibid. *num. 104.*

68 Limitatur primo, ne procedat vbi prohibitio alienationis eſt facta fauore delinquentis, nam in tali caſu bona tranſeunt in fiſcum, *Bar. in l. ſiquis in tantam c. vnde ui, Tiraq. de legib. connub. gloſ. 5. num. 148.*

69 Limitatur Secundo, ne procedat vbi fideicommiſſum eſt conceptum in caſu mortis, nã in tali caſu, licet poſt mortẽ naturalẽ bona tranſeant aduocatos, tamen ſequuta confiſcatione bona deferuntur fiſco ad effectum recipiendi commoditatem hçretico viuente, cum onere reſtituendi bona ſequuta morte naturali, *l. ſtatius, §. Cornelio Felici, ff. vbi Doct. ff. de*

iure

iure fiſci, l. cum fiſco ff. ad Sillan. l. Marcellus §. *fin. ff. ad trebell. l. ex facto*, §. *ex facto, et l. accuſare* §. *meminiſſe verſic. ſi fiſco ff. eod. tit.* Gabr. *d. conſ.* 184. *num.* 1. *lib.* 1.

70 Quinimmo ſi viuente hæretico contingat fideicommiſſarium prçmori, bona remanẽt poenes fiſcum, libera ab onere fideicommiſſi, *d. l. ſtatius* §. *Cornelio ff. de iure fiſci* Bal. *conſ.* 284. *n.* 1. Peregr. *loco cit. num.* 69.

SVMMARIVM.

1 *Confiſcatio facta per ſententiam Iudicis laici an comprehendat ius patronatus.*

2 *Sententia ſuper hæreſi non poteſt ferri niſi per eccleſiaſticum.*

3 *Ius patronatus competens hæredibus ſanguinis, vel illis de familia non confiſcatur.*

4 *Ius patronatus tranſitorium ad hæredes extraneos, non acqiratur fiſco, ſed eccleſia efficitur libera. Limita vt numero* 5.

ARGVMENTVM

In confiſcatione bonorum hæretici an veniat ius patronatus.

CAP. XXXIII

1 Licet vbi cõfiſcatio fit per ſententiam Iudicis laici, non leuis ſit inter Doctores concertatio, an ius patronatus veniat in confiſcatione ſimul cum vniuerſitate bonorum, & receptior ſit opinio ad fiſcum non tranſire, vt patet ex traditis *per Gigant. in tract. de crim. leſæ maieſt. tit. de poenis commiſſ. quæſt.* 4. *numero tertio*, Peregr. *de iure fiſci lib. quinto tit. primo num.* 72. *verſiculo contrarium*, & *per Sanchez ad præcepta decalogi lib.* 2. *capitulo* 19. *à num.* 5. *cum ſeq.*

2 Tamen quia ſententia ſuper hæreſi non poreſt ferri niſi per Iudicem eccleſiaſticũ *c. cum ſecundum leges de hæret. lib.* 6. ideo reſtringendo mareriam ad rem noſtram, duæ concluſiones conſtitui poſſe videntur ex quibus ad reſolutionem dubitationis infertur.

Primavbi verſamur in patronatu ad quod ex eius inſtitutione vocantur hæredes ſanguinis, vel alii de agnatione, vel de certa familia, illud quidem non venit in confiſcatione, ſed ſequuta ſententia hæreſis declaratoria, patronatus deuoluitur ad filios vocatos non ſecus ac vocantur fideicommiſſarii ad bona ſubiecta fideicommiſſio vt in ſpecie probant Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 78. *numero octauo*, Peregr. *loco citato numero* 72. & 121. *Soccin. Iun. conſilio* 51. *numero* 3. Diaz *in praxi capitulo* 132. *numero quinto* Cantera *in crim. quæſt. titulo de quæſt. tang. punit. delict. capitulo primo numero* 50. & *hanc opinionem Rota probauit in Lucana iuriſpatronatus* 20. *Aprilis* 1606. & 4. *Iunii* 1607. *coram Reuerendiſſimo* D. *meo Coccino Rotæ Decano meritiſſimo impreſſe per Farinacc. tom. ſecundo, conſilio deciſione* 221. & 241.

4 Secunda concluſio quando patronatus eſt tranſitorium ad hæredes extraneos, facta publicatione, licet videri poſſit quod tranſeat in fiſcum, ſicuti tranſeunt alia iura ad hæredes tranſitoria, *Igneus in l. neceſſarios*, §. *non alias, numero* 403. *ff. ad Sillan. cum aliis per Surd. de alimentis ti.* 9. *quæſt.* 22. *num.* 28.

Nihilominus recepta eſt opinio ad fiſcum non rranſire, ſed eccleſiam, acquirere libertatem, ſicuti acquirunt cæteri qui iure dominii, vel obſequii erant domino obligati vt in *l. iura libertorum ff. de iure patr. capit. fin. extra de heret.* ita firmant *gloſ. in clem. paſtoralis verb. ſubiecte de reiud. ibique* Imol. *num.* 71. *in fine cum ſeq.* Collectar. *in cap. quibuſdam, nu.* 10. *verſ. ſed numquid de poenis* & *in cap. fin. num* 4. *verſ. quod ſi patronus de iure patr.* Card. *in clem. plures numero* 8. *verſiculo ſed dic de iure patr.* & *iterum* Imol. *in l. Inſulam*

in 2. not. ff. ſoluto matr. Anan. in capit. Vergentis num. 6. de hæret. Lambert. de iure patr. lib. tertio, quæſt. 8. art. 8. num. 16. & 22. Simanca de cathol. Inſtitut. titulo 9. num. 95. & 96. Lupus *in rubr. de donat. §. 37. numero ſeptimo, verſiculo ad hoc notanter. Molin. de primog. lib. primo capitulo 24. numero 27. Diaz, &* Cantera *locis cit. Azor. tom. primo lib. octauo, capitulo 12. quæſt. 6. Vaſq. 1. 2. quæſt. 96. art. quinto, diſput. 169. numero 19. verſiculo 11.* Alphonſ. *Guerrero in* Theſauro *religio. titu. de hæret. numero 23. Rotas ſing. 117. numero quarto,* Ro*ta in Agaten. iuris patronatus 4. Maii 1602. coram olim Illuſtriſſimo Cardinali* Pamphilio, *quæ eſt 53. num. 5. tom. 1. in recentior.*

5 Limitatur vt procedat quando patronatus ſpectat integraliter ad hæreticum, vbi vero plures eſſent patroni, tunc ne delictum vnius cæteris inferat nocumentum, eccleſia non acquirit libertatem, ſed patronatus iure quaſi non decreſcendi acquiritur cæteris, *Cantera loco citato, Sanchez d. capitulo 19. numero* 17. quorum opinio comprobatur quia ius patronatus eſt indiuiduum, *gloſ. communiter recepta in capitulo primo de iure patr.* in quo ſicuti in cæteris indiuiduis habet locum ius non decreſcendi, *Calder. conſilio 8. de iure patr. Bal. in capitulo quanto num.... de iud. ibique Ba. hat. col. pen. Alex. in l. ſi mihi, & Titio, in princ. ff. de verb. oblig. Rocch. de Cur. de iure patr. in verb. ius, quæſt.*
6 *Lambert. eod tract. lib. 1. par. 2. quæſt. 4. art. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Sequuta publicatione bonorum omnia iura competentia hæretico tam actiue quam paſſiue tranſeunt in fiſcum.*

2 *Fiſcus ſequuta publicatione tenetur ad omnia ea ad quæ tenebatur hæreticus.*

3 *In ceſſionarium tranſeunt iura actiua, & paſſiua.*

4 *Hæreticus facta publicatione liberatur à qualibet obligatione. & numero. 5. & 6.*

7 *Etiam ab obligatione perſonali liberatur hæreticus ſequuta publicatione bonorum.*

8 *Hæreticus facta publicatione bonorum non tenetur ad debita propria, etiam in foro conſcientiæ.*

9 *Hæreticus cuius bona fuerunt publicata, poſt condemnationem factus locupletior, non tenetur ad debita.*

10 *Hæreticus reſtitutus per gratiam principis, non recuperat iura neque actiua neque paſſiua.*

Amplia num. 11.

12 Ratio *Tutelæ per hæreticum adminiſtrata exigenda eſt à fiſco.*

13 *Hæreticus ſequuta publicatione bonorum, liberatur ab omni obligatione etiam iuramento quarentigia, vel forma cameræ vallata.*

14 Fideiuſſor *hæretici an remaneat liberatus. & num.* 21.

15 *Hæreticus reſtitutus cum recuperatione bonorum, tenetur ad omnia debita, etiam ſi recuperare nolit.*

16 *Habens actionem rem habere cenſetur.*

17 *Ad debita contracta poſt delictum fiſcus non tenetur.*

18 F*iſcus occupans bona damnati tanquam ſibi debita, non tenetur ad debita damnati.*

19 C*onfiſcatio facta pro parte bonorum, non obligat fiſcum ad debita damnati niſi pro rata.*

20 *Propter crimen hæreſis omnia bona confiſcantur.*

22 R*eſtitutio facta per viam iuſtitiæ operatur ac ſi numquam confiſcatio fuiſſet facta.*

23 *Hæreticus etiam facta publicatione bonorum remanet obligatus pro ea parte, pro qua bona confiſcata creditoribus non ſuffecerunt.*

24 *Ad fiſcum non pertinet niſi quod creditoribus ſuper futurum eſt.*

25 C*reditoribus damnati ſufficit ſummariæ docere de credito.*

Contra

26 *Contra fiſcum & ceſſionarium eius agi poteſt via exequutiua, ſicut contra damnatum.*

27 *Inſtrumentum confeſſionatum non ſufficit contra fiſcum.*

Intellige vt num. 28.

29 *Confeſſio adminiculata probat contra fiſcum.*

30 *Fiſcus tenetur reſtituere dotes vxori damnati de hæreſi.*

31 *Etiam ſi ſit dos tantum confeſſata, dummodo ſit lapſum tempus ad excipiendum.*

32 *Renunciatio exceptionis non numeratæ dotis præiudicat creditoribus.*

33 *Donec vxori dos non reſtituitur, fiſcus tenetur ad alimenta.*

34 *Vxor pro reſtitutione dotium ſuarum, poteſt propria auctoritate inijcere manus ad bona confiſcata.*

35 *Item retinere poſſeſſionem bonorum ratione ſuæ hypothecæ.*

36 *Amplia etiam ad donationem propter nuptias, & lucrum dotale, nec non ad quartam compatentem ex diſpoſitione Auth. præterea. C. vnd. vir. & vxor. num. 37.*

ARGVMENTVM.

Publicatis bonis hæretici ad quæ fiſcus teneatur.

CAP. XXXIV.

1 Cum ſequuta publicatione bonorum iura, & actiones quæ competebãt hæretico tranſeãt in fiſcum, non ſolum actiue, ſed etiam paſſiue *l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. l. cum fiſco ff. ad Sillan. l. ſi marito in princ. vbi*
2 *Alex. ff. ſoluto matr.* Inde concluſio conſtitui poteſt fiſcum teneri ad omnia illa ad quæ tenebatur hæreticus, *d. l. ſecunda. et l. cum fiſco, & l. ſi marito, l. ſecunda cod. Tutelas §. ſi ff. de capit. dem. Bar. in l. non intelligitur §. cum ex cauſa, ff. de iure fiſci, Alber. in l. actione §. publicatione ff. pro Soccio, Calcan. qui teſtatur de communi conſilio. 66. numero quinto, in fine, Guliel. de Bened. in capitulo Ranutius verb. vxorem numero 850. de teſtamentis, Gram. deciſione 85. Simanca de cathol. Inſtitut. titulo 9. numero 33. & 34. Peregr. de iure fiſci lib. quinto, titulo primo, numero 54. verſiculo ſic etiam, Becc. conſilio 57. ſub numero quinto, & ſeptimo, Surd. de alimentis titulo octauo, priuileg. 59. numero nono cum ſeq. Onded. conſilio 38. numero 44. lib. ſecundo Rot. deciſione 57. ſub num. 3. verſ quia fuit reſponſi tom. 1. in recentior.*

3 Quinimmo non ſolum ad prædicta tenetur fiſcus, ſed quilibet alter habens cauſam a fiſco, quia in ceſſionarium trãſeunt iura actiua, & paſſiua, *Bar. in l. prima numero 22. ff. de act. & oblig. Roman. conſilio 38. numero primo Soccin. Iun. conſ. 27. n. 7. lib. ſecundo, Socci. conſil. 57. ſub num. 23. verſic. qua ergo lib. 4. cum aliis per Riminal. Iun. conſil. 65. num. 21. & in ſpecie Rota in Bononien. alimentorum 28. Martii 1594. coram bo. me. Penia, quæ eſt deciſio 72. inter impreſſas per Farinacc. tom. ſecundo conſil. & in d. deciſ. 507. tom. primo in recentior.*

4 Ex qua concluſione deducitur primo, quod ſequuta publicatione bonorum, hęreticus ſtatim remanet liberatus obligatione adeo, vt nequeat amplius pro debito conueniri, ſed omnis actio dirigatur in fiſcum, vt eſt teſt. *in l. 1. C. de fideiuſſor. & in l. ſi debitori 48 ff. eod. titulo & in l. ſecunda, & tertia ff. de ſent. paſſ. & in l. tertia, & quarta & in l. deportationis C. eod. tit. l. fi. vt proponis C. de bonis præſcript. l. ſecunda C. ſoluto matr. l. inter eos, §. vlt. ff. de fideiuſſor. l. 2. §. 1. ff. de alimentis legat. l. ſi marito 32. et l. ſi maritus, 36. ff. ſoluto matr. et in l. facto. §. fin. ff. de cond. et dem. l. res ff. de iure fiſci C. eod. titulo, Bal. in l. ſi marito, in fine princ. ff. ſoluto matr.*

& ibi Angel. numero 1. Alex. num. 4. Corn. conſ. 190. numero 4. lib. primo, Crauett. conſil. 263. num. 7. Franciſc. Becc. conſil. 57. num. 4. plenè Farinacc. tom. primo quæſt. 25. numero 177. Menoch. caſu 137. num. 3. Onded. d. conſil. 38. numero 44. lib. 2. Ant. Heurig. in tract. de fideiuſſor. capitulo 20. §. 14. & omnium plenius, & elegantius peritiſſimus Dominus Stephanus Gratianus diſcept. forenſ. tom. 3. capitulo 423. numero quarto, vbi rem pluribus comprobat, quibus addi poteſt Sanchez ad praecepta decalogi libro ſecundo capitulo 22. numero 74.

5 Hæc prima deductio extenditur primo, vt procedat ſiue obligatio ſit ciuilis, ſiue ſit naturalis, nam & ab hac eadem obligatione cenſetur hæreticus liberatus, & onus in fiſcum transfuſum, ita gloſ. in l. ſi debitori 48. verb. fideiuſſorem accipi; & verb. tota, ff. de fideiuſſ. Cin. in l. ad finem, & ibi Bar. Alber. & Salicet. C. de fideiuſſor. Bar. in l. vbicunque 61. numero quinto, & ibi Caſtr. numero ſecundo, ff. eod. & iterum Bar. in l. quoties, numero tertio ff. de nouat. & in l. fin. in priue. in prima oppoſit. C. de duob. reis, Bald. in l. ſi uero, in princ. numero ſecundo, verſiculo extra quaero, ff. qui ſatiſd. cog. et in l. tam mandatori, numero ſecundo, C. de non num. pecun. et in d. l. ſi Marito, vbi etiam Ang. et Alex. ff. ſoluto matr. Caſtren. conſilio 209. numero primo, verſiculo pro hoc etiam lib. ſecundo, Calean. conſilio 68. numero quarto in fine, Peregr. loco citato numero 55. verſiculo adeo vt nec etiam, Gram. deciſione 85. Surd. de alimentis titulo octauo, priuileg. 59. numero 10. et titulo 9. quæſt. 32. numero quinto, et ſexto, Batard. ad Clar. §. fin. quæſt. 78. numero 155. D. Stephan. Gratian. et Sanchez locis citatis ille numero 26. et ſeq. hic num. 75.

6 Extenditur Secundo, vt procedat etiam in obligationibus de nouo perficiendis ſi ſint ex cauſa de præterito, ſecus ex cauſa de futuro, Bar. in l. quoties ad finem, verſiculo ideo, numero tertio, ff. de nouat. D. Gratianus loco cit num. 19.

7 Extenditur Tertio, vt publicatione bonorum ſequuta remaneat hæreticus liberatus etiam ab obligatione perſonali, Bar. in l. prima poſt med. verſiculo veritas eſt, C. de fideiuſſor. et ibi Salicet. ſub numero ſecundo in fine primæ oppoſitionis, Imol. in d. l. ſi debitori in princip. ff. eod. tit.

8 Extenditur Quarto, vt hæreticus neque in foro conſcientiæ teneatur amplius ſoluere debita propria, vt probat & recte Sanchez d. capitulo 22. numero 87

9 Extenditur Quinto, vt procedat etiamſi poſt condemnationem ſit factus locupletior, l. 4. C. de ſent. paſſ. & reſtitut. Fulgoſ. in l. in Inſulam, in princ. C. eod. titulo, Angel. in l. ſi debitor, num. 4. C. eod. Boſſius in titulo de publicat. bonorum numero 14. in fine, Menoch. conſilio 103. numero 20. libro primo, Oddus de reſtit. in integ. par. ſecunda, q. 97. art. 2. num. 13.

10 Extenditur Sexto, vt procedat etiam ſi ſit reſtitutus per gratiam Principis, quia ſimplex reſtitutio gratioſa ſicuti non tribuit bona, & iura actiua, ita non reſtituit onera paſſiua, l. 3. ff. de ſent paſſ. & reſt. l. 3. & 4. C. eod. titulo 11.

11 Quod procedit etiam ſi ſimul cum gratia reſtitutionis ſit illi data certa res, vel aliqua ſumma particularis, d. l. 3. in illis verbis, non totam ſubſtantiam, ſed aliquid. Bal. in princ. Salicet. numero 1. Angel. numero tertio, Bal. in l. ſi marito, in princ. ff. ſoluto matr. cum aliis per Farinac. tom. primo quæſt. 25. num. 177. & 180.

12 Extenditur ſeptimo, vt neque poſſit conueniri ratione tutelæ, vel curæ adminiſtratę, nam & hæc ratio eſt exigenda a fiſco, l. ſi Tutor reipublicæ, 9. ff. de tutela ration. diſtrah. l. qui neque, & l. prædia, ff. de reb. eorum, Simanca de cathol. Inſt. titulo nono, numero 123. Vaſquez 1. ſecunda quæſt. 96. art. quinto, diſputat. 169. cap. ſecundo, num. 21.

Ex-

Extenditur Octauo, vt remaneat liberatus non ſolũ ipſe hæreticus, ſed etiam eius fideiuſſor, ſi agatur de debito erga fiſcum, quia ſequuta confiſcatione iura, remanent confuſa, vt plene probat *Cum. conſilio 36. per tot. et præſertim nu. 12. & 13. inter conſilia criminalia Zilletti tom. 1. Stephan. de Barber. inter eadem conſilia conſil. 39. Ant. Henrig. in tract. de fideiuſſor. capitulo 20. §. 14. numero 10.*

14 Extenditur Nono, vt prædicta omnia procedant non obſtante iuramento appoſito contractui, nam vbi lex tollit actũ, promittens non dicitur contrauenire iuramento, *cap. quemadmodum de iure iur. l. fin. ff. qui ſatiſd. cogantur*, quorum iurium auctoritate hoc tradunt *Imol. in capitulo ſecundo, numero 24. verſiculo an autem de ord. cognit. Gram. deciſ. 85. num. 3.*

Qua ratione hoc idem vindicare ſibi locum in obligato in forma guarentigiæ, & in forma Cameræ, ſcribit *Soccin. conſil. 28. ſub numero tertio, verſiculo ſecundum probatur, lib. tertio Stephan. Gratian. loco citato numero 82. & 60.*

15 Hæc eadem prima deductio limitatur primo, ne procedat vbi Princeps obtulit reſtitutionem non ſolum quoad pœnam, ſed etiam quoad bona, & damnatus eam acceptare noluit, aut recuperare negligit, nam in tali caſu poteſt à creditoribus cogi, non ſecus ac ſi fuiſſet plenarie cum bonis omnibus reſtitutus, vt eſt textus expreſſus *in l. ſecunda, §. ſed ſi cum ei facultas, ff. de ſent. paſſ. Angel. in d. l. tertia, C. eod. titulo, Farinacc. d. quæſt. 25. numero 180. Coſta de portione rata, quæſt. 20. nu. 9.* cum enim per principis oblationem habeat ius recuperandi, vide

16 tur rem habere, ex regula quod habens actionem dicitur rem habere, *l. qui actio nem ff. de reg. iur.* idẽ enim iudicatur de ac de actione, *gloſſa in l. ſi tibi ſi cert. petat Bartol. in l. eius qui in prouincia, num. 3. ſi cert. pet.*

17 Limitatur Secundo, vt procedat in debitis, contractis ante delictum, quia poſt delictum fiſcus non tenetur niſi in aliquibus caſibus de quibus infra dicetur

18 Limitatur Tertio, vt procedat quando fiſcus occupauit bona propter delictum, ſecus ſi ob pecuniam illi debitam, nam per hanc occupationem debitor non liberatur, *d. l. ſecunda, §. quod ſi ob pecuniam, & ibi gloſ. & Doct. C. de ſent. paſſ.*

19 Limitatur Quarto, vt vbi confiſcatio fuit non in totis, ſed in aliqua parte bonorum, tunc hæreticus teneatur pro ea quota bonorum, quæ remanſit apud eum, *l. prima, C. de fideiuſſor. d. l. tertia, §. ſi vero partem, C. de ſentent. paſſ. in l. ſecunda, vbi Bal. in princip. C. ad l. Iul. de vi publ. dicta l. Tutelæ, ff. de capitis diminut. cum aliis per Oddum de reſt. part. ſecunda quæſt. 97. not. ſecundo, numero vndecimo, Farinac. tom. primo, quæſt. 25. numero 177. et 180. Coſta de portione ratæ, quæſt. 120. numero 7. Henrig. loco cit. num. 16.*

20 Licet hæc limitatio nequeat verificari in crimine hæreſis, propterea quod in eo confiſcantur omnia bona, *capitulo cum ſecundum cum leges, de hæretic. lib. 6.*

21 Limitatur Quinto, vt licet liberetur hæreticus, tamen poteſt conueniri eius fideiuſſor, *dicta l. prima, & l. ſententia 20. & vtrobique gloſ. & Doctor. C. de fideiuſſor. cum aliis per Farinac. quæſt. vigeſimaquinta, numero 178.*

Quod tamen intelligi debet quando vel certa res, vel quota bonorum fuiſſet confiſcata, prout loquitur textus in *dicta l. prima*, ceterum vbi vniuerſa bona confiſcata fuiſſent, tunc quamuis poſſit conueniri fideiuſſor, tamen prius eſt fiſcus diſcutiendus, *gloſ. in l. ſententia, C. de fideiuſſor. Bar. Caſtren. et Dec. l. fin. ff. ſi cert. pet. Bal. conſilio 192. col. ſecunda, lib. primo, Corn. conſ. 190. col. fin. lib. 1. Rom. conſ. 93. num. 3.* cum aliis

quos refert & ſequitur *Gabr. de fideiuſſor. concl.* 1. *n.* 1. vbi dicit hanc eſſe receptiorem, & illis additur *Crauett. conſ.* 273. *num.* 7. Peregr. *de iure fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 66. *Cremenſ. ſing.* 43. *Neguſant. de pignor. membr. primo par.* 8. *ſub num.* 15. *Menoch. de arbitr. caſu* 137. *Anton. Henrig. de fideiuſſor. capit.* 20. §. 14. *ſub num.* 7. & 8. *Coſta de portione rata quæſt.* 120. *num.* 13.

Et quamuis contrarium ſenſerint *Anchar. conſ.* 294. & 317. *Soccin. conſil.* 46. *num.* 21. *lib.* 4. *Abb. conſ.* 29. *num.* 12. *lib.* 2. Tamen prior opinio eſt nedũ receptior, ſed etiam verior, vt probat, & recte Facchin. *controuerſ. lib.* 8. *capit.* 55. vbi argumentis contrariæ opinionis reſpondet.

22 Limitatur Sexto, ne procedat quando eſt reſtitutus per viam iuſtitię, quia hæc retrotrahitur, & operatur perinde ac ſi nuſquam bona fuiſſent confiſcata, *Crot. conſ.* 127. *lib.* 1. *Berous conſil.* 76. *lib.* 1. *Peregr. de iure fiſci lib* 5. *tit.* 2. *nu.* 44. *Vincent. de Franc. deciſ.* 213. *Io. Franc. à Ponte conſil.* 96. *Coſta loco cit. numero* 12.

23 Limitatur Septimo, ne procedat quando bona publicata non fuerunt ſufficientia ad ſatisfaciendum debitis hæretici, nam cum pro ea parte pro qua non ſuffecerunt, onus non poterit tranſire in fiſcũ, inde reſultat, vt pro ea ipſe remaneat efficaciter obligatus, vt ſcribit, & recte *Quemada quæſt. fiſcal.* 20. *ad finem*, *Vaſquez* 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 5. *diſput.* 169. *cap.* 2. *num.* 21. *Sanchez ad præcepta decalog. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 89.

Deducitur Secundo, quod cum actiones omnes dirigantur contra fiſcum, merito fiſcus tenetur ad ſoluenda omnia debita ad quæ tenebatur hæreticus, *d. l. cum fiſco ff. ad ſill. l.* 2. C. *ad Iul. de ui pu*
24 *bl.* & probant omnes *Doct. ſupra allegati num.* 1. & 2. ad fiſcum enim non ſpectant niſi quæ creditoribus ſupet futura ſunt, *l. non poſſunt ff. de iure fiſci l. eius*, §. *primo ff. de teſtamentis*, & *ibi Accurſ. in verb. lucroſa.*

25 Hæc ſecunda deductio, Extẽditur primo, vt ad iſtũ effectum nõ cogantur creditores obtinere ſẽtẽtiã cõtra fiſcũ, ſed ſufficit ſi ſumarię doceãt de eorũ credito, vt eſt tex. *l. ſi quis poſthac* 9. C. *de bonis proſcript.* in illis verbis *ſtatim recipiat*, nam dictio, *ſtatim*, importat ſummariam cognitionem, *l. rei momentanea*, *C. unde ui* atque ita tradunt Bar. *in l. reſque*, §. *res autem*, *num.* 1. *ff. de iure fiſci*, *Io. de Platea in l.* 1. *C. de poenis fiſcal. Bal. in capit. quoniam contra*, *num.* 27. *de probat.* Caſtr. *in l. ſi Marito* 32. *in princ. num.* 2. *ſoluto Matr.* Salicet. *in d. l. ſi quis poſthac*, *in prin. num.* 1. *in fine*, *Io. de Amicis conſ.* 68. *nu.* 8. Peregr. *de iure fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *ſub nu.* 54. *verſ. creditores autem*, Clar. *in* §. *fin. q.* 78. *num* 27. & ibi addentes cum aliis per *Farinac. tom.* 1. *q.* 25. *nu.* 176. quibus additur Gomez *ad leges Tauri*, *l.* 76. *num.* 3. *Roland conſil.* 31. *num.* 36. *lib. primo.*

26 Extenditur ſecundo, vt contra fiſcum & eius ceſſionarium, agatur via ex exequutiua non ſecus ac agi poterat contra hæreticum, vt colligitur *ex l.* 1. C. *de hæret. vel act. vend.* & *l. eum qui bona*, *ff. de iure fiſci*, per quæ iura ſic tradunt *in l. quinque legibus*, *ff. de bonis damnat.* Alber. *de ſtatut. part.* 3. *quæſt.* 5. *Iaſ. conſ.* 88. *lib.* 3. Roland. *d. conſ.* 31. *num.* 36. *lib.* 1. *Duenn. reg.* 277. *num.* 5. *Parlad. rerum quotid. cap. fin. par.* 4. §. 2. *num.* 2. & iterum *Roland. de lucro dotis*, *quæſt.* 59. *num.* 4.

27 Hæc eadem ſecunda deductio ſic extẽſa declaratur, vt procedat dũmodo de credito illius qui agit contra fiſcum legitime conſtet, nec ſufficit inſtrumentum cõfeſſionatũ, vt eſt teſt. *in l. ſi quis poſthac C. de bonis præſcripti*, ibique *gloſ. in verb. dotalium*, ceterique communiter Peregr. *d. tit. ſub num.* 54. *verſ. creditores autem.*

28 Quod tamen debet intelligi vbi verſamur intra tempus pręfixum ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, alias ſi ante confiſcationem fuiſſet lapſum tempus ad opponendum, inſtrumentum quamuis confeſſionatum probat contra fiſcum, vt probat *Salicet. in d. l. ſi poſthac*, *Iſern. in conſt. Regni cauſas lib.* 1. *Affl. deciſ.* 402. *num.* 10.

verſ.

verſ. item vera, Roland. conſ. 31. à nu. 40. cum ſeq. lib. 1. vide latius infra num. 31.

29 Item debet intelligi dummodo confeſſio aliis non adiuuetur adminiculis quibus veri ſimilis probatur, nam, & in hoc eodem caſu probaret contra fiſcum, iuxta tradita per Doct. in l. ſcripturas, C. qui potiores in pignore hab. & in ſpecie admittit Peregr. loco citato ante numero 45.

30 Deducitur Tertio, quod fiſcus tenetur ad reſtitutionē doris vxori hæretici, non ſecus ac tenebatur ipſe hæreticus, l. ſi Marito in princ. ff. ſoluto matr. d. l. 2. C. eod. tit. d. l. ſiquis poſthac, & Authen. bona damnatorum, C. de bonis proſcript. Soccin. conſ. 121. n. 1. et ſeq. lib. 4. Soccin. Iun. conſ. 55. lib. 2. Boſſius in tit. de confiſcat. bonorum num. 73. Roland. d. conſil. 31. num. 33. lib. 1. & iterum in tract. de lucro dotis quæſt. 59. Neguſ. de pignor. membr. 1. 5. par. principalis numero 35.

31 Hæc tertia deductio Extenditur Primo, etiam in dote confeſſara, dummodo ſit lapſum tempus prꝺfixum ad excipiendum de dote non numerata, vt eſt teſt. in l. fin. cum Auth. ſeq. C. de dote cauta, & non num. Bar. in d. l. ſiquis poſthac, Caſtren. in d. l. ſi marito in princ. Iſern. & Affl. locis cit. Anchar. conſ. 307. ante nu. 2. verſ. dicendum, Cum. conſ. 31. ſub nu. 1. col. 1. in fine, verſ. communis tamen, vbi teſtatur de communi, Franc. Aret. conſ. 86. ſub num. 3. Soccin. in l. 1. num. 77. ff. ſoluto matr. & conſ. 82. num. . . lib. 3. Gozad. conſ. n. 13. verſ. item, & 2. Roland. conſ. 20. num. 16. & conſ. 74. num. 10. lib. 4. Nacta conſ. 28. nu. 1. & conſ. 438. lib. 2. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. nu. 82. Aymon. conſ. 4. num. 6. verſ. quinto, Berout conſ. 48. num. 8. Menoch. conſ. 7. num. 9.

Et pari ratione extendirur ſecundo,
vr procedar vbi in inſtrumento dotis con
feſſaræ fuiſſer renunciatū exceptioni nō
32 numeratæ dotis, quia cū talis renūciatio
præiudicet creditoribus, Salicet. et Ang. in l. aſſiduis, C. qui potior. in pignore hab. Bal. in l. pecuniæ, C. de ſolut. Gozad. d. conſ. 42. num. 13. Nacta d. conſ. 438. num. 6. Soccin. in d. l. 1. num. 76. ff. ſoluto matr. Menoch. d. conſ. 7. num. 6. ita præiudicat fiſco, d. l. ſiquis poſthac, C. de bonis præſcript.

33 Extenditur Tertio, vr interim donec dos ſoluatur, fiſcus teneatur ſoluere vxori, vel alimenta, vel ſaltim fructus compenſatiuos, Boſſ. tit. de alimentis præſtand. col. 1. Peregr. d. tit. 1. ſub nu. 82. verſ. amplia etiam.

34 Extenditur quarto, vt vxor pro reſtiturione dotium ſuarum poſſir propria auctoritate iniicere manus in bonis confiſcatis, vt tradit Angel. in d. l. ſiquis poſthac, Peregr. loco citato ante numerum 48.

35 Extenditur Quinto, vt ſi poteſt iniicere manus, multo fortius poſſit rerinere poſſeſſionem bonorum rarione ſuę hipothecæ, donec dotes ſibi ſoluātur, Nacta d. conſ. 28. ſub num. 1.

36 Extenditur Sexto, vt prædicta procedant non ſolum in dote; ſed etiam in bonis paraphernalibus, d. l. ſiquis poſthac. Item & in donarione propter nuptias, ac in lucro dotali, Auth. bona damnatorū §. vxore C. de bonis præſcript. Bar. in d. denique legibus, ff. de bonis damnat. Angel. de maleſ. in verb. eius bona publicamus, verſ. an vxor. Soccin. conſ. 121. num. 1. lib. 4. Peregr. loco cit. num. 82. & 83. Io. Bapt. de ſancto Siuer. in tract. de priuileg. dot. priuileg. 93. & in ſpecie de condemnato ex hæreſi, Albert. in tract. de ſtatut. part. 3. q. 5. Roland. de lucro dotis q. 59. num. 4. & ſeq.

37 Exrenditur ſeptimo, vt procedat etiam in quarta reſeruata coniugi inopi aduerſus hæredes coniugis defuncti ex diſpoſitione Auth. præterea C. de vnde vir. et vxor. nam & hæc etiam detrahitur aduerſus fiſcum, Soccin. d. conſilio 121. numero 1. Peregr. loco citato numero 71.

Deducitur quinto, quod ſi hæreticus ante hæreſim contractam fundet eccleſiam, renearur fiſcus illi dotem conſtituere ſicuti renebatur ipſe fundator, cap. nemo conſecrat. diſt. 1. capit. placuit 1. q. 2. cap. pie mentis 16. quæſt. 7. cap. cum ſicut, de conſecra. eccleſ. vel alt. & in ſpecie tradit Farinacc. de hæreſi

quæſt.

quæſt. 190. §. 6. *num.* 86.

Dixi ſi ſit fundata ante hæreſim contractam, quia ſi eſſet fundata poſt hæreſim eſſet dicendum vt infra *in cap. ſequẽti num....*

SVMMARIVM.

1 *Contrariæ opiniones referuntur.*
2 *Hæreticus ante ſententiam retinet poſſeſſionem bonorum.*
3 *Qui dominio caret, illud in alium transferre non poteſt.*
4 *Poſſeſſio non ſufficit ad dominium transferendum.*
5 *Hæreticus occultus per accidens, alienare non poteſt, & num.* 6.
7 *Condemnatus de hæreſi in contumaciam præſumitur hæreticus à die lata ſententia.*
8 *Alienatio facta per hæreticum etiam titulo oneroſo eſt nulla.*
9 *Etiam ſi proceſſerit ex quocunque contractu, & num.* 10.
11 *Hæreticus ad pias cauſas alienare non poteſt.*
12 *Fiſcus poteſt vendicare alienata per hæreticum, etiam ſi tranſierint per mille manus.*
13 *Concurrunt e bona fide & publica auctoritate alienatio facta per hæreticum, valet.*
14 *Valet alienatio facta per hæreticum qui eſt publicus mercator.*

ARGVMENTVM.

An alienationes factæ per hæreticum poſt delictum admiſſum valeant.

CAP. XXXV.

ESSE nullas ac propterea reuocandas veluti factas à non domino, non obſtante quod de tempore alienationis non eſſet adhuc lata ſententia cẽſuerũt *Arcbi. in d. c. cum ſecundũ leges n.* 2. *& ibi Gem. num. vlt. Bar. in l.* 3. *de his quæ in frau. cred. Angel. in l. meminiſſe, C. ad l. Iul. Maieſt. & iterum Ang. & Fulgo. in l. ſi quis poſthac, C. de bonis damn. ille num.* 4. *hic num.* 10. *Paul. de Monte Pico in l. poſt contractum* 15. *num.* 69. *ff. de donat. & ibi* Io. Annib. *num.* 222. *Boſſius in praxi tit. de bonorum publicat. nu.* 76. *&* 77. *locatus in iudicial. verb. alienatio in princ. Scaccia de iudic. lib.* 1. *capit.* 98. *num.* 15. *Greg. Lopez in l.* 4. *verb. non deue, in fine, tit.* 2. *par.* 7. Penia *ad Emer. par.* 1. *in cap. cum ſecundum leges, num.* 11. *Ghirland. de hæret. quæſt.* 5. *num.* 8. *Gigas in tract. de crim. leſæ Maieſt. lib.* 2. *q.* 24. *num.* 4. *Surd. deciſ.* 247. *num.* 4. *num.* 4. *&* 11. Burſatt. *conſ.* 43. *ſub nu.* 3. *verſ. primo quia ſi alienata, & conſ.* 28. *à num.* 4. *& conſil.* 448. *num.* 12. *Sanchez ad præcepta decalogi lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 36. *late* Roias *ſing.* 18. *per totum, & latius Surd. tit.* 8. *priuileg.* 35. *tit.* 9. *quæſt.* 32.

1 Contrariam opinionem probant *Bannes* 2. 2. *q.* 22. *art.* 2. *Vaſq.* 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. *diſput.* 171. *cap.* 2. *num.* 9. *& ſeq. Azor. tom.* 1. *lib.* 5. *capit.* 7. *q.* 7. *in fine, Molina de iuſt. & iur. tom.* 1. *diſput.* 95. *verſ. licet autem, Sanchez ad præcepta decalogi, lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 50. ſubdentes quod in caſu in quo cederẽt in præiudicium fiſci, ſcilicet eſſent latæ in eius fraudem, vel eſſent nullæ, vel poſſent retractari.

2 Ducuntur, quia licet hæreticus ſit priuatus, tamen antequã ſequatur ſententia declaratoria, habet rerum poſſeſſionem, *d. cap. cum ſecundum leges, §. fin. de hæret. lib.* 6. cum aliis allegatis in *præcedenti capite num. vltimo.*

At prior opinio eſt veriſſima, Primo ex *l. Iudiciorum, verſ. adeo, ff. de accuſat.* in illis verbis, *ex quoquis aliquod ex his cauſis crimen contraxit, nihil de bonis ſuis alienare eum poſſe.*

Secundo, ex *l. Donationes in concubinã §. fin. ff. de donat. ibi* Ratæ *donationes eſſe non poſſunt poſt crimen perduellionis.*

Tertio, ex *l. pen. & fin. C. ad l. Iul. maieſt. ibi neq. alienare neq. manumictere eũ poſſe.*

Quarto

Quarto quia ſi hæreticus eſt dominio priuatus, dubio procul non poteſt in aliũ dominium trnnsferre, *l. ſi filius* C. *de donat. l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. capit. quomodo. de conſecr. diſt.* 4. *Doctores communiter in* §. *primo Inſt. quib. alienare licet, vel non.*

4 Nec refert quod ante declaratoriam retineat poſſeſſionem, quia ſola poſſeſſio non ſufficit ad transferẽdum dominium, ſed requiritur dominium *ex allegatis*. Retenta ergo communi, illa ext enditur.

5 Primo vt procedat non ſolum in hæretico manifeſto, ſed etiam in occulto, & qui publicè habebatur pro catholico, & emptor ſit in bona fide, vt eſt teſt. in *l. quæ de ſamaritis, verſ. ſi uero de hæret.* in illis verbis, *ſi vero etiam lateat non poteſt quid ſuarum rerum donare, aut aliter alienare*, & pluribus probant Burſatt. *conſil.* 289. *à num.* 10. *vſque ad* 15. *Menoch. conſil.* 284. *num.* 8. *& conſ.* 218. *num.* 7. *Peregr. de iure fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 170. *verſ. amplia etiam*, *Surd. deciſ.* 247. *num.* 9. *&* 12. *Simanca de catbol. Inſt. tit.* 9. *num.* 21. *cum ſeq.*

6 Hæc prima extenſio declaratur dupliciter, primo, vt procedat in hæretico occulto per accidens, ſecus in occulto mentali, nam cum ille non contrahat cenſuras, & pœnas hæreticorum, vt fuſius dictum eſt ſupra hoc *eodem lib. cap.* 8. vtique non contrahit pęnam publicationis, & confiſcationis bonorum, niſi a die qua hæreſis interna proceſſit ad actum externum cognoſcibilem, quamuis non fuerit cognitus, & ſic ad actum occultum per accidens, vt in ſpecie declarant, & recte *Sot. de iuſt. & iur. lib.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 6. *concluſ.* 4. *quem ſequitur* Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 34.

7 Declaratur Secundo, ne procedat in eo qui eſt condemnatus de hæreſi in contumaciam, vel qui defecit in purgatione; hic enim ex quo præſumitur hæreticus a die latæ ſententiæ contra ipſum, bona non publicantur niſi ab ea die qua ſentẽtia lata eſt, nec retrotrahitur ad diem commiſſi criminis, vt concludunt *Simanca de catbol. Inſt. tit.* 19. *num.* 26. *Gabr. Quemada in quæſt. fiſcal. quæſt.* 8. *Sanchez ad præcepta decalogi, lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 35.

8 Extenditur ſecundo, vt procedat ſiue alienatio ſit facta titulo lucratiuo, ſiue oneroſo, v eſt teſt. in *l. Manicheos*, §. *præterea, C. de hæret. et in l.* Arriani, §. *cunctis ſiue de donationibus in hæreticorum cõuincula*, C. *eod. tit. l. Apoſtatarum*, §. *primo*, *C. de apoſtat. Odofred. in d. l. Manicheos, num.* 1. *Archid. in d. cap. cum ſecundum, num.* 2. *de hæret. lib.* 6. *Calder. de hæret. rubr. de poenis hæret. filiorum, et nepotum, nu.* 4. *verſ. præterea donandi*, Zanch. *eod. tract. tit.* 27. *num.* 5. *Azor. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 7. *quæſt.* 7. *verſic. quoad ſecundum*, *Lelius Zecch. in ſum. par.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæreſi, cap.* 11. *num.* 16. *verſ. ampliatur.*

9 Extenditur Tertio, vt procedat, ſiue alienatio proceſſerit per uiam contractus inter viuos, ſiue per donationem cauſa mortis, iuxta ea vel aliam ſpeciem vltimæ voluntatis, iuxta ea quæ latius traduntur infra eodem *lib. cap.*..

10 Extenditur quarto, vt procedat generaliter in in quacunque ſpecie cõtractus, *d. l. Manicheos*, §. *præterea, et ibi Odofred. n.* 1. *l. iudiciorum, verſ. adeo, ff. de accuſat. ibi ex quo quis aliquod ex his cauſis crimen cõtraxit, nihil ex bonis ſuis alienare eum poſſe, gloſ. in cap excommunicamus el* 1. §. *credentes, & ibi Butr. num.* 35. *de hæret. Hoſt. in ſum. tit. de hæret.* §. *qua poena, num.* 8. *verſ. nec inter viuos, Simanca de catbol. Inſtitu. tit.* 46. *num.* 55. *& in Enchiridion. violat. relig. tit.* 63. *num.* 3. *Pacian. conſ.* 19. *num.* 2. *et ſeq.*

Extenditur quinto, vt procedat etiam ſi alienatio ſit in piam cauſam, vt probat *teſt. in d. l. fin.* C. *ad l. Iul. maieſt. et in l. quæſitum, ff. qui, et à quibus*, vbi reus humanæ maieſtatis non poteſt ſeruos manumictere, manumiſſio autem, eſt opus pium, *Faber. Io. de Plat. lib.* 6. *et reliqui in* §. *multis Inſt. de libert.*

11 Sicuti ergo ad pias cauſas non poteſt alienare reus humanę maieſtatis, ita non poteſt reus maieſtatis diuinæ, *d. cap. cum ſecundum, de hæret. lib.* 6. *cap. vergentis extra eod. tit.*

12 Extenditur Sexto, vt procedat etiam

ſi

ſi bona per hæreticum alienata tranſiecint per mille manus, nam nihilominus poſſunt a fiſco vindicari, a quocũque quã uis bonæ fidei poſſeſſore, *Archid. in d. cap. cum ſecundum leges, num. 2. de hæres lib. 6. quem ibi ſequuntur Io. Andr. ſub num. 6. verſ. in gloſa, in verb. terminatum*, Franc. *ſub num. 2. verſ. in gloſa in verb. ipſo iure, Gem. num. 7. verſ. inea. gloſa Bal. in l. fin n. 6.* C. *commun. deleg. Bertach. de Epiſcop. par. 4. numero* 120. *Picus in l. poſt contractum num. 69. ff. de donat. Locatus in iudicial. verb. alienatio, poſt princ. tit. Boſſius in praxi tit. de bonorum public. num. 76. & 77. Surd. d. deciſ. 247. num. 11. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 98. num. 15. Greg Lopez in l. 4. verb. non deue, in fine, tit. 2. par. 7. Sanchez loco cit. num. 36.*

13 Principalis concluſio limitatur, primo ne procedat in alienatione facta in perſona in qua vltra bonam fidem concurreret etiam auctoritas publica, veluti quia eſſet facta ab eo qui fuit inquiſitus de hæreſi, ſed poſtea fuit abſolutus, nam ſi poſt abſolutionem vendat, & deinde de nouo inquiſitus fuerit condemnatus vt hæreticus a tempore primæ inquiſitionis, alienatio taliter facta, propter iudicialem auctoritatem ſubſtinetur, ita in ſpecie firmat Boſſius *in praxi tit. de bonor. public. num. 76.* aſſerens ita in facti contingentia fuiſſe pronunciatum Mediolani, & ipſum ſequuntur *Scaccia, & Sanchez locis cit. ille num. 17. hic nu. 47. Monte Picus in d. l. poſt contractum num. 77. ff. de donat. Surd. deciſ. 247. in fine, licet pedes non firmat omnino.*

14 Limitatur ſecundo quando hæreticus eſt publicus Mercator, iuxta ea quæ latius dicentur infra *cap. 38. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Prohibita alienatione non cenſetur prohibita ea quæ fit ex cauſa neceſſaria. amplia vt num. 2*

3 *Alienata per hæreticum ex cauſa alimentorum, à fiſco reuocari non poſſunt.*

4 *Etiam ſi alimenta ſpectent ad familiam.*

5 *Medicinæ veniũt appellatione alimẽtorũ.*

6 *Donatio facta ſub onere alendi, dicitur permutatio.*

7 *Alienatio facta in cauſam alimentorum poſt ſententiam appellatione ſuſpenſam valet. & num. 8.*

9 *Fiſcus præſtat alimenta hæretico in carceribus detento.*

10 *Alienatio facta ad effectum ſe defendendi dicitur ex cauſa neceſſaria.*

ARGVMENTVM.

An alienatio facta per hæreticum ex cauſa neceſſaria valeat, an vero poſſit per fiſcum reuocari.

CAP. XXXVI.

1 ESSE validam cẽſuerunt *Bar. in l. poſt contractum num. 12. ff. de donat. & ibi* Io. *Annib. num.* 268. Couar. *de ſponſal. par. 2. cap. 6. §. 8. n. 9. Burſatt. conſil. 14. num. 29. & 30.* Peregr. *de iure fiſci, lib. 5. tit. 5. num. 176. verſ. quæ tamen fallit.* ſubdens hanc eſſe humaniorem, & æquiorem, & iterum *num.* 176. ſicuti æquiorem eam aſſerit *Gabr. Quemada quaſt. 7. num. 6. Boſſius in praxi tit. de bonorum publicat. num. 77. Simanca de cathol. Inſt. tit. 9. num. 33. & ſeq. Gomez var. reſol. cap. fin. num. 4. Sot. de iuſt. & iur. lib. 1. q. 6. art. 6. concl. 4. & ibi Molina tom. 1. diſput. 95. col. 10. verſ. licet autem, Cordub. in quæſtionar. lib. 1. quæſt. 36. col. 2. notab. 2. verſ. quod ſi crimen, Bannes 2. 2. quæſt. 12. art. 3. corollar. et ibi Arag. q. 11. art. 3. Azor. tom. 1. lib. 5. capit. 7. q. 7. Sanchez d. cap. 22. num. 55. Scaccia de iudic. lib. à cap. 98. num. 16. Farinac. de hæreſi q. 90. num. 89. late* Surd. *de alimentis tit. 9. q. 32. nu. 20. & ſeq. Dominus, et Peritiſſimus* Gratian. *diſceptat. forenſ. tom. 1. cap. 54. num. 15.*

Ratio eſt quia prohibita alienatione cen-

cenſetur prohibita tantum alienatio ex cauſa voluntaria, non autem illa quæ fit ex cauſa neceſſaria, *l. alienatio, ff. familiæ erciſc. l. peto, §. præiudicium, ff. de legat.* 2. *l.* 1. *ff. de fundo dot. l.* 3. *§. item quæro, ff. de rebus eorum, Io. Andr. in cap. verum de condit. appoſit. Bal. in Auth. hoc ius porrectum num.* 10. *verſ. ſed pone, C. de ſacroſ. eccleſ. Ripa in filius familias, §. diui num.* 14. *ff. de legat.* 1. *plene Tiraq. de retract. conſang. §. primo gloſ.* 14. *num.* 11. *Franc. Beccius conſil.* 6. *num.* 6.

2 Quod procedit ſiue prohibitio ſit facta ab homine, ſiue a lege, *Benintend. deciſ.* 48. *num.* 15. *cum aliis per Surd. quæſt.* 32. *ſub num.* 12.

3 Vnde deducitur primo, quod alienatio facta per hæreticum ex cauſa alimentorum valet, nec poteſt a fiſco reuocari, quia nulla maior neceſſitas, quam alimẽtorum, *l necare, ff. de liber. agnoſcen. cap: paſce* 86. *diſt.* atque ita firmant in ſpecie *Bar. in l. poſt contractum, ſub num.* 12. *ibique* Salicet. Imol. *& Cum. Monte* Pi. *cus num.* 75. *Io. Annib. num.* 263. *Burſatt. d. conſ.* 14. *num.* 29. *Beccius conſil.* 8. *num.* 7. *&* 8. *Simanca de cathol. Inſt. tit.* 9. *num.* 35. *Gomeſ. de delict. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 4. *verſ. item poteſt alienare, Lancillott. Gall. ad conſuetud. Alex. verb. ſolidos q.* 6. *num.* 19. *Surd. de alimentis, tit.* 8. *priuileg.* 35. *num.* 4. *& per tot. & tit.* 9. *quæſt.* 32. *Sanchez qui alios refert ad præcepta decalogi, lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 56. *Scaccia de iud. lib.* 1. *cap.* 98. *nu.* 16. *D. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 55. *nu.* 16. *&* 17.

4 Hęc prima, deductio extenditur primo, vt procedat ſiue alienatio ſit facta pro alimentis propriis, ſiue pro alimentis familiæ, *Burſatt. Beccius, &* Sanchez *locis cit. Simanca tit.* 9. *num.* 37. Peregr. *de iure fiſci, lib.* 5. *num.* 76.

5 Cum autem alienationis appellatione contineantur etiam medicinæ, vt latæ probat *Surd. de alimentis tit.* 5. *num.* 1. *&* 18. ideo extenditur ſecundo, vt idem procedat in alienatione facta pro parandis medicinis, & aliis neceſſariis ad valetudinem tuendam, *Simanca, & Sanchez locis citatis, ille num.* 37. *hic nu.* 56. *verſ. quare idem eſt dicendum.*

7 Extenditur Tertio, vt procedat etiam ſi alienatio ſit facta per uiã donationis, dummodo ſit facta ſub onere alendi, nam talis donatio eſt magis contractus permutationis vel contractus innominatus do, vt des, vt latæ probat *Surd. de alimentis tit.* 8. *priuileg.* 72. *num.* 4. *cum ſeq. & cenſuit Rota deciſ.* 458. *num.* 5. *par.* 2. *in recent. & in Romana reſciſſionis contractus* 1. *Septemb.* 1608. *coram Reuerendiſſimo* D. *meo Coccino* Decano.

Extenditur Quarto etiam ſi alienatio ſit facta poſt latam ſententiam, a qua ſit interpoſita appellatio, vt reprobato *Bar.* probat, & recte *Surd. d. tit.* 9. *num.* 62. *Gratian. d. cap.* 55. *ante num.* 89.

8 Dixi ſi alienatio ſit facta poſt latam ſententiam a qua ſit interpoſita appellatio, quia ſi ſententia tranſiuiſſet in iudicatum, fiſcus admittitur ad reuocationem alienationis, ſed teneretur emptori refundere ſummã expenſam in alimentis cõdemnati, ex rationibus quas late affert *Surd. loco cit. num.* 62.

9 Extenditur Quinto, vt non ſolum alienatio ex hac cauſa facta non reuocetur per fiſcum, ſed idem, fiſcus preſtet hęretico alimenta dum eſt in carceribus ſancti Officii, etiam poſt abiurationem, & relapſum ac poſt ſententiam latam, & poſtquam eſt traditus Curiæ ſeculari, vt poſt alios probat *Burſatt. conſil.* 289. *nu.* 9. *&* 22. *verſ. quarte quæſtioni,* vbi atteſtatur de praxi quotidiana, ſubdens quod ſi Iudex ſæcularis fuerit in notabili mora ad exequendum ſententiam Inquiſitoris poſtquam hæreticus eſt ſibi traditus illi imputabitur, & prouidebit de proprio.

Deducitur ſecundo quod cum ex naturali neceſſitate teneamur nos metipſos defendere, *cap. dilecto, de ſent. excom. lib.* 6. *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. l.* 1. *ff. de vi, & vi armata,* merito alienatio facta ad effectũ ſe defendendi dicitur facta ex cauſa neceſſaria, *l. fin. ff. de in rem vero, ibi aut ipſum ſe tueretur,* atque ideo alienatio facta ad ſe redimendum ab hoſtibus, vel a carceribus non reuocatur, *Angel. in l. ſi quis poſt hac ſub num.* 3. *verſ. ſed limito, C. de bonis præſcript. Natta conſ.* 212. *num.* 3.

Et pariter non reuocatur alienatio

facta

facta pro tedimendis ſcripturis, & in ſolutione ſalarii Aduocatorum, Procuratorum, Notarii, & reliquorum in cauſa laberantium, quia hæc omnia ſunt facta ex cauſa neceſſariæ defenſionis, *Bart. Monte Picus, & Io. Annib. Burſatt. Becc. Sanchez*, & aliis in prima deductione allegatis *Peregr. d. tit. 1. ante nu. 180. Surd. d. tit. 9 quæſt. 32. num. 22.* Greg. *Lopez tit. 4. par. quinta l. 2. verb.* Valdria, *& iterum* Burſatt. *conſ. 43. num. 9. & conſil. 289. num. 9. & 21. verſ. quartæ quæſtioni, Sot. de iuſt. & iur. lib. primo quæſt. 6. art. 6.*

Et hæc ſecunda deductio poteſt iiſdē modis extendi & declarari, prout in prima deductione dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus recuperat etiam fructus rei alienatæ per hæreticum.*
2 *Fructus pendentes reuocantur vti pars rei alienatæ.*
3 *Fructus collecti pendente iudicio ſuper hæreſi pertinent ad fiſcum.*
4 *Ad fiſcum ſpectant fructus percepti poſt ſententiam declaratoriam hæreſis.*
5 *Fructus percepti, & conſumpti à bona fidei poſſeſſore non reſtituuntur fiſco.*
6 *Acquiſitio fructuum eſt minoris præiudicii quam acquiſitio rei.*
7 *Ad fructus acquirendos ſufficit qualis qualis occaſio poſſidendi.*
8 *Fructuum reſtitutio fit deductis expenſis.*

ARGVMENTVM.

An in caſibus in quibus fiſcus poteſt agere ad reuocationem, alienationis factę per hæreticum, veniant fructus.

CAP. XXXVII.

1 CVm bona hæreticorum à die ſceleris patrati, ſint ad fiſcum deuoluta, *capit. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6.* cum aliis allegatis ſupra *eod. lib. cap. 31.* inde conſequēter reſultat, vt ſicuti fiſcus pōt reuocare bona per hæreticum alienata, *iuxta tradita in proxime procedenti capite in princ.* ita poſſit etiam reuocare fructus, quia ſi à die commiſſi criminis dominium pertinet ad fiſcum, vtique ad eundem ſpectāt fructus tanquam ad dominium, *ex reg. l. ex diuerſo, §. 1. ff. de rei vend. Bald. in Auth. inceſtas ad finem, C. de inceſt. nupt. Io. Andr. Ang. & alii, quos refert, & ſequitur Soccin. in cap.* Rodulphus, *ſub num. 70. de reſcript. & in cap. de quarta num. 37. de præſcript Peregr. de iure fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 174. alios refert* Sanchez *ad præcepta decalogi, lib. 2. cap. 21. nu. 41.*

2 Extenditur Primo, vt multo magis procedat ſi fructus erant pendentes tempore alienationis, quia tunc reuocarentur vti pars rei alienatæ, *l. fin. §. fructus ff. quæ in fraud. cred. l. fructus pendentes, ff de rei vend. Burſatt. conſ. 43. num. 8.*

3 Extenditur Secundo, vt fortius etiam procedat in fructibus collectis pendente iudicio ſuper hæreſi, ſi fructus extant. ſiue ſint ab hæretico, ſiue ab emptore petcepti, *l. 2. §. non ſolum, ff. quæ in fraud. cred. Caſtren. in l. 1. num. 3. ff. de his quæ vt indig.* Diaz, qui teſtatur de communi *in praxi crim. cap. 123. Clar. in §. fin. quæſt. 73. in fine, Alphonſ. de Caſtr. de iuſta hæret. punit. lib. 2. cap. 9. Burſatt. d. conſ. 43. num. 11.*

4 Extenditur Tertio, vt indubitate procedat in fructibus perceptis poſt ſententiam declaratoriam, *Zaſ. de feudis par. 10. num. 74. locatus in opere iud. verb. bona Burſatt. loco cit. ante num. 12.*

5 Limitatur ne procedat in fructibus perceptis, & conſumptis bona fide ab emptore, vel ab alio qui delictum tempore alienationis ignoraſſet, nam illi nō veniunt reſtituendi, *l. 2. §. non ſolum, ff. quæ in fraud. cred. Io. Annib. in d. l. poſt contractum num. 265. 357. cum ſeq. Monte Picus ibid. num. 102. cum ſeq. Ghirl. de hæret. quæſt. 4. num. 7. Sot. de iuſt. & iur. lib. 1. quæſt. 6. art. 6. Burſatt. d. conſ. 43. n. 9. Surd. deciſ. 247. ſub num. 11.*

Nec refert quod bona fides non profit

ſit emptori quoad acquirendum dominium, ex multis quos allegaui ſupra *capitulo 32. in ſexta extenſione*, quia cum fructuum acquiſitio ſit minoris præiudicij quam acquiſitio rei, *Bal. in l. venditioni, C. de vſucapion. pro empt. Caſtr. in l. quod vxor, ff. de acquir. poſſ. Curt. ſen. conſilio 71. numero 14. verſiculo vel fuit ratio*, cum aliis per *Surd. conſil. 115. numero quinto*, vtique in illis acquirendis ſufficit titulus iuris errore quæſitus, *l. ſed ſi lege, §. ſcire, vbi Bar. Bal. & Angel. ff. de petit. hæred. & in l. quod vxor, vbi gloſ. Rom. Alex. & alij ff. de acquir.*
6 *poſſeſſ. plenè Bec. conſilio 95. numero 15.* Quinimmo ſufficit qualis qualis occaſio poſſidendi, *Bal. in l. Celſus, numero 19. ff de vſucapion. & in l. irritam, col. ſecunda, C. pro donato, Surd. d. deciſ. 247. ſub numero 11. verſiculo & ſi dicatur.*

8 Limitatur ſecundo, vt fructuum reſtitutio quando eſt facienda, debet fieri deductis expenſis, *l. tertia, ff. de impenſ. in reb. dotalib. fact. Alex. & Iaſ. in l. fructus, ff. ſolut. matr. latè Tiraquell. de retract. conſang. §. quinto, gloſ. prima, numero vndecimo, Peregr. de iure fiſci libro ſexto, titulo primo, numero vigeſimo ſeptimo.*

SVMMARIVM.

1 *Per hæreſim bona confiſcantur ipſo iure.*

2 *In caſibus in quibus confiſcatio fit ipſo iure, fiſcus non tenetur ad præcium.*

3 *Fiſcus reuocat alienata etiam ſi emptor ignorauerit crimen venditoris.*

4 *Nec tenetur reſtituere præcium pro redemptione rei pignoratæ.*

5 *Fiſcus tenetur reſtituere præcium repertum in bonis delinquentis, & numero ſeptimo.*

6 *Fiſcus tenetur ad debita hæretici mercatoris.*

8 *Præcium impenſum pro alimentis hæretici, vel familiæ, eſt à fiſco reſtituendum.*

Amplia num. 9.

10 *Præcium ſolutum creditoribus hæretici, eſt à fiſco reſtituendum. Idem ſi conuerſum eſt in emptionem aliorum prædiorum. num. 11.*

12 *Si res emptæ ex prætio rerum alienatarum ab hæretico, caſu perierint, an fiſcus teneatur ad reſtitutionem præcii.*

13 *Fiſcus tenetur ad præcium etiam ſi ſemel res præcium verſum fuerit in cauſam ipſius.*

ARGVMENTVM.

An fiſcus agens reſtitutionem rei alienatæ per hæreticum, teneatur emptori ſoluere prætium.

CAP. XXXVIII.

NOn teneri cenſuerunt *Arcbid. Ioan. Andr. Gem. Franch. & reliqui communiter in cap. cũ ſecundum leges de hæret. lib. 6. Bar. in l. ſi debitor 7 in fine, ff. quæ in fraud. cred. Anchar. in c. 1. num. 6. de reſcript. Cuman. in l. chirographis § fin. num. 20. de adminiſtr. tut. Boſſius in tit. de publicat. bonorum nu. 77. Monte Picus in l. poſt contractum nu. 70. ff. de donat. Couar. de ſponſal. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 9. Gomeſ. tom. 2. cap. 2. nu. 1. Simanca de cathol. Inſt. tit. 9. num. 27. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 44. nu. 4. Burſatt. conſ. 43. num. 5. conſ. 289. n. 11. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 173. Quemada in quæſt. fiſcal. 7. Sot. de iuſt. & iur. lib. 2. quæſt. 6. art. 6. concluſ. 4. ibique Molina diſput. 95. verſic. licet autem hæreticus, alios refert Sanchez ad præcepta decalogi lib. 2. cap. 22. num. 68. quibus additur Roias. ſingular. 18. Surdus deciſione 247. ante numer. 11.*

1 Ratio eſt, quia per hęreſim bona con
fiſcantur ipſoiure eiuſque dominium
tranſit illico in fiſcum, quamuis non
tranſeat poſſesſio, *d.capitulo cum ſecun*
dum leges, de heret. lib. ſexto, & pluri-
bus p·obaui ſupra *capitulo* 31. *&* 32.
In omnibus ·autem caſibus in
2 quibus bona delinquentis confiſcan-
tur ipſo iure fiſcus vti dominus reuocat
bona alienata nullo reſtituto prætio,
l. ſi mancipium, C. de rei vindic. l. in ciui-
lem, C. *de furt. l. ſuper empti*,
C. *de euict.* Tiraquell. *qui alios refert*
in l. ſi vnquam, verb. reuertatur,
numero 267. C. *de reuocand.* Peregr.
de iure fiſci lib. quinto, titulo primo, nu-
mero 173.
3 Extenditur primo, vt procedat ſiuè
emptor ſciuerit, ſiue ignorauerit crimen
venditoris, quia vtroque caſu fiſcus
reuocat ſine prætii ſolutione, vt
probant omnes hactenus relati, & ſi-
gnanter Burſatt. *dicto conſilio* 43. *ſub*
numero 30. *verſiculo primo, quia ti alie-*
nata.
4 Extenditur ſecundo, vt ſicuti non
tenetur ſoluere prætium, ita non
teneatur reſtituere pecuniam ad redi-
mendum rem pignori datam, quia
poſt crimen admiſſum non poteſt alie-
nare, vt pluribus probatum eſt ſupra
capitulo 32. & conſtat quod prohibitus
alienare, eſt etiam prohibitus pignori
dare, *cap. nullus, de pignor. l. quorum,*
ff. eod. titulo, & in ſpecie tradit Burſatt.
d. conſil. 43. *num.* 30. *&* 31. licet ipſe
propter facti varitatem teneat in illa ſpe
cie contrarium.
5 Limitatur primo, ne procedat quan-
do prętium reperitur in bonis delinquen
tis, tunc enim fiſcus tenetur illud em-
ptori reſtituere, *Io. Andr. in d. caputulo*
cum ſecundum, col. fin. verſiculo in glo-
ſa terminatum, & ibi Franch. numero
ſecundo, verſiculo niſi pratium, Monte
Picus in dicta l. poſt contractum nu-
mero 42. *ff. de donat. Boſſ. loco citato,*
numero 77. *Simanca d. titulo nono, nu-*
mero 29. *& ſeq.* Roias *ſing.* 18. *numero*
quarto, Quemmada quaeſt. ſeptima,
numero quarto, Zanchin. de haeret. capitu-
lo 17. *numero ſexto, Gomez. de delict. ca-*
pitulo ſecundo, numero ſecundo, verſicu-
lo quod autem, Decian. d. lib. quinto,
capitulo 44. *numero quarto, Farinacc. de*
haereſi quaeſt. 195. *§. quinto, nume-*
ro 78.
6 Vnde deducitur primo, quod ſi hæ-
reticus Mercator, mercature intuitu
contraxiſſet debita, & credita, fiſcus pu-
blicatis eius bonis, ſicuti poteſt cogere
debitores ad ſoluendum, ita tenetur
ſoluere creditoribus, quia negotium
eſt vnicum, & indiuiſum, & debita
in eſſe videntur creditis, vt in facti con-
tingentia fuit per officiales ſenten-
tiæ Inquiſitionis, & à Regiis conſilia-
riis in Hiſpania terminatum, vt nouiſſime
teſtatur D. *Franciſcus de Alfano in*
tract. de off. fiſcal. gloſ. 20. *nume-*
ro 160
7 Deducitur ſecundo, quod ſi pecuniæ
extant in bonis delinquentis, ille ſunt
reſtituendæ, *l. ex his, ff. quae in*
fraud. cred. l. pen. in fine, ff. de reb.
eorum.
8 Deducitur tertio, quod ſi prætium
fuerit impenſum ad alimenta hæretici,
ſeu eius familię, ad huc erit reſtituen-
dum, *l. primo, §. in rem, & l. vlt. ff. de*
in rem verſo, l. mortuo, ff. de ſtatu lib. Si-
manca dicto titulo nono, numero 36.
plene Becc. *conſilio* 67. *numero ſex-*
to, Quemada quaeſt. ſeptima,
& ſuffragantur tradita ſupra capitu-
lo 33.
9 Quod procedit etiam ſi alimenta
ex prætio empta caſu perierint, quia ſuf
ficit pecunias ex cauſa neceſſaria ad hæ-
retici manus perueniſſe, vt eſt tcſt. *in l.*
3. *neque enim, & §. vnde recte, & §.*
final. ff. de in rem verſo, & in l. ſeruus, in
princ. ff. eod. & in l. 4. *ff. de impenſ. in*
rebus dotal. fact. & in l. ſi neceſſarias 8.
verſ. finge ff. de pignoratit. act. & in l.
ſed an vltraxi §. primo, ff. de negot.
geſt.
Deducitur quarto, idem eſſe dicendũ
ſi fuerit cõuersũ in propriã hæretici, defẽ
ſionem

ſionem, *d. l. vlt. ff. de in rem verſo, ibi aut ipſa ſe tueretur*, & comprobatur ex traditis ſupra *cap.* 32. *in ſecunda deductione*.

10 Deducitur Quinto, idem eſſe dicendum ſi ex pretio fuerit hæretici creditoribus ſatisfactum, *l. idem ſeruandum, ff. de legat. ſecundo, l. emptor. ff. de rei vind.*

11 Deducitur Sexto, idem eſſe quando pretium eſt conuerſum in emptionem aliorum prædiorum, *l. ſi cum dotem, §. vlt. ff. ſolut. matr. l. Imperator, §. vlt. cum ſeq. ff. delegat. ſecundo, l. quod dicitur, §. vlt. cum l. ſeq. ff. de impenſ. in rebus dotalib. fact. l. apud Celſum, §. primo, ff. de doli mali, & metus except. Simancæ dicto tutulo nono, numero* 4.

12 Dubitari contingit an ſi res emptæ ab hæretico ex pretio redacto ex re alienata, caſu perierint, teneatur ad huc fiſcus reſtituere pretio, & puto teneri. Primo, quia vt intret obligatio reſtituen-
13 di, ſufficit ſi ſemel in rem fiſci pretium verſum fuerit, quamuis non durauerit, *d. l. tertia, §. vnde recte, §. fin. & l. ſeruus, ff. de in rem verſo, & in l. quarta, ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. l. ſi neceſſarias* 8. *in princ. ff. de pignorat. act. & d. l. ſed an ultro. §. primo, ff. de negot. geſt.*

Quibus accedit, quod vbi rei vendicatur res à bonæ fidei poſſeſſore, reſtituuntur impenſæ in re factæ etiam ſi impenſæ illæ ſine culpa poſſeſſoris perierint, vt pluribus probat *Tiraq. de retract. conuent. §. ſeptimo, gloſ. prima, numero decimo*.

Secundo, quia per emptionem hæreticus fuit effectus Dominus, *§. venditæ, Inſt. de rerum diuiſ.* quod quidem dominum recto iure tranſiuit in fiſcum, *d cap. cum ſecundum leges, de hæret. lib. ſexto*, res autem perit ipſi domino, *l. pignus C. de pignorat. act. l. quæ fortuitis, & l. creditor. C. eod. tit. l. ſicut ff. de pignor. Nacta conſilio* 601. *numero tertio*.

SVMMARIVM.

1 *Expenſarum tria genera.*
2 *Expenſa neceſſaria quæ.*
3 *Fieri poſſunt etiam in faciendo.*
4 *Refectio ædificii ruentis quod vtile eſt habere, dicitur expenſa neceſſaria.*
5 *Propagatio arborum dicitur expenſa neceſſaria.*
Intellige vt num. 6.
7 *Aedificium conſtitutum pro vſu colonorum & animalium, dicitur expenſa neceſſaria.*
8 *Item ſoucæ ad arcendas aquas, & paludis exiccatio ad aerem purgandum. num.* 9. *emptio inſtrumentorum neceſſariorum. numero* 10. *nec non naulum, & vectura iumentorum, & alia de quibus num.* 11.
12 *Expenſæ factæ in conſtitutione auis, murorum, & fortalitiorum, an dicantur neceſſariæ, remiſſiue.*
13 *Vtiles impenſæ quæ dicantur.*
14 *Impenſæ factæ ad redigendas terras occultas ad culturam, dicuntur vtiles.*
15 *Item ad facienda noualia, & alia de quibus num.* 16.
17 *Impenſæ factæ in docendis pueris, dicuntur vtiles.*
18 *Voluptaria expenſæ quæ, & earum exempla.*
19 *Expenſæ factæ ad fructus colligendos duplicis generis.*
20 *Bona fide concurrente ex parte emptoris, fiſcus tenetur reſtitutione melioramenta.*
21 *Meliorationes ſunt propria bona meliorantis.*
22 *Impenſæ neceſſariæ reſtituuntur etiam habenti tantum vtile dominium.*
23 *Impenſæ factæ ad fructus colligendos reſtituuntur.*
24 *Impenſæ vtiles factæ per applumbationem reſtituuntur a fiſco.*
25 *Impenſæ voluptariæ, niſi ſoluantur abradi poſſunt, & quod ſi non admictant abraſionem numero* 27.

26 *Expenſæ voluptariæ, quas Dominus facturus eſſet, habentur pro vtilibus.*

27 *Impenſæ facta in arando, vel ſerendo cōpenſantur cum fructibus, & non reſtituuntur.*

28 *Neque reſtituuntur impenſa facta in deboſcatione.*

29 *Impenſa modica non reſtituitur.*

30 *Impenſæ neceſſariæ etiam malæ fidei poſſeſſori reſtituendæ ſunt.*

31 *Fur non repetit expenſas neceſſarias.*

32 *Re perempta, expenſæ neceſſariæ malæ fidei poſſeſſori non debentur.*

33 *Malæ fidei, poſſeſſor repetit impenſas neceſſarias officio iudicis, non iure actionis.*

34 *Malæ fidei poſſeſſor regulariter vtiles expenſas non repetit.*
Limita vt numero 35. & 36.

37 *Voluptarias expenſas non repetit malæ fidei poſſeſſor.*

38 *Qui ab initio fuit in bona fide, & ex poſt facto verſatur in mala fide, quomodo repetat expenſas.*

39 *Expenſæ rei valorem ſi abſcribeant, quid faciendum, remiſſiue.*

40 *Emptor cui fuit denunciatum ne expendat, an expenſas poſtea factas repetat.*

41 *Expenſæ an repetantur iuxta valorem rei, an vero iuxta taxam earum.*

42 *Si res meliorata periit, an repetantur expenſæ.*

ARGVMENTVM.

Fiſcus agens ad reuocationem rei alienatæ per hæreticum, an teneatur reſtituere meliorationes per emptorem factas.

CAP. XXXIX.

1 PRæmicti primum oportet, expenſarum, ſiue meliorationum alias eſſe neceſſarias, alias vtiles, alias voluptarias. Neceſſariç ſunt illæ
2 quç ſi factæ non fuiſſent, res, aut erat peritura, aut deterior futura, *l. impenſæ, ff. de verborum ſignificatione, l. interdum, cum l. ſequenti, ff. qui potior. in pignore haben. l. prima, vbi Doctor. ff. de impenſ. in rebus dotalib. fact. Rota deciſione ſexta, & ſeptima, tom. primo, in recentior.*

3 Licet autem expenſç, ſiuè meliorationes neceſſariæ, regulariter fieri ſoleant in reficiendo, nihilominus poſſunt fieri etiam in faciendo, *dicta l. 1. §. inter neceſſarias, ibi priſtinum, vel horreum, & ibi Angel. & Caſtr. in l. diuortio §. impendia, ff. ſoluto matr. Bald. in l. in fundo, ff. de rei vind. cum aliis per Peregrin. de fideicommiſ. art. 50. ſub num. ſexto.*

4 Qua ratione attenta, inter expenſas, ſiuè meliorationes neceſſarias computamus ſi ædificium ruens, quod habere vtile erat, fuerit refectum, *d. l. prima, §. proinde, ff. de impenſ. in reb. dotal. l. ſi neceſſarias, verſiculo Item Inſulam, ff. de pignorat. act. dicta l. interdum, in fine, ff. qui potior. in pignore haben. Seraphinus deciſione 189. numero quarto.*

Item, & moles in mari, vel in fluuium proiicere, *dicta l. prima, ff. de impenſ.*
5 *in reb. dotal.* Nec non, & ſi vites in agris cultis propagauerit, vel arbores curauerit, vel ſeminaria pro agri vtilitate fecerit, *dicta l. tertia, ff. eodem titulo, Peregrinus de fideicommiſſ. loco citato, ſub numero 7. verſiculo Idem quoque,*

Me-

Menoch. de recuper. remed. 15. num. 500. cum ſeq.

6 Dixi in agris cultis, quia ſi prædicta fierent in pratis, vel agris incultis, non eſſent dicendæ meliorationes neceſſariæ, ſed vtiles, vt infra dicetur.

7 Inter expenſas etiam neceſſarias computamus ædificium conſtructum pro uſu, & habitatione colonorum, & animalium, ſine quibus ager coli non poteſt, Caſtr. *conſilio 270. col. ſecunda lib. ſecundo, Alex. conſil. 162. lib. 7. & l. impenſe, ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. Ruin. conſil. 157. num. 21. Roland. conſil. 28. num. 12. lib. primo, Feder. Scott. conſil. 8. lib. primo, Riminal. conſil. 42. num. 36. lib. quarto, Bertazol. conſilio 107. numero 69. Petra de fideicom. quæſt. 15. numero 246. Surdus deciſione 300. ſub numero quarto, Magon. decis. Lucen. 81. numero 25.*

8 Item, & foueas, canales, & ageres pro aquis ab agris arcendis, nam ſine illis fundus vel aquis mergitur, vel ſaltem fit deterior, *d. l. impenſe, ff. de verb. ſignifi. ibi ageres facere, & fluuia auertere,* Ruin. *d. conſilio 157. numero 21. lib. primo, Alciat. conſilio 69. numero, 20. lib. primo, Peregr. qui alios refert d. art. 50. numero 8. verſiculo nam his non factis.*

9 Et pariter paludis exiccatio ad aerem purgandam, licet ſecus eſſet ſi fuerit ſiccata & redigeretur ad culturam, *Rota d. deciſione ſexta, & 7. tom. primo in recentior.*

10 Item emptio inſtrumentorum neceſſariorum, prout ſunt inſtrumenta ad ferreriam neceſſaria, *Seraph. deciſ. 898. num. 6.*

11 Item, & naulum nautis pro mercibus, aut cibariis ſolutum, nec non, & iumentorum vecturas, aut horreorum penſiones, vt merces ſaluæ eſſent, *l. huius, ff. qui potior. in pignore hab.*

12 Dubitari ſolet an expenſæ factæ in conſtructione Arcis, Murorum, fortilitiorum, & in aliis tormentis bellicis comparandis ſint computandae inter meliorationes neceſſarias, conſulendi ſunt in facti contingentia, Bar. *in l. cum quæreretur 58. §. prædius, ff. delegat. tertio, Bal. conſilio 303. ad euidentiam, numero ſecundo, lib. primo, & in l. prima. numero ſeptimo, ff. de rerum diuiſ. & in l. prima, numero octauo, verſiculo quæro numquid expenſe, ff de fruct. & litium expenſ.* Soccin. *conſilio 26. numero nono, lib. primo,* Peregr. *de fideicom. art. 50. ſub numero octauo, & 21. & omnium elegantius* Dominus *Comprouincial. meus,* Io. *Andr.* Georg. *regius in* Regno *Neapol. conſilarius, & phæudorum interpres, vir quidem ingenii acumine, & conſumata doctrina ſingularis, allegat. 1. in ſecunda dubitatione.*

13 Vtiles impenſæ ſiue meliorationes ſunt quæ rem meliorem faciunt, deteriorem eſſe non ſinunt, ex quibus redditus Domino acquiritur, *dicta l. impenſa, §. primo, ff de verbor. ſignifi.*

14 Tales reputantur expenſæ quæ fiunt, ad reducendum terras incultas ad culturam, ceſſante iuſſu ſuperioris, *Iſern. in capitulo primo, §. ſi vaxallus titulo hic finit lex, Ruin. conſilio 135. numero 13. & ſeq. lib. tertio, Roland. conſilo 28. num. 27. lib. primo,* Peregr. *loco citato numero 26. & 28. Rota deciſ. ſexta, & ſeptima, tom. primo, in recentior.*

15 Item, & factę in paſtinando, *Seraph. deciſione 898. numero quarto, poſt Bar. in l. in fundi, ff. de rei vindicat.*

Item, & paludem ſiccare ad effectum eam redigendi ad culturam, R*ota dicta deciſ. ſexta & ſeptima*, & generaliter noualia facere, vtiles impenſa reputatur, quia ad id nulla cogimur neceſſitate, *l. colonus, ff. locati,* Ruin. *dicto conſilio 135. numero decimotertio,* Roland. *dicto conſilio 28. numero 22. & 27.*

16 Item, & tabernam fundo adiicere

cere ex qua vtilitas percipiatur, *Peregr. d. art. 50. num. 26. in fine*, ac fundum à ſeruitutibus, & penſionibus liberare, *Bertazol. conſ. 107. in fine*, *Petra de fideicom. quæſt 15. num. 124. Peregr. loco cit. num. 27.*

Quod eſt intelligendum dummodo liberatio, vel affrācatio non fuerit facta ex cauſa neceſſaria, veluti ex neceſſitate conuentionis, vel legis, vt benè declarat idem *Peregr. d. art. 50. num. 50.*

Et pari ratione vtilis melioratio reputatur impenſa in acquirendis iuribus iuriſdictionalibus, *Propoſit. in cap. 1. §. contrario tit. de inueſtit. de re aliena facta, Ioſeph. Ludouicus deciſ. Peruſ. 24. num. 23. Petra loco cit. Peregr. d. art. 50. num. 28.*

Item, & pecora prædiis imponere, & agros ſtercorare, *l. veluti, & l. impenſa ff. de impenſ. in reb. dotal.*

17 Nec non, & impenſa facta in docendi pueris aliquod artificium, *l. Titius 44. verſ. de ſumptibus, ff. de act. empti*, ſicuti & in erudiendis animalibus, *Ang. per il lum teſtum in l. ſin autem, §. fin. ff. de rei vindic.*

18 Voluptariæ expenſę ſunt quę ſpeciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent, vt ſunt viridaria, aquæ ſalientes, incruſtationes, loricationes, picturæ, *d. l. impenſa, vbi Alciat. ff. de verb. ſigni fi. l. voluptariæ, vbi gloſ. in verb. exornat. de impenſ. in reb. dotal. l. vtiles, ff. de petit. hæred.*

Item & domus edificata recreationis gratia, & vt vulgo dicitur *peruellegiare*, item, & pro ſuſtentandis vitibus vulgo nuncupatis *pergolate*, nec non, & muri facti pro claudendo viridario, *Rota deciſ. 650. num. 4. tom. 2. in recent.* & facit *teſt. in l. diuortio, §. fin. ibi quod in tutelam ff. de impenſ. in reb. dotal.* Rurſum

19 ſunt aliquæ expenſę gratia colligendorum fructuum, quæ modo pertinent ad præſentis anni fructum, modo ad fructus in futurum colligendos, *d. l. 3. ff. de impenſ. in reb. dot.* Ad præſentis anni fructum pertinere dicuntur expenſæ quę fiunt in arando, ſerendo, ſeminando, metendo, & ſimilia faciendo, *l. diuerſo §. fin. vbi doct. ff. ſoluto matr.* quæ vero per tinēt ad fructus in futurum colligendos, ſunt domum pro fructibus reponendis conſtruere, *d. l. 3. §. fin. verſ. plane, vbi gloſ. in verb. neceſſario.*

His ita prælibatis, dum quærimus an fiſcus agens ad reuocationem rei per hæreticum alianatę, teneatur ſoluere meliorationes tria ſunt diſtinguenda capita.

Primum ſi verſamur in ea qui emit bona fide, putans venditorem eſſe catholicū, & tunc quia in eo concurrit bona fides, & aliqualis titulus, fiſcus te-

20 netur ſoluere illi meliorationes, nam ſicuti tenetur ſoluere prætium rei venditæ in caſu quo extat, pari ratione tenetur ſoluere maliorationes, quæ ſunt propria bona meliorantis, *cap. potuit, extra locati, cap. ſi vaxallus bic fini*

21 *tur lex, in vſib. feud. auth. qui rem, C. de ſacroſan. eccleſ. l. 2. et fin. C. de iure dot. l. diuortio §. impendia ff. ſolut. matr. l. domos ff. de legat. 1. l. in fundo, ff. de rei vend. l. qui ſciens C. eod. tit. l. eum apud quem, C. de vſufr. Garzia in tract. de melior. cap. 6. num. 20. plene Tiraq. de retract. cum. veni. §. 7. gloſ. 1. à num. 1. vſque ad quartum, Menoch. de recup. remed. 15. num. 500. Magon. deciſ. Lucen. 81. num. 24. & 25.*

22 Extenditur primo, vt ſi meliorationes ſunt neceſſariç, concluſio procedat ſiue per hæreticum fuerit venditum dominium plenum, ſiue vtile tantum, nam etiam habenti vtile dominium reſtituuntur impenſæ neceſſariæ, *l. colonus in princ. ff. locati, Bar. & reliqui in l. ſenatus, §. Marcellus, ff. de legat. 1. Iaſ. in l. 2. num. 27. C. de iure emphit. Ruin. conſ. 4. nu. 10. lib. 1. cum alijs per Vaſq. loco citato num. 6.*

23 Extenditur Secundo, vt procedat ſi ſint facta cauſa colligendorum fructuum, dummodo non pertineant tantum ad fructus præſentis anni, ſed ad perpetuam fundi vtilitatem, vt probat *teſt. in l. 3. ff. de impenſ. in reb. dotal. & in l. diuortio, §. fin. ff. ſoluto matr.*

24 Extenditur Tertio, vt procedat non ſolum in meliorationibus neceſſariis, ſed etiam in vtilibus, dummodo ſint factæ per applumbationem, non autem per

ſer-

ferruminationem, videlicet per adiectio-
nem vnius materiæ ad aliam materiam ſe
parabilem, non autem ex eadem mate-
ria, *Bar. in d. l. fundo num. 7. & 8. ff.
de rei vind. & ibi alii communiter Meno-
ch. d. remed. 15. num. 515. & 516. Pe-
regr. d. art. 50. num. 31. Boer. deciſ. 44.
num. 7.*

25 Extenditur Quarto, vt ſi expenſæ
ſint voluptariæ, licet fiſcus non teneatur
ad illarum ſolutionem, tamen niſi offe-
rat extimationem, permittitur abraſio,
*d. l. in fundo, §. cenſuimus ff. de rei vind.
& ibi Bar. num. 10. l. pro uoluptariis ff. de
impenſ. in reb. dotal. l. 3. §. proinde ff. de
in rem verſo, Alciat. in l. impenſe num. 9.
ff. de verb. ſignif. Siluan. conſ. 49. num.
73. in fine, Menoch. d. remed. 15. num.
530. et ſeq.*

26 Quod multo fortius procedit vbi vel
fiſcus fuiſſet eaſdem meliorationes fa-
cturus, vel rem haberet pro mercali, quia
in talibus caſibus teneretur ad ſolutionē
ex quo habentur pro expenſis vtilibus,
*d. l. in fundo, vbi Bar. num. 10. l. quod
ſi ea ff. de impenſ. in reb. dot. Menoch. lo-
co cit. num. 533.*

27 Quod ſi meliorationes non admictāt
abraſionem veluti, quia conſiſtunt in
plantationibus, vinealibus, arbuſtis ad
ſubſtentationem vitium factis, quæ non
paruam afferunt vtilitatem, tunc debent
refici. *Caſtren. conſ. 270. num. 3. verſ. ter-
tio principaliter lib. 2. Burſat. conſil. 85.
num. 32.*

27 Principalis conclusio declaratur pri-
mo, ne procedat in expenſis factis in arā-
do, vel ſerendo, aut alirer fructuum quæ-
rendorum cauſa, quia ille compenſantur
cum fructibus, *d. l. diuerſo §. fin. ff. ſolu
to matr. l. 3. ff. de impenſ. in reb. dotal.
Caſtr. d. conſ. 270. ſub num. 3. verſ. 3.
principaliter lib. 2.*

28 Et pari ratione declaratur ſecundo,
ne procedat in deboſcatione, tum quia
illa vti præambulum ad culturam iudica
tur eiuſdem naturæ, tum etiam quia ta-
les expenſæ computantur cum vtilitate
quę percipitur ex lignis quæ colliguntur
ex deboſcatione, & ex uberiori fructu,
& prouentu qui colligitur ex terra noui-
ter ad culturam redacta, vt vtrumque de-
clarat *Caſtr. loco cit. verſ. deboſcatio vero,
& verſ. itē quia dicit. & verſ. cōpenſent.*

29 Declaratur tertio, ne procedat quan-
do impenſa eſſet modica, veluti quia con
ſiſteret in ſalicibus, vel populis, in quo-
rum plantatione nullus eſt quaſi labor,
nec in eorum ſuſtenratione, cum fodian-
tur ſimul cum vinea, nam iſte non refi-
ciuntur, *Caſtr. d. conſ. 270. col. 3. verſ.
ſi uero parua, vel quaſi.* & hęc quoad pri
mum caput.

Secundum eſt caput quando is qui e-
mit à fiſco erat in mala fide, & tunc in-
fraſcriptæ concluſiones poſſunt conſti-
30 tui. prima etiam malę fidei poſſeſſori,
tenetur fiſcus ſoluere meliorationes ne-
ceſſarias, ita probat teſt. in ſępe citata *l.
domum, C. de rei vind. l. plene, ff. de pe-
tit. hæred. Bar. in d. l. fundo num. 11. ff.
de re vind. Alciat. in l. impenſe num. 3. ff.
de verb. ſignif. Lortot. iu l. fructus ff. de
reg. iur. Iaſ. in l. fin. §. emptor. C. com-
mun. delegat. Menoch. d. remed. 15. num.
515. & 537 Equinar. Baro. in §. ex diuer-
ſo Inſt. de rerum diuiſ. Peregr. d. conſ. 50.
num. 26.* Hæc Concluſio

31 Declaratur dupliciter primo, vt pro-
cedat in poſſeſſore malæ fidei bonorū ſta-
biliū, ſecus in fure, is enim neque expen-
ſas, & meliorationes neceſſarias lucra-
tur, *l. 1. C. de infant. expoſit. & ibi Bar. &
Salicet. l. ex argento 13. ff. de condict. furt.
Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 6.
num. 3. Menoch. & Peregr. locis cit. il-
le num. 515. & ſeq. hic num. 27.*

32 Declaratur ſecundo, vt procedat quate
nus res extet, alias re perempta expēſæ
neceſſariæ non debentur male fidei poſ-
ſeſſori, ſiue verſemur in iudiciis ſingu-
laribus, ſiue in vniuerſalibus, *d. l. pla-
ne ff. de petit. hared. Peregr. loco cit. nu-
mero 28.*

Quare ſubripiens ſeruum infantem,
ſi infans à domino repetatur, non tene-
tur ſoluere furi quod expendit in eo alē-
do, vel forte ad diſcendum artificium,
*d. l. 1. C. de infant. expoſ. & in d. l. ar-
gento, ff. de condict. furt.*

33 Declaratur tertio, vt expenſę ſeu me-
liorationes quæ repetuntur à poſſeſſore
male

Digitized by Google

malæ fidei repetuntur iudicis officio,non autem iure actionis, *Bar. in d. l. fundo, & ibi* Ang. *& Caſtr. Iaſ. in l. fin.* §. *emptor. C. commun. delegat. Alciat. in d. l. impenſa*, Boer. *deciſ.* 44. *num.* 7. *Peregr. d. art.* 50. *num.* 26.

34 Secunda concluſio malæ fidei poſſeſſor regulariter non repetit expenſas vtiles, vt probat *teſt. in d. l. domum C. de rei vindic.* qui dum concedit repetitionem meliorationum neceſſariarum, ſatis firmat vtiles non deberi, *& in l. ſi is C. de adific. priuat.* & firmat Bar. *in d. l. in fundo num.* 11. *Loriotus in d. l. in fructus verſ. impenſa vtiles, Corn. conſ.* 243. *nu.* 6. *lib.* 2. *Neuiz. conſ.* 78. *in fine, Rum. conſ.* 100. *lib.* 4. *alios refert* Peregr. *d. art.* 50. *num.* 29.

35 Declaratur primo, vt procedat vbi poſſeſſor male fidei aliquid de nouo facit, ſi uero opus factũ meliorauit, permittetur ſibi abraſio ſi fieri poteſt ſine læſione prioris ſtatus, *gloſ. Bal. &* Sallcet. *in d. l. domum C. de rei uend.* Bar. *& Angel. in d. l. infundo*, Peregr. *loco cit. num.* 30.

36 Declaratur ſecundo, ne procedat ſi dominus eam impenſam fuiſſet facturus, aut rem habeat pro mercalem, quia tunc deducitur, ne contingat fiſcum locupletem fieri cum aliena iactura, *d. l. in fundo*, Peregr. *loco cit. verſ. ſi quod dominus.*

37 Tertia concluſio poſſeſſor malæ fidei non repetit expenſas voluptarias, ſed illi permictitur abraſio quatenus fieri poſſit ſine rei detrimento, *l. vſibus in fin. ff. de petit. hared. Alciat. in d. l. Impenſa num.* 9. *ff. de verb. ſignific. Menoch. d. remed.* 15. *num.* 544.

38 Tertium eſt caput quando is qui emit ab hæretico, à principio fuit bonæ fidei, ſed ex poſt facto fuit in mala fide, & in tali caſu pro tempore quo fuit in bona fide, repetit vti bonæ fidei poſſeſſor, pro tempore autem quo fuit in mala fide, repetit vti poſſeſſor malæ fidei, *Bar. in d. l. in fundo num.* 21. vbi ſubiicit rationem, quia in his ſingula momenta ſpectamus, *l. qui bona fide in princ. verſ. quæſtio in eo eſt, ff. de acquir. rerum dom.* An autem idem ſi dicendum quãdo principium fuit malæ fidei, & deinde ſuperuenit bona fides, conſulendus eſt, *Bar. loco cit. num.* 13. *Menoch. d. remed.* 15. *num.* 447. cuius reſolutio pro nunc mihi non probatur.

39 Ceterum quando expenſæ ſunt adeo magnæ, vt ſi eſſent ſoluendæ, potius cogeretur qui eas ſoluere debet, rem relinquere, viden. eſt *teſt. in d. l. in fundo ff. de rei vind.* Tiraq. *d.* §. 7. *gloſ.* 1. *num.* 5. *Peregr. de fideicom. art.* 50. *num.* 33. *verſ. quam obrem.*

40 Et an, & quando fuit denunciatum emptori ne expenſas faceret, poſſint meliorationes repeti, *idem Tiraq. loco cit. ſub num.* 5. *verſ. ſed in hoc capite.*

41 Et an ſit reſtituendum tantum quantum fuit expenſum, an vero tanti quanti res valet, eſt *teſt. in d. l. in fundo, ff. de rei vend. & in l. ſed is lege,* §. *item ſi rem ff. de petit. hæred.* Rota *deciſ.* 650. *ſub n.* 4. *tom.* 2. *in recentior.* Seraph. *deciſ.* 898. *num.* 1.

42 Et an ſint reſtituendæ meliorationes quæ periere, & quando res ipſa meliorata periit, *Tiraq. loco cit. num.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur contrariæ opiniones:*

2 *In caſibus in quibus confiſcatio non fit ipſo iure, fiſcus tenetur ad legitimam, & dotes.*

3 *Legitima, dotes, et alimenta filiis debentur ex ratione naturali.*

4 *Ratio naturalis non tollitur per delictum patris.*

5 *Legitima debetur filiis vbi fit confiſcatio ipſo iure vigore ſtatuti.*

6 *Actus dotandi procedit ex neceſſitate paternæ pietatis.*

7 *Vbi confiſcatio fit ipſo iure ſententiam retrotrahitur ad diem commiſſi criminis.*

8 *Legitima, dotes, et alimenta an denegentur, vbi fit confiſcatio propter crimen leſæ maieſtatis humanæ. Limitatur de æquitate. num.* 9.

10 *Confiſcatis bonis propter hæreſim, fiſcus nõ tenetur filiis ad legitimam.*

11 *Idque procedit etiam ex diſpoſitione iuris ciuilis.*

Filiis

12 *Filiis natis ante hæreſim patris an debentur legitima.*

13 *Pater tenetur ad alimenta à die natiuitatis filiorum.*

14 *Dos conſtituta filiæ ab occulto hæretico reuocatur a fiſco.* Amplia *num. 15. Limita de æquitate. num. 17.*

16 *Dos conſtituta eccleſiæ per hæreticum occultum ſpectat ad fiſcum.*

18 *Creditor anterior non poteſt reuocare pecunias ſolutas creditori poſteriori, & bona fide conſumptas.*

19 *Filiis impuberibus hæretici alimenta miniſtrantur à fiſco.*

20 *Aetatis inbecillitati fauendum eſt.*

ARGVMENTVM

Fiſcus an teneatur dare filiis hæretici ex bonis confiſcatis legitimam, dotes, vel alimenta.

CAP. XXXX.

1 TEneri cenſuerunt *Soccin. conſ. 30. num. 3. lib. 1. Plot. inter conſil. crim. Zilletti conſ. 130. lib. 1. num. 83. tom. 1. Coraſ. in l. qui liberis n. 111. ff. de ritu nupt. Surd. conſ. 386. nu. 13. Auendan. ad leges Tauri gloſ. 7. n. 8. Roias ſing. 47.*

Contrariam opinionem tenuerunt *Imol. in cap. paſtoralis num. 25. de ſent. & reind. Abb. Anan. &* Boich. *in capit. Vergentis de hæret. Boſſius tit. de hæret. num. 26.* Carer. *eod. tract. num. 140. Gundiſal. ibid. q. 22.* Ghirland. *q. 4. num. 1. & 2. Alphonſ. de Caſtr. de iuſta hæret. punit. lib. 2. cap. 16. Lupus in cap. per vaſtras not. 3. §. 23. num. 16. de donat. inter vir. & vxor. Roland. conſ. 8. à num. 35. lib. 3. Burſatt. conſ. 289. num. 16. & 22. Ant.* Cor*duba in l. ſi quis a liberis §. mater, num. 16. ff. de liber. agnoſc. Baeza de non melior. filiab. cap. 15. num. 2. & 26. cum ſeq. Penia ad Emer. par. 2. comment. 9. Barboſa in l. 1. par. 4. num. 84. & ſeq. ff. ſoluto matr.* Cantera *in q. crim. tit. de ſang. punit. delict. cap. 1. num. 20. Decian. tract. in crim. lib. 5. cap. 45.* Sanchez *ad præcepta decalogi lib. 2. cap. 16. num. 25.*

2 In hac Doctorum controuerſia vt veritas liqueat præmictendum primo, quod vbi bonorum confiſcatio non fit ipſo iure, fiſcus ex bonis confiſcatis tenetur filiis condẽnati ad legitimam, vel eius loco ad dotẽ, *Din. l. Inſulã in prin. & in l. ſocer, in princ. ff ſoluto matr. Bal. in l. fin. num. 11. C. de dotis promiſſ. Cepoll. conſ. 8. & 58. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 76.*

3 Ratio eſt, quia legitima, dotes, & ali
menta debentur à parentibus ratione
naturali, *l. ſcripto hærede in fine ff. vnde*
liber. l. ſi quis §. ſed et ſi filius, et. §. de-
niq. ff. de liber. agnoſc. quæ quidem
4 naturalis obligatio per patris delictum
non tollitur, *l. cum ratio ff. de bonis dam*
nat. facit ieſt. cum ibi trad. *in §. ſed na*
turalia inſt. de iure nat. gent. et ciuili.

5 Hoc idem ex eadem ratione erit dicendum vbi confiſcatio bonorum fit ipſo iure, etiam vigore ſtatuti, aut legis municipalis, dummodo non fiat propter crimen leſæ maieſtatis diuinę, vel humanæ, *Bal. in d. l. fin. num. 2. et 11. C. de dotis promiſſ. Ripa in l. ex facto n. 9. ff. ad trebell. Soccin. ſen. conſ. 57. nu. 23. lib. 4.*

Et ſi in prædictis caſibus fiſcus tene-
tur ad legitimam, & dotes, & alimen-
ta, multo magis ſuſtinentur dotes & do
nationes propter nuptias per parentes
poſt delictum, & ante condemnationẽ
conſtitutæ, aut factæ, tum quia cum a-
6 ctus dotandi procedat ex neceſſitate
pietatis paternæ, *Bal. in d. l. fin. num.*
2. et 11. C. *de dotis promiſſ.* non poteſt
preſumi facta in fraudem futuræ con-
demnationis, *l. 1. §. ſed et ſi libertus fi-*
liam, ff. ſi quid in fraud. patr.

7 Tum etiam quia licet vbi confiſcatio bonorum fit ipſo iure, ſententia retrotrahatur ad diem commiſſi criminis, vt pluribus probaui ſupra *eod. lib. c. 31. n. 3.* tamen ſemper reperit cauſam filio-

rum

rum (pietatem videlicet paternam)potiorem, *d. l. cum ratio ff. de bonis damnat.* atque ideo hanc ſententiam probāt *Angel. in l. ſi quis ſub num. 3. ff. de bonis preſcript.* *Nacta conſ.* 212. *num.* 3.

8 Premittendum Secundo, quod vbi confiſcatio bonorum fit pro crimine leſæ maieſtatis humanæ, tunc licet, *Angel. conſ.* 357. *num.* 2. *Soccin. conſ.* 30. *num.* 3. *lib.* 1. *Ripa in d. l. ex facto, §. ex facto num.* 9. *ff. ad trebell.* Beccius *conſ.* 8. *per totum* tenuerint filiis deberi legitimam, dotes, & alimenta, nihilominus contraria ſententia eſt verior, ex teſtu *in l. quiſquis, §. filiis*, C. *ad l. Iul. maieſt.* vbi filii arcentur non ſolum à ſucceſſione patris, ſed etiam a materna, auita, & aliorum proximorum, vt pepetua ſordeant egeſtate. Item, & in §. *Ad filias*, vbi diſpenſatiue conceditur, vt filiæ propter ſexus infirmitatem poſſint mediocrem alimoniā & falcidiam ex bonis maternis habere. Et iterum *in §. emancipationem*, vbi dotes, & donationes poſt delictum admiſſum factæ nullius reputanrur momenti.

Ratio alia non eſt niſi criminis atrocitas, quæ ad homines à tali crimine deterrendos has meruit ſpecialitates, *d. l. quisquis C. ad l. Iul. maieſt.*

9 Fareor ex Principum, & ſupremorum tribunalium benignitate receptum eſſe, vt filiabus dotes conſeruentur, & ſi non fuerint conſtitutæ, conſtituantur à fiſco, vt practicarum fuiſſe per rempublicam Florentinam conſtat ex *Ang. conſ.* 357. *num.* 2. & per glorioſæ memoriæ Regem Ferdinandum in filiis Principis Roſſani vt teſtatur *Affl. in cap.* 1. *in prin. gloſ.* 3. *num.* 30. *quæ fuit prima cauſa benef. amitt.* & in Senatu Mediolanen. in cauſa in qua ſcripſit *Becc. d. conſ.* 8. prout teſtatur *Surd. de alimentis tit.* 9. *q.* 32. *num.* 21.

10 Ex his facile patet opinionem communem per quam dicitur quod confiſcatis bonis propter hæreſim fiſcus non tenetur dare filiis legitimam, neque dotes, vel alimenta eſſe de iure veriſſimam, probarique aperte. primo, per teſt. *in d. cap. vergentis de hæret.* vbi hæretici bonis omnibus per confiſcationem ſpoliantur filiis quamuis orthodoxis exhæredatis.

Secundo, quia ſi prædicta procedunt in crimine leſæ maieſtatis humanæ, *d. l. quiſquis in princ. & in §. filiis, in §. ad filias et §. emancipationes C. ad l. Iul. maieſt.* vtique multo magis procedere debent in crimine leſæ maieſtatis diuinæ, *d. cap. Vergentis, cap. cum ſecundum leges, de hæret. lib. 6. Auth. Gazaros, C. eod. titulo.*

11 Hæc concluſio extenditur primo, vt procedat non ſolū inſpecta diſpoſitione iuris pontificii, ſed etiam ex diſpoſitione iuris cæſarei, tum quia diſpoſitio, *d. cap. Vergentis*, eſt de iure ciuili recepta in *d. Auth. Gazaros.* Tum etiam quia diſpoſitio teſt. in *d. cap. Vergentis* eſt non tam noui iuris inductiua, quam veteris declaratiua, vt patet ex §. *cum enim*, vbi procedit aſſignando rationes per veteres leges aſſignatas, vnde non immerito hanc quam nos profitemur opinionem profitetur etiā *Abb. in d. cap. Vergentis num.* 5. *Felin. num.* 4. reprobato *Io. Andr.* qui oſcitanter contrariam aſſeruerat.

12 Extenditur ſecundo, vt procedat ſiue ſint nati ante conceptam hæreſim, ſiue poſt, vt mox infra probabirur.

Contrarium in filiis natis ante hæreſim conceptam tenent *Quamada q.* 24. *num.* 4. *& ſeq.* quem ſequitur *Farinacc. de hæreſi q.* 191. §. *primo, num.* 7.

Horum ſententia fulciri poteſt, quod obligatio parentum ſaltem quoad alimēta, & dotes incipit à die natiuitatis. §. 2. *Inſt. de iure naturali*, quæ quidem obligatio per ſubſequens delictum non tollitur, *d. l. cum ratio ff. de bonis damnat.* ſicuti enim non tolluntur obligationes erga alios contractæ, *l. cum fiſco, ff. ad Sillan. l. 2. & l. Tutelas, ff. de capitis dimin.* ita non tollitur obligatio ſuſcepta erga liberos, præſertim cum illa nitatur in ratione naturali, *d. l. cum ratio.*

Prior opinio eſt citra contrauerſiam verior, quia teſt. in *d cap. Vergentis*, aperte loquitur tam de natis, quam etiam de naſcituris, vt patet ibi, *filiis ſuis vita ſolummodo ex miſericordia conſeruata*, & ibi

ibi *exhæredatio filiorum*, quæ verba ſup ponunt filios extantes. Præterea ſi in crimine leſæ maieſtatis humanæ puniuntur nati, & naſcituri, *d. l. quiſquis*, maiori ratione hoc fieri debet in crimine hæreſis ex allegatis.

14 Extenditur tertio, vt non ſolum fiſcus non teneatur filiabus dotes conſtituere, ſed ſi illæ ſint a parente occulto hæretico conſtitutæ poſſunt à fiſco reuocari, *d. l. quis per emãcipationem, C. ad l. Iul. maieſt.* & tradũt *Paul. a Monte Pico in l. poſt contractum n. 74. & ſeq. ff. de don. Boſſ. de publicat. bonorum, nu. 77. Simanca de catbol. Inſt. tit. 9. num. 23. Sanchez ad præcepta decalogi lib. 2. cap. 22. nu. 57.*

Quibus accedit quod dos reuocatur non ſolum vbi eſt conſtituta ab eo qui eſt priuatus ipſo iure dominio, & adminiſtratione, prout eſt hæreticus, ex traditis ſupra hoc *eodem tit. cap. 31.* ſed etiam vbi eſt fraudulenter conſtituta, *l. ait prætor, §. ſi cum mulier, verſ. neque enim dos, & l. hac in factum §. ergo, ff. quæ in fraud. cred.*

15 Et pari ratione extenditur quarto, vt procedat non ſolum in dote conſtituta pro matrimonio carnali, ſed etiam pro monialinam hæc eadem iuris ſeueritate inſpecta à fiſco non debetur, & a patre hæretico conſtituta, poteſt per fiſcum reuocari, vt in ſpecie ſcribit *Simanca d. tit. 9. num. 24.*

16 Extenditur quinto, vt idem ſit dicendum de dote eccleſiæ, ſeu capellæ per occultum hæreticum conſtituta, nam hæc eadem reuocatur. Moueor ad hoc primo, quia dos, & pia cauſa æquiparantur, *§. donare qualiter feudum olim poterat alienari in vſib. feud* & dos habet in ſe pietatem, *l. cum is, §. ſi mulier, ff. de condict. indeb. Bal. in l. ſicuti ab initio, in fine, C. de act. & oblig.* ſicuti ergo reuocatur dos etiam monialibus conſtituta, ita & dos capellæ.

Secundo, quia cum hæreticus a die patrati ſceleris remaneat priuatus dominio quod fuit ipſo iure translatum in fiſcum, ex late traditis ſupra *cap. 32.* vtique dum dotem eccleſiæ conſtituit, viſus eſt conſtituere de bonis alienis, de quibus non licet elemoſynam facere, *c. non eſt t. q. 1. gloſ. in clem. 2. de cenſib.*

17 Hæc eadem concluſio ſic extenſa, limitatur primo, vt quantum attinet ad dotes conſtitutas, licet concluſiones firmatæ in tertia, quarta, & quinta extenſione de iuris rigore veræ ſint, tamen propter bonum publicum, ne mulieres ſpiritualiter, vel carnaliter nuptæ, de repente remaneant indotatæ, & ſic mundus litibus repleatur, ex equitate recipi poteſt vt dotes remeneant, equitas enim ne tot actus reuoluãtur apud principes, & ſuprema tribunalia aduerſus iuris rigorem fuit ſemper amplexata. hinc videmus, quod licet de iure pecunia creditori poſteriori ſoluta poſſit ab anteriori reuocari, vt plene probat *Pariſ. conſ. 69. num. 1.* cum aliis per *Surd. conſ. 5. n.*

18 25. Tamen vbi pecuniæ ſunt bona fide ſolutę, ne mundus litibus inuoluatur non poſſe ab anteriori reuocari, ſæpè reſponderunt ſuprema tribunalia, vt apud *Affl. deciſ. 190. Capic. deciſ 178. Rota Ianuenſ. apud Chartar. deciſ. 190. num. 3. Rota Romana frequenter, et ſignanter in Romana computorum 25. Octobris* 1604. *coram Illuſtriſſimo* D. *meo Cardinali Sacrato, & in Romana pratii fundaci* 1612 *coram eod.*

Quo vero ad dotes non conſtitutas, regulariter procedi conſueuit prout in crimine leſæ maieſtatis humanæ.

Cęterũ quoad alimẽta illa cõſueuerũt

19 a fiſco miniſtrari tantum filiis impuberibus, qui tamen cura Inquiſitorum aluntur apud pios, & probos viros, a quibus in catholica fide inſtruantur, ex inſtructione *Hiſpalen. cap. 2. anno 1584.* vt teſtantur *Simanca de catbol. Inſt. tit. 29. num. 12. Lupus Sen. in tract. de hæreſi cap. 18. Io. Lupi in cap. per veſtras §. 72. Coraſ. in l qui liberos num. 62. ff. de ritu nupt. Penia ad Emer. par. 2. comment 8. verſ. Inquiſitores tamen.*

20 Nec mirum, quod æquitas reſtringatur ad dotes filiarum, & alimenta filiorum impuberum, quia habita eſt ratio imbecillitatis ſexus & ętatis, argumento *teſt. ind. l. quiſquis, §. ad filias in fi. C. ad leg. Iul. maieſt.*

Quan-

Quantita s autem dotis in hac ſpecie non poteſt prætendi pro natalium dignitate, ſed ſimpliciter ad mediocrem alimoniam, *d. §. filia s.*

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor vniuerſalis tenetur ſtare locationi, ſecus ſucceſſor ſingularis.*

ARGVMENTVM.

Bonis publicatis an fiſcus teneatur ſtare locationi.

CAP. XXXXI.

TEneri ſtare, probat *teſt. in l. ſi fundus, 36. ff. locati,* cuius auctoritate hoc in ſpecie tradunt *Bal. in l. diuortio nu. 8. ff. ſoluto matr* ibique *Iaſ. num. 36 Gomez var. reſolut. tom. 2. cap. 3. num. 10 Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 74. v erſ. ego autem infero,* Azeued. *recopil. lib. 5. tit. 9. l. ex. num. 16. Sanchez ad præcepta decalogi lib 2. cap. 22. num. 56. Barboſ. in l. ſi filio fam. §. fin. num. 40. & 41 ff ſoluto matr.*

Quod tamen intelligitur vbi eſt confiſcata bonorum vniuerſitas, ſecus vbi eſſet confiſcata res particularis, quia tunc vti ſingularis ſucceſſor nón teneretur ſtare locationi, prout declarant *Bal. & Iaſ. cæterique locis citatis.*

SVMMARIVM.

1 *Per poenitentiam non euitatur confiſcatio bonorum.*

2 *Princeps pœnitenti hæretico poteſt bona cõfiſcata condonare.*

3 *Ex conſuetudine in Italia hæretico poenitẽti bona conceduntur.*

4 *Condonatio per principem facta, comprehendit bona per fiſcum alienata titulo lucratiuo.*

5 *Item alienata titulo oneroſo, prætio penes fiſcum exiſtente.*

6 *Hæreticus poenitens recuperat bonores, & dignitatet.*

7 *Hæretico poenitente filii liberantur à qualibet poena.*

8 *Hæreticus conuerſus primogenituræ iura recuperat.*

9 *Vt hæretico poenitenti bona reſtituantur, quæ concurrere debet.*

10 *Tribunal inquiſitionis quibus poenitentibus bona reſtituit.*

11 *Cui remittitur poena perpetui carceris, bona etiam reſtituuntur.*

12 *Cum hæretico occulto ſponte redeunte quo modo proceditur.*

13 *Hæreticus manifeſtus ſponte rediens, publica, tenetur errores abiurare. Amplia num. 14.*

15 *Comprehenſus & carceratus ſi fatetur hæreſes quando perpetui carceris poenam euitat.*

16 *Relapſo etiam poenitenti non remittitur confiſcatio bonorum.*

17 *Vt bona confiſcata reſtituantur hæretico, expreſſe dici debet in ſententia.*

ARGVMENTVM.

Hæreticus pęnitens an euadat pęnam confiſcationis bonorum.

CAP. XXXXII.

NOnnullæ ſunt concluſiones conſtituendæ ex quibus ad propoſitæ dubitationis reſolutionem infertur.

1 Sit ergo prima cõcluſio. Hæreticus per poenitentiam non euadit poenam confiſcationis bonorum, ita docemur *ex c. Vergentis § nec ad eos extra de hæret. in illis verbis: Nec ad eos bona eorũ vlterius reuertantur, niſi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum conſortium, miſereri aliquis voluerit,* cuius auctoritate hoc ibi tradunt omnes, & ſignanter *Abb. & Fel. in 2. not. Gem. in c. accuſatus §. ſi vero nu. 5. & in c. cum ſecundum leges n. 4. et 5. de hæret. lib. 6. et ibi* Franch. *n. 2. Ghirland. de hæret. quæſt. 6. Brun. de hæret. lib. 5. cap. 6. in fine,* Roias *de hæret.*

par.

par. 1. nu. 118. et ſeq. vbi teſtatur de com-
muni, Felin. conſ. 10. Simanca de cathol. in
ſtit. tit. 42. n. 17. in fi. & iterum *tit. 47. n.*
15. Sanchez ad præcepta decalogi lib. 2. c.
14. num. 12.
2 Secunda concluſio, licet ſola poeni-
tentia hæretici non ſufficiat ad remittẽ-
dam pœnam confiſcationis, nihilominus
poſſunt Principes ſiuè eccleſiaſtici, ſiuè
temporales, quibus bona per confiſcatio
nem ſunt quęſita, ex miſericordia hęre
tico pœnitenti bona confiſcata condona
re, ita teſt. *in d. cap. vergentis de hæret. et*
ibi gloſ. in verb. miſereri, et ibi Anchar. n.
3. Abb. num. 2. in 3. not. Felin. *ſub num.*
2. Imol. in clem. 1 num. 23. de hæret. Card.
in clem. 2. §. Inquiſitoribus num. 6. verſ.
11. quæro de hæret. Felin. *d. conſil. 10. Si.*
manca de cathol. inſt. tit. 47. n. 16. atque
3 ex generali totius Italiæ conſuetudine
receptum eſſe, vt hæretico ad cor reuer-
tenti bona confiſcata condonentur, ſcri
bunt *Pariſ. conſ. 2. nu. 185. lib. 4. Rebuff.*
de pacific. poſſeſſor. num. 196. Roland. conſ.
63. nu. 27. lib. 3. Clar. qui teſtatur de ma-
gis communi in §. hæreſis ſub num. 7 verſ.
& nota, Carer. de hæret. num. 158. & ſeq.
Ghirland. eod. tract. quæſt. 6. Zaſ. conſ. 23.
num. 11. & 16. lib. '. Alban. in luculat. ad
Bar. C. de hæret. num. 6. Burſatt. conſ. 14.
n. 33. lib. 1. vbi alios refert Dec. in tract.
crim lib. 5. tit. 44. n. 10. Surd. cõſ. 386.
4 *n. 26. Farinac. de hæreſi q. 190. n. 144.*
Hæc ſecunda concluſio extenditur
primo, vt facta condonatione per Princi-
pẽ illa compræhendat etiam bona à fiſco
alienata titulo lucratiuo, nam & iſta de
conſuetudine poenitenti condonantur,
Ghirland. d. q. 6. n. 4. Dec. *loc. cit. verſ. item*
recuperauit.
5 Extenditur ſecũdo, vt cõprehendat ẽt
bona alienata titulo oneroſo, dummodo
pretiũ extet penes fiſcũ, quia licet in tali
caſu hęreticus pęnitens nõ habeat actio-
nẽ cõtra emptorẽ, tñ poterit recupera-
re prætiũ à fiſco, *Ghirlãd. & Dec. locis cit.*
6 Extenditur tertio, vt operetur ẽt quo
ad honores, & dignitates, vt ex cõmuni &
æquiori ſcribit *Pariſ. d. conſ. 2. nu. 188. &*
190. lib. 4. Roland. conſ. 63. n. 26. & 27.
lib 3. Burſatt. conſ. 14. num. 34.

N. 4

Extenditur quarto, vt ſi operatur quo
ad honores, & dignitates hęretici, tanto
magis operabitur quo ad honores, & di-
gnitates filiorũ, & diſcendentium, *Pariſ.*
& Roland. locis cit. ille num. 188. hic
num. 27.
Et generaliter quod per patris pænitẽ-
tiam ceſſent omnes pœnæ inflictæ contra
filios, dummodo parentes non ſint tradi-
ti curiæ ſeculari, *Simanca de cathol. inſt.*
tit. 29. n. 17. peritiſſimus D. *Paſchalis in*
tract. de patr. poteſt. par. 4. cap. 5. nu. 51.
8 Extenditur Quinto, vt primo genitus
hæreticus, & ad fidem conuerſus recupe
ret etiã ius primogeniturę, *Aſca. Clem. de*
patria poteſt. effectu 7. num. 7. Burſatt. d.
conſil. 14. ſub num. 34. verſic. & eadem
modo.
9 Tertia concluſio, vt remiſſio bonorũ cõ
fiſcatorũ hæretico laudabiliter fiat, nõ de
bet cuiq. hæretico pænitẽti fieri, ſed re
quiritur quod pæniteat, & hęreticorum
abneget conſortium, vt ſunt formalia
verba teſt. *in d. capitulo Vergentis, de*
hæret.
10 Hic monendi ſumus, quod ſacrũ inqui
ſitionis tribunal, omnium ſalutem ſince-
tis exoptans affectibus, ac cupiens de
vera pęnitentia certiorari, iis tantum
conſueuit bona confiſcata cõdonare,
quibus pænã perpetui carceris remictit,
vt ſcribit *Penia ad Emer. par. tertia, in*
Comm. 158. ad quæſt. 109. verſiculo
tertia ſimiliter concluſio.
Vnde deducitur primo, quod pęni-
tens, & rediens ad eccleſiam ſponte an-
tequam ſit curiæ denunciatus, meretur
11 vt illi pęna confiſcationis remictatur,
nam & huic pæna perpetui carceris remi
ctitur, vt probat teſt. à contrario ſenſu *in*
cap. excommunicamus § ſiqui autem ex-
tra de hæret. & eſt expreſſe cautum in pri
ma inſtructione Hiſpalenſi, *cap. 8. et*
11. vt teſtatur *Simanca de cathol. inſt. tit.*
16. num. 17. Penia ad Emer. par. 3. com
ment. 142. verſ. verumtamen in duobus,
& in ſpecie quod hic euadat pænam con
fiſcationis, idem *Simanca tit. 13. num. 22.*
& tit. 47. num. 27.
12 Quinimo ſi hæreſis erat occulta, non
ſolũ remictitur redeũti ſpõte ad eccleſiã

confiſcatio bonorum, ſed etiam condonantur omnes aliæ penæ, & vt magis ſue exiſtimationi conſulatur, non imponitur illi publica abiuratio, neque pænitentia publica, ſed abſoluitur ſecretè impoſita tantum pænitentia ſalutari, *cap. quis aliquando, §. item illud* Ioannis *de pænit. diſt.* 1. *Archid. in cap. filii hæret. de hæretic. lib.* 6. *Simanca d. tit.* 47. *n.* 27.

13 Dixi ſi hæreſis erat occulta, nam ſi hæreticus manifeſtus ſponte antequam ab alio prodatur ad eccleſiam recurrat, licet illi remictatur confiſcatio bonorum, & pæna carceris, necnon, & delationis habitus pænitentialis, tamen tenetur publicè errores abiurare, *Simanca, loco cit. num.* 28.

14 Hoc idem erit dicendum ſi metu imminentium probationum ad inquiſitores recurrit, prçſertim ſi complices prodat, *Felin. in capitulo de hoc, de Simon. Tiraquell. de pænis temperand. cauſſa* 30.

15 Comprehenſus etiam, & in carcerem coniectus, ſi hæreſes fateatur antequam dicta teſtium ſibi publicentur, pænam perpetui carceris euitat, *Hoſt. in summ. tit. de hæret. §. qualiter deprehenſus* cuius opinionem ab omnibus probari, & in prima inſtructione Hiſpalenſi *capitulo vndecimo*, confirmari teſtatur *Simanca d. tit.* 47. *num.* 31. *Penia ad Emer par.* 3. *comment.* 142. *verſ.* 3. *eſt*, & cõſequenter etiam euitat confiſcationem bonorum, nam vſque quo teſtium dicta ſint didicita, eſt tempus gratię intra quod ſit remiſſio confiſcationis, ſicuti aliarum pænarum, *Locatus in iudicial. inquiſit. verb. gratia, numero tertio, Calderin. in rubric. de hæret. redeunt. num.* 2. *& ſequen.* Farinacc. *de hæreſi, quæſtio.* 194. *§. nono, nu.* 149.

16 Deducitur ſecundo, quod relapſus quamuis in concernentibus animam admictatur ad pænitentiam, *cap. ſuper eo de hæret. lib.* 6. tamen vbi traditur ſæculari, non remictitur illi confiſcatio bonorum, *gloſ. in cap. ad abolendam, verb. ad audientiam verſic. ſed ſi audientia denegatur, de hæretic. & ibi Hoſtien. num.* 9. *verſic. ſine vlla audientia, Butr. num.* 24. *capit. accuſatus eod. tit. lib. ſexto, Boich. in d. capit. vergentis, num.* 7. *Decian. tract. crim. lib.* 5. *cap* 54. *num.* 2.

17 Quarta concluſio, vt bona confiſcata reſtituantur hçretico, non ſufficit ſola pçnitentia, ſed vlterius requiritur, quod hoc expreſsè in ſententia dicatur, *char. in ſepè citato, cap. vergenti num.* 3. *de hæret. & ibi* Felin. *num.* 2. *Carer. de hæretic. numero* 161. *in princip. Decian. tract. criminal. lib.* 5. *capit.* 44. *numero* 10. *verſic. nota tamen, & cap.* 54. *num.* 9. *in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Quando bona temporalia nõ recuperãtur minus recuperatur ius patronatus.*

2 *Ius patronatus competit ex gratia.*

3 *Recuperatio bonorum auctoritate principis ſecularis, non inducit recuperationẽ iuris patronatus.*

4 *Princeps laicus non poteſt liberam eccleſiã in ſeruitutem redigere.*

5 *Nec remictere pœnam confiſcationis in præiudicium compatronorum.*

6 *Facultas concedendi & adimendi ius patronatus non ſpectat ad principem ſecularem.*

7 *Reſtitutio bonorum facta a* S. Pont. *poſt declaratoriã nõ includit ius patronatus.*

Rationem vide num. 8.

Limita vt num. 9.

10 *Ceſſante pertinacia, quis non dicitur amplius hæreticus.*

11 Abbas Panormitanus *reprobatur.*

ARGVMENTVM.

An hæreticus poenitens in caſibus in quibus recuperat bona confiſcata, recuperet etiam ius patronatus.

CAP XXXXII.

1 REſtringimus difficultatem ad caſus in quibus recuperat bona temporalia confiſcata, quia

Digitized by Google

quia vbi talia bona non recuperantur
tanto minus recuperabitur ius patrona-
tus, tum quia illud competit ex gratia
cap.3.de iure patron. quæ per hęreſim ex-
tinguitur, *l.1.cum auth. ſeq. C. de hæret.*
tum etiam quia maior eſt incapacitas
heretici quoad patronatum, quã quoad
bona temporalia, *Io. Andr. & reliqui in*
cap.nobis de iurepatr. Rocchus de iurepatr.
ver.competens quæſt.10.Lambert. lib.3.q.
8.art.2.ſub num.3.

In hac ergo difficultate licet Docto-
res varia loquantur in cap. quia diligen-
tia de elect. nihilominus duo videntur
diſtinguendi caſus, primus vbi reſtitu-
3 tio, ſiue remiſſio confiſcationis fit au-
tem Principis ſæcularis, & in tali caſu
eſt indubitate dicendum ius patronatus
non recuperari, nam cum per confiſca-
tionem eccleſia acquiſierit libertatem,
vel accreuerit cæteris compatronis, iux-
4 ta ea quæ dicta ſunt ſupra *eod. lib. c. 33.*
ſub num. 4. & 5. vtiq. non eſt in pote-
ſtate Principis laici, eccleſiam liberam,
iterum in ſeruitutem reuocare, *l. ſerui-*
tutes 14. in fine, ff. de ſeruit. l. caueri, ff.
commun.præd.glo.in c. pie mentis 16.q.7
5 Sicuti ẽt ſæcularis nõ põt remittere pæ
nam confiſcationis in præiudicium alio-
rum compatronorũ quibus fuit ius quæ-
ſitum, tum quia non præſumitur, quod
princeps hoc in dubio facere velit, *cap.*
ſi poſt quam de præben.lib. 6. c. ſuper eo, de
offic.deleg. cap.noſtrum, & c.cum noſtris
de conceſſ.præb.l.1.C. de natal.reſt. Card.
conſ.105.num. .. & conſil. 54. & 165.
6 Tum etiam quia facultas concedendi
& reuocandi patronatus non ſpectat ad
laicum, ſed ad iudicem eccleſiaſticum,
c.illud, & cap. conſuluit de iurepatr.

Secundus eſt caſus, quando reſtitu-
tio fit auctoritate ſummi Põtificis, & tũc
ſiquidem fiat poſt ſententiam declara-
toriam criminis, non recuperat ius pa-
tronatus niſi expreſsè hoc in reſtitu-
tione dicat quia cum ius ſit cõpatronis
quęſitum, vel eccleſia acquiſierit ſtatum
8 libertatis, non præſumitur, quod velit
ius tertio quæſitum tollere, aut eccleſiã
iterum in ſeruitutem reuocare ex do-
ctrinis allegatis, quibus additur *Imol. in*
d.cap.quia diligentia nu.5.Lambert.de iu-
repatr.q.1.par.1.lib.quæſt.6.art. 1. & lib.
3.q.8.art.2.ſub nu.6.
9 Si vero fiat ante latam ſententiam
criminis declaratoriam, tunc recuperat
indubitatæ, & in hac ſpecie procedit
gloſ.in c.maximum in c.maximum 1.q.7.
Io.Andr.in c.quia diligentia de elect.& ibi
Anchar.nu.4.Butr.nu.16. verſ.per prædi-
cta Franciſcus Squillacen.in tract. de fide
Cathol.cap.23.in fine, & c. 27. num.40.
Pariſ.conſ.2.num.187.Roland. conſ.63.
num.25.lib.3.
10 Ratio eſt quia ſtatim ac hæreticum
pænitet, ex quo ceſſat in eo pertinacia,
non poteſt amplius dici hæreticus, *Bel-*
lamer.dec.689.col.7. verſic. ad ſeptimum
Decian.in tract.crim.lib.5. tit.54. num.
11.ideoq.ſententia quę fertur in hæreti-
cos pænitentes, non eſt pænalis, nec hæ-
reſis declaratoria, ſed abſolutoria, tan-
tum, & pænitentialis, *Archid. in c. vt*
commiſſi de hæret.lib.6.ibiq.Io.Andr. &
Gem.Zanchin.de hæret.c.41.nu.10. ibique
Campeg.Calder.de hæret. tit. de hæret. re-
deunt num.2.Burſatt.conſil.14.num.35.
Et conſequenter recuperat ius patrona-
tus, quia licet ſummo iure illud amiſerit
a die qua hæreſim conſumauit, *c.cum ſe-*
cundum de hæret lib.6. nihilominus quia
vlterius requiritur ſententia declarato-
ria, *d.cap. cum ſecundum*, ſequitur quod
cum poſt pænitentiam declaratoria non
feratur, eſt perinde ac ſi hæreticus nuſ-
quam fuerit, ex reg. quod paria ſunt non
eſſe, vel eſſe, & non poſſe apparere, *l.duo*
ſunt Titii, ff.de teſtam.tutel.
11 Ex his patet non eſſe probandam di-
ſtinctionem, *Abb.in d.c.quia diligentia nu.*
9. verſic. dic melius de elect. dum inquit
quod vbi præceſſit publicatio bonorum
ab homine vel a iure non recuperat, quia
vt patet ex deductis in crimine hæreſis
de tempore pænitentiæ ſemper præcedit
publicatio bonorum, cum illa inducatur
iure ipſo, *d.c.cum ſecundum leges*, cum
aliis allegatis *eod.lib.c.31.num.3.*

1 *Diuerſa Doct. opinionis referuntur.*
2 *Eccleſiam nunquam claudere gremium redeunti, quomodo intelligitur.*
3 *Damnato de hæreſi non tamen tradito curiæ ſeculari, ſi poeniteat, vita condonatur.*
4 *A recuperatione bonorum temporalium ad recuperationem beneficiorum non recte infertur.*
5 *Hodie ex conſtitutione* Pii *Quinti beneficia vacantia propter hæreſim, reſeruantur diſpoſitioni ſedis apoſtolica.*
6 *Hæreticus poenitens, et reuerſus pro recuperatione beneficiorum tenetur adire ſedem apoſtolicam.*
7 *Sedes apoſtolica ex cauſa poteſt ſe redere facilem vel difficilem ad concedendum beneficia hæretico reuerſo.*
8 *Beneficia hæretici poſſunt impetrari ante ſententiam, & quomodo procedat.*
9 *Caſus in quibus poteſt haberi regreſſus ad beneficia ſine auctoritate ſedis apoſtolicæ, & num. ſequentibus.*

ARGVMENTVM.

Hęreticus pęnitens an recuperet beneficia.

CAP. XXXXIV.

1 DIuerſæ ſunt adeo hac de re Doctorum ſententię, vt nihil plane firmũ conſtitui poſſe videatur. ſiquidem *Arcbid. in c vt commiſſi de hæret. libro ſexto*, quem ibi ſequitur *Io. Andr. circa ad finem* dum inquit quod ſi clericus ſit paratus corrigi, & redire ad vnitatem eccleſię non debet deponi, ſatis ſentire videtur per reuerſionem non priuari beneficiis, vt ſentit *gloſ. per illum allegata in cap. nunc autem in fine 21. diſt.*

Sed *Gemin. ibid.* eſt in ſentẽtia ſufficere ſi reuerſio fiat ante ſententiam, & ſententia lata beneficia non recuperari, & idem probat *Franch. ibid. ſub numer,o quarto, verſic. & idem videtur ſentire.*

Cæterum *Ghirland. de hæret. quæſt. 7. ſub num. 3. verſic. & nota*, exiſtimat ad iſtum effectum requiri, quod ſpontè, & à principio reuocet errorem ſuum, nec ſufficiat reuocaſſe poſt negationem, & tanto minus poſt ſententiam, & idem affirmant *Carer. de hæret. num. 159. Roland. conſilio 63. ſub num. 30. lib. 3. Demũ Garzia de benef. par. 11. c. 10. ſub num. 80. & 81.* licet plures alleget ad probandum hæreticum quamuis conuerſum, eſſe incapacem beneficii, tamen ſatis perfunctorie loquitur, & quod magis Doctores per ipſum allegati non dicunt illud ad quod allegantur.

2 Ego facilius vt res pateat præmicto primum, quod licet eccleſia nuſquam claudat pręmium redeunti, *cap. firmiſſime de ſum. trinit & fide cathol. l. Inter claras C. eod. tit.* nihilominus hoc debet intelligi in concernentibus animæ ſalutem, videlicet adminiſtrationem Sacramentorum, & eccleſiaſticam ſepulturam, *cap. ſuper eo vbi notant omnes de hæret. lib. 6.* Vnde hæretico quamuis relapſo non ſolùm poſt ſententiam, ſed etiã poſt quam fuerit traditus curię ſeculari, ſemper, & vbiq. parcere poteſt, *d. cap. ſuper eo Ghirland. quæſt. 5. num. 22. Arelat. not. 6. Decian. tract. crim. lib. 5. tit. 54. num. 1.*

3 Præmicto ſecundo, quod quamuis ad effectum vt hæretico parcatur, & remictatur pęna mortis, magis communis ſit opinio, poſſe illi veniam concedi, etiam poſt ſententiam, dummodo non ſit reus traditus curie ſeculari, quam probant *Abb. in cap. excommunicamus el primo, num. 10. de hæret. Bertrand. conſil. 212. lib. 2. Dec. conſ. 137. num. 3. Boer. deciſ. 341. & 343. num. 3.* cum aliis quos latè referr, *Campeg. ad Zanchin. de hæret. cap 16. lib. 3. verſ. ante ſententiam, & per Burſatt. conſ. 90. n. 34.* & quod ſaltim ex miſericordia poſſint remicti bona confiſcata, vt latè probat *Illuſtriſſimus Cardinalis Pariſ. conſilio ſecundo,*

d num.

à nu. 185.*cum plurib.ſeq.* quę probãt *Roland. d.conſ.* 63. *num.* 26. *lib.* 3.

Tamen ex hoc non benè infertur ad recuperationè beneficiorũ,tũ quia d.opinio licet plures habeat aſſertores,nihilominus non de ſunt qui eam validiſſimis rationibus oppugnent , vt patet ex *Simanca cathol. Inſt. tit.* 47. *à num.* 29. *& ſequen. Campeg. ad Zanchin. loco cit.*

4 Tum etiam quia non eſt bona conſequentia, hæreticus reſtituitur quoad bona confiſcata, ergo & quo ad beneficia , quia maior eſt incapacitas hæretici quo ad beneficia,quam quoad bona temporalia, *l.*1. *cum auth. ſeq.C.de haret.*& dixi ſupra in proximè pręcedenti *capite n.*2.

Arbitror ergo hoc negotium hodie extra aleam Epiſcoporum, & inquiſitorum Inferiorum verſari, ſtante conſtitutione *Pii V.*quæ incipit *cum ex Apoſtolatus ſubd.tum 6.kalendas Februarii* 1566. cuius vigore omnia beneficia canonicatus, & dignitates vbicunque propter crimen hæreſis vacantes reſeruantur diſpoſitioni, & diſpenſationi ſedis apoſtolicæ.

Hac enim conſtitutione ſtante non poteſt hodie amplius agi coram Epiſcopis & inquiſitoribus inferioribus de reſtitutione ad beneficia hæretici quamuis pænitentis, nam cum ſummus Pontifex eam ſibi,& ſedi apoſtolicæ reſeruauerit, eam inferioribus denegaſſe videtur *cap. vt debitus vbi Doct. d.capell.*

6 Quare poſt reuerſionem ad fidem , & pænitentiam peractam , cogitur hæreticus pænitens quatenus velit ad beneficia regreſſum habere , adire ſedem apoſt. & facta explicita hæreſis , & pænitentiæ iniunctione, impetrare vt ſibi liceat ad priſtina beneficia regredi.

7 Fateor poſſe dari cauſas quibus ſedes apoſtolica reddere ſe poſſit faciliorem , aut difficiliorem ad concedendum, conſiderato videlicet, an agatur de reſtitutione facienda ad beneficia ſimplicia , vel quod plus eſſet ad beneficium curatum , aut quod magis ad Prælaturam Monachorum, aut ad Epiſcopatum, an expediat reipublicè illum priſtine reſtituere dignitati, aliaq. multa quæ ex facti contingentia conſiderare poſſunt ,vt colligitur ex traditis per *Peniam ad Emer. p.*3.*comment.*162.*verſ.nos vero in hac re.*

Eſt etiam conſiderandum an beneficia ſint alteri collata , nam cum poſſint impetrari ante ſententiam declaratoriã, quamuis impetratio non ſortiatur effectum niſi poſt declaratoriam ſequutam , *Rota deciſ.* 707. *num.* 3. *par.* 3. *diuerſ. cum aliis allegatis ſupra eod. lib. capit.* 19. *num.* 11. *& ſeq.* non eſſet locus reſtitutioni in præiudicium iuris, quæſiti *cap noſtrum , & cap. cum noſtris de conceſſ. preb cap. ſi poſt quam de preben. lib.* 6.

4 Crederem nihilominus poſſe duplicẽ dari caſum in quo poſſit haberi regreſſus ad beneficia ſine ſedis apoſtolicæ diſpenſatione præuia ſola ſententia Inquiſitorum.

10 Primus eſt, vbi hęreticus ſponte, & ſtatim ante omnem negationem reuocat errorem ſuum, & offert ſe abiurare arbitrio epiſcopi , vel inquiſitoris , iuxta diſpoſitionem teſtus *in c. ad abolen.§. præſenti de haret.*quia tũc uix dici poteſt hæreticus cũ ceſſet pertinacia,& propterea non poteſt videri inducta vacatio vt fuſius tradidi ſupra *d. cap.* 19. *num.* 20. *& ſeq.* quibus additur quod diſpoſitio *teſt. in d. §. præſenti* expreſsè loquitur de clericis in errore depræhenſis in quibus maiorem celeritatem in conuerſione requirit, quam in laicis vt aduertit & rectè *Simanca d. tit.* 47. *num.* 42.

11 Secundus eſt caſus quando quis fuit abſolutus, licet impoſita abiuratione tã quam de vehementi, quia tunc recuperat beneficia etiam alteri collata abſque alia ſedis apoſtolicæ diſpenſatione , *Penia d. comment.* 162. *verſ. beneficia vero eorum Nauar. conſ.* 19. *quod incipit An bulla tit. de haret.* vbi ſignanter quod in iſtis non habet locũ Conſtitut. *Pii V.* R*ota apud Achill. deciſ.* 1. *de haret. et in Gadicen. canonicatus* 20. *Iulii* 1587. *corã tunc* R.P.D. *Comitulo.*

DE IVRE PERSONARVM EXTRA ECCLESIÆ GREMIVM EXISTENTIVM.

Liber Sextus

DE APOSTATIS FIDEI.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtaſia quod ſignificet.*
2 *Deo iungimur tribus modis, & tribus etiã disiungimur.*
3 *Apoſtaſia generice ſumpta quid.*

ARGVMENTVM.

Apoſtaſiæ Vox, ſpecies, & definitio declaratur.

CAP. I.

1 APoſtaſia greca vox eſt, idemque ſignifica quod latinæ elongatio, defectio, ſiuè rebellio. Qua ratione ducti veteres Chriſtiani eos qui deficiebãt à ſtatu Chriſtianæ fidei, & tranſibant ad Iudaiſmum, vel paganiſmum, Apoſtatas nuncupare conſueuerunt, quaſi propriæ Religionis rebelles, & deſertores, vt plu ribus declarat *Decia. in tract. crim. lib. 5. cap. 70. num. 1.*

2 Et ſicuti tres ſunt modi quibus Deo iungimur, videlicet primo per fidem, ſecundo per baptiſmi Sacramentum, tertio per aliqua opera ſpecialia emiſſa ad meliorem vitæ frugẽ *D. Tho. 2. 2. q. 12.* Ita tripliciter ab eo diſiungimur, & apoſtatamus: nempè Primo per receſsũ à fide *cap. Iulianus 11. q. 3. cap. non poteſt 2. q. 7.* Secundo per receſſum à ſtatu probatæ Religionis, ſeu ordinis ſacri *cap. legi 15. q. 1. cap. quoniam 40. diſt.* Tertio per receſſum, ab obedientia Superiorum, *cap. ſi quis de maior. & obed. cap. alieni 3. q. 4. Hoſt. Butr. Soccin. & Abb. in ru br. extr. eodem tit. de Apoſtat.* generice ſumpta Apoſtaſia ſic poteſt definiri, *Eſt temerarius à ſtatu fidei, ordinis, religionis, aut obedientiæ receſſus*, Ita colligitur ex traditis per *Doct. in rubr. extr. eodem tit.* ſiue vt *Theologis* magis placet, *eſt retroceſſio ab aliquo bono, in quo homo perſeuerare tenebatur ex præcepto, vel ex ſolemni voto, aut profeſſione Bannes ad D. Thom. loco cit. verſ. primo*, De Apoſtaſia inobedientiæ, cum parui ſit momenti, non eſt cur dicamus. Dicendum ergo primo de Apoſtaſia à ſtatu fidei, ſecundo de Apoſtaſia à ſtatu ordinis, tertio de Apoſtaſia à ſtatu religionis regularis.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtata a fide quis dicatur.*
2 *Sacrificans demoni vel idolis eſt apoſtata.*
3 *Chriſtianus adorans ſepulchrum Maume this dicitur apoſtata.*
4 *Vt quis apoſtata dicatur quæ requirantur.*
5 *Chriſtianus recedens ab aliquibus articulis fidei non apoſtata dicitur, ſed hæreticus.*
6 *Ab improba ſecta tranſiens ad aliam reprobatam non dicitur apoſtata.*
7 *Qui nunquam fuit Chriſtianus, apoſtata dici non poteſt.*

ARGVMENTVM.

Quis dicitur Apoſtata fidei.

CAP.

CAP II.

1 APoſtata fidei dicitur is, qui omnino à fide Chriſtiana defecit ſacrilegis ſe coetibns aggregando: veluti tranſiens de Chriſtianiſſimo ad Iudaiſmum, ſiue paganiſmum, *l.* 1. *&* 2. *& pen.* C. *eod. tit. de Apoſtat. cap. contra Chriſtianos de hæret. lib. 6. & cap. non poteſt* 2. *q.* 7. *Innoc. in cap.* 1. *extr. eod. tit. num.* 1. *Butr. num.* 4. *verſ. Quidam eſt Boich. num.* 2. *Soccin. num.* 3. *ad fin. verſ.* 3. *apoſtat cum aliis per Decian. tract. crim. lib.* 5. *capit.* 71. *num.* 4. *& cap.* 72. *Menoch. de arbitr. caſu* 546. *num.* 63. *& per* Farinacc.
2 *de hæreſi q.* 183. §. 2. *num.* 13 Item & ſacrificans Demoni, vel Idolis, vel ſacrificari mandans; D. *Tho.* 2-2. *q.* 12. *art.* 1. vbi quod Chriſtianus adorans ſepulchrum Maumethis dicitur Apoſtata,
3 *Azo. in Sum.* C. *eod. tit. Afflict. in Conſtit.* Regni *tit. de* Apoſtata *rubr.* 3. *num.* 2. *Decian. loco cit. cap.* 72. *num.* 3. vbi loquitur de eo qui ſe tradit Demoni, vel paciſcitur cum eo, & ſequitur *Farinac. in tract. de hæreſi q.* 183. §. 2. *num.* 17. Ex quo patet quod ad hoc vt quis dici poſſit apoſtata fidei, duo copulatiuè requiruntur; Primum videlicet, quod receſſerit à fide Chriſti, ſecundum, quod receſſus ſit omnimodus, prout vltra citatos probat *teſt. in. d. cap. Iulianus* 11 *q.* 3. *Alber. in l. ſi quis de facto num.* 2. *C. eod. tit. de Apoſtat.*

5 Vnde infertur primo, quod licet Chriſtianus recedat à pluribus articulis fidei, tamen ſi retinet adhuc fidem in reliquis, & nomen Chriſtianum, non erit cenſendus Apoſtata, ſed hæreticus D. *Aug.* Ciuit. *Dei lib.* 18. *cap.* 51. *& lib.* 16. *cap.* 2. *Canus in locis Theolog. lib.* 12. *cap.* 9. quod etiam probat teſt. in *cap. non poteſt* 2. *q.* 7. *& in cap. Beatus* 7. *q.* 4. *cap. non obſeruetis* 16. *q. vlt. cap. contra Chriſtianos de hæret. lib.* 6. *& in l.* 1. *C. de Apoſtat. carer. de hæret.* §. *circa ſecundum num.* 73. *Simanca de Cathol. Inſt. cap.* 7. cum aliis quos refert *Royas de hæret. p.* 1. *num.* 486.

6 Infertur ſecundo quod ſi quis ab improba ſecta in aliam reprobatam ſe tranſtulerit, veluti de Iudaiſmo ad paganiſmum, Apoſtata dici non poteſt, prout ex facto reſponderunt *Oldr. conſ.* 51. *& Alciat. conſ.* 478. quibus aſſentitur *Clar. in prax. crim.* §. *fin. q.* 7. *num.* 4. *Alber in rubr.* C. *de iudeis num.* 3. *Campeg. de dote q.* 77. *verſ. Et ex his.*

7 Cum enim Chriſtianæ militiæ nunquam nomen dederit, nulla ratio eſt, ob quam poſſit eius deſertor reputari *arg. l.* 4. §. *idemque ff. de re milit. et l. decem. ff. de verb. oblig. l. Manumiſſio. tei ff. de i ſt. et iur.*

SVMMARIVM.

1 *Nulliter baptizatus non curans iuxta eccleſiæ formam baptizari, tranſiens ad ſectam reprobatam non dicitur apoſtata.*
2 *Egredi non dicitur qui nunquam fuit ingreſſus.*
3 *Nulliter baptizatus, putans ſe rite baptizatum tranſiens ad ſectam reprobatam efficitur apoſtata.*
4 *Nulliter baptizatus gerens ſe pro Chriſtiano per tranſitum ad ſectam improbam, an dicatur apoſtata.*
5 *Gerens ſe pro Chriſtiano, præſumitur Chriſtianus.*
6 *Hæreticus dicitur non ſolum verè catholicus errans, ſed etiam ſe pro catholico gerens.*
7 *Commoda ſunt incommodis compenſanda.*

ARGVMENTVM.

Baptizatus contra formam veram, & neceſſariam, ſi ad reprobam ſectam ſe transferat, An dicatur Apoſtata.

CAP.

CAP. III.

TRes ſunt diſtinguẽdi, caſus primus, qñ baptizàtus ſcit nullitatem baptiſmi, nec curat iuxta Eccleſiæ ritum baptizari, & tũc ſi ad reprobam religionem ſe transferat, non poteſt Apoſtata dici, prout ſcribit *Alph. de Caſtr. de iuſt. hæret. punit. lib.* 1. *cap.* 8. *in* 3. *dub.* Cuius quidem rei illa eſt ratio, quia propter baptiſmi nullitatem, nunquam fuit eccleſiæ fores ingreſſus, *cap.* 1. *&* 3. *de presb. non baptiz.* ac propterea non poteſt dici, quod egrediatur is qui non eſt ingreſſus, arg. *l. manumiſſiones ff. de Iuſt. & iur. et l. decem ff. de verb. oblig.*

2 Secundus quando baptizatus ignorat defectum, putatque ſe rectè eſſe baptizatum, & tunc ſi a fide recedat, quā-
3 uis poſt receſſum nullitas detegatur, erit ad huc Apoſtatarum numero computandus ex trad. per *Alphonſ. de Caſtro loco cit. in* 3. *q. circa fin.* Ratio eſt, quia eſt quamuis vnda baptizatus non eſſet, erat tamen baptizatus in flamine, & ſi contigiſſet ipſum decedere ex defectu baptiſmatis, cœleſtis aditus illi non fuiſſet occluſus *cap.* 2. *de præsbit. non baptiz. cap. debitum de baptiſm. cap. fin. verſic. nullus expectet de poenit. diſt.* 7. Quo fit vt talis quantum ad hoc nihil differat ab eo qui iuxta eccleſię ritum baptiſmum ſuſcepit.

4 Tertius eſt caſus, quando ſcit ſe nõ eſſe formaliter baptizatũ, & licet nõ curet, iterũ baptizari attamen Chriſtianum ſe dicit, & pro tali ab omnibus exiſtimari cõtendit, in hac quidem ſpecie, quamuis ex rationibus, quas expendit *Alph. loco cit. aduerſus Gulielmum Ocham* ad oſtendendum hunc non poſſe hæreticum reputari, concludendum videatur neq. poſſe apoſtatam cenſeri; nihilominus mihi Alphonſi ſententia ad ſummum probatur in foro poli, eo enim inſpecto, ex quo fuit nulliter baptizatus, & non curauit vlterius iuxtà formam baptizari, non potuit Chriſtianus eſſe, neq. propter fidem Sacramenti, neque propter Sacramenti fidem.

5 Cæterum in foro Iudiciario crederẽ iiſdem poenis ſubiacere, quibus, & coeteri Apoſtate ſubduntur, quia cum ipſe tãquam Chriſtianus ſe gerat, & talis velit à coeteris haberi, vtique, & talis præſumitur, *cap. ſi Iudex de ſent. excom. in* 6. *l. Item apud* §. *ſi quis Virginem, ff. de iureiur. cap. Inaudientia, et cap. ſi vero* 2. *vbi Felin. in* 2. *not. de ſent. excom.* & tanquã talis debet Chriſtianorum legibus ſubiacere, argumento *l. Iudei*, C. *de Iud.*

6 Sic videmus hæreticum reputari non ſolum qui vere eſt catholicus, ſed etiam is, qui cum verè catholicus non ſit tanquam talis ſe gerit, *Gabr. in* 4. *ſēt. diſt.* 13. *q.* 2. *Alphonſ. de Iuſt. hæret. punit. lib.* 1. *c.* 8. *Igneus in l.* 1. §. *hoc autem ff. de Sillan.* Iacob. *Simanc. de cathol.* Inſt. *tit.* 31. *num.* 5. quibus facit quod in hac materia plus operatur opinio, quam veritas *cap. vlt. de præsb. non baptiz.*

7 Addo quod non debet eſſe in alicuius poteſtate Chriſtianum nomen ſic ementiri, vt Chriſtianis inter Homines fruatur muneribus, poenas autem in fidei transgreſſiones inflictas euadat, cum debeant ſimul commoda cum incõmodis compenſari, *l. ſecundum naturam ff. de reg. Iur.* §. *vnic. in fin. Inſt. de legit. patr. tut.* §. *cum autem inſtit. de empt. et vendit. cap. Accedentibus de reſcript. cap. charitatem* 12. *q.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtaſia, et hæreſis differentia, et nu.* 2.
3 *Apoſtaſia crimen poſt mortem aboletur lapſu quinquennii.*
4 *Apoſtaſia auget deformitatem hæreſis.*
5 *Infidelitatis tres ſunt ſpecies.*
6 *Adoptionis nomen generalius eſt nomine arrogationis.*
7 *Cognationis nomine quid contineatur.*
8 *Plus ſceleris eſt in apoſtaſia quam in hæreſi.*
9 *Plus et minus non differunt ſpecie.*

Facul.

10 *Facultas inquirendi contra hæreticum quare diu duret, quam contra apoſtatam.*

11 L. 3. C. *de apoſtat. declaratur, & illuſtratur. & num.* 12.

13 *Apoſtatæ redeunti etiam de iure ciuili mortis pœna remittitur.*

14 *Iura diſponentia de hæreticis locũ habent in apoſtatis.*

ARGVMENTVM.

An Apoſtata fidei differat ſpecie ab hęretico,& expenditur ſenſus l. 3. C. de Apoſtat.

CAP. IV.

IVris inſpecta cenſura,dici poſſe videtur Apoſtaſiam eſſe ſpeciẽ delicti ab hæreſi diſtinctã, cũ plura inter eas eadẽq.minimè vulgaria Iure noſtro inter hæc appareãt Cõſtituta; diſcrimina ſed duo præſertim.

1 Primum, quia hæretico ad fidem redeunti parcitur; Apoſtaſię verò flagitiũ nulla poenitentia obliteratur, *l.* 3. C. *de Apoſtatis, l. Manicheos* C. *de hæret. vtrobique Doct. Afflict. in conſt. Regni tit. de Apoſtat. Arelatan. not.* 44.

2 Secundum, quia aduerſus defunctos hæreticos etiam vſquè ad 30. annos agi poteſt vt eorum memoria damnetur, fiatque bonorum præſcriptio, *l. Manicheos C. de hæret. l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt. Alberic. in l.* 1. C. *de Apoſtat. Bart. & Salic. in l. 2. C. cod. Bald. de præſcript. 2. par. 5. principali ſub num.* 4. *Gram. deciſ.* 105. *num.* 22.

3 At verò contra Apoſtatam licet Ius accuſandi tandiu duret, quandiu viuit, poſt mortem tamen quinquennii diſſimulatione aboletur, *d. l. 2. & l. Apoſtatarum C. de Apoſtat. Anan. in c. 1. n. 2. extr. eod. tit. Afflict. in Conſt. Regn. ſub rubr. de Apoſtatantibus, latè* Royas *de hæret. par. prima num.* 495. *Proſper. Farinac. quæſt. crim. tom. 1. q. 10. num.* 29. Quibus rationibus per moti hanc opinionem probãt *Silueſter in Sum. verb. hæreſis 1. q. 2. Canus de locis* Theologic. *lib. 12. cap. 9. col.* 3.

4 Quibus parum obſtantibus, dicendũ eſt apoſtaſiam non eſſe peccatum ſpecie diſtinctum ab hæreſi, ſed dumtaxat inducere circumſtantiam augentem deformitatem, & turpitudinem criminis, prout ſcribit D. Thom. *2. 2. q. 20. art. 1. Alphonſ. de Caſtro de iuſt. hæret. lib. 1. cap. 17. & nouiſſime Azor. inſtit. moral. lib. 8. cap. 21. Penia in director. inquiſit. par. 2. Comment. 24. §. qui vero Valentia 2. 2. diſput. 1. q. 11. puncto 1. not. 1. Bannes ibid. q. 12. art. 1. dub. 1. Sanchez ad præcepta* Decalogi *lib. 2. c. 7. n. 16. nam vt inquit* D. Tho. *2. q. 2. art. 2.*
5 tres ſunt ſpecies Infidelitatis, paganiſmus, Iudaiſmus, hæreſis: modo aut quis ſub nomine Chriſtiano contradicit fidei, quam antea eſt profeſſus, & eſt hæreticus: aut repugnat fidei quam tenet in figuris, & vmbris, & eſt Iudeus, aut reſiſtit fidei, quam nunquam ſuſcepit, & eſt paganus, non datur ergo quarta ſpecies Infidelitatis, in qua Apoſtatæ poſſint reponi, quamuis maiori circũſtantia grauentur: Ad contraria reſpondetur & quo ad Primũ, nõ eſt bonũ Argumẽtũ in iure aliqua inter hæreſim, & apoſtaſiã ad ſũt diſcrimina, ergo hæreſis, & Apoſtaſia sũt ſpecies inter ſe diuerſę, cũ in iure nouũ non ſit, vt terminus aliquis duo cõplectatur, quorum alter altero plus contineat, diuerſumque nomen habeat: videmus enim nomen adoptionem diuidi in arrogationem, & adoptionis ſpecificam, *l. 3. ff. de adopt. §. adoptio Inſt. eod.* Et quamuis arrogatio habeat aliquid pluris quam adoptio, *l. cum in adoptiuis C. de adopt. §. ſed hodie Inſt. eod. tit.* nihilominus tam arrogatio, quam adoptio ſpecifica continetur in lato adoptionis vocabulo, *d. §. adoptio Inſtit. de adopt.*

6 Item cognationis verbo continetur cognatio ſpecifica, & agnatio, *l. ſunt autẽ ff. de legit. agnat. tutel. §. ſunt autẽ vbi glo. hoc expreſſe tradit. in verb. Cognati Inſt. eod.*

Digitized by Google

eod. tit. & in §. ſunt autem inſtit. de legit. agnat-ſucceſſ. & licet plus operetur agnatio, quam cognatio, vt in *princ. tit. inſt. de legit-agnat. ſucceſſ.* tamen tam agnatio,
8 quam cognatio ſpecifica, continetur ſub largo vocabulo cognationis *d. § ſunt autem.* Ad propoſitum ergo redeundo, eſt quidem plus ſceleris in apoſtaſia, quam in hæreſi, & huius rei ratione aliquæ inter apoſtaſiam, & hæreſim ſunt differentiæ, hoc tamen non facit, vt apoſtaſia conſtituat ſpeciem ab hæreſi ſeparatam, tum ex prædictis, tum etiam quia ex eo
9 quod aliquid plus in vna re ſit, quam in alia, nō inducitur differentia ſpecifica, *l. vlt. ff. de fund. inſtruct. et inſtr. legat. l. humilem, C. de inceſt. nupt. Lap. inter conſil. Oldr. conſ. 2. in fin. cum aliis per* Decian. *reſponſ.* 123. *num.* 78. *lib.* 3.

Quod ſi peculiariter conſiderentur diſcrimina, quę inter apoſtaſiam, & hæreſim afferuntur, vtique non erit admodū difficile, illa ſic declarare, vt firmatę cōcluſioni non aduerſentur: Nam quod longius duret facultas inquirendi aduer-
10 ſus hæreticum defunctum, quam aduerſus apoſtatam, iuri congruit, & rationi Etenim cum Hæreticus non in omnibus, ſed in aliquibus Articulis erret, impietatem ſuā facilius tegit ſub nomine Chriſtiano, & propterea ad eam detegendā longo ſpatio opus erat; occulta enim non ita de facili ſciri poſſunt *l. 1. §. occiſorum, vbi Bart ff. ad Sillan. gloſ. in l. ſi ideo C. de his quæ vt indign. Alex. conſ. 24. num. 9 lib. 2.* cum aliis per *Decian. conſ.* 93. *num.* 15. *lib. 2.* At cum Apoſtata à fide prorſus deficiat, ſi talis quiſpiam ſit, quinquennii ſpatio facile poteſt cognoſci, cum tantundem temporis in aliis criminibus vindicandis ſit præſcriptum, *§. fin. inſt de iniur.*

11 Ad ſecundi Argumenti ſolutionem variæ ſolent reſpōſiones accommodari. *Accurſ. in d. l. 3. C. de apoſtat. & Afflict. in d. conſtit. num. 3. nec non & Nicol. Arelat. notab.* 44. concorditer aſſerunt diſpoſitionem *d. l.* 3. vendicare ſibi locū tantum quoad poenam corporis afflictiuam, nō autem in foro conſcientiæ, & quo ad Deum, apud quem nunquam ſera reputatur poenitentia, iuxta illud. *Dixi confitebor, et tu remiſiſti impietatē peccati mei*, adeo, vt ſecundum eos, inſpecta diſpoſitione, *d. l.* 3. hæretico redeunti indulgeatur in vtroque foro: apoſtatæ verò tantum in foro conſcientię: At verò *Alphonſ. de Caſtro de iuſt. hæretic. punit. lib. 2. cap. 23. et poſt ipſum Villadeg. de hæret. q. 5 Simanca, de catholic. inſtit. tit. 7. num. 4. repert.* nec non & *Locatus in repert. inquiſ. in verb. Apoſtata Menoch. qui alios refert de arbitr. caſu* 546. *num.* 18. *cum ſeq.* plurimum inſudarunt, quo demonſtrarent eſſe derogatum diſpoſitioni *d. l. 3.* tū ex auctoritate iuris Pontificii, tū ex vſu forenſi, & ex ſententia communi, adeo quod poſſet & deberet ex corpore iuris aboleri, & inter iniquas Conſtitutione reiici, quibus etiā accedit, *Roias de hæret. par. 1. n. 496 et ſequ.* ducuntur ea ratione, quia de iure Canonico apoſtatis redeuntibus ne dum indulgetur, ſed etiam ad redeundū ipſi compelluntur, *cap. quidam eod. tit. de apoſtat. cap. contra Chriſtianos de hæret. in 6.* & cum verſemur in crimine eccleſiaſtico, diſpoſitio iuris Pontificii debet attendi, non autē iuris ciuilis *c. vt inquiſitionis §. prohibemus de hæret. in 6. gloſ. in c. poſſeſſor de reg. iur. et in §. hactenus inſt. de grad. affin. Bart. in l. priuilegia C. de ſacroſ. Eccleſ. Bald. ibidem num. 3. Abb. in cap. fin. de ſecundis nupt. et in cap. fin. de præſcript. Felin. in cap. 2. num. 3. de teſt. et in cap. eccleſia Sancta Maria nu. 42. de conſtit.*

12 Ego vero arbitror in *d. l. 3.* nihil contineri quod Sacris Canonibus aduerſetur, non enim ille teſt. excludit poenitētiam ita vt apoſtatæ redeuntes ſint omnino vita mulctandi, ſed tantū excludit poenitentiam quo ad alias poenas, de quibus ibi, nēpè quod ab hominum cōſortio ſint ſegregati, à teſtimoniis ferendis alieni, teſtamenti non habeant factionem, nulli in hæreditate ſuccedant, à nemine ſcribantur hæredes: in iſtis quidem poenis poenitentiam prorſus excludit, non autem in poena mortis, de qua nihil omnino agit vſquè adeo, vt ver-

bum

bũ nullum in hac lege reperiatur, quod
13 ad poenam mortis poſſit aptari. Dicen
dum ergo, apoſtatæ ad fidem redeunti e-
tiam de iure ciuili poenam mortis remit-
ti, non ſolum de iure Canonico, ſed etiã
de iure ciuili, In reliquis vero poenis
hoc plus ius ciuile continet, quod aufert
teſtamenti factionem, & ius ferendi te-
ſtimonium, in quibus remiſſionem non
indulget, & ne aliorum labores ſubripe-
re videar, in hunc ſenſum ante me inci-
dit *Riminald. Iun.* à me poſt hæc ſcri-
pta viſus inter *conſ. crim. diuerſ. conſ.* 83.
num. 20. *lib.* 2.

Refutatis ergo contrariis ſolida remanet cõcluſio, apoſtaſiã nõ eſſe peccatum diſtinctum ab hæreſi, ex qua deducitur quod iura loquentia de hæreticis locum habent in apoſtatis in his in quibus ſpecialiter non reperitur diuerſimode conſtitutum *l. vlt. C. de apoſtat. l. nos reddentes, §. manifeſtum verb.* Iudaica *atque apoſtaſia de Sum.* Trinit. *Socc. in rubr. de hæret. Goffred. in rubr. C. eod. Simanca de Cathol. inſt. tit.* 17. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Sola fidei credulitas non ſufficit, ſed requiritur eiuſdem confeſſio.*

2 *Præciſe ſiue abſolute coactus non efficitur apoſtata.*

3 *Abſolutè coactus magis pati dicitur quam agere.*

4 *Conditionaliter coactus non efficitur apoſtata. peccat tamen mortaliter. num.* 5.

6 *Voluntas coacta voluntas eſt.*

7 *Aſſerens ſe negaſſe Chriſtum per vim, & metum efficitur ſuſpectus aliquando de vehementi, aliquando vero de leui. & num.* 8. *&* 9.

10 *Statim poenitens ceſſante metu, diluit ſuſpenſionem hæreſis, vel apoſtaſiæ.*

ARGVMENTVM.

An qui coactè, vel per vim, & metum abnegat fidem Catholicam, vel Idolis ſacrificat, corde tamen fidelis eſt, poſſit Apoſtata reputari.

CAP. V.

1 PRo faciliori declaratione reminiſci nos oportet, nõ ſufficere homini catholico ſinceram fidei credulitatẽ, ſed requiri etiam eiuſdem fidei confeſſionem explicitam *D. Tho.* 2. 2. *q.* 3. *art.* 2. *Iſidor. de ſum. bono. lib.* 2. *cap.* 2. *Emer. in directl. par.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 3. *ibique Penia Comment.* 24. *Simanca de cathol. inſt. tit.* 17. *latè Sanchez ad præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 4. *cum aliis à me congeſtis ſupra lib.* 1. *cap.* ...

Hoc ſumpto in propoſita Dubitatio-
ne duo caſus poſſunt conſiderari: Pri-
mus quando coactio eſt præciſa, ſiue ab
ſoluta, nempè quia renitens, & ligatus
2 circumciditur, vel eius genua flectun-
tur ab alio ante idola, vel manus eorum
fuerunt comprehenſæ vt thurificarẽtur
& in tali caſu neque apoſtata poteſt re-
putari, neque peccat, *cap. maiores §. ille
vero qui nunquam extra de baptiſ. capit.
Presbiteros* 50. *diſt. cap. conſtat.* 1. *q.* 1.
gloſ. in cap. de Iudeis *verb. coacti* 45. *diſt.*
Albert. de hæret. q. 30. *num.* 7. *Simanca de
cathol. inſt. tit.* 17. *nu.* 29. *Penia ad* Emer.
par. 1. *Comment.* 24.

3 Et ratio eſt, quia in tali caſu coactus dicitur magis pati, quam agere, vt inquit text. *in c. ſacris de his quæ vi metuſuè cauſa fiunt*, & propterea poenam pati nõ debet, *l. foediſſimam, vbi* Bal. *&* Salicet. C. *ad l.* Iul. *de adult. gloſ. in cap. ità ne potauerit* 32. *q.* 5.

4 Secundus eſt caſus, quando vis non eſt præciſa, ſed conditionalis, nempè quia datur electio moriendi, ſeu tormẽta patiendi, vel fidem abnegandi, aut Idolis ſacrificandi, & tunc quantum ad eſſentiam neque apoſtata poteſt reputari, neque hæreticus, quia cum corde credat, non adeſt error pertinax qui ipſum ſeparare poſſit à communione fidelium *c. primum* 22. *q.* 2. *gloſ. in cap. non ſolum* 85. *verb. negare* 11. *q.* 3. *in cap.*

Digitized by Google

ca ſ. Ita nè verb. putauerit 32. *q.* 5. *Cal-*
*der. conſ.*4. *verſ.ore enim de hæret. Afflict.*
*in conſt. Regni rub. de hæret. cap.*1. *num.*
9. *Albert. de hæret. q.*30. *num.*6.*Siman*
ca de cathol. inſt.tit. 17. *num.* 29. & 35.
& 36. D. *Anton.in ſum par.*2.*tit.*12.*cap.*
6. *verſ. nota*, *Royas de hæret. par.* 1. *num.*
48. *Clar. in* §. *hæreſis num.*3. *verſ.ſed nū*
quid, *Decian. tract.crim.lib.* 5. *cap.* 18.
verſ 13. & 28. Penia *ad Emer. par.* 1.
Comment. 24. *Menoch. de arbitr. lib.* 2.
centur. 6. 546. *num.* 22. *Iacob. Graff.de*
ciſ. lib. 2. *cap.* 8. Rubr. *de hæret. nu.* 30.
& *de communi teſtantur Bãnes* 2.2.*q.*11.
art. 4. *verſ. tertia concluſio*, *Gregor. Va-*
lent. ibidem q. 12. *art.* 1. Azor. *Moral.*
Inſt. lib. 8. *cap.* 9. 10. *et* 11. *Sanchez ad*
præcepta decalogi lib. 2. *cap.* 7. *num.* 8.
ſubdens ab hoc peccato abſoluere poſſe
5 quemlibet Confeſſarium. Fatentur ta-
men omnes quod hic peccat mortaliter,
tum quia vitam magis profundere quam
ad hoc debuit adduci, cap. ſacris de his
quæ, vi metuſue cauſa fiunt, tum etiam
quia licet coactè neget, negare tamen di
citur, nam voluntas coacta, voluntas eſt,
6 *cap. maiores* §. *fin. de bapt. cap. ſacris de*
his quæ vi metuſuè cauſa fiunt l. ſi mulier
§. *qui metu ff. quod met. cauſ. l. ſi Patre co*
gente, ff. de ritu nupt. Et quamuis nolit ne
gare Chriſtum, vult tamen magis illud
per quod negat, quam illud quod negat,
cap. merito 15. *q.* 1. *gloſ. in d. cap. non ſo-*
7 *lum verb. negare* 11. *q. prima.* Quoniam
vero animus intus latet, & Eccleſia non
iudicat de occultis *cap.* 1. *de cland. deſ-*
ponſ. merito in foro exteriori aſſerens ſe
Chriſtum negaſſe per vim, ſiuè metum,
redditur ſuſpectus de vehementi, vel le-
ui, perpenſis coniecturis perſonarum, &
negotiorum, de quibus *infra*, vt poſt alios
concludunt, & rectè *Gerſon. in tract. de*
proteſtatione conſid. 29. *Penia ad Emer.*
d. comment. 24. *Azor par. prima lib.* 8.
cap. 9. *q.* 9. *ad finem*. Erit quidem de
vehementi ſuſpectus, ſi vi, vel metu ceſ-
ſante nihilominus in negatione fidei,
ſeu Idolorum adoratione perſeuerauit,
quia diuturna continuatio demonſtrat
8 actum ex corde proceſſiſſe, *cap. fin. de*
frigid. & malefic. l. 2. *C. de his quæ vi me*
tuſue cauſa fiunt. Item ſi perſona ſit gra-
uis, veluti Prælatus, Monachus, Theolo-
gus, aut alius vir grauis, & prudens, &
vis, vel metus non fuerit mortis, vel tor-
mentorum, ſed famę, vel exilii, fruſtriga
tionis, carceris, famis, vel alterius gene-
ris non cadentis, in conſtantem virum
In his .n. caſib. ſuſpitio eſt ita vehemẽs;
vt merito indici eis poſſit abiuratio, *Pe-*
nia d. Comment. 24. *verſ. qui autem tur*
de reuertuntur, Et ſimiliter ſi metus fue-
rit reuerentalis Repertor. *Inquiſ. verb. fi-*
lii verſ. 2. *quem probat Farinac. de hære.*
ſi q. 183. *num.* 27.
9 Deleui, erit ſuſpectus, ſi negatio fue-
rit facta à perſonis non benè fidei
cauſam callentibus, & qui veriſimiliter
ſcire non poterant quam graue delictum
ſit negare fidem, cuiuſmodi ſunt pueri,
foeminæ, ruſtici; & alii, quos minor me-
tus auertit, *Penia, Simanca, & alii loc. cit.*
10 Diluet autem omnem ſuſpitionem
hæreſis, vel apoſtaſiæ, ſi ſtatim, vi vel
metu ceſſante doluerit, & poenitentiam
egerit, *Simanca loco cit. num.* 37. *Penia*
d. Comment. 24. *verſ. Monet tamen A-*
zor. Moral. Inſt. par. 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *in fine.*

DE IVRE PERSONARVM
EXTRA ECCLESIÆ GREMIVM
EXISTENTIVM.

Liber Septimus.

DE APOSTATIS A STATV ORDINIS CLERICALIS.

1 A Statu ordinis Clericalis recedere Clericus dicitur, ſi faciat actum clericatui omnino contrarium, *cap. 1. & 3. & cap. diuerſis, & vtrobique Doct. de cleric. coniugat.* Quod quidem contingere tripliciter ſolet; Primo, per contractum matrimonii; Secundo per militiam; Tertio per dimiſſionem habitus, de quibus omnibus ſingulatim erit agendum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus quando dicatur recedere a ſtatu clericali.*

2 *Clericus per contractum matrimonii dicitur feciſſe receſſum a ſtatu clericali.*

3 *Beneficia Clerici in minoribus conſtituti vacant ſi contrahat matrimonium per verba de præſenti.*

4 *Vacatio beneficiorum per contractum matrimonii inducitur ipſo iure, nec requiritur ſententia priuatoria.*

5 *Vacatio beneficiorum per contractum matrimonii requirit ſententiam priuatoriam.*

6 *Vacatio beneficiorũ per contractum matrimonii quoad titulum inducitur ipſo iure, quoad poſſeſſionem requirit ſententiam.*

7 *Vacatio per contractum matrimonii clerici in minoribus conſtituti, inducitur propter incompatibilitatem.*

Clericus in minoribus conſtitutus contrahens matrimonium eſt compellendus à Iudice dimittere poſſeſſionem.

9 *Poſſeſſione vt quis priuetur, eſt opus iudicis facto.*

10 *Renunciatio facta ad fauorem per clericum poſt quã contraxit matrimonium eſt nulla.*

11 *Beneficia contrahentis matrimonium poſſunt ſtatim impetrari.*

12 *Clericus retinens beneficia poſt contractum matrimonii, peccat mortaliter.*

13 *Clericus poſt contractum matrimonium tenetur reſtituere fructus perceptos.*

14 *Clerici regreſſus & receſſus ad beneficia expirat per contractum matrimonii.*

15 *Diſpenſatio Illegitimi, vel inhabilis ad plura beneficia expirat per contractum matrimonii. Contraria opinio defenditur.*

16 *Cardinalatus dignitas expirat per contractum matrimoni.*

17 *Clericus per contractum matrimonii dicitur priuatus beneficio, ſiue matrimonium ſit conſumatum, ſiue non.*

18 *Clericus per contractum matrimonii per verba de præſenti, dicitur habuiſſe animum perdendi beneficium.*

19 *Matrimonium dicitur perfecte contractum mutuo conſenſu ſine corporum commixtione.*

29 *Clericus nõ recuperabit beneficia ſi uxor ante ſequutam copulam ingrediatur religionem.*

21 *Vacatio ſemel inducta non reuiuiſcit ſine noua collatione.*

ARGVMENTVM.

Per contractum matrimonij quando dicatur factus receſſus a ſtatu Clericali.

Sſ C AP.

CAP. I.

Regula conſtitui poteſt per con-
1 tractum matrimonii per ver-
ba de præſenti dici factum re-
ceſſum à ſtatu clericali, dicto
capitulo primo, & 3. de Cleric. coniugat.
Abb. conſil. 92. numero 18. par. ſecunda,
Aym. conſ. 303. num. 9. Gigas de penſ.
q. 54. Euerard. conſil. iii. numero primo, & quarto, Capella Tholoſ. deciſione
239. cum aliis mox infra allegandis, Ci-
2 thara enim cum Pſalterio malè con-
cordat, capitulo diuerſis de cler. coniugat. Et cum vir cogitet quomodo placeat vxori, quaſi diuiſus in duo plenam ſui non habet poteſtatem, & ideo minus quæ Dei ſunt valet cogitare, d. capitulo diuerſis. Eſt etiam clericus ob immunditiam ſuam eccleſiaſticis Sacramentis tractandis indignus, d. c. 3.

3 Qua ratione per matrimonium per verba de præſenti contractum à clerico in minoribus ordinibus conſtituto vacant eius beneficia, d. capitulo primo, & tertio de clerico coniugato, Rot. deciſ. 21. de probat. in antiq. & deciſione prima, de Sponſal. Capella Tholoſ. dicta deciſione 239.

4 Extenditur primo, vt hæc vacatio inducatur ipſo iure adeo vt nō requiratur ſententia priuatoria, Ita gloſ. in d. capitulo primo, verb. relinquenda, quam ibi probant Hoſtienſ. ſub num. ſecundo, Io. Andre. numero 6. Butr. num. 7. Anchar. numero ſecundo, Card. num. ſecundo, Imol. num. 4. Abb. num. 4. & 5. circa finem, & conſil. 62. numero 18. par. 2. & iterū Io. Andr. in cap. Ioannes numero 23. eod. tit. de cleric. coniugat. ibique Butr. num. 19. Anchar. num. 14. Card. numero 8. Imol. num. 24. Boich. in cap. quod te nu. 5. & cap. diuerſis, numero ſecundo, eod. tit. Archid. in cap. placuit in fine 32. diſt. ibique Gemin. in fine, Imol. in clem. gratia num. 25. de reſcript. ibique Capra numero 45. Pariſ. conſil. 40. num. 3. lib. 4. Rebuff. de pacific. poſſeſſ. num. 187. & iterum in praxi reg. de publicand. gloſ. 18. num. 38. Gigas de penſ. q. 54. num. 5. & 6. Staphil. de litter. grat. tit. de variis mod. vacand. num. 2. Tiraq. de retract. conſang. §. 26. gloſ. 2. num. 9. Et hæc eſt communis, prout de illa teſtantur, Couar. de Sponſal. par. 2. cap. 6. §. 3. num. 4. Vaſq. de ſucceſſion. progreſſ. lib. 3. §. 22. num. 36. Clar. in §. fin. quæſt. 73. ſub num. 5. Aym. conſ. 303. num. 9. Didac. Spino de teſtamentis gloſ. 16. num. 43. Guttierez lib. 2. pract. q. 104 num. 3. Euerard. conſ. iii. num. 1. et 4. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. q. 1. num. 28. Ceuall. q. 147. num. 1. Sanchez qui plures alios refert de Matr. lib. ſeptimo, q. 42. nu. 4. quibus adduntur Azor. Moral. Inſtit. lib. 13. cap. 13. q. 6. et 8. Cappel. Tholoſ. deciſ. 240. Roſſinac. de benef. cap. 3. Pecchius in reg. beneficium num. 26. lib. 6. Mandoſ. de ſig. gratiæ tit. de priuatione, verſ. Impetratur beneficium, Leſſius de iuſt. et iur. lib. 2. cap. 34. dub. 21. Gonzalez in reg. 8. gloſ. 15. nu. 43. Garz. de benef. par. 11. cap. 8. num. primo, Rota apud Verall. deciſ. 215. numero 2. et 12. par. 1. et in Lucana de inſula 6. Iunii 1575. coram bo. me. Card. Lancellotto vbi hanc opinionem tenet Cancellaria.

5 Contrariam opinionē quod quinimmo requiratur ſententia priuatoria, videtur ſentire, gloſ. in cap. coniugatus verb. Ad ſacros ordines, de conuerſ. coniugat. quatenus inquit, clericos in minoribus conſtitutos contrahētes matrimoniū debere beneficiis priuari, & expreſsè hoc tenet Alex. lib. 3. de Sponſal. cap. 3. Manucl. in ſum. tom. primo, cap. 123. num. 1. in 2. edit.

Nituntur potiſſimum auctoritate teſt. in cap. 1. de cler. coniugat. ibi, ſi qui clericorum infra ſubdiaconatum acceperint Vxores, ipſos ad relinquenda beneficia eccleſiaſtica, & retinendas vxores eccleſiaſtica diſtrictione compellas. Item ducuntur ex cap. quod a te, eod. tit. ibi eccleſiaſtico beneficio debent ſpoliari, et ex cap. diuerſis eod. tit. ibi, beneficiis eccleſiaſticis priues.

6 Opiniones conciliando dicendum eſt, primam procedere reſpectu tituli, & iuris, quod clericus habebat in beneficio, vt in iis inducatur ipſo iure vacatio abſque alia ſententia priuatoria; Secunda vero opinio procedat

reſpe-

reſpectu poſſeſſionis, quam niſi ſponte clericus dimittat, ad eam relinquendam eſt cogendus manu militari.

7 Primum caput huius diſtinctionis probatur, quia vacatio in huiuſmodi caſu non inducitur propter delictum, ſed propter incompatibilitatem, cuius vigore clericus contrahens matrimonium per verba de præſenti, videtur beneficio ſua ſpōte renūciaſſe, *d.c. 3 de cler. coniug.* atque ideo non eſt opus aliqua ſententia priuatoria, neque declaratoria, tum quia vbi nullum adeſt delictum, nulla poteſt induci priuatio, tum etiam quia vbi adeſt renunciatio expreſſa, vel tacita, non eſt opus declaratoria, *cap. ex tranſmiſſa de renunciat. cap. cum renunciatur 32.q prima.*

8 Secundum caput probatur, primo quia clericus in minoribus conſtitutus, licet per contractum matrimonii per verba de pręſenti remaneat priuatus titulo ipſo iure, tamen non remanet priuatus poſſeſſione, ſed eā cōpellendus eſt per iudicem dimittere, *gloſ. in dicto capitulo primo, verb. relinquenda de Cleric. coniugat.* quam ibi ſequitur *Anan. ad finem, verſiculo nota textum.*

Secundo probatur *ex capitulo litteras §. cum igitur de conceſſ. præbend.* vbi & ſi prębenda vacaret de iure, quia tamen non vacabat de facto reſpectu poſſeſſionis, præcepit Summus Pontifex, quod detentor cogatur dimittere.

9 Non obſtant iura allata ad probandum requiri ſententiam priuatoriam, quia illa ſunt intelligenda reſpectu poſſeſſionis; Etenim cum poſſeſſio habeat plus facti, quam iuris, *capitulo cum noſtris §. Auditor de conceſſ. præbend.* vtique ſi quis recuſet eam dimittere, opus eſt iudicis facto, vt ea priuetur, *dicto capitulo cum noſtris*, vbi inquit, quod lata ſententia ſuper priuatione beneficiï, non eſt licitum illi, ad cuius fauorem ſententia dicta eſt, beneficium occupare, niſi vel poſſeſſor illud dimittat, vel ab eo mani militari auferatur.

Remanet ergo firmum, quod reſpectu iuris, aut tituli, per contractum matrimonii per verba de pręſenti in clerico in minoribus conſtituto, inducitur vacatio beneficiorum ipſo iure, ex quo.

10 Deducitur primo, quod renunciatio facta ad fauorem per clericum poſt contractum matrimonium, nullius eſt momenti, *Biſignet. deciſ. quinta, de re iudic. Felin. in capitulo in noſtra num. 37. verſ. fallit quinto, de reſcript. Prob. ad Monach. in cap. præſenti num. 16. & 24. de offic. deleg. lib. ſexto Butr. conſilio 43. in princ. Rebuff. conſilio 64. num. quarto Nauar. conſilio primo, de reſcript. Ant. Burgoſ. in capit.* Canonum *num. 310. de conſtit. Gambar. de auctor. legati lib. 10. numero 340. Gabr. conſil. 196. num. 11. lib. primo, Pariſ. de reſignat. lib. 3. q. 1. n. 21. Sanchez de matr. lib. 7. diſput. 42. n. 13.*

Deducitur ſecundo, poſt contractum
11 matrimonium poſſe ſtatim beneficia impetrari tanquam vacantia, *Anchar. in cap. quod à te num. 4. de Cler. couiugat. Azor. lib. 5. cap. 8. q. 3. Sanchez loco cit. num. 12.*

12 Deducitur tertio poſt matrimonium contractum, clericum nullatenus poſſe beneficia retinere, ſed teneri ſtatim illa dimittere, alias peccaret mortaliter tanquam iniuſtus rei detentor in re grauiſſima; *Nauar. in ſum. cap. 25. num. 120. Angel. vel apoſtaſia num. 2. Silueſt. eod. verb. apoſtaſia q. 3. num. 8. Maiol. de irreg. lib. primo cap. 34. num. 5. cum aliis per Sanchez loco cit. num. 10.*

13 Deducitur quarto teneri clericum poſt contractum matrimonium reſtituere omnes fructus præceptos, *Azor. loco cit.* Vega *in ſum. tom. 1. cap. 36. caſu 20. §. quarto.*

14 Extenditur ſecundo vt ſicuti per contractum matrimonii per verba de præſenti in clerico in minoribus conſtituto, inducitur vacatio beneficiorum, Ita etiā expirent regreſſus, & acceſſus, & alia quę cunque iura ad beneficia eccleſiaſtica competentia, *gloſ. in d. capitulo primo, verb. clericalis, de clericis cōiugat. lib. 6. ibi q, Io. Andr. n. 3. Anchar. n. 5. Gemin. num.*

6. Prob. numero quinto, & ſequenti, Butrius in capitulo primo, numero ſeptimo, extra eodem titulo, Boich. in capitulo quod te numero quinto, eodem titulo. Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 26. gloſ. ſecunda, numero nono,* Clar. *in praxi, §. primo quæſtione 73. numero quinto, Caſtren. & Alexand. in l. ſi à primo, ff. de liber. & poſthum. Nauar. in capitulo ſi quando, ex. cept. quinta, de reſcript.* Couaru. *qui teſtatur de communi de ſponſ. par. ſecunda, capitulo ſexto, §. 3 numero quinto, Ceuallos quæſtione 147. numero ſecundo, Pariſius de reſignatione beneficiorum lib. primo, quæſtione 1. num. 14.* Sanchez *dicto lib. 7. quæſtione 42. num. 7.* Garzia *d. cap. 8. num. 2.*

15 Extenditur tertio, vt ſi illegitimus, aut alias in habilis impetret diſpenſationem ad obtinendum beneficia, vel ad plura beneficia, ſi ea impetrata contrahat matrimonium per verba de præſenti, expiret diſpenſatio, & habilitas conceſſa ad obtinendum beneficia, vt pluribus probat Prob. *ad Monach. in d. cap. 1. à num. 6. cum ſeq. de cler. coniug. lib. 6.*

Contrariũ, & rectius tenent *Sanchez, & Garzia locis ante citatis ille num. 9. hic ſub num. 2.* quia per diſpenſationem non confertur incapaci aliquod ius, ſed tantum remouetur obſtaculum, & ex aliis rationibus conſideratis per *Sanchez*, cui breuitati ſtudens lectorem remicto.

16 Extenditur quarto, vt multo magis procedat in dignitate Cardinalatus, illa enim tanquam dignitas clericatui annexa, ſtatim pet contractum matrimonii per verba de præſenti expirat, prout ætate noſtra practicatum vidimus.

17 Extenditur quinto, vt procedat ſiuè matrimonium contractum fuerit conſumatum, ſiue non, quia remanet nihilominus clericus beneficio priuatus, *Collect. in d. cap. 1. de cler. coniug.* Franch. *& Gemin. in capitulo primo, in fin. princip. eod. titulo lib. 6. Panuin. de pot. cap. ſed vac. prælud. 7. col. tertia, & communem dicit* Capra *in d. cap. 1. de cleric. coniug. Rota antiq. deciſione prima, de ſponſ. & deciſ. 21. de præbend. & deciſ. prima, de cleric. coniug. in nou.* Capell. *Tholoſ. deciſ. 239. Maſcard. de prob. concl. 182. n. 3. lib. 1.* & hanc eandem opinionem tenuit Rota in Lucana de inſula 6. & 13. Iunii 1575. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto.

18 Cuius concluſionis duplex eſt ratio; Prima, quia ex quo clericus matrimoniũ per verba de præſenti contraxit, per eum non ſtetit, quin illud ad exitum perduceretur, ideoque viſus eſt ex hoc ſolo facto habuiſſe animum perdendi beneficium, *c. nuper, de bigam. iuncta l. quid ergo §. cũ autem ff. de his qui not. infam. Rebuff. in l. Paulus ad fin. ff. de verborum ſignificatione, & in praxi benefic. titulo de reſignatione tacita, verſiculo vndecimo, Capell.* Tholoſan. *loco ſupra citato.*

19 Secunda, quia matrimonium dicitur perfectè contractum mutuo conſenſu, nec ad eius eſſentiam requiritur corporum commixtio, *capitulo final. de frig. & malefic. capitulo per tuas, qui filii ſint legit. capitulo 1. et ſecundo, de Matr. contra interdictum, l. nuptias ff. de reg. Iur. cum aliis per Tiraquell. l. ſi vnquam verb. donatione largitus numero 129. C. de reuoc. donat.* Couar. *de ſponſal. part. ſecunda, capitulo primo, numero ſecundo,* & propterea ſiuè ſequatur copula, ſiuè non ſemper erit verum matrimonium eſſe contractum.

20 Extenditur ſexto, vt procedat etiam ſi poſt matrimonium contractum vxor ingreſſa fuerit Religionem, non ſequuta ad huc copula carnali, quia non ideo clericus recuperabit beneficia, quæ iam per matrimonium contractum vacarunt *Doct. communiter in d. capitulo primo, de Cleric. coniug. et præcipue Butr. numero ſeptimo et Abb. numero ſexto, Capell. Tholoſ. d. deciſione 239. verſ. Adde quod ſi ſponſa, Imol. in. clem. gratia verb. reſignaueris, de reſcript. Præpoſ. in Can. placuit, propè fin. 32. diſtinct.* Diaz *in praxi capitulo 74. verſiculo* Et hoc etiam ſi non ſequatur Couaruu. *loco citato*

ſcilicet

ſcilicet de Sponſ. par. 2. cap. 6. §. 3. num. 4. & ante omnes hoc idẽ ſcripſit *Specul. de Cler. couiug. iu ſiu. Gigas de penſ. q. 54. num. 8. de benefic. cap. tertio, numero 20. Garzias de benefic. par. 11. cap. 8. n. 3.*

21 Fuit enim per matrimonii contractũ inducta vacatio, quę reuiuiſcere nequit ſine noua co'latione, vt inquit *Abb. dicto loco paulo ante citato,* præterquam quod per contractum ſponſaliorũ per verba de præſenti viſus fuit beneficio renunciare, Ideoque ad illud amplius non debet habere regreſſum, *argumen. capitulo ex tranſmiſſa, de renunc. & capitulo cum venijſſet de ecclam. l. quæritur, §. ſi venditor ff. de adil. adict.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus nou dicitur receſsiſſe ab ordine clericali quando matrimonium deficit per conſenſum ipſius.*

2 *Clericus amens contrahens matrimouium per verba de præſẽti, nõ perdit beneficia.*

3 *Clericus ſi cõtrahat matrimonium propter metum qui cadat in conſtantem virum non vacant beneficia.*

4 *Clerici Impuberis beneficia non vacant per verba de præſenti.*

5 *Matrimonium impuberis licet videatur contractum per verba de præſenti, tamen iuris interpretatione dicitur per verba de futuro.*

6 *Clericus impubes contrahens matrimoniũ per verba de præſenti, poteſt retinere beneficium.*

7 *Clericus dicitur receſſiſſe ab ordine Clericali quando præſtitit legitimũ conſenſum matrimonio, licet ex defectu vxoris ſit nullum. Contraria opinio defenditur.*

8 *Matrimonium vt contrahatur requiritur conſenſus vtriuſque.*

9 *Clericus dicitur feciſſe receſſum ab ordine Clericali, etiam ſi mulier ſit impubes, ſed tamen proxima pubertati.*

10 *Clericus recedit ab ordine Clericali, licet mulier vi coacta præſtet conſenſum.*

11 *Clericus recedit ab ordiue Clericali, etiam quod matrimonium ſit nullum, quia erat in ſacris.*

12 *Clericus conſtitutus in ſacris ſi contrahat matrimonium, debet priuari per ſententiam.*

13 *Clericus in ſacris conſtitutus uou poteſt renunciare Clericatui.*

14 *Clericus iu minoribus conſtitutus habet liberum regreſſum ad ſeculum.*

15 *Clericus iu ſacris non poteſt redire ad ſeculum.*

16 *Clericum in ſacris conſtitutum priuari beneficio intereſt ſibi & toti eccleſiæ.*

17 *Clericus in ſacris conſtitutus non mitius puuitur quam cõſtitutus in minoribus.*

18 *Clericus contrahens matrimonium æque punitur ſi clam, aut publicè contrahat.*

19 *Clericus iu ſacris conſtitutus contrahens ſponſalia per verba de præſenti efficitur irregularis.*

20 *Clericus contrahens ignarus impedimenti quod cum muliere intercedebat eſt priuatus. contraria defenditur.*

21 *Clericatui actum contrarium non facit contrahens ignoranter & bona fide.*

22 *Delictum non cõſideratur in contrahente bona fidei.*

23 *Clericus qui contraxit ſciens impedimentum, non dicitur ipſo iure priuatus.*

24 *Clericus ſiue ſciat ſiue ignoret impedimentum dicitur ipſo iure priuatus.*

25 *Clericus vt priuetur ſufficit quod faciat actum contrarium Claricatui per quem reddatur iucapax ad beneficium.*

26 *Clericus ſciẽs impedimentũ, dicitur magis habere animum non renunciandi beneficium quam contrahens ignoranter.*

27 *Scientia nullitatis actus mali, uou excuſat a pœua.*

28 *Notarius conficiens inſtrumẽtum falſum ẽt quod ſit nullum, punitur pæna falſi.*

29 *Teſtis depouẽs falſum in iudicio nullo punitur.*

30 *Auimus coniicitur ex actu uullo.*

31 *Clericus ſcienter coutrahens in gradu prohibito, plus delinquit.*

32 *Clericus ſciens ſe contrahere in gradu prohibito, ac propterea matrimonium non valere, tamen punitur.*

33 *Clericus dicitur feciſſe receſſum a Clericatu etiam quod matrimonium ſit uullum ex defectu ſolemnitatis.*

34 *Vacatio inducitur ex ſola voluntate.*

ARGVMENTVM.

An per matrimonium nulliter contractum Clericus dicatur recedere ab ordine Clericali, ita vt inducatur vacatio beneficiorũ.

CAP. II.

CVm in hac materia Doctores vario modo loquãtur, ideo faciliotis doctrinæ gratia, tria ſunt conſideranda capita. Primum quando nullitas prouenit ex defectu conſenſus. Secundum, quando prouenit propter impedimentum. Tertium, quando prouenit ex defectu ſolemnitatis.

1 Quo ad Primum, regula eſt conſtituẽda, quod vbi defectus eſt in conſenſu Clerici, non dicitur factus receſſus ab ordine Clericali, & conſequenter non dicitur inducta beneficiorum vacatio, *Ita Io. Andr. in cap. Ioannes ſub num. 23. verſ. ſi vero de Cler. coniugat. Abb. in cap. 1. ſub num. 7. verſ Quandoque enim, eod. tit. Boicb. in cap. diuerſis ſub num. 10. eod. tit. ex qua regula.*

2 Deducitur primo, quod Clericus amens, quamuis contrahat matrimonium per verba de præſenti, nihilominus per tale matrionium non vacant beneficia, *Io. Andr. Abb. & Boicb. locis cit.*

3 Deducitur ſecundo, quod clericus cõtrahens matrimonium per verba de præſenti per metum cadentem in conſtantẽ virum, non vacant beneficia, quia metus excludit voluntatem babendi beneficiũ pro derelicto, Io. *Andr. Abb. & Boicb. locis ante citatis*, quibus calculum præbent *Calder conſ. primo, tit. de renunciat. Ruin. conſ. 121. lib. 4.* Pariſ. *conſ. 66. num. 3. lib. 4. cum aliis per* Flam. *Pariſ. de reſignat. lib. 13. q. 1. num. 52.*

4 Deducitur tertio, quo per matrimonium contractum per Clericum impuberem, in quo malitia non ſupplet ætatem, non vacant beneficia, tum quia nullitas prouenit ex conſenſu, tum etiam quia in tali caſu, licet ſponſalia inſpecto verbotum ſono videantur contracta per verba de præſenti; Iuris tamen interprætatione dicuntur per verba de futuro, vt eſt textu
5 *in cap. vnico §. idem quoque de deſponſat. Impub. lib. 6.* cuius auctoritate hoc tradunt *Alan. Tancred. & Hoſtienſ. in cap. à nobis extra eod tit.* Io. *Andr. in d. cap.* Ioannes, *de Cler. coniugat. Abb. in d. cap. 1. num. 7. verſ.* quandoque non tenuit, ex defectu ętatis, *Boicb. in cap. diuerſis ſub n. 10. verſ. ab ætate eod. tit.* Capp. Tholoſ. *deciſ. 283. & corroboratur ex cap. atteſtationes de deſponſat. Impub.* vbi ſpõſalia ante annos pubertatis contracta, etiam cum carnis nixu non tranſit in matrimonium, *et ex capitulo ſuper eo, ad finem, de condit. appoſit.* quatenus conſenſus quamuis expreſſus per verba de pręſenti, ſi contineat condonationem, habetur per verba de futuro.

6 Poterit autem impubes habere beneficium vel ex pontificia diſpenſatione, vel ſi beneficium ſit de iure patronatus cum qualitate, vt ad illud debeat pręſentari Clericus de familia, quia tunc poterit obtineri ab impubere non obſtante diſpoſitione Sacri Concilii *Seſſ. 23. cap. 6* quam ità interpratata eſt Sacra Conregatio, *vt per Rot. deciſ. 482. in fine par. prima.*

7 Dubitari ſolet An prædicta procedãt vbi nullitas procedit ex defectu conſenſus mulieris, nempè quia erat amens, vel impubes, aut conſenſum pręſtitit metu compulſa; Clericus verò præſtitit conſenſum omni ex parte legitimũ? & quidẽ *Prob. ad Monach. in d. cap. vnico nu. 15. de deſponſat. impub. lib. 6.* eſt in ſententia dici factum receſſum ab ordine, & cõſequenter vacationem eſſe inductam, & idem ſequuntur *Diaz in praxi cap. 80. in fine, Vaſq. de ſuceſſ. progr. lib. 3. §. 22. num. 47. ad fin.* ſub conditione tamen dummodo Clericus ſciat mulieris defectum. Cæterum magis communiter concluditur neque dici factum receſſum, neque vacationem eſſe inductam ſiuè Cleri.

Digitized by Google

ricus ſciat, ſiue neſciat defectum mulieris; *Ita Io. Andr. in d. cap. Ioannes, Boich. in d. c. diuerſis num.* 10. *verſ. idem ſi defectus, de Cler. coniug. Gigas de penſ. q.* 54. *num.* 9. & 10. *Couar. qui teſtatur de communi de ſponſal. par.* 2. *cap.* 6. §. 3. *ſub num.* 4. *verſ. Sed cum hic contractus, Clar. in* §. *final. q.* 73. *num.* 5. *Azor. Moral. inſt. lib.* 13. *cap.* 13. *q.* 8. Lopez *Inſtruct. par.* 1. *cap.* 49. *col.* 7. *Sayr. de cenſur. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 13. *Garzia de beneſic. par.* 11. *cap.* 8. *num.* 11. *Sanchez de Matr. lib.* 7. *diſput.* 43. *ſub num.* 6.

Ratio alia non eſt, niſi quia ad matrimonij contractum requiritur vtriuſq.
8 contrahentis conſenſus, *cap. tunc de ſponſal. gloſ. in cap. de illis verb.* ſemel conſẽſerit *circa finem, de ſponſat. impub.* vbi autem deficit conſenſus mulieris, non poteſt eſſe matrimonium, ſine quo non poteſt dici factus receſſus, neque inducta vacatio.

9 Limitatur hæc concluſio dupliciter, primo, quando mulier eſt mentis compos, & licet non ſit ætatis perfectæ, nihilominus eſt proxima pubertati, tunc enim quia conſenſus eſt aptus ad contrahendum, dicitur factus receſſus ab ordine, & inducta vacatio beneficiorum ipſo iure, *Rota deciſ.* 1. *de ſponſal. in antiq. Staphil. de litteris gratiæ tit. de modis vacand.* §. *quintus vacationis modus.*

10 Limitatur ſecundo, ne procedat quãdo defectus conſenſus mulieris procedit ex metu cadente in conſtantem virum, tunc enim pariter ſit receſſus, & inducitur vacatio ipſo iure, *Prob. in d. cap. vnico num.* 15. *Diaz d. cap.* 80. *num.* 5. *Gigas d. q.* 54. *num.* 10. *Sayr. loco cit. num.* 13 *Garz. d. cap.* 8. *num.* 12.

Eſt ratio, quia quando mulier eſt impubes, vel amens, eſt prorſus inhabilis ad præſtandum conſenſum; quando vero eſt metu coacta, tunc eſt ad cõſenſiendum idonea, ideoque cum clericus quærat extorquere conſenſum, facit quod eſt in ſe.

11 Quo ad ſecundum, caput nonnulli ſunt diſtinguendi caſus, primus quando nullitas prouenit ratione ordinis, vel Religionis, quæ impediat matrimonii contractum, vtputa, quia Clericus contrahens eſt in ſacris conſtitutus, aut forſan eſt profeſſus Religionem approbatam, & in tali ſpecie eſſe priuatum ipſo iure cenſuerunt, *Abb. in cap.* 1. *num.* 7. *de Cler. coniug. ibique Card. num.* 2. *Anchar. num.* 2. & *in d. cap. vnico nu.* 5. *eod. tit. lib.* 6. *Montal. in l.* 41. *gloſ. vnica tit.* 6. *par. prima. Aym. de antiq. tempor. par.* 4. §. *videamus*, Couar. *de ſponſal. par.* 2. *cap.* 6. §. 3. *num.* 4. *Staphil. de ſignat. grat. tit. de modis vacand.* §. *quintus vacationis modus*, Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. deciſ.* 240. *num.* 4. *Azor. lib.* 13 *cap.* 13. *quæſt.* 6. & *lib.* 7. *cap.* 16. *q.* 5.

Mouentur quod ſi Clericus conſtitutus in minoribus priuatur ipſo iure, vt late probauimus ſupra *eodem lib. cap.* 5. *num.*.... Multo magis debet cenſeri priuatus conſtitutus in ſacris, qui grauius delinquit. Quo non obſtante cæteri omnes Doct. communiter exiſtimant eſſe priuãdum per ſententiam, *ita gloſ. in cap.* 1. *verb. dimittere, de cler. coniugat.* Io. *Andr. in cap.* Ioannes *ſub num.* 23. *verſ. ſi vero tenet eod. tit. ibique Butr. num.* 19. *ad finem*, Anchar. *num.* 14. *Imol. num.* 24. *Boich. in d cap. diuerſis num.* 11. *eod. tit.* Franch. *in d. cap. vnico in princ. num.* 4. *eod. tit. lib.* 6. *Præpoſ. in cap. in fin. qui Clerici, vel vouentes Euerard. conſ.* 111. *ſub num.* 3. *verſ. in contrarium tamen, Capra qui teſtatur de communi in cap.* 1. *de Cler. coniug.* Dec. *conſ.* 166. *Maſcard. de probat. concluſ.* 182. *num.* 5. *lib.* 1. *Bermond. de Concubin.* §. *qui vero ſolutus num.* 2. *Silueſt. in verb. beneficiorum* 3. *q.* 22. *Tab. beneficium* 2. *nu.* 14. *Nauar. in Sum. cap.* 25. *num.* 120. *Clar. in* §. *final. q.* 73 *num.* 5. *Henriquez lib.* 7. *de Indulg. cap.* 36. *num.* 1. *Vega in Sum. tom.* 1. *cap.* 36. *caſu* 20. *in fine Sanchez de Matr. lib.* 7. *diſput.* 42. *ſub num.* 4. *Leſſius de iuſt. et iur. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 115. *Garzia d. cap.* 8. *nu.* 17.

13 Probatur autem primo, quia aut hic amittit beneficium in pœnam delicti, & ad priuationem eſt neceſſaria ſententia Iudicialis, aut per tacitam renũciationẽ, & non ſuffragatur, quia cum Clericus

in

in ſacris conſtitutus volens expreſsè nequeat renunciare clericatui, *cap. 1. §. ſed ſi in ſubdiaconatu, & cap. ſanè, de cler. coniugat.* tanto minus poterit renunciare tacitè contrahendo matrimonium, vt latè probat *Sanchez lib. 7. diſput. 37. num. 34.*

Non obſtat quod Clericus in minoribus conſtitutus priuetur ipſo iure, quia reſpondetur.

14 Primo quod ipſe habet liberum regreſſum ad ſæculum, *d. cap. Ioannes, de cleric. coniug.* Ideoque per contractum ſponſaliorum per verba de præſenti redditur purè laycus, qui nulla eget priuatione, cum ſit eccleſiaſtici beneficii omnino incapax, *cap. cum ideo, de reſcript. cap. ex*

15 *litteris, de tranſact. cap. 2. de inſtit.* In ſacris vero conſtitutus ex quo nequit ad ſæculum redire, remanet ad huc Clericus, & ob id non eſt ita prorſus incapax, prout eſt laycus, qua de cauſa fit vt non debeat cenſeri ipſo iure priuatus, ſed debeat inſpici qualitas, ac grauitas delicti, quæ ſi excuſationem non mereatur, erit iudiciali ſententia priuandus.

16 Secũdo reſpondetur, quod vt Clericus in ſacris conſtitutus priuetur eccleſiaſtico beneficio, intereſt non ſolum ſua, ſed eccleſiæ vniuerſalis, in cuius dedecus mendicare, vel ſordidam vitam ducere cogeretur, *cap. Diacони 23. diſt. nunc autem cap. 1. vbi gloſſ. 63. diſt.* non ſecus ac intereſt Reipublicæ mulieres eſſe dotatas *l. 1. cum ibi plenè traditis, ff. ſolut. matri.* ac propterea æquum eſt, vt non ipſo iure priuatio inducatur, ſed merita cauſæ diſcutiantur, ad hoc vt re tota diligẽter perpenſa, inſpici poſſit, An ſit dignus priuatione, vel Indulgentia, quia etiam talia delicta perperrantibus poſt pœnitentiam, & vitam laudabilem venia denegari minime ſolet, *cap. ſanè de cler. coniugat.*

17 Tertio reſpondetur, quod non ob id mitius punitur Clericus in ſacris conſtitutus per contractum matrimonii, quam puniatur conſtitutus in minoribus, non obſtante quod conſtitutus in minoribus priuetur ipſo iure. Ipſe autem per ſententiam, ſiquidem conſtitutus in ſacris præter priuationem per ſententiam redditur hæreticæ prauitatis ſuſpectus, adeo vt contra eum poſſit per inquiſitores procedi, *Butr. in l. 3. C. de Summ. trinit. & fid. cathol. quem ibi ſequitur Bald. propè fin. Abb. in cap. de homine miſſ. & conſil. 68. par. prima, Felin. in cap. cum quidam de iureiur. Afflict. in conſt. tit. 1. q. 7. Brun. de hæret. lib. 6. q. 13. num. 37. Alphonſ. de Caſtr. de iuſt. hæret. punit. Io. Lup. in cap. per veſtras, §. 18. ſub nu. 26.*

18 Quod ego intelligerem nulla factà diſtinctione, ſi clam, aut publicè contrahat, ſecundum opinionem Bernard. *Diaz d. cap. 74. quam latius probat Simanca de inſt. tit. 40. de Matrim. num. 9. 12. & 13.* & a qua non eſſe recedendum teſtatur *Pænia ad Emeric. Comment. 74. verſ. item Apoſtatæ à Religione lib. 2.*

Et quantum ex vſu animaduertere potui, hanc eandem opinionem ſequitur Sacratiſſimum ſupremæ Inquiſitioni Tribunal, pio cuius iuſtoque iudicio de Anno 1610. die 11. menſis Iulii publicè in Templo Diui Petri, quidam Marianus Siculus ex hoc ſolo iuſſus eſt abiurare, propterea quod cum vnam ex probatis Religionibus eſſet profeſſus, dimiſſo habitu Religioſo, matrimonium in prouincia Aprutii publicè contraxerat, quo facto hæretica prauitate ſe reddiderat ſuſpectum.

19 Quinimmo Clericus in ſacris conſtitutus contrahens ſponſalia per verba de præſenti, non ſolum redditur hæretica labe ſuſpectus, ſed etiam efficitur irregularis, adeo vt neq. ad maiores ordines valeat promoueri, neque in ſuſceptis miniſtrare, *cap. 1. & ibi not. Abb. extra qui clerici, vel vouentes, Io. Lup. in cap. per veſtras §. 18. num. 27. Diaz d. cap. 74. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 34. num. 5.*

20 Secundus eſt caſus, quando nullitas matrimonii oritur ex impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, aut ex alio ſimili impedimento, & in tali ſpecie duplex eſt inſpectio neceſſaria; Altera quãdo Clericus contraxit ignarus impedimenti quod inter eos intercedebat, & tunc quod clericus cenſeatur ipſo facto priuatus, eo quia facit actum omnino

cle-

clericatui contrarium, & animum vide-
tur habere renunciandi, vltrà relatos an
te omnes ſcripſerat *Bartholomæus Bri-
xien. q. 10. cui initium eſt.* Quidam cle-
ricus cum eſſet in minoribus, quem ſe-
quuntur *Barb. conſilio 11. columna
pen. verſ.. Prætrrea accedat ſimile, Iaſ. in.
l. vbi pactum num. 25. C. de tranſact.
Rom. conſ. 483. num. 6. Marſil. ſing.
386. Innalida circa med. Gig. de penſ. q.
54. num. 11. Couar. de de ſponſal. par. 2.
§. 3. ſub num. 4. verſ. quod ſi is qui habet
Aym. de antiq. temp. par. 4. poſt nu. 5.
verſ. rurſus contra Rebuff. de pacific. poſſ.
num. 223. alias 187. vbi atteſtatur ita
ſeruari de ſtilo Coraſ. de benef. par. 1. cap.
10. num. 10. Tiraq. de retract. conſang.
§. 26. gloſ. 2. num. 9. Vaſq. de ſuceſſ. pro
gr. §. 22. num. 64. Tholoſ. de benef. cap.
25. num. 4. Parij. de reſignat. lib. 1. q. 1.
num. 12. Ceuall. q. 147. num. 5. Cald.
de Emphiteuſi par. 3. cap. 5. nu. 14. Gon
zalez gloſ. 15. nu. 44. & gloſ. 57. nu. 44.*
Et hanc opinionem ſequuta eſt Rota in
Lucana de inſula ſancta 6. Iunii 1575.
coram olim Illuſtriſſimo Lancellotto.

Contrarium quod quinimmo data
ignorantia, & bona fide cum debita ſo-
lemnitate beneficium nõ amittatur ipſo
iure, neque per ſententiam tenuit *Garz.
d. par. 11. cap. 8. num. 8. & ſeq. ductus.*
21 Primo quod is qui contrahit ignoran
ter & bona fide, non facit actũ clericatui
contrarium, cum matrimonium ſit nul-
lum, & proinde non poſſit dici beneficio
priuatus.
22 Secundo quia in contrahente bona
fide non conſideratur delictum, ergo ne-
que poteſt conſiderari priuatio. Quibus
non obſtantibus veriſſima eſt communis
opinio, quibus arguméta Garziæ non re
fragãtur. Nõ quidẽ primum, quia nulli-
tas actus non facit vt animus dicatur ab
eſſe à facto, cum animus etiam ex facto
nullo detegatur, *l. legatum §. fin. ff. de
alimentis legat. l. fin. ff. de reb. eorum la
tè Decian. reſp. 41. num. 41. lib. 1.* Minus
refragatur ſecundũ, quia ad priuationẽ
non requiritur de neceſſitate delictum,
ſed ſufficit ſimplex voluntas verbo, vel
facto declarata ex allegatis.

Altera eſt inſpectio, quando Clericus
23 contraxit ſciens impedimentum, & tunc
Imol. in clem. gratiæ num. 25. de reſcript.
fuit in ſententia, quod non dicatur ipſo
iure priuatus, & ipſum integra conſulta-
tione probat *Dec. conſ. 166. Ego Philip-
pus, quibus etiam adhæſit. Ripa in l. 4.
§. condemnatum num. . . . ff. de re iud. pro
bus in cap. 1. num. 15. & 16. de cler. con-
iug. lib. 6.* Diaz *in praxi cap.* 80.

Eſt ratio quia mouentur, quoniam is,
qui ignorans matrimonium contraxit,
videtur habuiſſe animum amittendi be-
neficium, quod non eſt in eo, qui contra
xit ſciens impedimentum, quia talis
cum ſciat matrimonium conſiſtere non
poſſe, non videtur in ea voluntate, vt ve
lit beneficium amittere.

In hanc ſententiam ſatius quidem e-
24 go deſcendiſſem, ſola tantorum patrum
auctoritate ductus, niſi rationem qua
ducuntur, percepiſſem, ſed quoniam
ratio ipſa adeo debilis eſt, vt ſua de-
bilitate frangatur, ideo arbitror conclu-
ſionem eſſe firmandam generaliter, vt
ſiue ſciat, ſiue neſciat clericus impedi-
mentum, ſemper cenſeatur ipſo iure pri-
uatus, prout eam generaliter firmant
*Brixien. in d. q. 10. Io. Andr. in d. capi-
te Ioannes ſub num. 23. verſ. ſi vero non
tenet Doct. in d. cap. 1. de Cleric coniug.*
cæterique omnes paulo ſupra in præce-
denti inſpectione relati.
25 Ratio qua ad hanc opinionem impel
lor eſt prima, quia ad hoc vt clericus in
minoribus ordinibus conſtitutus dicatur
ipſo iure priuatus, non requiritur neceſ
ſario quod matrimonium valeat, ſed ſuf
ficit ſi faciat actum clericatui contrariũ,
per quem incapax reddatur ad benefi-
cium, prout fatentur omnes præcitati
Doct. *in ratione, quam aſſignant. Ideo ſi
efficiatur miles priuatur ipſo iure, Io. And.
in d. cap. Ioannes de cler. coniug. cum
aliis per* Gigan. *de penſ. q. 55. num. 2.*
At clericus in minoribus conſtitutus,
qui ſciens impedimentum contraxit ſpõ
ſalia per verba de præſenti, ſatis ſe de
clarauit laicum, cum actus taliter contra
hendi non competat niſi laicis, *d. cap. 1. de
cler. coniug.* cum aliis relatis per Couar.
de

Digitized by Google

de ſponſal.par. 2. §. 3.*nu.*1. *& ſeq.Ergo.*

25 Secunda is, qui ſcienter contrahit cũ ea quæ contrahere impediebatur, magis dicitur habere animum dimittendi beneficia quæ obtinet, quam habeat is, qui ignoranter contraxit, prout aperte probat *teſt.in cap. ſi beneficia de prabend.lib.* 6. quatenus ibi recipiens ignoranter beneficium ſedi Apoſtolicæ reſeruatum, vel alteri a Papa collatum, recuperat priora beneficia, ſi poſt quam hoc ſciuerit, beneficium receptum dimittat, Is vero qui recepit ſcienter nõ habet amplius
26 ad propria beneficia regreſſum. Eccè quod dimiſſio proprii beneficii magis cõiicitur in eo qui facit actum contrarium ſciẽter, quam in eo qui illum facit ignoranter, ac propterea dicendum eſt, animum renunciandi magis eſſe dicendum in contrahente ſciẽter, quam in contrahente ignoranter.

27 Tertia quando actus eſt ſui natura malus, tũc ſcientia nullitatis ipſius actus non excuſat à poena, ſed illa contrahitur, ſi actus ſit coeptus, quamuis non ſi perfectus, id ꝙ cõſtat *ex l* 1. C.*de ſepul. viol.* vbi contrectans ſcienter res religioſas effectas, tenetur læſæ religionis crimine, etiã ſi contractus fuerit ipſo iure nullus. Et ex *l.* 1. *ff. de extraord. crim.* vbi alienarum nuptiarum interpellatores, puniuntur, etiam ſi effectu potiti non ſunt.

Itẽ Et ex l. ſi quis non dicam rapere, vbi notatur, C. *de Epiſc. & cler.* vbi matrimonium attentatum cum moniali punitur, non ſecus ac ſi eſſet conſumatum.

28 Quibus concordat, quod notarius, qui conficit inſtrumentum falſum, punitur poena falſi, etiamſi inſtrumentum ſit nullum, iuxta diſtinctionem *Bart. in l. ſi quis legatum num.* 2. *ff. ad l. Cornel de falſ. & illum ſequuntur Bal.in l.*1 *ad fin.C.de ſepul. viol.* Salic. *ibidem, Felin. in c. tua not ſub numero quarto, de iure iur.*

29 Et quod teſtis, qui falſum depoſuit, quamuis depoſuerit in iudicio nullo, nihilominus punitur, idem *Bart.in d. l.ſi quis legatum num.*3.*Bal.in d. l.prima n.* 3.*C.de ſpecul. viol. cum aliis paulo ſupra citatis*

Et quod prohibitus impetrare reſcriptum, ſi impetret punitur etiam quod reſcriptum viribus careat, *capit. diſpendia de reſcrips. lib.* 6.*clem.*1.*eod.tit.*

Et generaliter(vt plura mittam quæ ad hanc rem confirmandam poſſent afferri) quod etiam ex actu nullo, & in valido coniiciatur qualis fuerit animus gerentis, eſt *teſt.l.legatum* §.*fin.ff.de adim. legat, l.finali vbi Bar.ff.de verb. eorum idem Bart.in l.gerit ſub num.* 18. *verſ.* 2. *aduerte ff. de acquir.hæred.Abb.in capit. primo in* 3.*notab.de ſuceſſ.ab inteſt.cum aliis per* Decian.*reſponſ.*41.*num.*41.*lib.*1. *Crott.conſ.*155.*num.*

31 Præterea, is qui ſciens contrahit in gradu prohibitio, in hoc plus delinquit, quia non ſolum facit actum clericis interdictum, ſed ex induſtria venit contra, Sacrorum Canonum præcepta *cap.* 1.*de eo qui duxit eam quam polluit adulterium c.* 2.*de cognat.Spiritual. Ideoq.maiori eſt poena plectendus l.final.ff.de iure dot.* Et ſaltim negari non poteſt, quin clericus contrahens in gradu prohibito, etiam ſi cogitaret matrimonium effectum ſortiri non poſſe, incideret in poenam, propter voluntatem pernicioſę libidinis, prout de interpellatore alienarum nuptiarum inquit *text.in d.l.*1. *ff.de extraord.crim.* Ex his omnibus ni fallor, patet rationem qua Imol. & Dec. ducuntur, vſq.adeo nõ probari, quod quinimmo ipſa & apertiſſimis iuribus, & rationibus improbatur, ac propterea concluſio tenenda eſt generaliter, nempè clericum per contractum matrimonii per verba de præſẽti cum muliere ſibi in gradu coniuncta, cenſeri ipſo facto priuatum, ſiue contraxerit ſcienter, ſiue ignoranter, & hæc quo ad ſecundum caput.

Tertium eſt caput, quando nullitas prouenit ex defectu ſolemnitatis, veluti quia nõ eſt contractum coram Parocho, & teſtibus, vel alias fuit contractum contra formam pręſcriptam per *Sacr. Trid. Concil.ſeſſ.*24.*de reform.* & tunc dici factum receſſum à clericatu, & eſſe inductam vocationem ipſo iure in facti contingentia reſpondit Rota *Lucana* 13. *Iunii* 1576. *coram olim.Cardinali Lancel-*

lotto

Digitized by Google

lotto, cuius auctoritate hoc ſcribit *Gratian. diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 5. ſub nu.* 39. Contrarium tenet *Garzia d. par. 11. cap. 8. num. 13 Eman. Roder. in Sum. cap. 30. num. 9. Vega par. 2. cap. 36. caſu* 20. Ad quartum mouentur tantum quod hoc ex actu nullo ex defectu formæ non obſeruatæ nõ incurritur poena, *Iaſ. in l. finali num.* 139. C. *de iure emphit. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 2. num. 6. cum aliis per* Lancellott *de decret. lib. 2. tit. 6. num. 20. Rota in Hyppore. gien.* Canonicatus 22. *Octobris* 1584. *coram Oradino.*

33 Quo non obſtante non eſt ab opinione Rotæ recedendum, quæ ſolida ratione nititur, nempè quod hæc vacatio inducitur ex ſola voluntate, quæ ſatis etiam ex actu nullo patet, *d. l. legatum §. finali ff. de adim. leg.* vnde licet ex actu nullo ex defectu formę non contrahatur poena, nihilominus exprimitur voluntas recedendi ab ordine clericali, qui receſſus inducit vacationem, *d. cap. 1. de cleric. coniug.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus per contractum matrimonii perdit etiam penſiones.*

2 *Tranſactio inter titularem, & penſionarium non valet poſt contractum matrimonium.*

3 *Penſiones amittuntur ſiuè matrimonium ſit validum, ſiuè non.*

4 *Penſio quæ datur pro miniſterio ſæculari non amittitur per contractum matrimonii.*

5 *Penſio quæ datur laico in defenſionem eccleſiæ non vacat per contractum matrimonii.*

6 *Penſio vt laico non vacat per contractum matrimonii.*

7 *Penſionem retinere poſſunt milites Lauretani poſt contractum matrimonii.*

8 *Penſionem retinere poſſunt milites Sancti Mauritii et Lazari, et S. Stephani poſt contractum matrimonium.*

ARGVMENTVM.

An ſicuti per contractum matrimonij per verba de præſenti vacant beneficia, ità extinguantur penſiones.

CAP III.

1 Regulariter per cõtractum matrimonii per verba de pręſenti clericus non ſolum priuatur beneficiis, ſed etiam penſionibus eccleſiaſticis; Illæ enim licet beneficium non ſint, *Gem. per illum text. in cap. quamuis el* [illegible] *num. 2. de præbend. lib. 6. Anchar. ibidem in 3. notab. Rebuff. de pacif. poſſ. nu. 92. et ſeq. cum aliis latè noniſſime congeſtis per D. Hieronymum Gonzalez in reg. de menſ. gloſ. 5. num. 1. & ſeq.* nihilominus ex quo ſolent reſeruari loco beneficii & perſona penſionarii inſpici ſolet vti clericus, per matrimonii contractum extinguuntur, *Rot. coram Put. deciſ. 459. lib. 1. & deciſ. 11. tit. de penſ. in manuſcript. Io. Paul. deciſ. 188. lib. 2. Ant. Auguſt. deciſ. 627. lib. 3. Caccialup. de penſ. q. 35. Gig. q. 54. qui ſub numero 4. poſt medium*, atteſtatur de praxi Romanæ Curiæ, quam ipſe contra ſe in propria perſona fuit expertus, ex quo per matrimonii contractum amiſit quaſdam penſiones ante ſibi vti clerico reſeruatas, *Clar. receptarum ſent. q. 74. verſ. clericus in fi. Cou. de ſponſ. par. 3. c. 6. §. 3. ſub num. 6. Pariſ. de reſign. lib. 6. q. 2. num. 115. Bermond. de Concub. §. qui vero ſolutus eſt num. 3. Nauar. de oratione cap. 21. num. 53. Ceuall. q. 147. nu. 3. Sanchez de matr. lib. 7. diſput. 44. nu. 5. & iterum* Rota in *Romana penſionis* 10. *Maii* 1610. *coram* R.P.D. *Coccino. et in* Tullen. *fructuum prioratus* 21. *Iunii* 1619. *corã eodem*, Et hæc eſt vera, & recepta ſententia, quicquid aliter parũ conſideratæ dixerit, *Sarnen. in reg. de annal. q. 21. num. 2.* cuius dicti Rota

non

non fuiſſe habitam conſiderationem patet ex *Put.d decif.* 11. *de penſ. in manuſcript. & aliis ſupra allegatis.*

2 Extenditur primo, vt poſt contractũ matrimonii per verba de præſenti nec valeat tranſactio, ſeu noua conuentio inter titularem, & penſionariũ ſuper eius ſolutione, neque poteſt ſuper ea aliquid innouari abſque Sedis Apoſtolicæ bene placito, *Rota in d. Tullen. fructuum Prioratus.*

Extenditur ſecundo, vt ad iſtum effectum ſufficiat probari matrimonium præſumptiuè, *Rota in eadem Tullen. fructuũ.*

3 Extenditur tertio, vt procedat ſiuè matrimonium fuerit validum, ſiuè nullum, & de facto contractum, dummodo non fuerit nullum ex defectu conſenſus, iuxta tradita in dicto præcedenti capite, & tradit in ſpecie *Rota in d. Tullen.*

4 Eadem concluſio ſic extenſa limitatur primo, ne procedat in penſione quę datur laico pro miniſterio, nam hæc per contractum matrimonii non expirat, quia ſtatus laicalis non eſt incompatibilis cum tali miniſterio, *Card. in clem.* 1. *§. eadem q.* 6. *num.* 5. *de ſupplenda neglig.* Pr*alat. ibique Imol. num.* 26. *verſ. Quaro quot ſunt ſpecies,* Caccialup. *de penſion. q.* 15. *Sarnen. de annali quaſt.* 21. *paulo poſt princ.* Gig. *de penſ. q.* 54. *n.* 1.

5 Et pari ratione limitatur ſecundo, ne procedat in penſione quæ datur laico per re vtiliter geſta, aut gerenda, in defenſionem eccleſiænam & hæc per matrimonii contractum non extinguitur, *Couar. de ſponſal. par.* 2. *cap.* 6. *§.* 3. *nu.* 6. *Greg. Lopez in l.* 41. *verb. el beneficio, tit.* 6. *par.* 5. *Salſedo ad Diaz cap.* 80. *§. amittit etiam,* Azor. *Moral inſt. lib.* 13. *cap.* 13. *q.* 8. *Lopez in inſtruct. par.* 2. *cap.* 49. *col.* 7. Et hæc quidem procedunt etiam ſi penſio eſſet reſeruata ad fauorẽ clerici in minoribus conſtituti; nam cum talis penſio non ſint incompatibilis cum ſtatu laicali, ſi recedat à Clericatu non extingitur, *Gigas d. q.* 54. *num.* 3. *&* 6. *Sanchez lib.* 7. *diſput.* 44. *num.* 4.

6 Limitatur tertio, ne procedat in penſione eccleſiaſtica reſeruata vti laico, quia iſta non vacaret per contractum matrimonii, cum per illud reducatur ad ſtatum in quo fuit reſeruata, *Gigas loco cit. Caccialup. q.* 30. *Salſedo, Lopez, & alii quos refert, & ſequitur Sanchez loco cit. num.* 7. ego tamen licet ſpatio 25. annorum in Curia diuerſatus, numquam vidi penſiones reſeruari niſi vti clerico, & ſi quando Pontifex reſeruat ad fauorem laici, ſemper adiicit clauſulam poſtquã clericali charactere fueris inſignitus, vel ex gratia quãdoq. conſueuit diſpẽſare, vt poſtquã clericus fuerit effectus, nõ teneatur per aliquod tẽpus incedere in habitu, & tõſura quæ tñ diſpẽſatio nõ cõſueuit niſi ad fauorẽ magnatis cõcedi.

7 Limitatur quarto, quando is ad cuius fauorem fuit penſio reſeruata ante contractũ matrimoniũ emit officiũ militum Lauretanorũ, ij enim ex peculiari priuilegio poſsũt retinere penſionẽ eccleſiaſticam vſque ad ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera non obſtante matrimonio contrahendo, & bigamia ex conſtitutione *Siſti Papæ Quinti,* 15. *in ordine Bullarii nouiſſime impreſſi,* cuius diſpoſitio vindicat ſibi locum non ſolũ ſuper beneficiis liberę collationis, ſed etiam de iurepatronatus, *Rota in Lucana penſionis* 17. *Februarii* 1592. *coram Orano,* nec ſolum ſuper beneficiis de iurepatronatus priuatorum, ſed etiã Principum, & Regum, vt in facti contingentia reſpondit *Rota in Terulen. penſionis* 15. *Settembris* 1600. *corã Ill. D. meo Cardinali Sacrato.*

8 Et ſimiliter limitatur quinto, ne procedat, ſi ſuſcipiat habitum militiæ Sanctorum Mauritii, & Lazari; Nam ſi deinde contrahat matrimonium ſecundum dictę militiæ ordinationes, remanet capax penſionis vſque ad ſummam ducatorum 400. auri de Gamera, ex peculiari priuilegio ad fauorem d. Religionis indulto per fel. record. *Clem. viii. in Conſtitutione* 102. *§.* 13 *in ordine Bullarii.* Idem erit ſi ſuſcipiat habitum militiæ S. Stephani, quia etiam coniugatus, & bigamus remanet capax eccleſiaſticę penſionis vſque ad ſummam 400. ducatorum auri de Camera ex Conſtitutione *Fel. rec. Pauli, V.* 46.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Vacatio uou inducitur neque ſit receſſus ab ordine elericali per contractum ſponſaliorum per verba de futuro.*

2 *Sponſalia per verba de futuro nõ indueunt ſtatum incompatibilem cum Clericatu.*

3 *Articuli quales debeãt eſſe in impetratione beueficii per contractum matrimonii.*

ARGVMENTVM.

An ſicuti per contractum matrimonij per verba de præſenti vacant ipſo iure beneficia, & extinguũtur pẽſiones, ita dicãtur vacare, & extingui per ſponſalia per verba de futuro.

CAP. IV.

1 PEr conttactum ſponſaliorum per verba de futuro non fieri receſſum ab ordine, & conſequẽter non induci vacationẽ beneficiorum ſctibunt *Io. Andr. iu cap. Ioannes ſub num. 23. verſ. Item ſicut per acceptationem de eler. eoniug Butr. iu c. 1. num. 1. eod. tit. ibique Abb. num. 1. Boich. iu d. c. diuerſis ſub uum. 10. circa med. Franch. in c. vnico iu princ. num. 3. de cler. eouiug. lib. 6. ibique Gem. uum. 3. Auchar. num. 1. Prob. uum. 10. Staphil. de litt. grat. tit. de variir modis vacand. verſ. Quiutus vacationis modus, Couar. iu 2. par. de ſponſ. c. 6. §. 3. uu. 4. Clar. in §. fiu. q. 73. num. 3. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. § 22. num. 47. Aufrer. ad dec. Tholoſ. 240. uum. 3. Rot. dec. 1. & 2. de eler. eoniug. in autiq. cũ aliis Franeb. de matr. lib. 7. diſput. 42. numero primo Rot. deeiſio. 772. ſub num. 2. verſ. Et quamuis ob ſola ſponſalia p. 2. in recent. quibus addendus eſt Garz. de beneſ. par. 11. eap. 8. num. 19.*

2 Ratio eſt, quia ſponſalia pet verba de futuro non inducunt ſtatum incompatibilem, ſed ſunt via ad illum comparandum, adeo vt taliter contrahens æquiparetur acceptanti ſecũdũ beneficiũ curatũ, quiquidem nunquã cẽſetur dimittere primum, niſi ſequatur poſſeſſio ſecundi, vel niſi ſtet per ipſum nihil aliud agere habentem, quam poſſeſſionem apprẹhendere, *cap. licet de prabend. lib. 6.* & ideo niſi ſponſalia per verba de futuro tranſeant in verba de præſenti, non intelligitur recedere à ſtatu ordinis, neque beneficiis renunciare. Hinc cauti
3 debent eſſe aduocati, ſi aliquando contingat eos patrocinari pro impetrantibus beneficia per contractum martimonii, vt in Articulis compræhendant contractum matrimonii per verba de præſenti legitime coutractum, alias non ſatis erit ad victoriã probare ſponſalia per verba de futuro, *Rota docet deciſ. 21. de probat. antiq. & deciſ. 1. de cler. coniug. in nou. Stapbil. de litteris gratia tit. de mod. vacat. verſ. quintus vacationis modus ſub num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Miles effectus quis dicatur.*

2 *Clericus quaudo dicatur effectus miles ſeculi. & num. 9.*

3 *Deſcriptio in matricula au ſufficiat vt quis cenſeatur miles effectus.*

4 *L. Scriniarios. C. de teſtam. milit. intelligentia.*

5 *L. vn. ad fin. C. de bono. poſſeſ. ex teſtam. mil. quomodo iutelligenda.*

6 *Papin. in l. penult. ff. de milit. teſtam. ſenſus declaratur.*

7 *Cingulum erat ornamentum militia.*

8 *Intellectus d. l. penult.*

10 *Militia caleſtis & ſecularis ſunt ad iuuicem contraria.*

11 *Plures diuerſi generis militia in eadem perſoua non compatiuntur.*

12 *Clericus miles effectus ſtatim videtur beneficio renunciare.*

13 *Vaſallus effectus clericus quando amittit feudum.*

14 *Cardin. opinio repellitur.*

15 *Regula quod nou expreſſum in iure quomodo procedat.*

16 *Clericus miles effectus ſi reuertitur ad clericatum nou recuperat beneficia.*

Tt *Etiam*

17 *Etiam ſi non ſint alteri collata.*
18 *Vaxalus effectus clericus ſi reuertitur ad ſeculam non recuperat feudum amiſſum.*
19 *Clericus effectus miles, reuerſus paucis poſt diebus ad clericatum, etiamſi ſaua non exercuerit, non recuperat beneficia.*
20 *Poenitentia non reuocat vacationem iam perfectam.*
21 *Graſſii opinio excutitur, & reprobatur.*
22 *Clericus effectus miles, ſi ſaua non exercuit, non priuatur priuilegio clericali.*
23 *Beneficiorum, et clericalis priuilegii amiſſionis differentia.*
24 *Aetas decem et nouem annorum idonea cenſetur ad eligendam vitam militarem.*
25 *Plena pubertas quando dicatur.*
26 *Per militiam extinguntur etiam penſiones.*
27 *Penſio non dicitur beneficium etiam ſi fuerit in titulum aſſignata.*
28 *De ſtylo curiæ penſiones non niſi clericis reſeruantur.*
29 *Facultas transferendi penſiones intelligitur vt tranſlatio fiat in clericos.*
30 *Clericus in ſacris conſtitutus, ſi miles efficiatur, non deſinit eſſe clericus.*
31 *Nec eius beneficia vacant.*
32 *Clericus cum exercitu commeatum faciens in habitu clericali, non deſinit eſſe clericus.*
33 *Clericus miles effectus, non amittit poſſeſſionem beneficii.*
34 *Poſſeſſio beneficii in caſu propoſito poteſt à iudice alteri relaxari ipſo clerico non citato.*

ARGVMENTVM.

Clericus per ſuſceptionem cinguli militaris quando dicatur receſſiſſe à ſtatu ordinis clericalis, cuius occaſione plenè diſputatur quando dicatur miles effectus, & expenditur intellectus l. Scriniarios C. de teſtam. milit. & in l. penult. ff. de militar. teſt.

CAP. V.

DIuerſæ adeo videtur inter ſe Iuriſcōſultorū ſētentię, vt non facile ſit conſtituere, quis dicatur miles effectus. ideo antequam
1 dicamus quando per ſuſceptionem cinguli militaris dicatur clericus receſſiſſe à ſtatu ordinis, præuia quadam inſpectione videndum eſt, quis dicatur miles effectus. Et quidem quod requiratur vt in militum numeros (nempè in militarem matriculam ſit relatus) ſatis perſpicuè pronunciauit *Vlpian. in l. ex eo tempore ff. de militari teſtament.* ſubdens; nec ſufficeret ſi cum exercitu etiam publicis expenſis iter faciat.

Cui concordare videtur *Inſt, in l. final. §. iubemus, C. locati,* quatenus milites deffinit eſſe eos, qui ſub magiſtris militum militiam tolerant, & qui in vndecim Scholis taxati ſunt. Item & *Modeſt. in l. ſi duas §. primo, ad fin. de excuſat. tut.* vbi ita demum Grammaticæ Profeſſores Immunitatis priuilegio gaudere ſcribit, ſi ſint in numero conceſſo deſcripti.

2 Ex quibus quidem iuribus dicendum iure merito videtur, nuſquam dici poſſe clericum eſſe militem ſęculi effectum, niſi ſit in militum matriculam deſcriptus, prout etiam deſumi poteſt, ex iis, quæ tradidit *Bald. in dicta l. duas ſub numero ſeptimo, poſt gloſ in l. tertia, C. de officio Magiſtri milit.*

3 At quod nec ſufficiat deſcriptio in matricula cautum videtur per Anaſtaſium Imperatorem in *l. Scriniarios C. de teſtament. milit.* vbi præcipit

Appa:

Digitized by Google

Apparitores, & Scriniarios, etiam ſi in militum matriculam ſint relati non poſſe vltimas voluntates iure militari condere.

Cæterum quod ſatis ſit, ſi fuerit militiæ deſtinatus, apertiſſime pronunciat. tum *Vlpia. in l. vnica. ad fin. ff. de bon. poſſeſſ. ex teſtament. milit.* dum ait, eſt enim miles, quamuis in numeris non ſit, tum etiam *Papinian. in l. penult. ff. de milit. teſtament.* vbi filius familias in comitatu Principis retentus, cingi confeſtim iuſſus, teſtamentum de Caſtrenſi peculio facere poteſt.

Vt ergo diſſonæ ſententiæ in conſonantiam redigantur, concluſionem conſtituas, requiri ad hoc vt clericus dicatur miles effectus, quod eius nomen in militum matriculam ſit relatus, que quidem concluſio ex Iuribus primo loco relatis ſatis ſuperque firmatur.

4 Ea ſic conſtituta, iura quæ aliquid diuerſum videntur innuere ſic declares Reſponſum *Anaſtaſii in l. ſcriniarios* (vt deſumitur ex traditis ibi per *Bal.*) intelligendum eſt de Tabellionibus militum, qui iniuſte, & per malitiam procurabant eorum nomina redigi in matriculam militum, cum alioquin illi non militarent, qui propterea carere debebant priuilegiis militiæ, cum non exercerent ſpectantia ad militiam, *Bart. in l. qui ſub prætextu. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Bald. in rubr. C. de exercit. cum aliis per Maſcard. concluſione* 1035. *numero decimo. Vlpian.* autem in *dicta l. vnica in fin.* loquitur de tranſlato de vno numero in alium, qui miles dicitur, quamuis ſit exemptus à primo numero, & in nouum numerum ad huc non ſit relatus, quaſi dicat quod hic ſit miles, quamuis ad huc non ſit huius numeri, ad exemplum Monachi qui ſi de vna Religione transferatur in aliam, non deſinit eſſe Monachus, *capitulo vlt. cum ibi trad. extra de Apoſtat. capitulo Intelleximus de aet. & qualit. Lap. alleg.* 33. & 130. *num.* 4.

6 Reliquum, eſt vt *Papiniani* ſenſum aperiamus in allegata *l. penult. ff. de milit. teſtament. Accurſ. in dicta l. ex eo tempore verb. relatus & Bar. ibidem ante num. quintū, ſcripſerunt legē ex eo tempore*, eſſe declarandam ſecundum *l. final.* adeo quod vt dicatur effectus miles, ſufficiat ſi iuſſus ſit cingulo cingi. Sed mihi longe alius videtur illius *l.* intellectus. Siquidem ex eodem textu conſtat filium familias inſignia militiæ fuiſſe aſſecutum, vt patet ibi, militia exornatus, ornamentum namque militię cingulum fuiſſe liquet ex *textu in l. Titius, & in l. quod dicitur* §. *primo, ff. eodem titulo de milit. teſtament.* Vnde qui ab Imperatores ignominia afficiebantur plerum que diſtinguebantur, vt *Liuius libro ſeptimo, & Tranquillus in Auguſtum teſtantur*: Et quemadmodum cingi, qui ad aliquam militiam promouebantur, Ita qui exauctorabantur diſcingi conſueuerant, quod *Herodianus libro ſecundo, demonſtrat.* cum Prætorianus militibus ob Pertinacis cædem poenam irrogat.

Et ſatis docent, Imperatorum conſtitutiones quæ cinguli ademptione militares Viros ſæpè mulctant, vt in *l. prima, C. ne rei Dominicæ vel templorum l. quarta*, §. *Igitur C. de ſum. Trinit. et fid. Cathol.* cum aliis quæ ad hoc probandum ad ferri poſſent.

Difficultas ergo omnis (vt quid ego ſentiam breuiter aperiam) oritur ex voce illa confeſtim, quæ triecta totum illius reſponſi ſenſum perturbauit: Ideoque loco ſuo repoſita cuncta plana remanebunt. Sed prius facti ſpeciem effingemus. vt facilius veritas appareat: Filius familias factus eſt Eques militaris, & incomitatu Principis retentus, Pater ei ad militiam proficiſcenti aliquid dederat in vicem Caſtrenſis peculii (nam Caſtrenſe peculium dicitur etiam quod proficiſcenti ad militiam datur, licet nondum relatus ſit in numerum Cinctorum

l. 3. §. ſed ſi in Caſtra ff. de donat. inter Vir. & vxor.) quęrebatur An poſſet facere teſtamentum de Caſtrenſi peculio? *Papin.* reſpondit cingi iuſſus, confeſtim teſtamentum de Caſtrenſi peculio facere poteſt, ac ſi dicat ſtatim atque iuſſus eſt cingi, id eſt, militia ornatus eſt, teſtamentum de Caſtrenſi peculio facere poteſt; Ergo vox illa, *confeſtim*, reponenda eſt poſt vocem, iuſſus, vt ſic legamus.

Filius familias equeſtri militia exornatus, & in Comitatu Principis retentus, cingi iuſſus, Confeſtim teſtamentum de Caſtrenſi peculio facere poteſt. Sic legendum animaduertit *Iacob. Cuiaccius* multiiugae eruditionis Vir, & in legum ſenſibus perpendendis accuratiſſimus, *libro ſexto reſponſorum Papin. ad l.* 44. Huius intellectus veritas demonſtratur; nam ſi idem eſt militia exornari, & cingi, vt ſupra probatum eſt, vtique in paucis verbis *Papin.* fuiſſet contraria loquutus, quod de tanto Iuriſconſulto dicendum non eſt. Huic accedit quod *Papin.* ſimpliciter reſpondit poſſe teſtamentum facere de Caſtrenſi peculio, quod proprium eſt priuilegium filiorum familias qui, eo vtuntur etiam circa expeditionem, dummodo quo ad reliqua ſeruent Iuris ciuilis ſolemnitates, *§. Illis autem Inſtitut. de milit. teſtam.*

9 Proinde firma remanet concluſio ſupra firmata, quod ad hoc, vt clericus dicatur miles effectus, requiritur quod eius nomen ſit in militarem matriculam relatum, qua conſtituta Dicendum eſt, clericum dici recedere à ſtatu ordinis, & ad ſęculum reuerti, ſi in minoribus conſtitutus efficiatur miles, quam quidem concluſionem, præter *gloſ. & Io. Andr. & alios in capitulo final. de Cleric. coniug. probant gloſ. in capitulo quia frater*, §. Ambitionis *ſexta, quæſt. prima, Barbat. conſilio vndecimo, col. vlt. verſiculo præterea, libro primo, Gigas de penſ. quæſt.* 55. *numero ſecundo cum aliis infra allegandis.*

10 Ratio eſt, quia ſunt ad inuicem contrariæ, militia Cæleſtis, & ſæcularis, *capitulo ex multa, §. final. extra de voto, capitulo qui in aliquo, 51. diſtinct. l. repetita, C. de Epiſcop. & cleric. l. conſulta diualia, C. de teſtament.* Nec ſimul
11 compatiuntur in vna, eademque perſona plures diuerſi generis militiae, *l.* Ius *quidem, §. Impoſterum, C. qui milit. non poſs. libro duodecimo*, Sicuti incompatibile reputatur, quod vel diuerſa eodem tempore quis habeat Collegia, vel plures obtineat honores, *l. libertus, §. præſcriptio ff. ad municip. l. final.*
12 C. *de Aſſeſſor.* Hanc autem concluſionem multipliciter extendas; Primo, vt clericus miles effectus, adeo dicatur à ſtatu ordinis alienus, vt proinde ſtatim atque declaratur miles, videatur ipſo facto beneficio renunciare, *Io. Andr. in dicto capitulo final. de cleric. coniug. Barb. & Gigas loco ſupra citato Rebuff. de nominat. quæſtione vltima, Clar. in §. final. quæſt.* 73. *ſub numero ſexto, verſiculo item clericus*, Pariſ. *de reſignat. lib. primo, quæſt. prima, numero vigeſimo ſecundo.*

13 Similiter ſi Vaſſallus efficiatur clericus, aut ingrediatur Religionem, propter incompatibilitatem, amittit ipſo iure feudum, cui ille renunciare videtur, quatenus feudum habeat annexum ſeruitium perſonale, quod honeſtè à clerico, aut Religioſo pręſtari non poſſit, *Bart. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, numero tertio, ff. de damn. infect. Doctr. communiter in Auth. Ingreſſi. vbi præſertim* Salicet. *numero vndecimo teſtatur de communi, C. de Sacroſ. Eccleſ. capitulo in præſentia, vbi præcipue Dec. numero* 290. *Alex. conſilio decimo, numero octauo, libro quinto, Curt. iun. de feud. in ſecunda par. tertia par. princ. quæſt. decima, numero* 24. *Aym. conſilio* 310. *numero decimo ſexto*, Ruin. *conſilio* 42. *numero nono, libr. primo, cum aliis per* Clar. *in §. feudum quæſt.* 78. *num. primo, & quarto, cum ſequent.* Cephal. *conſilio primo, ſub numero vigeſimo ſecundo, &* 26. *Molina de primog. libr.*

libr. primo, cap. 13. num. 84.

Contrarium in hac prima extenſione cenſuit Cardinalis Florentin. in *d. cap.*
14 *fin.* duplici ratione ſuffultus, primo, quod non reperiatur expreſſum in iure, quod clericus per militiam dicatur priuatus, ergo non eſt à nobis inducenda priuatio, *arg. c. odia de regul. iur.* ſecundo, quod clericus, qui militiæ nomen dedit, æquiparatur contrahenti ſponſalia per verba de futuro, per quę non dicitur fieri receſſus, neque inducitur vacatio, ex *late traditis in præcedenti capite.* Quibus non obſtantibus recedendum non, eſt ab opinione *Io. Andr.* cui Argumenta Cardinal. non obſtant, ſi quidem primũ procedit quando ageretur de priuando clerico propter delictum, tunc enim ſi priuatio nõ eſt à iure ſpecialiter inflicta,
15 neque poterit ex *Doctorum* opinionibus imponi, *gloſ. in capitulo final. verb. ex vi in fin. de Iurepatr. quam ibi ſequuntur Hoſtienſ. numero quarto, Anchar. numero quinto*, *Abb. numero ſeptimo, in fin.* ſecus in caſu noſtro, in quo agitur de inducenda vacatione, quæ reſultat ex facto, per quę arguimus clericum habuiſſe animum renunciandi. Vnde *Io. Andr.* non loquitur de priuatione, ſed magis de incompatibilitate, prout liqueat ex exemplis, quæ ſubiicit. Non obſtat ſecundum, quia ſimilitudo non eſt bona, ſiquidem per ſponſalia per verba de futuro actus non eſt perfectus,
16 At per militiæ cingulum iam fuit incompatibilitas inducta, & per conſequens fuit perfecta vacatio, ac ideo etiam ſi clericum poeniteat, nihilominus redeundo non recuperat beneficia, quæ iam ſemel vacarunt, prout dicimus de eo, qui contraxit ſponſalia per verba de præſenti, & copula non fuit ſequuta, veluti quia vel ſponſa mortua eſt, vel fuit ingreſſa Religionem, quia hic non recuperat beneficia, quæ ante obtinuerat, Doctores communiter *in capitulo primo, de Cleric. coniug. Diaz in prax. capitulo 74. Couar. de ſponſal. par. ſecunda, capitulo primo, numero ſecundo*, cum aliis quos ſupra retuli *num....*

17 Extenditur ſecundo, vt clericus effectus miles, in tantum videatur eccleſiaſtico beneficio renunciare, vt ſi ex integro redeat ad clericatum non recuperet beneficium, quamuis non ſit alteri collatum, quia iam per militiam fuit inducta vacatio ex præſumpta, & ſpontanea ipſius militis voluntate, quæ proindè ſi ne noua collatione non reuiuiſcit ex traditis in ſimili per Doctores *in capitulo primo, de cleric. coniug.* vbi præſertim *Abb. numero ſexto*, Et facit in ſimi-
18 li quod vaſſallus effectus clericus, vel Religionem ingreſſus, ſi poeniteat, & reuertatur ad ſęculum, non recuperat feudum amiſſum, *capitulo vnic. de feud. foemin. et ibi Iſern. ſub numero tertio, gloſ. in capitulo vnic. in princip. de Vaſſallus qui arma bellica depoſuit.*

19 Extenditur tertio, vt procedat etiam ſi poſtquam fuerit in Matricula militum deſcriptus poeniteat, & paucis poſt diebus antequam ſæuam exerceat depoſito congulo militari, iterum veſtes clericales reſumat, nam nihilominus dicetur à ſtatu ordinis receſſiſſe. Ità quod noua clericalis habitus reſumptio ad recuperanda beneficia, quæ ante militiam obtinebat illi non ſufficiat. Hæc concluſio ex his, ſunt hactenus dicta, manifeſte probatur; Siquidem conſtat, ſatis eſſe ad hoc vt quis dicatur effectus miles, ſi eius nomen in militari matricula deſcribatur, ex *l. ex eo tempore ff. de milit. teſtament.* cum aliis, quos latius ſupra attulimus *numero ſecundo, et nono*, Conſtat etiam vacationem per militiam cenſeri inductam ipſo iure ex *gloſ. Io. Andr. et coeteris in capitulo final. de cleric. coniug. cum aliis allegatis ſupra num. 12.*

20 Ex his ergo ſequitur, quod quamuis militem poeniteat, hæc tamen poenitentia vacationem iam inductam, non reuocat, prout neque reuocatur illa quæ fuit inducta per contractum matrimonii, licet matrimonium ſuum

Tt 3 non

non ſortiatur effectum, *Collectar. in d. cap. primo, de cler. coniug. & ibi Butr. nu. 7. Abb. num. 6. Aufrer. ad* Capell. *Tholoſ. deciſ.* 239. *verſ. Adde quod ſi ſponſa, Imol. in clem. gratiæ verb. reſignauerit, de reſcript. Præpoſit. in cap. placuit propè fin.* 32. *diſtinct. Didac. de ſponſal. par.* 2. *cap.* 6. §. 3. *num.* 4. *Rota deciſ.* 21. *de probat. in antiq. & deciſ. prima de cleric. coniug. in nouiſ.* Ex his patet non benè ſenſiſſe *Iacobum* Graſſium (Virum alioqui peritiſſimum,) dum in hac facti contingentia conſultus *conſ.* 1. *tit. de cleric. coniug.* reſpondit clericum qui in minoribus, & in decimo nono ætatis anno conſtitutus nomen dederat militiæ ſæculari, dimiſſo habitu clericali, & poſt quindecim dies pœnituit non amiſiſſe beneficium, nam ex his, quæ hactenus dicta ſunt, ſatis ſuperque conſtat, vacationem induci per militiam ipſo iure, & militem cenſeri effectum ſtatim atque deſcriptus eſt in matricula militum. Conſtat præterea in huiuſmodi materia non eſſe locum pœnitentiæ, neque inſpici An actus vacationis duret, ſed ſufficit quod ſemel fuerit vacatio inducta, & proinde non bene applicantur ea, quæ dicuntur per *Graſſium*, ad probandum non eſſe habendum conſideratione tempus modicum.

22 Nec refert ſi dicatur, quod is, qui ſe cit ſe militem, & ſæua non exercuit, non priuatur priuilegio clericali iuxta *doctr. Innoc. in cap.* 1. *ſub num.* 3. *& Hoſtienſ. ſub num.* 4. *verſ. Alii contra aſſerentes extra de apoſtat.* quos ibidem ſequuntur *Anan. ſub nu.* 11. *verſ. ſecus ſi non exerceat* Abb. *num.* 7. *&* 8. *Bened. Capr. reg.* 23 94. *numero* 12. Quia pro reſponſione conſiderandum eſt, diuerſimode clericum amittere beneficium, & priuilegium clericale, nam & ſi clericus in minoribus conſtitutus vtrumque poſſit amittere ex propria voluntate declarata per actum contrarium clericatui; in hoc tamẽ differunt, quia beneficium, poſtquam ſemel vacauit, fuit amiſſum irreuocabiliter, ita vt amplius non recuperetur niſi ex noua collatione, *Abb. & reliqui in d. cap. primo num.* 6. *de cleric. coniug. cum aliis ſupra allegatis*, At priuilegium clericatui contrarium, & ſic per militiam nõ amittitur irreuocabiliter, ſed eatenus, quatenus ipſa militia durat, vt probat apertè *text. in clem.* 1. *verſ. quandiu de vit. & honeſt. cleric. & ibi gloſ. in verb. recuperabunt*, *quam Doct. communiter probant.* non eſt ergo bonum argumentũ recuperat priuilegiũ clericale, ergo recuperat beneficiũ. Neque crederem in ſpe

24 cie per Graſſium propoſita excuſari poſſe clericum tanquam puerũ propter ætatis imbecillitatem, quia ætas decem & nouem Annorum exiſtimatur idonea ad eligendam vitam militarem, ſicut reputatur ſufficiens ad eligendam vitam monaſticam, etiam locis in quibus dura eſt Congregatio monachorum, *cap. quia in inſulis, extra de regular. vbi gloſ. & Abb. num.* 2. adnotarunt puerorum appellatione non venire, niſi eos, qui ſunt intra decem, & octo Annos conſtituti.

25 Vnde plena pubertas, in decẽ, & octo annis definitur, *l. arrogato ff. de adoption.* §. *minorem inſtit. eod.* Et legatum alimẽtorum vſque ad pubertatem relictum, vltra decem annos non debetur, *l. item me la ff. de aliment. & cibar. legat.*

26 Quarto, eandem concluſionem extendas, vt per militiam nedum cenſeantur vacare beneficia, quæ clericus obtinebat, ſed etiam remaneant extinctæ penſiones, ſi quæ ſibi in titulum, vti clerico erant aſſignatæ, *Laur. in clem.* 1. §. *eadem de ſupplend. neglig. Prælat. quem ibidem ſequuntur* Card. *in* 6. *q. num.* 5. *Imol. num.* ... & iterum *Card. in clem.* 1. *q.* 18. *nu.* 19. *de reb. eccleſ. non alien. Paul. de Roma in tractatu de penſ. cap.* 3. *num.* 4. *Caccialup. in eod. tract. q.* 15. *Gigas q.* 65. Licet enim penſio in titulũ

27 aſſignata nequeat, dici beneficium ex pluribus congeſtis per *Pariſ. de reſign. lib.* 6. *quaſt.* 4. *numero* 52. *& ſeqq. & latius per Hieronymum Gonzalez in reg. menſibus gloſ.* 5. §. 5. *à num.* 1. *vſque ad* 36. nihilominus ſatis eſt, quod per militiam deſinat eſſe clericus, quia clericatus

catus fuit qualitas ſine qua reſeruatio facta non fuiſſet, & ideo qualitate reſeruationis ceſſante, remanet extincta ipſa reſeruatio, *ex regul. c. cum ceſſante de ap-*
28 *pell. cum concord.* Et hæc eo magis vendicant ſibi locum hoc tempore, quo ex ſtylo Romanæ Curiæ introductum eſt, vt penſiones regulariter reſeruari non ſoleant niſi clericis, & ſi quando Pontifex reſeruat ad fauorem non clerici ſolet apponere clauſulam, poſtquam charactere clericali fueris inſignitus, qui quidem ſtilus fuit habitus in *Rota* pro conſtanti in cauſa *Terulen. penſionis* 13. *Nouembris* 1596. *coram olim* R. P. D.
29 *Penia.* In qua cauſa *Rota* etiam cenſuit quod facultas conceſſa ſimpliciter clerico, vt poſſit transferre in alios pēſiones quas obtinet in dubio debet intelligi, vt poſſit transferre in alios clericos, non autem in laicos, & propterea tum ſub die ſupra citata, tum etiam *ſub die* 28. *Iunii eiuſdem Anni* 1596. coram eodem irrita & nulla fuit iudicata tranſlatio in non clericum facta, non obſtante quod facto eſſet in nouitium Religionis Calatrauæ. Cæterum hæc eadem, vt ſupra, extenſa concluſio tribus potiſſimum modis eſt limitanda.

30 Primo, ne procedat in clerico in Sacris conſtituto; hic enim & ſi millies procurauerit nomen ſuum deſcribi in numeros militares, non propterea deſinit eſſe clericus, cū non ſit in poteſtate ſua ad ſæculū reuerti, ſed cogendus eſt militiā deſerere, agere poenitentiā, & ad eccleſiaſtica munera reuerti, non ſecus ac cogitur quando matrimonium contraxit, *cap.* 1. *§ ſed ſi in ſubdiaconatus, & cap. ſanè de cleric. coniug. cap.* 2. *&* 16. *Abb. qui clerici, vel vouentes cap. decernimus* 28. *di-*
31 *ſtinct.* quæ res eſt in cauſa vt in clerico in ſacris conſtituto non cenſeatur ipſo iure inducta vacatio beneficiorum, ſed magis veniat inducenda per ſententiam *ex trad. per gloſ. in d. cap. primo, verb. dimittere, Io. Andr. in cap. Ioannes ſub num.* 28. *verſ. ſi vero tenet de cleric. coniug. Præpoſ. in capit. fin. qui clerici, vel vouentes, Euerard. conſ.* 111. *ſub. num.* 3. *verſ. contrarium tamen Stephan. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. deciſ.* 239. *verſ. Adde ſi clericus.*

32 Secundo limitatur ne procedat in clerico in minoribus conſtituto, qui cum exercitu commeatum faciat, in habitu tamen clericali, forte vt exercitui, in eccleſiaſticis miniſteriis inſeruiat, nam hic & miles dici non poteſt, & in eccleſiaſtico munere diuerſatur, ac proinde dici nequit reuerſus ad ſæculum, nec facere actum clericatui contrarium.

33 Tertio Limitatur, vt quamuis per militiam dicatur ipſo iure inducta vacatio beneficiorum, nihilominus illa operetur tantum quoad vacationem poſſeſſionis, adeo vt ſimiles adhuc retineat poſſeſſionem beneficii non poterit alter de beneficio prouiſus capere poſſeſſionem, niſi vel miles conſentiat, vel primum ab eo auferatur poſſeſſio auctoritate iudicis, *Innoc. in cap. cum noſtris col. prima verſ. & ex his, & Imol. num.* 33. *verſic. primo caſu, de conceſſ. prebend. Idem Innoc. in cap. accepta, verſ. alíis autem,*
34 *vbi Abb. de reſtit. ſpol.* quam tamen poſſeſſionem tradere poteſt iudex non citato, neque alias vocato eo, qui poſt vacationem, vel priuationem detinet beneficii poſſeſſionem, cum de eius non iure notorie conſtet, *Innoc. in d. cap. accepta, verſ. alíis, & ibi Abb. & reliqui Rom. conſ.* 499. *num.* 5. *in l. ſi pacto quo poenam num.* 5. *C. de pact. Ferret. conſ.* 181. *num.* 5. *& conſ.* 188. *n.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Habitus clericorum non reperitur in iure determinatus.*
2 *Veſtes clericis decentes quæ dicantur.*
3 *Veſtes clericorum debent eſſe longa vſque ad talos.*
4 *Ex diſpoſitione iuris communis clericus quando amittat priuilegium.*
5 *Monitio facta in ſinodo etiam vnica ſufficit contra clericum.*
6 *Monitio facta in ſinodo habet vim conſtitutionis.*
7 *Conſtitutio* Sixti *Papæ Quinti quid diſponat circa clericos nō incedentes in habitu*

tu, & tonſura.

8 *Clericus quando amittat priuilegium canonis.*

9 *Percutiens clericum incedentem in habitu laicali inciditin can.limita vt nu.*10.

11 *Diſpoſitio derogans cenſetur tantum derogare id quod eſt expreſſum.*

12 *Quod non eſt reuocatum, ſtare non probibetur.*

13 *Hodie ex diſpoſitione Concilij quando clericus dicatur priuatus priuilegio fori.*

14 *Clericus ex diſpoſitione concilii in quibus caſibus gaudeat priuilegio fori.*

15 *Inſeruiens diuinis abſq.habitu non gaudet priuilegio fori.*

16 *Clericus inſeruiens alteri eccleſie, quam illi cui eſt adſcriptus gaudet priuilegio fori. Amplia num.*17.

18 Dimiſſio *babitus clericalis quando inducat amiſſionem beneficiorum.*

19 *Ad amiſſionem beneficiorum non ſufficit ſi ſemel vel bis habitus dimittatur.*

20 Clerico *in ſacris conſtituto reuerſio adſeculum eſt interdicta.*

21 *Clericus retinens beneficium, per dimiſſionem babitus uon dicitur ad ſeculum redire.*

22 Clericus *in minoribus, rediens ad ſeculum non poteſt dici apoſtata.*

ARGVMENTVM.

Clericus quando dicatur recedere a ſtatu ordinis per dimiſſionem habitus Clericalis.

CAP VI.

VT cuncta ſine errore liqueant, præmittendum eſt primum, quod quamuis in iure reperiatur interdictus clericis certarum veſtium vſus, vt in *cap. clericus de vit. & boneſt. cleric. et in clem. 2. eod. tit. cum aliis per* Diaz *in prax. cap.* 75. *& per Meuoch. de*
1 *arbitr.libr.2.caſu* 393. Nihilominus non reperitur certus, & determinatus habitus, quem ipſi clerici de neceſſitate teneantur induere, & ideo eas veſtes dicemus eſſe clericis decentes, quæ à com-
2 muni vſu, & conſuetudine prouinciæ in qua commorantur, reperiuntur admiſſe, *gloſ. in cap.penult. verb.deauratis, de vit. & boneſt.cleric.et in clem. 1.verb. ſaecularis de elect. et in cap. ſi quis virorum 30. diſtinct. et in cap.in ſumma 24.q.1.Card. in clem. 2. ad ſiu. de vit. et boneſt. Cleric.* Abb.*in cap.1. de Apoſt. Rol.conſil. 4. nu. 27. lib. 1.Couar.pract.quaſt. cap. 31. ſub num. 7.verſic.Quarto illud eſt obſeruandum cum aliis copioſe relatis per Farinac. tom.1. quaeſt. 8. numero 69.* quibus addendus eſt, *Suarez à Paz in praxi canonica, et ſecul.tom. 2.prælud. 2.num.* 7. Vnum tantum dici poteſt reperiri ſta-
3 bilitum ex Conſtitutione *Sixti Papæ Quinti*, de qua *infra* dicemus, quod veſtes clericales ſint longæ vſque ad talos, de reliquis autem certus habitus ſtabilitus non reperitur.

Secundo, eſt præmittendum in hac materia primum fuiſſe prouiſum ex diſpoſitione iuris communis, quo cauetur, vt clericus non coniungatus, quamuis in
4 habitu laicali conuerſetur, non amittat priuilegium fori, niſi trina præcedat monitio nominatim, & in perſonam facta, in tantum, vt nec vnica, nec generalis ſufficiat, tex. *in d.clem.1.et ibi notat gloſ.in verb.Tertio,* quam probant, *Card. et Imol. de vit.et boneſt.prælat.Abb.per illum text. in cap. cum contiugat de ſent. exc.Marſil.ſingul. 259.incipit, Generalis,*Rubeus *conſil.76. num. 2. Boer. conſil. 79.num. 13.Grammat.voto 33.col.3.ad fin. num. 12.Couar.pract.quaſt.cap. 31. nu.1.verſ.ſed ex Alexandrina,* Decian. *in tract. crim.tom.1.lib.4.cap.9.nu.*105. vbi ſubdit trinas denunciationes fieri debere interpolatis quibusdam diebus.

5 Niſi fortaſſe monitio fiat in Synodo ſub expreſſa comminatione et poena priuationis priuilegii clericalis, tunc enim ſufficit vnica tantum ſecundum *Hoſtienſ.Io. Andr.Ancbar.et Butr. in cap. ſecundo, ne clerici, vel Monachi,* Capoll. *conſil.* 11. *uum.*41. a quibus licet diſſentiat *Abb.in d.cap.2.* tamen aduerſus eum

eſt

eſt communis opinio , de qua teſtantur
Alex. de neuo conſ.60.num. 14. Clar in
prax.q. 36.verſ.ſed quid ſi facta,num.17.
Farinac. loco cit.num. 62.cum ſeq. apud
quem pro hac materia amplianda, & re-
ſtringenda, recurre. Et ratio eſt, quia
6 in tali caſu monitio habet vim conſtitu-
tionis, quæ non requirit trinam monitio
nem, *cap.1. extra locati, cap.2. de conſtit. in*
6. Superuenit deinde diſpoſitio *Sacri*
Concilii Tridentini cap. 6. Seſſ. 23. Re-
form. qua cautum eſt, vt clerici in mino
ribus conſtituti non gaudeant priuile-
gio fori, niſi habeant beneficium eccle-
ſiaſticum, aut clericalem habitum, &
tonſuram deferentes, alicui eccleſiæ ex
mandato epiſcopi inſeruiant, vel in Se-
minario clericorum, aut in aliqua ſcho-
la, vel vniuerſitate de licentia epiſcopi
quaſi in via ad maiores ordines ſuſci-
piendos verſentur. Demum prodiit no-
7 ua conſtituto *Sixti Papæ Quinti, quæ eſt*
30. in ordine, & incipit, Cum Sacroſancta
ſub Dat. Romæ 18. Ianuarii 1589. qua
imponitur poena priuationis ipſo iure tũ
beneficiorum, tum etiam penſionum
contra quoslibet beneficiatos, & penſio
narios tonſuram, & habitum clericalem
non aſſumentes, vel iugiter non deferen
tes. His ita præmonitis, dum quærimus,
quando clericus dicatur recedere à ſta-
tu ordinis per dimiſſionem habitus; pri-
mum inſpiciendus eſt effectus, ad quem
agitur, Et cum effectus poſſit eſſe tri-
plex, Ideo tres caſus conſiderari poſſunt.

8 Primus, quando agitur ad hoc vt cle-
ricus dicatur priuatus priuilegio Cano-
nis, & ad huiuſmodi effectum requiritur
quod totaliter dimiſerit veſtes clerica-
les, ita vt omnino incedat vt laicus, &
ter monitus, habitum clericalem non
reſumat, *Ita text. in d. clem. 1. verſ. omni*
no incedant vt laici, de vit. & honeſt. cler.
Iſern. in Conſtitutio. Regni, Apoſtatantes,
& ibi Afflict. n. 10. verſ. dicit hic Andr.

9 Ex quo infertur quod percutiens cle-
ricum in habitu laicali incedentem, &
ab ordinario ad habitum ſuſcipiendum
minime monitum, incidit in poenam,
cap. ſi quis ſuadente 17.q.4. prout expreſ
ſe habetur *in c. In audientia, vbi notatur*
extra de ſent. excom. & ſcribunt Archid.
in cap. non eſt facile 40. diſtinct. & in cap.
præcipuè 11. q. 1. Bald. l. ſi ignorans ſub
num. 1. ff. locati. Quod tamen eſt intel-
10 ligen. ſi percutiens ſciat eſſe clericum,
ſecus ſi probabiliter ignorauerit, quia
tunc poenam excommunicationis non
incurrit, *c. ſi quis, vbi gloſ. in verb. igno-*
rauerit, ibique Soccin. numero 1. & capit.
In audientia, cap perpendimus de ſent. ex-
com. cap. ſi quis Iudex eod. tit. lib. 6. gloſ.
per illum text. in l. ſi quæ per calumniam,
verb. putabatur, & ibi Bald. nu. 1. verſ.
Deinde venio C. de Epiſc. & cleric. Bart.
& Alberic. in d. l. ſi quis ignoramus ff. lo-
cati, et iterum Bart. et Angel. in l. apud La-
beonem §. ſi quis Virgines ff. de iniur. Hoſt.
in ſumm. tit. de ſent. excom. §. qualiter
verſ. Quid ſi dicat, et de communi teſtãtur
Plaza de delict lib. 1. cap. 27. nu. 13. Clar.
in §. final. q. 77. nu. 7. Hier. de Tortis poſt
conſ. Butr. num. 20. Et hoc etiam proce-
11 dit non obſtante nouiſſima diſpoſitione
Concilii, quæ cum loquatur de priuile-
gio fori, non derogat, niſi in eo, quod eſt
12 expreſſum, *Dec. conſ. 358. nu. 3.* nec pro-
hibet ſtare aliud, quod expreſſe corre-
ctum non eſt, *l. præcimus C. de appell. Bar*
conſ. 72. col. 3. Dec. conſ. num. 2. Surd. de-
ciſ. 195. num. 6.

13 Secundus eſt caſus, quando agitur, vt
dicatur priuatus priuilegio fori, & tunc
licet de iure communi requiratur quod
incedat vt laicus, & ter monitus non de-
ſiſtat, iuxtà *d. clem. prima, de vit. & ho-*
neſt. cleric cum aliis doctr. ſupra plenè alle
gatis, tamen hodie ex diſpoſitione *Sacri*
Concilii Tridentini ſufficit, ſi clericus in
minoribus conſtitutus non ſeruet re-
quiſita in *d. Seſſ. 23. cap* 6. quæ nullam
monitionem requirunt, quia *Concilium*
ſimpliciter aufert priuilegium fori con-
ſtitutis in minoribus ordinibus, præter-
quam in duplici caſu, nempè ſi habeat
beneficium eccleſiaſticum, aut ſi non
habet, ſi deferat habitum, & tonſuram
14 clericalem, & alicui eccleſiæ ex manda
to epiſcopi inſeruiat, vt aperte patet ex
verbis *Concilii*, & animaduertunt *Nauar.*
conſ. vlt. num. 60. tit. de priuileg. Meno-
ch. conſ. 912. num. 34. Genuen. in prax.
Ar-

Digitized by Google

Archiep. Neapol. cap. 7. ſub n. 3. D. *Stephan.* Grat. *diſcept. forenſ. cap. 190. num.*
12. Quinimmo nec ſufficeret ad hoc, vt
gaudere poſſet priuilegio fori, ſi quis in
15 ſeruiret miniſteriis eccleſiaſticis, ſed nõ
geſtaret habitum clericalem, nam requiritur
vtrumque copulatiuè, vt eadem
Congregatio declarauit ſupra *d. cap. 6.*
Eſt verum, quod in eo in quo *Conciliũ*
requirit ſeruitium in diuinis, ſufficit etiam
ſi deſeruiat alteri eccleſiæ, quam
illi cui fuit per epiſcopum aſcriptus,
prout *Sacra Congregatio* in facti contingentia
reſpondit *ſub die 28. Decembris*
1586. cuius meminere Genuen. *in prax.
d. cap. 7. num. 1. Stephan. Quaranta in
addit. ad Summar. Bullar. verb. habitus*
Sicuti etiam ſufficit, ſi clericus inſeruiat
Capellæ exiſtenti in eccleſia, quæ ab
epiſcopo Confraternitati laicorum eſſet
pro oratorio aſſignata, quod eadem
Congregatio cenſuit, vt idem Genuen. *&
Quaranta* teſtantur.

17 Tertius eſt caſus, quando ob nondelationem
habitus agitur ad hoc vt clericus
priuetur beneficio, vel penſione
eccleſiaſtica, & tunc requiritur neceſſario,
quod ſpatio tanti temporis in habitu
clericali non inceſſerit, vt communi
opinione reputaretur laicus iuxta *conſil.
Chriſtophor. de Caſtell. 5. num. 9. quem
probat* Farinae. *d. q. 8. num. 68.* Et ideo
19 vt clericus in hac materia dicatur priuatus,
nõ ſufficit, ſi ſemel, aut bis inceſſerit
in habitu laicali, quia licet prædicta cõſtitutio
requirat geſtationem habitus,
nihilominus debet intelligi cum aliquali
modificatione, iuxta *trad. per Felin. in
probem. decretal.* dum exponit verbum
continuè, & ſequitur *Vrſill. ad Afflict.
deciſ. 24. num. 7.* Ex omnibus his patet
tres eſſe modos, quibus præcipuè contingit,
clericos à ſtatu ordinis recedere,
quibus tamen non ſemper contrahitur
apoſtaſia, ſed in illis tantum caſibus, in
quibus receſſus eſt improbatus, quod fieri
poteſt in duplici caſu.

20 Primus, ſi clericus ſit in ſacris conſtitutus,
nam tunc illi receſſus ad ſæculum
eſt interdictus, *cap. 1. §. ſed ſi in ſubdiaconatu,
& cap. ſanè de cler. coniug. capit.
2. & ibi Abb. qui clerici, vel vouentes,
cap. Presbyteris 27. diſt. & cap. decernimus
diſt. 28.*

21 Secũdus, ſi beneficiũ, quod in minoribus
exiſtẽs obtinuerat, ad huc dimiſſo habitu
retineat, *c. Ioannes de cleric. coniug.*
Innoc. *&* Abb. *in cap. 3. de Apoſtat.* Anan.
qui teſtatur de cõmuni in rubr. de Apoſtat.
num. 11. Marol. de Irregul. *lib. 3. cap. 34.*
Clar. *in §. final. q. 78. num. 4. in fin. Menoch.
de arbitr. caſ. 546. num. 50.* Cæterum
ſi clericus ſimpliciter in minoribus
conſtitutus habitum dimittat, & ad
22 ſæculũ reuertatur, non poterit ideo apoſtata
reputari, cum talis receſſus ſit à ſacris
canonibus, permiſſus *c. Ioannes, & c.
final. extra de cleric. coniug. cap. cum
ex eo circa med. ibi, ne ſicut à multis, &
ibi gloſ. in verb. retrocedere de elect. lib. 6.
cap. 1. de cleric. coniug. Hoſt. in cap. 3. de
apoſtat. & ibi Abb. n. 2. Anchar. in c. 2.
ſub n. 3. præbend. Couar. de ſponſal. par. 2.
c. 9. §. 3. n. 2.* Decian. *in tract. crim. libr.
5. c. 73. n. 24. Menoch. d. caſ. 546. n. 52.*

Et hæc quo ad apoſtaſiam irregularitatis,
quæ per receſſum à ſtatu ordinis
contrahitur, dixiſſe ſufficiat.

DE IVRE PERSONARVM
EXTRA ECCLESIÆ GREMIVM
EXISTENTIVM.
Liber Octauus.
DE APOSTATIS A STATV RELIGIONIS REGVLARIS.

SVMMARIVM.

1 *Religionem deſerens ſi habitum religionis ferat Apoſtata non dicitur. Contraria opinio defenditur.*
2 *Monacum habitus non facit.*
3 *Apoſtata verè dicitur recedens à religione, & dimittens habitum.*
4 *Apoſtaſia non contrahitur ſi quis dimittat habitum animo reſumendi.*

ARGVMENTVM.

Quando dicatur factus receſſus à ſtatu Religionis ad effectum vt Religioſus dicatur contraxiſſe apoſtaſiam.

CAP I.

1 GAſpar *Calderin. conſ. 1. de Apoſtaſ.* ad conſtituendũ receſſum a ſtatu Religionis duplicem conditionem requirit, nempè quod Religioſus vagus exiſtat, & habitum dimittat: quod ſi habitum retineat, quantumcunque vagetur, apoſtaſiæ nota ſecundum eum maculari non poterit: quaſi quod apoſtata proprie dici non poſſit, niſi qui ad ſæculum omnimode rediit, quod dici nõ poteſt de eo, qui defert habitum monaſticum, qui eſt peculiare ſignum Religionis, *cap. clerici officia, de vit. & honeſt. cleric. c. in nonnullis lib. 6. Oldrad. conſ. 184. ſub num. 12. et ſeq.* Et hanc eandẽ *Calderin.* ſententiam probant *Clar. in pract. crim. §. fin. q. 78 verſ. apoſtata punitur, Nauar. conſ. 10. num. 6. de Apoſtat.* Bannes *2.2. q. 12. art. 1. verſic. ſecunda concluſio, ibique Alex. Peſant. diſput. 2. verſ. 1. & ſeq.*

Contrariam opinionem, nempè quod ſufficiat ſolus receſſus à Relegione, etiã ſi habitum deferat, tenent *Abb. in capit. 1. num. 2. de apoſtat. ibique* Soccin. *nu. 2. verſ. Et adde,* Anan. *num. 3.* Caietan. *ad D. Tho. 2.2. q. 12. art. 1. ibique valentia verſ Circa apoſtaſiam, Angel. in ſum. verb. apoſtaſia num 4. ibique Armilla n. 11.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 73. n. 21. & 25. Maſcard. de prob lib. 1. concl. 12. n. 1. Menoch. de arbitr. caſu 546 nu. 36. centur. 6. Iacob. Ant. de mauro allegat. 13. num. 1.* Azor *par. 1. cap. 17. q. 6. et hæc eſt receptior.*

2 Probari ſolet primo, quod ſicuti habitus Monacum non facit, ſed profeſſio regularis, *cap. porrectum, et cap. ex parte, et vtrobique notant* Doct. *de regul. cap. conſuluit, vbi notat* Anchar. *num. 1. qui clerici, vel vouentes* Bal. *in l. interdum* §. *Diuus quoque ff. de publ.* adeo vt valeat profeſſio facta ſine habitus ſusceptione, *d. cap. porrectum, vbi Doct. paſſim, et præſertim* Abb. *in ſum. et num. 7.* Ita retentio habitus tantum non debet facere quem eſſe in Religione, tum vt æqualiter fiat diſſolutio, & colligatio vinculi, *l. nihil eſt de reg. iur. l. ab emptione* C. *quando licet ab emptione diſcedere* §.

Item

Item per acceptilationem Inſt. quibus mod. oblig. toll. tum etiam quia habitus non eſt de ſubſtantialibus, ſed de accidentalibus Monacatus, *Abb. in d. cap. porrectum num. 5. de regul. & ante ipſum Butr. ibidem num. 5.* Quin etiam cum cætera opera, & præſertim conuerſatio ſæcularis Religioni non congruant, vtiq; habitus delatio videtur magis in Religionis contemptum redundare, prout colligitur ex *cap. Deus, cap. ad decorem, & cap. clerici officia de vit. & honeſt. cleric. & ex clem. 2. eod. tit.* Relata quandoque hac controuerſia in Rota ſub die 11. Februarii 1555. coram Oradino, poſt magnam concertationem, tandem conſultis Præſidētibus Poenitētiariæ fuit conclusum quod ad effectum, vt dicatur contracta apoſtaſia vera, & propria, quæ inferat inhabilitatem ad obtinendum beneficia, requiratur receſſus ſine licentia, & dimiſſio habitus animo illū amplius nō reſumēdi, adeò vt ſi appareret habitū eſſe dimiſſum cum voluntate illum reſumendi, non cenſeretur contracta apoſtaſia quæ infert inhabilitatem, ſed tantū illa quę infert excommunicationem, vt teſtatur *Achill. deciſ. 1. tit. de apoſtat.* ex cuius dictis apparet priorem opinionem vindicare ſibi locum in apoſtaſia vera, & propria; Secundam vero procedere in apoſtaſia minus propria, & per quam ſola excommunicatio contrahitur.

SVMMAAIVM

1 *Receſſus à religione quando dicatur temerarius.*
2 *Apoſtata non dicitur qui intra annum probationis relinquit habitum.*
3 *Ante emiſſam profeſſionem non dicitur religionem ingreſſus.*
4 *Conditio ſi ingrediatur monaſterium non verificatur ante profeſſionem.*
5 *Profeſſio facta intra annum probationis eſt ipſo iure nulla.*
6 *Conuertita per ingreſſum monaſterii emittunt profeſſionem.*
7 *Oblatæ monaſterio turris ſpeculorum de vrbe, non ſunt moniales, & ſine apoſtaſia poſſunt recedere a monaſterio.* *Nec obligatæ ſunt ad clauſuram.*
8 *Congregationis oratorii Patres poſſunt recedere a Congregatione quandocunq.*
9 *Religionis habitum extra monaſterium aſſumens, poteſt illud ad liberū dimittere.*
10 *Ex geſtatione habitus extra religionem ceſſat præſumptio profeſſionis.*
11 *Plumbator in Curia licet ferat ſcapulare, & à Pontifice dicatur conuerſus ordinis Ciſterienſis nō tamen dicitur dicti ordinis.*
12 *Apoſtata non dicitur monachus relinquens habitum propter pericula.*
13 *Periculi euitandi cauſa clericus poteſt comam, et barbam geſtare.*
14 *Apoſtata non dicitur habitum relinquens animo reaſſumendi.*
15 *Apoſtata non dicitur recedens a religione ſi ſubito redeat.*
16 *Apoſtaſia vt contrahatur requiritur receſſus cum effectu.*
17 *Statutum puniens eoſqui fugiunt a carceribus non comprehendit eoſqui fugierunt ſi ſtatim redierint.*
18 *Gabellam incipiens fraudere ſi poeniteat non incidit in poenam poſitam pro gabella fraudata.*
19 *Apoſtata dicitur recedens a monaſterio licet a Superiore inuentus reducatur.*
20 *Apoſtata non eſt religioſus vagans animo redeundi.*
21 *Receſſus non ex facto ſed ex conſilio, non à fuga ſed ab effectu animi intelligitur.*
22 *In Ciuitate eſſe dicitur ruri commorans cum animo redeundi.*
23 *Perſeuerans in aliquo actu, præſumitur animum amiſiſſe deſiſtendi ab illo.*
24 *Apoſtata non dicitur monachus aufugiens à carcere ad Superiorem, vel ad amicum vt veniam intercedat.*
25 *Intellectus* Concilii *Tridentini in* S. 25. *cap.* 4.
26 *Seruus poteſt recurrere ad Superiorem vt fugiat ſæuitiam domini.*
27 *Prælati ſunt puniendi ſi in ſubditos ſe grauiter gerant.*
28 *Recurſum ad Superiores ſacri Canones admictunt.*
29 *Apoſtata non eſt Monachus latens vt effugiat iram Superioris.*
30 *Apoſtata non eſt egreſſus monaſterium propter*

pter iracundiam ſi poſtea reuertatur.

31 *Monachus egrediens monaſterio cauſa audiendi leges ciuiles ſi poſtea eat ad* Theologiam *non eſt apoſtata.*

32 *Ad purgandum receſſum a monaſterio dãtur tantum tres dies.*

33 *Apoſtata etiam eſt qui rediit ad monaſterium animo illud iterum relinquendi.*

34 *Parrochiam non mutat qui ſe transfert ad aliam parrochiam habet animum redeundi ad primam.*

35 *Fugiens ſecundo a monaſterio dicitur reus prima Apoſtaſiæ.*

36 *Mortuus ex recidiuo dicitur mortuus ex prima infirmitate.*

37 *Apoſtaſia non contrahatur ex ſolo conſilio recedendi, niſi effectus ſequatur.*

38 *Apoſtata non dicitur monachus commorans in Eccleſia in qua eſt inſtitutus capellanus a ſuo rectore.*

39 *Parrochia pendenti ab Eccleſia poteſt præfici monachus.*

40 *Monachus non poteſt parrochiali non dependenti a monaſterio præfici.*

41 *Regulares ad ſæcularia beneficia non poſſunt promoueri.*

42 *Regularibus non conceditur indultum retinendi beneficia curata.*

43 *Regulares in Indiis ex diſpenſatione* Ponti*ficia poſſunt officio parrochi fungi.*

44 *Apoſtata non eſt egrediens a religione in caſibus permiſſis.*

45 *Sacra pœnitentiaria dat licentiam egrediendi a religione.*

46 *Apoſtata non eſt Monachus ſtudens extra monaſterium cum licentia ſuperioris.*

47 *Donatio facta religioſo etiam ſtrictioris obſeruantiæ in ſubſidium ſui ſtudii valet.*

48 *Religioſus pecuniam accipiendo mutuam, propter ſtudia obligat monaſterium.*

49 *Filius familias accipiens pecuniam mutuam propter ſtudia obligat patrem.*

50 *Monaſterium obligatur ad expenſas Monachi ex licentia permanendi in ſtudio.*

51 *Monachus ex licentia permanendi in ſtudio poteſt aſſequi gradum Doctoratus.*

52 *Monachus ex licentia permanendi in ſtudio redditur habilis ad omnia quæ ſtudium concernunt.*

53 *Monachus ſtudens poteſt facere eleemoſinam de bonis monaſterii.*

54 *Monachi ſtudentes debent habitare in conuentibus ſuis.*

55 *Apoſtata non ſunt fratres extincti ordinis vt templarii, & cæteri.*

ARGVMENTVM.

Receſſus à ſtatu Religionis quando dicatur temerarius, & habilis ad contrahendam apoſtaſiam late per ſpecificas illationes declaratur.

CAP II.

1 REceſſus à Religione ira demum temerarius dicetur ſi ſit à ſacris canonibus, vel particularibus Religionis conſtitutionibus improbatus, ita colligi poteſt *ex cap. nihil 7. q. 1. & cap. hanc conſuetudinem in fin. 10. quæſt. 1.* alias enim in caſibus à lege permiſſis receſſus temerarius dici nequaquam poterit, cum temere facta dici nequeant quæ lege permittente fiunt, *l fin. ff. qui ſatiſd. cog. l. Gracchus cum ibi. nos. ff. ad l. Iuliam de adult. l. ſancimus ff. de adm. tut. l. nemo damnum ff. de reg. iur. Gemin. in cap. cum qui, §. inſuper, de præbend. in 6.* Vnde deducitur.

2 Primo, quod is, qui intra annum probationis habitum reliquit, & a Religione receſſit, nequaquam poteſt Apoſtata reputari, *c. conſulti, & cap. penult. de regul. & vtrobiq. ſcribentes, Lap. qui ex pluribus prob. alleg. 46. Menoch. de arbitr. caſ. 546. nu. 45.* Quinimo poreſt licite, & ſine ſcrupulo ad ordines promoueri, *cap. poſtulaſti eod. tit.* Nec tenetur ſoluere expenſas monaſterio, *Iaſ. in l. 1. num. 4. verſic. ſi notius C. de ſacroſ. Eccleſ.* Cuius rei præter

 ge-

genericam rationem,(nempè quia talis
receſſus a Sacris Canonibus non impro
batur) illa etiam cauſa poteſt aſſignari ,
nimirum quod religioſus ante emiſſam
profeſſionem non dicitur propriè Reli-
gionem ingreſſus, niſi quoad benefi-
cium Canonis , *cap. Religioſi* §. *quam-
uis, ibique ſentiunt Gemin. & Franch. de
ſent. excom. lib. ſexto Bar. in. l. 3. nume-
ro quarto* C. *ne ſanctum bapt. & in Auth.
Ingreſſi ſub num. 56. verſiculo item non
eſt adhuc* C. *de ſacroſanct. Eccleſ. Iaſ. ibi-
dem ſub numero 59. Bald. in l ſi quando
C. de bon. vacant. Caſtren. conſilio 211.
ante numero ſecundo par. ſecunda Rimin.
Iun. conſilio 477. numero nono, libro
quarto.*

4 Et ideo conditio, ſi ingrediatur mona
ſterium , non verificatur ante profeſſio-
nem, *Imol. in l. in ſubſtitutione , & ibi
Iaſ. numero duodecimo de vulg & pup.
Bero. conſilio 28. numero primo , & 12.
vol. primo & idem aſſerit Clar. in* §. *teſta-
mentum quæſt. vigeſima octaua, numero
ſexto.* Quod tamen intelligas niſi mors
ſuperuenerit intra annum profeſſionis,
quia tunc profeſſio veluti dependes
ex conditione ſucceſſiua habetur pro
completa, vt in caſu de quo per *Surd.
deciſ. 303. & per Gratian. deciſ. 25.* nec
videtur hodie facienda diſtinctio An
fuerit ingreſſus animo relinquendi ſæcu-
lum, nec nè, cum profeſſio facta intra
Annum probationis ſit ipſo iure nulla
nullumque penitus pariat effectum , non
ſolum in mendicantibus (quod erat an-
tea ſtatutum *in capitulo primo , de re-
gul. in 6.*) ſed generaliter in omni , &
5 quocumque monaſterio, tum Virorum ,
tum mulierum, adeo vt neque obliget
ad Religionem in genere, ita diſponente
Sacro Concilio Tridentino *Seſſ. 25. ca-
pitulo 16. de regul.* quod animaduertunt
*Nauar. in capitulo nullam numero 45.
18. quæſt. ſecunda quem probat Menoch.
loco citato numero ſexto.* Monendus ta-
men eſt hic, vt poſtquam ad ſæculum
redierit honeſtam vitam ducat , & in
priſtinæ Religionis memoriam honeſtio
res veſtes aſſumat, prout poſt *Innoc. &
Io. Andr. illum monet Anan. in d. capitu
lo conſuetu numero quarto,* decentia ſiqui
dem habitus extrinſeci , morum intrin-
ſecã honeſtatem oſtendit *clem. 2. de vit.
& boneſt. cleric.*

6 Cœterum quod hactenus dictum eſt
poſſe quempiam intra annum probatio-
nis ſine apoſtaſiæ reatu ad ſæculum re-
ſilire , non procedit in monaſteriis illa-
rum mulierum, quæ lupanaris impudici-
tiam pertæſæ ad bonæ vitæ frugem con-
uertuntur, quos nos vulgari vocabulo
Conuertitas nuncupamus, in illis enim
ex laudabili more, & ex Conſtitutioni-
bus iam olim in eorum monaſteriis præ-
ſcriptis fieri ſolet profeſſio per ingreſ-
ſum, & ideo ſi poſt ingreſſum à monaſte
rio recedant poſſunt iure merito velut
profeſſę reuocari , quas conſtitutiones
Sacrum Trid. Conc. ſua auctoritate fir-
mauit *in capitulo decimo octauo in fin. ſeſſ.
25. de regul.*

7 Secundo infertur quod cum oblatæ
monaſterii turris Speculorum de vrbe
non ſint neque verè moniales , neque
Relioſæ regulares, adeo vt ad clauſuram
minime obligentur , ſed ſolum ſint
oblatę religioni S. Benedicti oblatione
quæ non facit eas moniales , ſed quæ
reddit eas tantum obligatus ad obſer-
uandam obedientiam , & ad ſuum
peculiarem viuendi modum probatum
à Sede Apoſtolica, non in vim religionis
ſed tanquam bonum , & ſanctum vt ex
pluribus docet *Nauar. conſilio 82. ſub
titulo de regul. iuxta in primam impreſſio
nem,* quod ſi quæ illarum ab obedientia
ſiue a monaſterio quandocunque receſ-
ſerit non poteſt apoſtaſiæ nomine nota
ri: cum non ſit receſſus a religione, ſed
a probato viuendi modo, qui ſicuti non
facit eas regulares, ſic receſſus ab eo nõ
poteſt parere crimen apoſtaſiæ Argu.
mento *l. manumiſſionis ff. de Iuſt. & Iur.
l. decem. ff de verb. oblig.*

Ad quod facit , quod præfata ob-
latæ non includuntur ſub diſpoſitione
capitulo periculoſa de ſtatut. regul. libro 6.
nec ſub diſpoſitione Concilii Tridenti-
ni *Seſſ. vigeſimaquinta , capitulo 14. de*

ſtatu

ſtatu regul neque diſpoſitione Conſtitutionum Pii V. & Gregorii 13. diſponen. vt moniales cuiuſcunq. ordinis, & Religionis exiſtant perpetuam ſeruent clauſuram *Nauar. d. conſil.* 81. Poteſt forſan aliter oblata puniri iuxta eorum ſtatuta, quæ tamen quales irrogent pœnas affirmare non auſim, cum ad manus meas non peruenerint. Similiter cum mos, & Inſtitutum Patrum Congregationis oratorii ſit profiteri ſanctum viuendi modum in Congregatione clericorum ſæcularium, & ob id profeſſionem non emittant, quod tametſi ita ſanctæ, religioſeque viuant, vt nemini ex aliis religionibus ſint ſecundi, Nihilominus quia peculiaris huius Congregationis mos eſt, vt egreſſum pro cuiuſque libito relinquant apertum, conſequens eſt, vt ſi quis ipſorum, mutata voluntate egredi maluerit, hoc facere poſſit ſine nota apoſtaſiæ, quamuis in eadem Congregatione conſenuerit, cum non poſſit dici egreſſus temerarius ille, qui neque de iure communi, neque peculiari Congregationis Inſtituto improbatur, *dict. l. Gracchus ff. ad l. Iul. de adult. l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. cum aliis ſupra allegatis.*

9 Infertur tertio quod qui habitum Religionis extra monaſterium aſſumpſit, quamuis longo tempore illum geſtauerit, poteſt nihilominus mutata voluntate illum dimittere, omni ceſſante ſcrupulo apoſtaſiæ, ita deſumitur *ex capitulo vt clerici extra de regul. quatenus præcipit eum qui extra monaſterium habitum geſtat, vrgendum eſſe vel habitum dimittere, vel religionem ingredi*, & ibidem hoc expreſſe notant *Hoſt. ſub numero primo, verſiculo ſed contra Abb. col. ſecunda in princ. & ante eos gloſ. in clem. eos verſiculo aliqua eod. titulo Cald. conſilio quinto, de regul. Felin conſilio* 29. *per integram conſultationem*; Siquidem ex geſtatione habitus extra religionem ceſſat tacitæ profeſſionis præſumptio, *capitulo vnico de vot. lib. ſexto Abb. in d. capitulo tertio de Apoſtat. poſt. Innoc. in capitulo porrectum de regular.* Quinimmo ex tali geſtatione habitus, neque probari profeſſionem ſcribit *Io. Fab. in Auth. Ingreſſi numero decimoſeptimo C. de ſacroſ. Eccleſ. Menoch. loco citato præſumpt.* 83. *numero decimoquinto Rot. deciſione* 50. *numero ſecundo par. prima diuerſ.* Quod quidem procedit etiamſi geſtans habitum fateatur ſe eſſe eiuſdem religionis, & ſe gerat ſe tanquam talem, *Rot. apud Put. deciſ.* 136. *lib.* 1. *& apud Mohed. deciſ.* 1. *de præſumpt.*

11 Qua ratione Plumbator in Curia licet deferat habitū, ſiue ſcapulare certi coloris, & in collatione offitii, quod accipit à Papa nuncupetur conuerſus ordinis Ciſtercienſis, nihilominus non dicitur d. ordinis Religioſus, vt eleganter probat *Nauar. conſ.* 2. *de regular.* Et hæc indubitanter procedunt poſt Concil. Trid. cuius auctoritate cautum eſt, vt nemo poſſit eſſe verè Religioſus, niſi poſt annum probationis perfectum, *vt in capitulo decimoquinto, Seſſ. vigeſimoquinto.*

12 Infertur quarto, Monachum, qui gratia periculi euitandi habitum dimiſit dum per loca periculoſa iter agebat, non poſſe apoſtatam dici, vt probat *teſt. in capitulo clerici officia, ibi niſi iuſta cauſa timoris, ibique, notant gloſ. in verb. cauſa in fin. de vit. & honeſt. cleric. & in capitulo ſecundo eod. tit. lib. 6. vbi etiam gloſ. in verb. rationabilis, & eadem gloſ. in capitulo ſecundo verb. clerici, verſiculo iuſtam cauſam intellige, & in capitulo quarto, in verb. relaxauerit extra eod. titulo Butr. in d. c.* 3. *numero* 6. *eod. titulo de Apoſt.* D. *Ant. in* 3. *par. titulo* 24. *capitulo* 33. *Silu. in Sum. in verb. habitus num.* 3. *Soccin. in cap. primo num* 5. *de apoſtat. Afflict. in conſtitutione apoſtatantes n.* 9. *Decian. tract. crim. cap.* 75. *numero* 3. *Menoch. de arbitr. caſu* 546. *numero* 40 Et huic ſuffragatur, quod gratia periculi euitandi licet clerico comam, & barbam geſtare, *gloſ. in cap. clericus neque comã de vit. & honeſt. cler.* ac arma portare ad terrorem improborū

Hominum, gloſ. in capitulo 2. ibique
Anchar. numero tertio extr. de vit. ho.
neſt. cleric. nec non et veſtes virgatas
deferre, clem. ſecunda, verſiculo rationa.
bilis eodem titulo. Quinto infertur ne-
que apoſtatam eſſe dicendum Religio-
ſum, qui intra ſepta monaſterii non ex.
hibens ſe hominum, conſpectui, ſed vt
vel commodius ſomnum capiat, vel pro-
pter animi leuitatem vt expeditius cur
rar, ludat, vel ſe in balneo, aut flu-
mine lauet habitum dimittat, Addo e-
tiam ſi illum deponat, vt quicquam fur-
to ſurripiat, vel cum foemina turpiter
agat; in his enim caſibus non ſolum
Apoſtata dici non poteſt, ſed nec incur
rit in excommunicationem inflictam in
dicto capitulo vt periculoſa, prout ibi adno
tat Io. Andr. numero quinto Franch. nu-
mero quarto in fine. Quamuis quando de
poſuit habitum furandi, vel fornicandi
cauſa, grauius peccet, prout affirmat
Silu. in ſum. verb. Excommunicatio caſ.
vigeſimoquarto, et in verb. habitus nu-
mero tertio Nauar. in Manual. capitulo
27. numero 131. quibus nouiſſime aſſent i
tur Azo. inſtitut. Moral. lib. duodecimo,
capitulo decimo ſeptimo in 9. quaſt. licet
contrarium ſentiant Palud. et D. Ant. d.
titulo 24. capitulo 53. Et regulariter
14 quantũcũque habitus ex laſciuia relin-
quatur, ſi non relinquitur animo delibe
rato non reſumendi illum, non contra-
hitur apoſtaſia, prout ex facto per inte-
gram conſultationem reſpondit Oldrad.
conſilio 202. & praſertim numero quar-
to, et quinto, Roder. in quaſt. regular. tom.
primo, quaſt. 30. art. primo. Sexto infer-
tur, quod ſi quis ab obedientia, ſeu Reli-
15 gione receſſerit, ſi tamen ſtatim redie-
rit, non poteſt inter apoſtatas recenſeri,
D. Tho. 2. 2. quaſt. 39. art. quarto; Bal.
in l. prima numero 19. C. de adil. adict.
Imol. conſilio. 84. num. decimooctauo
Nauar. in Manual. capitulo 21. num.
quarto Roderic. quaſt. regul. tom. primo,
quaſt. 30. art. primo, in fine. Et facit
quod ſcribit Abb. in capitulo ſuper ſpecu
la ſub numero nono ne vel Monachi,
vbi quod licet monachus clauſtrum cau
ſa audiendi leges ciuiles incidat in
excommunicationem, & alias poenas, ta
men ſi poſtquam exiuit, mutato conſilio
ſe contulerit ad ſtudium permiſſum, poe
16 nas nõ incurrit. Et ratio eſt, quoniã cũ
ad apoſtaſiam conſtituendam requira-
tur receſſus, vtique ille intelligitur de
receſſus cũ effectu, capit. relatum de cler.
non reſid. l. prima, §. hac verba ff. quod
quiſque iur. l. qui per alium §. docere ff.
nequis eum qui in ius, l. nomen filiarum
§. finali ff de verb. ſignific. l. prima, §.
accuſationem, ff. ad Turpill. quod dici
de eo nequit, qui receſſit, & illico rediit,
nã hic reciſſiſſe minime videtur, Can. di
uortium, vbi gloſ. de poenit. diſt. prima l. 1.
§. qui praſens, ff. de verb. oblig. vbi pra-
cipue Alex. in princ. Bal. in auth. habita
ante numero 40. C. ne fil. pro patre et in
dicta l. prima numero nono, C. de adil. act.
17 Inde ſtatutum puniens fugientes à car-
ceribus non includit eos qui fugierunt
& illico reuerſi ſunt, Bal. in l. prima,
C. de ſeru. fugit. numero 27. Veronen. in
l. quid ſit fugitiuus in princ. numero vn.
decimo ff. de adil. adict. Blanc. in l. final.
numero 282. ff. de quaſt. Plot. in l. ſi
quando num. 883. C. vnde vi. Et qui
18 conſtituit fraudare vectigal, & coepit, ſi
deinde ſponte poeniteat, & reuertatur,
nõ incidit in poenã pro gabella fraudata
ta conſtitutam, prout ſcribit Ioan.
Andr. in addit. ad Specul. titulo de
conſt. §. ſecundo, poſt numero octauo
litt. G. verſiculo ſed incidit, quem
probant Bertaz. de gabell. par. octaua nu-
mero primo, in fine Maſcard. de probat.
par. ſecunda concluſione 834. numero vige
ſimoſexto.
Cæterum ne contingat errore decipi,
quod ſupra dictum eſt requiri ad con.
ſtituendam apoſtaſiam vt receſſus, ſiue
fuga ſit effectualis, accipias ſi fuga non
habuit effectum, eo quia Religioſus er-
rorem agnoſcens rediit ad monaſteriũ,
& ſic quamuis effectum non habuerit,
poterat tamen locum habere, ſecus ve.
19 ro ſi caſu effectũ nõ habuit, quia forte cõ
tingit, vt in via a ſuperioribus caperetur,
quia tali caſu habetur perinde ac ſi fuga
ſuum

ſuum fuiſſet effectum ſortita, vt eſt *teſt. vbi hoc priuatim notat Ang. in d. l. quid ſi fugitiuus*, § *idem Celius num. 2. ff. de adilit. adict. & in l. 3. §. & is qui volens* transfugere, & in aliquem actum proceſſit capite punitur perinde ac ſi effectualiter aufugiſſet.

19 Septimo infertur, quod quamuis religioſus vagetur, ſi tamen redeundi animum habuerit, non erit apoſtatici nominis cenſendus, prout ſcribit D. *Ant. in Sum. par. 2. tit. 12. cap. 6. Silueſt. in verb. Apoſtaſia verſ. 4. quaro, et ibidem Tab. et Piſanell a*; Cuius quidem ſententiæ illa poteſt aſſignari ratio, quia dũ animũ reuertẽdi habet, sẽper intelligitur eſſe ſub ſui ſuperioris poteſtate, & poſſeſſione, *l. Pompomius §. idem Pompouius ff. famil. Erciſc. §. Apium verſiculo in iis autem, Inſtitut. de rer. diuiſ.*

20 Item quia receſſus ex facto non ſolum, ſed ex conſilio perficitur *l. bouem §. qui ad damnum, et §. ſi ſeruus ff. de adil. adict. et in l. quid. fugitiuus decimoſeptimo, §. Calus, et §. Caſſius quoque, ibique gloſ. in verb. propoſito ff. eodem titulo*.

21 Quinimmo cum receſſus non à fuga, ſed ab effectu animi intelligatur, & reguletur, *dicta l. quid ſit fugitiuus §. item apud Viuianum*, Bald. *in capitulo ad noſtram numero quarto, de appell. ſequitur* vt apoſtaſia tanquam animi vitium non contrahatur niſi Religioſus ex animo; & propoſito progrediatur ad aliquem actum extrinſecum, vt egregiè more ſuo notat *Bald. in dicta l. quid ſit fugitiuus § idem el primo in antiqua lect. Veron. in dicta l. quid fugitiuus in princip. numero decimoquinto, ff. de*
22 *adil. adict.* Et hæc fulciuntur ex eo, quod ſcribit *Bart. in l. quarta §. Prator. ff. de damn. infect.* vbi ſi quis moraretur ruri per tres menſes, quia habet animum redeundi, dicitur ſemper in Ciuitate fuiſſe, quod quidem etiam probat *Felin. in capitulo quoniam ſub numero decimo, de offic. ord.* Quibus accedit quod ſcribit *Bal. in ſepe citata l. prima numero decimoſeptimo*, C. *de adil. act.* vbi mulier egreſſa de carcere permiſſu Cuſtodis, ad hoc vt voti expſendi cauſa ad aliquam eccleſiam accederet, non poteſt dici fugitiua, eo quia ſemper retinuit animũ redeũdi Curæ tamẽ ſit Religioſo, nec hac
23 ſecuritate ductus diu vagetur, nam & ſi vera prędicta Concluſio ſit, vbi tamen diu ſtetit, tunc præſumitur animum redeundi amiſiſſe, *d. teſt. in §. pauonum Inſt. de rer. diuiſ. vbi Doct. communiter* notant, & habetur ac ſi nunquam talem animum habuiſſet *l. tertia §. Emanſor. et l. quarta §. Aedicta Germanici, et ibi gloſ. in verb. Emanſores ff. de re milit. Can. aut facta verſiculo tempus de poenit. diſtinct. prima Bald. in pracit. l. prima, numero vigeſimoſeptimo*, C. *de Seru. fugit.*

24 Ottauo, pari ratione apoſtata dici nõ poteſt monachus, qui cum ab eius ſuperiore carceribus mancipatus detinetur, timens ne eo immoderatæ vteretur, aufugit ad ſuperiorem, *Bald. in capitulo ad noſtram ſub num. quarto, de appellat. Emanuel. Roderic. de regul. q. tom. 1. q. 30. art. 3.*

Sicuti dicendum eſt de eo, qui aufugit ad alium, veluti ad amicum, quem deprecatorem apud ſuperiorem haberet, *d. l. quid ſit fugitiuus §. Sin autem. ff. de adil. adict. l. bouem §. primo, ff. eod. Boſſ. tit. de car. fideiuſſ. commit. ſub num. 46.*

25 Sed licet hoc verum ſit inſpecta diſpoſitione iuris cõmunis, Attamen nõ modicam hodie patitur difficultatem, ſtante nouiſſima diſpoſitione *Sacri Conc. Trid. in cap. 4. ſeſſ. 25. de regular.* qua expreſſe cauetur ne liceat Regularibus à ſuis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedendi, niſi ab iiſdẽ miſſi, aut vocati fuerint, alias ab ordinariis locorũ tanquẽ deſertor ſui inſtituti puniatur, Cuius quidem decreti vigore *Bannes 22. q. 12. art. 1.* cenſuit Religioſum in tali caſu Apoſtaſiæ reatum incurrere.

Mihi autem verius videtur Sacr. Conc. non intellexiſſe imponere poenam in caſu in quo Religioſus per fugã, ſeu receſsũ à ſuo conuẽtu nihil aliud ex

poſuit quam Superioris auxilium contra ſæuitiam,aut immoderatam tractationē ſui Prælati, prout viſum eſt, *Emanueli Roderico de regul. quæſt. tom. 1. q. 30. art.* 3.Ad cuius rei comprobationē mihi primum deſumo, credendum eſſe quod Concilium voluerit per eius prouiſionē coercere actus illicitos, non autem puni re actus licitos, & auferre remedium Religioſo iuſte competentem, *cap. audita, §. quia tamen, vbi Abb. num.* 5. *de reſtit. ſpol. cap. factum legitimè,de regul. Iur.in 6.l.prima ad fin ff. de legib. l. leges ſacratiſſime,* C. *eod. tit. Card. conſ.* 146. *ſub num. primo.*

26 Hoc ſumpto ad hanc opinionem com probandam ſic argumentor. Licitum eſt etiam ſeruis per fugam,& receſſum quærere auxilium à Superiore contra ſæuitiam, & aſperitatem Domini, *l. 2.ff. de his qui ſunt ſui ,vel alieni iuris* §. *ſed maior. Inſt. eod. tit.* ergo licet etiam Monaco, & Religioſo, quia quæ de ſeruis dicuntur poſſunt aptiſſime ad Religioſos transferri, *Bal. in d. l. Quid ſit fugitiuus ff. de adil. adict.*

27 Præterea Prælatus, ceterique Superiores digni animaduerſione, & poena iudicantur, ſi nimis acriter in ſubditos ſe gerant, *d. l 2. ad fin. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, cuius auctoritate fratus*, *Bal. ibi num.* 2. & 4. ſcribit poſſe Rectorē,ſeu officialē propter hoc ab officio remoueri:Ergo nō eſt dicendū quod Sacra Synodus voluerit immoderatos Superiores in eorum ſæuitia confouere.

28 His accedit quod ſacri Canones maxime abhorrent ſubtrahi, & impediri recurſum ad Superiores, *c. dilecti* 52. *cum ibi trad. per Abb. in princ. & num. 6. de appell. cap. vnico de cler. peregr.* Et propterea nō ita facile exiſtimandum eſt de mente ſacri Concilii fuiſſe auferre remedium recurrendi in caſibus, in quibus de iure alias liceret. Dicendum eſt ergo mentem Concilii fuiſſe ſubtrahere Religioſis inanes,a ffectatoſque pretextus, quibus ſubnixi ſępiſſime nonnulli leuiſſimis ex cauſis Conuentus exibant. Et quod in illis caſibus intellexerit Religioſos eſſe puniendos, tanquam ſui ordinis deſertores, etiamſi recedant ſub prætextu accedendi ad ſuos Superiores,ad hoc vt quantumuis fieri poſſit in proprio officio, & obedientia contineatur, & vagādi occaſio ipſis auferatur.

29 Nono etiam infertur quod ſi Religioſus latuiſſet quouſque Superioris iracundia efferueſceret, non poſſet apoſtaſiæ macula notari, *d. l. quid ſit, §. item vt interrogatus ff. de adil. adict* quem ad hoc expendit *Azor. Moral. inſt. lib.* 12. *cap.* 16. *Emanuel Roderic. de regul. q. tom.* 1. *q.* 30. *art.* 3.

30 Decimo,Hoc pariter dicendum eſt de eo qui iracūdię calore a monaſterio fuit egreſſus animo amplius illuc non redeūdi, nō .n. prius poterit Apoſtata reputari, quā ſi appareat deliberata perſeuerātia, quę indicet iudiciū animi fuiſſe, quę que perpetuam diſceſſionem confirmet, & proinde ſi poſt vbi efferbuit ira, ad ſepta monaſterii fuerit reuerſus, Apoſtata dici non poteſt, iuxta *text. in capitulo diuortium de poenit. diſt. prima, cui concinit. cap. conſtat,* 1. *q.* 1. Et maximè facit quod ſcribit *Abb. in c. ſuper Speculat. num. 9. verſ. mihi non placet, ne clerici, vel Monachi*, vbi quod licet Religioſus exeat clauſtra cauſa audiēdi Phyſicam, vel Leges ciuiles,ſi tamen mutato propoſito cōtulit ſe ad ſtudium Theologiæ, non incidit in excommunicationem, & in alias poenas impoſitas *in d. Decretali ſuper ſpecula*. Idque ex ea ratione, quia non dicitur factum quod poſt vbi factum fuit,non durauit, *cap. nam & ego de verb. ſignific cap ad noſtram vbi gloſ. & Doct. de regul. not. gloſ. in c. quanto* 63. *diſt. l. ſi pro parte* §. *verum ff de in rem verſ. l. ſi filius ff. quod cum eo*. Item quia ſicuti Deus mutat ſententiam peccatore mutante vitam, *cap. Incommutabilis* 22. *q.* 4. Ita conſtitutio Eccleſiæ mutat diſpoſitionem peccatore mutante conſilium, *cap. vt noſtrum procedat, in princ. vt Eccleſiaſticum beneficium*.

31 Tempus autem ad redeundum, & hanc diſceſſionem purgandam videtur trium dierum, vt deſumitur *ex cap ad noſtrum, vbi gloſ. in verb. triduum de regul. & in l.* 3. *C. de errore aduocat. ex l. final.*

nal. C. de Iud. quibus ſuffragantur quæ ſcribit *Anan. in c. conſulti in fin. eod. tit.*

32 Sicuti è conuerſo Apoſtata reputandus eſt, qui licet ad Religionem redierit, ac habitum reſumpſerit, tamen habet animum iterum ſe ſe ab alienandi, vel habitum dimittendi, quia non poteſt dici reuerſus qui habet animum iterum foras redeundi, l. in bello §. certe quod hoſtes & §. non enim quo loci, qui eo conſilio ab hoſtibus venit, vt ad illos reuertere tur ſeruus adhuc remanet, nec poteſt dici poſtliminio reuerſus, niſi qui hoc animo ad ſuos veniſſet, vt hoſtes relinqueret à quibus abiiſſet, id quod etiã ſcribit *gloſ. in* Can. *conſtat, verb. rediit* 1. *q.* 1.

In quam rem facit etiam text. quem ad hoc notant omnes *in l. nihil intereſt.* 25. *ff. eod. tit. de capt. & poſtlim. reuerſus vbi ſatis non eſt (inquit) domum quem rediiſſe, ſi mente alienus eſt, & in c. ſcias* 7. *q.* 1. *vbi ſedem mutare non dicitur qui mẽtem nõ mutat, & quod* ſcribit egregiè *Alex. conſ.* 77. *num.* 1. *lib.* 7. *vbi mulier, quæ habet mentem corruptam dicitur Adultera, etiam ſi corpore ſit intacta.*

33 Et ſuffragatur, quod is, qui ſe transfert in alienam Parochiam animo ibi habitandi ad tempus tantum, non efficitur illius Parochianus, *cap.* 15. *qui de ſepultur. lib.* 6. *cuius auctoritate ſuffulti præter* Doct. *ibi, hoc idem ſcribunt Calder. conſ.* 3. *eod. tit. de ſepult. Abb. in c.* In *noſtra num.* 21. *eod. tit. Bar. & Alex. in l. cum delanionis §. Sabinus ff. de fund. Inſtr. Nau. conſ.* 1. *ſub tit. de Paroch. Rot. deciſ.* 543. *num.* 2. *&* 3. *par. prima.* His etiam adſtipulatus quod non inſpicitur manſio caſualis, ſed deſtinata, *l. quæſita §. final. & l. ſi ita* 84. *& vtrobique notant Bart. & reliqui ff. de leg.* 3. Ideoque quamuis ad ſepta proprij monaſterij Religioſus reuertatur, ſi tamen animũ habeat iterum ſe ab alienandi, talis reuerſio tanquam non deſtinata ad perpetuã manſionem nihil operatur.

34 Duodecimo hoc etiam erit dicendum de eo, qui reuerſus fuit eo animo, vt perpetuo in Religione commoraretur, ſi poſt breue tempus mutata voluntate receſſit, nam & hic poteſt puniri ex prima apoſtaſia, quæ ad huc non dicitur purgata, cum reuerſio non perſeuerauerit, *l. ſcire §. conſequens autem verſ. ſi enim poſtea ff. de excuſat. tut. cap.* 1. *vbi Felin. & Dec. in* 3. *not. de Iudic. c.* 2. *vbi gloſ. in verb. quaſi & Abb. num.* 1 *extr. de verb. ſignific. Gloſ. in d. cap. diuortium de poenit. diſt.* 1.

35 Similiter non dicitur quod aduenerit ſanitas quæ non durat, & mortuus ex recidiuo, intelligitur mortuus ex prima infirmitate, *Boniſ. de Vital. in clem. dudum, §. verum num.* 55. *de ſepult & ante ipſum gloſ. Bart. Bal. &* Fulgoſ. *in l. maritus ff. locati, Socc. in cap. Presbyterum num.* 13. *&* 14. *de homicid. Anan. ibidem num.* 13 *&* 14. *Felin. num.* 40. *Io. Villamar. in l. diuus num.* 122. *ff. ad l. Cornel. de Sicar. Sarnen. in reg. de Infirm. q.* 11. *num.* 45. *quos Rot. probat. deciſ.* 701. *num.* 3. *&* 4. *par.* 1. *diuerſ.* Quamuis (vt hoc obiter dicam) apoſtaſię crimen non purgatur per ſimplicem reuerſionem ad clauſtrum, vt per illum text. ſcrib. *Bal. in d. l. quod fugitiuus §. ſi quis talis in antiq. lectura ff. de ædil. edict. Veronen. ibidem ſub num.* 19. *ſed requiritur* abſolutio iuxta ea, quę alibi, Deo fauente, opportunis dicemus.

36 Duodecimo, infertur quod cũ ad hoc vt incurratur crimẽ apoſtaſiæ requiratur receſſus, & receſſus dici nequeat, niſi ſit effectuatus, *c. relatum de cler. nõ reſid. l.* 1. *§. hæc verba ff. quod quiſque iur.* inde cõſeqũeter reſultat quod ex ſolo cõſilio, & propoſito recedẽdi nõ cõtrahitur apoſtaſia, prout dici non poteſt fugitiuus, qui animum fugiendi habet, *l. fugitiuus et l. ſæpe in fin. de verb. ſignific.*

37 Decimo tertio Infertur quod monachus inſtitutus Capellanus in eccleſia, vel Rector in Parochiali de ſui Superioris licentia, quamuis longo tempore ibi permaneat, nuſquam tamen poterit tanquam Apoſtata maculari, quippè cum dici nequeat eum temere receſſiſſe, ſed Superioris auctoritate ſuffultus, vt ſcribit in ſpecie Emanuel. *Rodericus de q. regul. tom.* 1. *q.* 30. *art. primo.* Admonet me occaſio, vt huius rei declarandæ cau-

ſa

38 ſa, ſubiiciam primum, An Monachus præ
fici poſſit eccleſiæ Parochiali, vt hoc ex
plicito facilius appareat qualiter præfa-
ta illatio procedat. Nonnulli ſunt ergo
39 diſtinguendi caſus. Primus quando pa-
rochia dependet à monaſterio, & tunc
promoueri, & præfici poteſt, etiam ab
eius ſolo Superiore, quia promouetur
vti membrum Religionis, & remanet ad
huc clauſtralis, ac poteſt ad libitum ſu-
perioris reuocari, *gloſ. in clem. ne in agro
§. ad hoc verb. ad clauſtrum de ſtat. Mo
nach. Abb. in cap. quod* Dei *timorem, ſub
num. 9. eod. tit.* ſubdentes quod in tali
caſu tenetur ſuperior illi ſocium dare, vt
aliquam clauſtri ſtabilitatem ſeruare poſ
ſit.

40 Secundus eſt caſus, quando Parochia-
lis à monaſterio non dependet, & tunc
ſcribentes magis communiter in eam
conueniunt ſententiam, vt inſpecta iu-
ris communis diſpoſitione, etiam Mona
chus valeat ſine diſpenſatione promoue
ri, *prout de communi teſtantur Abb. in d.
cap. quod* Dei *timorem ſub num. 7. de
ſtat. monach. Io. Selu. de benef. par.* 3. *q.*
70. *num.* 1. *latè* Lambert. *de iur. patron.
lib. 2. par. 1. q. 7. princip. art.* 19. Gam
*bar. de offic. & pot. Iud. deleg lib. 8. tit.
de poteſt. legati in regular. exemptos n.* 22.
Curia tamen Romana inſpecta ſola diſ-
poſitione iuris communis, non eiuſdem
ſemper videtur fuiſſe ſententiæ, ſiquidē
in deciſione 5. de iur. patr. in nou. ſequuta
eſt opinionem vt nequeat Monachus ad
Parochialē promoueri, niſi ex apoſtolica
diſpēſatione, & hoc etiā decreuit *in dec.*
28. *de præb. in nou. & apud Egid. dec.* 132.
& 214. *& apud Chiſan. deciſ.* 170. vbi
expreſſius cenſuit collationem Monaco
factam de parochiali abſque diſpenſatio
ne, nullius eſſe momenti, etiā ſi motu pro
prio ſit facta. At apud *Guidob. deciſ.* 95.
& apud Verall. 85. *par.* 1. cenſuit Cano
nicum regularem poſſe ad Parochialem
promoueri, dummodo adſit epiſcopi di
ſpenſatio, recedens *à d. deciſ. 5. de iur. pa
tr.* & probans dicta Doctorum *in d. cap.*
41 *quod* Dei *timorem*. Sed quicquid ſit de
iure communi, hodie Regulares nullate-
nus queunt ad Parochiales, vel ad ſæcu-
laria beneficia promoueri ex diſpoſitio
ne *Sacri Concilii Tridentini Seſſ. 14. cap.
10. & 11. de reform. & ex reg. Canc.*
42. quibus cauetur vt regulaia beneficia
regularibus ſæcularia vero, ſæcularibus.
Et hoc etiā extitit declaratū per Sacram
Congregationem Concilii, quæ ex de-
creto Gregorij 13. in hæc verba reſpon-
dit.

S. D. N. Gregorius 13. *noluit licere
Canonicis regularibus Congregationis La-
teranen̄, etiam de licentia ſui Generalis
abſque permiſſu Summi Pontificis aſſume-
re curā animarum, etiam ad tempus, mul-
to qua minus beneficium curatum ad tem-
pus*. Additur & Pauli Quarti Conſtitu-
tio, quę incipit *Poſtquam Diuina bonitas*,
qua priuantur Regulares quibuſcuuque
beneficiis ſæcularibus, quæ ſine Apoſto
lica diſpenſatione obtineāt. Et quamuis
illa Conſtitutio quoad poenas apoſtaſiæ
fuerit per Pium Papam Quartū reducta
ad terminos iutis communis, tamen
quo ad huiuſmodi partem curia illam
eſt ſemper amplexata perinde ac ſi redu
cta non foret, vt *Rota teſtatur apud Pa-
leot. deciſ.* 148. *Pariſ. de reſignat. lib.* 4.
42 *q. 5. num.* 4. Ideo praxis inoleuit quæ
ad pręſens viget illibatæ, vt monachis,
& aliis Regularibus non concedatur in-
dultum retinendi beneficia curata,
vt teſtantur *Mandoſ. in prax. ſignat.
titulo de diſpenſ. verſiculo Monachi*,
*& titulo de licent. verſiculo fratribus
mendicantibus, & verſ. licentia præmiſſa*,
Hoyeda de incompatib. par. 1. cap. 24.
*verſ. hodie tamen, D. Gonzales reg. 8. gloſ.
7. ſub num. 53. verſ. Dicit tamen.*

43 Præmiſſa vero accipias, ne procedant
in partibus Indiarum, vbi ex ſpeciali in-
dulto *Pii Papæ Quinti* ad preces Inuictiſ
ſimi, & Catholici Regis Philippi Secun
di *ſub anno* 1567. *Die* 3. *Martii* con-
ceſſum eſt capitulis Prouincialibus In-
diarum quorumcumque ordinum, etiam
non mendicantium, vt poſſint impartiri
licentiam ſuis fratribus, vt in monaſterijs
ſui ordinis, vel extra commorantibus in
locis aſſignatis, & aſſignandis officium
Parochi exerceant, Sacramenta mini-
ſtrando, prout hactenus conſueuere or-
dina-

Digitized by Google

dinariorum licentia minimè requiſita;Et
quod vbi dicti Religioſi curam anima-
rum exercent nihil innouent Epiſcopi
prout teſtatur *Frater Emanuel Rodericus
in quæſt. regul.tom.1.quæſt.34.artic.1.ad
quem Lectorem alia ad hanc rem pertinen-
tia ſciendi cupidum reiicio.*

44 Ex eodem fonte prodit quod egre-
diens à Religione in caſibus ſibi permiſ-
ſis ad ſuorum ſubuentionem cum licen-
tia Superioris, durante cauſa ſubuentio-
nis nunquam incurrit apoſtaſiam, *Nau.
d.conſ.1.nu.8.* talis enim receſſus non eſt
temerarius, nec improbus, ſed rationi,
& charitati conſentaneus *D. Thom.2.2.
q.121.art.4. Nauar.in cap.18.q.7.&
8.& in Manual.cap.4.nu.14. Menoch.
de arbitr.caſu 546.nu.41.* etiam ſi opor-
teret manere in habitu clericali, vt idem
*Nau. eſt auctor.in conſ. 54. & 55. alias
71. & 72.de regular.*

45 Hæc licentia concedi conſueuit per
Sacram Pænitentiariam, ſi & quatenus
re diligenter diſcuſſa apertum ſit paren-
tes, vel liberos in ſtatu neceſſitatis reperi
ri,eiſque aliter quam opera,& auxilio Re
ligioſi honeſtè ſubueniri non poſſe, ac
conſideratis quæ circa eiuſdem Religio-
ſi ſtatum, & continentiam conſideran-
da videntur, ac diligenter prouiſo, nè
ſub alienæ neceſſitatis prætextu,in peri-
culo propriæ ſalutis maneat, ac durante
tantum neceſſitate,& interim aliqua ope
ra Religionis a confeſſario iniungenda
quotidiè faciat,ad finem,vt ea adimplens
meminiſſe ſemper poſſit obligationis
qua aſtringitur.

46 Indè deſcendit quod Monachus, qui
de ſui Superioris licentia moratur extra
Monaſterium cauſa ſtudiorum, non po-
teſt dici apoſtata, tum quia hoc facit Su-
periore permittente, prout *not.Io.Andr.
Franch.& cæteri in cap.periculoſa nè Cle-
rici,vel Monachi lib.6.D.Ant.in 7.part.
tit.44.cap.53.*

Tum etiam, quia eſt valde fauorabile,
vt monachi ſtudijs incumbant, & maxi-
mè refert Eccleſiæ generali ad hoc vt
ipſorum ſcientia magis ac magis clareat,
vt latè ſcribit *Io.Andr. in c. quia nonnul-
lis extr.de Magiſtr.Archid.in cap.mona-
chus 16. q. 1.quorũ dicta reſumunt Butr.
& Abb in c.de multa, de præbend.*

47 Et hinc eſt, quod valet donatio facta
Religioſo etiam ordinis Minoris obſer-
uantiæ, de annuo redditu in ſui ſtudii
ſubſidium,etiã ſi eam procuraſſet,quãuis
ei per talem donationem acquiratur ſo-
lus vſus, vt latiſſime conſulendo com-
probat, *Abb.in conſil.63.quod incipit, vt
veritas huius quæſtionis par.2.quem refert
(licet mendosè) & ſequitur Felin.in c.cum
dilecta num.19 verſ.Amplia etiam, de re-
ſcript.* Hinc etiam Religioſus ſtudii cauſa
48 pecuniam mutuam accipiens, obligat
monaſterium vſq. ad debitum modum,
*Io.Andr.Franch. & coeteri in d. cap. peri-
culoſa Innoc.in c. quanto ſub nu. 2. & ibi
Abb. num. 5. de off. ord. idem Abb.in c.ex
parte num.8.de accuſat.* ad exemplum fi-
lii familias, qui dummodo probabilem
49 modum non excedat, mutuando pecu-
niam cauſa ſtudiorum obligat patrem
ad reſtitutionem,*l.ſed Iulianus §.quod di-
citur ff.ad Maced.& in l.Macedoniani C.
eod.tit.Aret.in,§.item ſi col.10. verſ. itẽ ſi
inſt.de act.* Quod tamen verum intelligas,
niſi ab initio pactum fuiſſet quod propin
qui religioſi, vel alter quiſpiam tenea-
tur illi neceſſaria in ſtudio miniſtrare,
tunc enim monaſterium non tenetur, vt
Io.Andr.& Abb.loco cit.teſtantur. Cœte-
50 rum pacto ceſſante, monaſterium ad ex-
penſas neceſſarias obligatur vſque adeo,
vt ex ſola licentia permanendi in ſtudio
monacho conceſſa, monaſterium tenea-
tur ad expenſas Doctoratus,*Fel.in c.dile-
cta ſub n.19.de reſcript.* ſicuti etiã tenetur
ad expẽſas ipſi monacho infirmãti ſubmi
niſtratas, niſi fuerint illi ſubminiſtratæ
contemplatione familiæ, aut conſangui-
neorum ipſius monachi, *vt Io.Andr.&
Franch ſcribunt in d.cap.periculoſa,ne cle-
rici,vel monachi lib.6.* Addo quod ex ſo-
51 la licentia permanendi in ſtudio poteſt
monachus aſſequi gradum doctoratus,
etiamſi nulla de gradu mentio facta ſit,
*Anchar.conſ.341.oritur dubium.Felin.lo-
co ſupra cit.Abb.in c. ſuper ſpecula ſub nu.
16.verſ.formauit enim extr. ne cler. vel
monachi.* Addunt præterea ſupracitati
52 patres,quod licentia permanendi in ſtu-
dio

dio excuſat monachum à pœna Apoſtaſiæ, & excommunicationis, & ipſum habilem reddit ad omnia quæ ſtudium concernunt. per *l. ſi longius* §. *fi. ff. iud.* quare & poterit ſuffragari in electione Rectoris, & coetera explicare quæ ſcholaſticum munus concernunt, *Bald. in Auth habita num.* 64. C. *ne fil. pro patre.* Item & facere poterit eleemoſinam moderate de bonis monaſterii, quam regulariter facere non poſſet, cum nihil proprii poſſideat, ſecundum, *gloſ. & Doct. per illum text. in clem.* 2. *in verb. committendo de vit. & honeſt. cleric. Abb. in capit. ex parte num.* 7. *de accuſat.* D. Tho. 2.2. *q.* 3?. *art.* 8. *ad primum Nauar. in cap. non dicatis n.* 40. *&* 60. 12. *q.* 1. Sed antequam hinc diſcedamus monitum Lectorem velim, iure nouiſſimo Sacr. Trid. Conc. *Seſſ.* 25 *cap.* 4 *in fine de regul.* caueri, vt Religioſi, qui ſtudiorũ cauſa ad vniuerſitates mittuntur in Conuentibus tantum habitent, alioquin ab ordinariis locorum contra eos procedatur,

Decimoſexto ex eadẽ ratione deſcendit quod fratres extincti ordinis prout sũt fratres tẽplarii, & humilitati, qui in propriis domibus, vel alibi vti clerici ſęculares degunt non, poſsũt apoſtaſiæ vitio notari, veluti qui auctoritate Sedis Apoſtolicę degunt extra clauſtrum, *ad l. Graech* ??. *ff. ad l. Iul. de adult.* niſi forte in extinctione ſit reſeruata monaſteria, vel alias domus pro eorũ habitatione, *vt ſcribit, & recte Leon. in theſaur. for. eccleſ. par.* 3. *tit.* 8. *de ſpol. cler. ſub num.* 53. *&* 56. *cum ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Apoſtata non eſt tranſiens ex vna religione ad aliam.*
2 *Religio in genere datur complectens omnia*
3 *Apoſtata non eſt tranſiens ad religionem laxiorem.*
4 *Apoſtata vt quis dicatur debet recedere animo vagandi.*
5 *Religioſus tranſiens ad aliam religionem poteſt à Superiore Primæ reuocari.*

ARGVMENTVM.

Dimittens habitum ſuæ Religionis ſine Superioris licentia, & tranſiens ad aliam diuerſi habitus, an ſit inter apoſtatas recenſen.

CAP III.

1 NOn eſſe inter apoſtata recẽſendũ probat *teſt. in c. vlt. de Apoſtat. & ibi* Innoc. *& Io.* Andr. *cap. intelleximus de at. & qualit. gloſ. in c. ex parte de temp. ord. & in extrauag. Ambitioſa de* Regular. *ad fin. Lap. alleg.* 33. *&* 130. *num.* 4. *Bald. in* Auth. Iubemus *num.* 4. §. *ſeruos ſanè verſ. Dicit enim Innoc. de* Epiſc. *& cler. Rom conſil.* 341 *ante n.* 2. *Gemin. in c. vt periculoſa in fine clerici, vel monachi* Franch. *ibidem* §. *pen. ad fin.* Calcan. *conſ.* 123. *num.* 2. *& ſeq. Rebuff. in praxi tit. de translat. monach. num.* 11. *Boer. decіſ.* 260. *ante num.* 30. *Decian. conſil.* 20. *num.* 25. *lib. primo. Quibus addendus eſt Emanuel. Rodericus de regul. quaeſt tom primo q.* 30. *art. primo verſiculo* Conſequens *item eſt.*

Cuius rei illa ſolet aſſignari ratio quia per huiuſmodi tranſitum non deſerit ſubſtantialia Religionis, & propterea non poteſt dici ab ea receſſiſſe. Exigit hęc res vt cauſam paulo altius reſumã, quo ex eius declaratione hoc ipſum pateat apertius. primum illud monendi ſumus vnam eſſe Religionem in genere *Lap. alleg.* 130. *num.* 4. Gemin. *in cap. periculoſa ad fin. ne clerici, vel monachi,* & ideo profeſſum vnam religionem, omnia profeſſum videri, vt, vltra citatos ſcribit *Hoſt. in c. ad apoſtolicã de reg. Feder. de Sen. conſ.* 5. *Quidã monachus primo dubio, & conſ.* 19. *col.* 2. omnes enim Religiones tria profitentur videlicet, pau-

perta-

pertatem, caſtitatem, & religionem, *c. cum monaſterium in fin. de ſtat. monac.* *notatur in cap. 2. de eccleſ. ædific. Lap. alleg. 130. col. vlt. verſic. item ſecundum opinionem in poſt D. Thom. 12. q. 108. art. 4 & 22 q. 186. art. 7. & ſeq. & q.*
2 188. *art. primo.* Hoc ſumpto quamuis de
vna religione fiat tranſitus in aliam quã
uis laxiorem non tamen Religioſus deſinit eſſe Religioſus, prout dicitur de milite ex vno numero in alium translato, in *l. vnica in fin. ff. de bon. poſſ. ex teſtam. milit. nec per tranſitum* de vna religione in aliam mutatur Religionis ſubſtantia, quod patet ex eo, quod Religioſus in nouo monaſterio nõ cogitur emittere nouam profeſſionem, ad hoc vt dicatur profeſſus *Feder. d. conſ. 5 Rebuff. in prax. in tit. de transl. Monach. in princ. Boer. deciſ 260. ante num. 30. Tiber. Decian. d. conſ. 20. num. 24. lib. primo* Dixi autem vt dicatur religioſus profeſſus quia ad effectũ vt cenſeatur monachus ſecundi monaſterii requiritur noua profeſſio, ad hoc vt obligetur peculiaribus Religionis ſtatutis, & ſic intelligas *Abb. in cap. Abbate Sancti Siluani num. 5. de verb. ſignific. & Rebuff conſ. 105. num. 4 quos ita declarat* Dec. *in cap. præter n. 6. de præbend.* Hoc ſtante, mirum videri non debet, ſi dicimus, quod ſi monachus ſine ſuperioris licentia ſe transferat ad laxiorem religionem, nec apoſtata eſt reputandus, nec incurrit in excommunicationem ſtatutum per *d. cap. periculoſa ne cler. vel monach. in 6.* quia in quacũque religione exiſtat, ſemper erit in religione, & tribus votis ſubſtantialibus aſtrictus.

3 Nec dici poteſt Apoſtata ratione habitus propriæ religionis ommiſſi quia non dimiſit illum animo vagandi, ſine quo apoſtaſia locum habere non poſſet vt ſcribit *Rom. 341. ſub num. 1. quem ſequitur Staphil. de reſcript. apoſt. in form. Breuis ſub num. 23. in fin. cum aliis à nobis congeſtis ſupra eod lib. cap. 3 num. 153.* Verum eſt tamen quod religioſus, licet apoſtaſiam non incurrat, tamen ſi abſq. ſuperioris licentia ſe transfert in laxiorem, comparata ſunt aduerſus cum alia iuris remedia nempe remedium *capital. eum qui de præbend. in 6. vt auctor eſt Gemin. in cap. cum ſingula in fin. in 3. not. de præbend. in 6. Rebuff. in prax. de translat. Monach. num. 12.* Item non poteſt recuperare bona, quæ transtulit ad primum monaſterium *Soc. d. conſ. 22. ſub n 3. & conſ. 270.* Et poteſt in propriam religionem reuocari per ſuperio-
5 rem in cuius contemptum ſe transtulit, vt ſcribitur in *cap. fin. & cap. Ioannes, & cap. non eſt nobis de regul.* Rom. *d. conſ. 341. addens ex ſententia Innoc. in d. cap. licet de regul.* in hoc ſuperiori eſſe triplici remedio conſultum ad reuocandum nempè rei vendicatione, & aliter vt ibi per eum, & per *Abb. in d. cap. licet, num. 15.* Cæterum ſi in translato, ad laxiorẽ admittitur nõ adeſſe apoſtaſiam, æquius admittetur in translato ad parem, & arctiorem, pro quo nihilominus vendicando eadem ſuperiori competunt remedia, quæ competunt translato ad laxiorem, *Rom. d. conſ. 341. nu. 3. cum aliis ſupra allegatis.*

SVMMARIVM

1 *Translatio ad ſuperiorem religionem auctoritate ſedis apoſtolicæ eſt debite facta.*
2 *Religionis ſunt de iure poſitiuo.*
3 *Translatio facta à Papa ſine cauſa ad laxiorem non eſt tuta in foro poli.*
4 *Translationem ad laxiorem religionem ſine cauſa Papa non ſolet permittere.*
5 *Decreto Sacri* Concilii *non tenetur derogare Papa permittens tranſitum ad aliam religionem.*
6 *Decretis* Concilii *Tridentini uidetur derogatum ex clauſula non obſtantib. conſtitutionib. Pontificiis.*
7 *Translatus ad laxiorem religionem ſine cauſa dicitur debite translatus.*
8 *Translatus cum cauſa auctoritate abbatis dicitur debite translatus.*
Contraria opinio defenditur.
9 *Translatio ad laxiorem eſt contra diſpoſitionem iuris.*
10 *Transferri ad laxiorem nemo regularis poteſt vigore cuiuſque facultatis de iure*

re nouiſſimo Concilii.

11 *Facultas transferendi ad laxiores cum data Generalibus ex cauſa, non videtur derogata per Concilium.*

12 *Legislatoris mens eſt coercere caſus illicitos non facere caſus licitos illicitos.*

13 *Lex tollendo facultatem non improbat cauſam.*

14 *Translatus debitè dicitur Religioſus exēptus à Iuriſdictione Epiſcopi, ſi ſimul cum cauſa ad ſit conſenſus* Abbatis.

15 *Translatus debitè non dicitur non exemptus à* Iuriſdictione *epiſcopi ſine illius licentia etiam ad parem.*

16 *Transferens ſed ad arctiorem ſine licentia, dicitur indebite translatus.*

17 *Obedientiæ contemptus excludit præſumptionem maioris religionis.*

18 Transferens *ſe ad artiorem licentia petita a ſuperiore, & non obtenta, dicitur debitè translatus.*

19 Translatio *vt poſſit fieri Superiore recuſante dare licentiã cum cauſa recurritur ad vtriuſque ſuperiorem.*

20 *Monachus debet morari in monaſterio pendente cognitione cauſæ propter quam ei denegatur licentia.*

21 Priuilegii *cognitione pendente poſſeſſor eſt tuendus in poſſeſſione etiam ſi poſſeſſio ſit contra Ius.*

22 *Religioſus venia petita & non obtenta poteſt tranſire quatenus religio ſtrictior ſit parata ad recipiendum.*

23 Licentiæ *tranſeundi ad laxiorem vel parem per ſedem Apoſtolicam adiicitur clauſula de ſui ſuperioris licentia.*

24 Abbatis *nomine venit etiam* Generalis *totius ordinis.*

25 Generale *volente tranſire ad aliam religionem requiritur licentia* Papæ *ſi illi immediatè ſit ſubiectus.*

26 Generalis, *licentia petita a* Papa *& non obtenta poteſt tranſire ad ſtrictiorem.*

Contraria *opinio defenditur.* Concilian*tur.*

27 Religio *ſtrictior conſideratur ex obſeruantia actuali.*

28 Fratres *Predicatores non poſſunt tranſire ad religionem ſancti Benedicti.*

29 *Religioſi mendicantes non poſſunt tranſire ad non mendicantes exceptis* Car*thuſienſibus.*

30 Generali *attentanti dediſſe licentiam ex cauſa, non creditur niſi conſtet de cauſa.*

ARGVMENTVM.

Translatio de vna Religione in aliam quando dicatur debitè vel indebitè facta.

CAP. IV.

1 VT res tota facilius explicetur, infraſcriptæ concluſiones ſunt conſtituendæ. Prima, translatio ad laxiorem, facta auctoritate Sedis Apoſtolicæ eſt debitè facta, & prodeſt in foro iuditiali, ſiue ſit facta ex cauſa, ſiue ſine cauſa *gloſ. in cap. cum ſingula 32. §. fin. verb.* Canonicè *de prabend. lib. 6. ibique Gem. num. 5. Franch. ſub num. 3. Guliel. de Monteland. in clem. 1. num. 2. de elect. Lapus alleg. 130. num. 3. Card. conſ. 128. ſub num. 4. verſ. Quantum ad poteſtatem* Rebuff. *in praxi tit. de ſtat. Monach. num. 12. Nauar. in cap. ſtatuimus notab. 4. num. 12. ad fin. 19. q. 3.* D. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. c.*
2 434. *num. 6* Ratio eſt, quia religiones omnes ſunt de iure poſitiuo, *capitul. fin. vbi Abb. num. 2. de religioſ. dom. & iterum Abb. in cap.* Deus *qui in 2. not. de vita & honeſt. cler.* D. Ant. *in 3. par. tit. 16. §. 4.* Pontifex autem latiſſima fungitur poteſtate ſuper omnibus, quę ſunt de iure poſitiuo, *Doct. in cap. primo de conſtitut. Soccin. conſil. 13. num. 26. lib. primo, cum aliis quos in propoſito recenſet Tiber. Decian. reſponſ. 20. num. 8. lib. 1.*

3 Secunda concluſio, translatio ad laxiorem ſine cauſa, quamuis à Papa facta non reddit religioſum tutum in foro poli, *gloſ. in c. non eſt de voto, & ibi Abb. num.*

num.9.Butr.in c.ſanè de regular. Franch. *in d.c.cum ſingula nu.4.poſt med. verſ. Et ſcias quod licet Nauar.loco cit.& in conſil.* 88.*nu.* 2.*de* Regular. *Dominus Gratian. loco cit.num.*17.

4 Tertia Concluſio, Papa non conſueuit concedere licentiam transferendi ad laxiorem niſi ex iuſtis, & legitimis cauſis, vt pluries in facti cõtingẽtia ſum expertus, etenim cũ transferre ad laxiorem ſit quodammodo abſoluere à voto, ſeu à parte voti ſeruandi ſtrictiorem, hoc effici non poteſt ſine cauſa,*d.c.non eſt, vbi gloſ.de voto Nau.loco cit.n.*10.*verſ.* 2.*ad de, Azor.li.*12.*cap.* 14.*col.*3.*verſ.Quares* Qua ratione Concilium Tridentinum *Seſſ.* 25.*c.* 19.*§.nemo* ſtatuit quod nemo regularis cuiuſcumq.facultatis vigore transferatur ad laxiorem.

Dubitari ſolet, An adhoc, vt facultas transferendi ad laxiorem conceſſa per Papam ſuffragetur, requiratur derogatio decreti Sacri Concilii? Affirmatiuam opinionẽ tenet *Nau.conſ.*62.*alias* 65.*in fine, quẽ ſequi videtur Dominus Gratian. d.c.* 434.*nu.*20.Contrariũ puto verius.Primo
5 quia Concilium loquitur de translatione quæ fit vigore facultatis conceſſæ; Papa autem non transfert vigore facultatis ſibi conceſſæ, ſed ex propio imperio, & poteſtate, quo fit vt cum verba decreti non conueniant Papæ,neq.illi poteſt cõuenire diſpoſitio *l.ſemper in Ciuitate,§.id eſt ff.de iure immun.Bar.in l.*1.*§.ait Prætor,ff.ne quid in flum.publ.cum aliis per* Frãcb.*Becium conſ.*54.*nu.*9.

6 Secundo,quia licet regulariter decreta conciliaria requirant ſpecificam derogationẽ,Dec.*conſ.*341.*n.*10.*prob.ad Monach.in c.cum in tua nu.*23.*&* 24.*de conſuet.li.*6.Rip.*in c.*1.*ſub nu.*8.*de iudic.Caſ. de Graſſ.dec.*3.*de reſcript.Verall.dec.*268.*nu.*3.*p.*1.*Mobed.dec.*7.*tit.locati* Rot.*in Valentina decimarũ* 8. *Februarii* 1588.*corã Orano,& in Couchen.exemptionis decimarum* 13.*Martii* 1589.*coram eodem,& in eadem* 9.Decembris 1602.*coram Penia*.

7 Tamen in Decretis Concili Tridentini,vbi non reperitur expreſſum quod debeat fieri derogatio ſpecifica,intelligitur facta ex clauſula, non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis,& ex aliis ſimilibus clauſulis generalibus, Rota *in cauſa Sancti Angeli penſionis* 16. *Decembris* 1594.*coram olim Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, & in Bononien. Prioratus* 9. *Iunii* 1606.*coram* R.P.D.*Manzanedo*.

8 Quarta Concluſio, Translatus ad laxiorem ſine iuſta cauſa, dicitur indebitè translatus, etiamſi fuerit translatus auctoritate ſui Abbatis, & conuentus, & cum diſpenſatione Epiſcopi *Gloſ. Gem. Franch. & alii in d.capit.cum ſingula de preb.lib.* 6. *Arch. in cap.monachum* 20. *q.*1.*Nau conſ.*56.*de regular. Grat. d.c.* 434.*ſub nu.*2.*et* 6.

9 Quinta Concluſio, Translatus ad laxiorem auctoritate Abbatis, & conuentus, & cum diſpenſatione Epiſcopi, concurrente iuſta cauſa,quæ requirat celeritatem dicitur debitè translatus, *Gem. et Franch.locis citatis,Rebuff.in praxi tit.de translat.monach.nu.*10.*Nauar.in c.ſtatuimus Comment.*4.*not.*3.*num.* 10. *verſ.* 2. *adde* 19.*q.*3.

Sexſta concluſio; Translatus ad laxiorem ex cauſa, quæ non requirit celeritatem,auctoritate ſui Abbatis, & conuentus,& accedente diſpenſatione Epiſcopi dicitur debitè translatus,*Franch. in d.c. cum ſingula,§.probibemus ſub.nu.* 4. *verſ. Et ita tenendum; Ach.in d.c. monachum* 24.*q.*1.*Gratian.loco cit.nu.*12.

Contrarium tenet *Gem.in d.§.probibemus ſub nu.*6.& hoc mihi videtur verius. Moueor Primo,quia translatio ad laxiorem eſt contra diſpoſitionem iuris,*c.ſanè de regular.Nau.conſ.*57.*An Religioſus ſub*
10 *nu.*1.*eod.tit.*cui nequeunt derogare Generalis, capitulum, & Epiſcopus tãquam inferiores, *c.cum inferior* 21.*diſt.l. minor autem magiſtratus ff.de min.Oldrad.conſ.* 128. *nu.*9.*verſ.*2.*ſic arguitur,Feder.de Senis conſil.*17.*in princ.*Rom.*conſ.* 2. *ſub nu.* 2.*verſ.Nec prædictis obſtat*.Moueor ſecũdo,quia videmus pleraſq.religiones habere priuilegium vt poſſint trãſire ad alias religiones,vt patet apud *Nau.d.conſ.*56. *et apud Gratian. d.c.*434.Quod quidem priuilegium nõ eſt credendum quod fuerit cõceſſum vt poſſint trãſire ex cauſa leuitatis,ſed quãdo eſt iuſta,& rationabi-

lis, *cap.licet de regul.* Non obſtat quod ad
ſit iuſta cauſa, quia cum non reperiatur in
iure ſtatutum quod ex iuſta cauſa prædi-
cti poſſint transferre, non eſt bona con-
ſequentia, adeſt iuſta cauſa, ergo pote-
ſtas trãsferendi ſpectat ad Generalem,&
capitulum, nam hoc dato, ſequeretur
quod ex ſola iuſtitia cauſæ, inferiores
poſſent diſpenſare contra ius commune.
Iuſtitia ergo cauſæ operatur magis, vt is
qui habet poteſtatem inducatur ad di-
ſpenſandum, quam vt tribuat poteſtatem
eã non habenti. Qua ratione credo quod
etiam in caſu in quo cauſa requirit celeri
tatem, ſaltim poſt translationem factam
debeat haberi recurſus ad ſedem Apo-
ſtolicam, quia celeritas cauſæ operatur
vt actus poſſit fieri, non autem vt poſt fa-
ctũ non debeat recurri ad ſuperiorem, vt
eſt optimus *Teſt.in cap.de cætero, cap. ea*
noſcitur, & cap. quod de his, de ſent.excom.
11 Septima Cõcluſio, De iure nouiſſimo
Cõcilii Trid. nemo regularis cuiuſcunq.
facultatis vigore poteſt transferri ad la-
xiorem, vt in *c.19.§.nemo 25. Seſſ.*

Dubitari ſolet; An per huiuſmodi de-
cretum cenſeatur derogatum facultati-
bus cõceſſis quibuſdã Generalibus tran-
ſferẽdi ad laxiores? & nõ cenſeri deroga
tũ in caſu, in quo fiunt ex iuſta, & legiti-
ma cauſa, ex facto reſponderũt *Nau.conſ.*
12 *56.ſub nu.3.de Regular.* vbi loquitur de
Generali ordinis S. Auguſtini *Dominus*
Gratian.d.c.434. vbi loquitur de Eremi-
tis Camaldulenſibus, *Sayr.dec.55.tit. de*
Regular. Ducitur, quia præſumitur quod
mens Concilii fuerit tollere facultates
transferendi ſine iuſta cauſa, & ſine
conſenſu Capituli, ſeu Conuentus, & ſi-
ne cauſæ cognitione, non autem faculta-
13 tes legitimas, & iuridicas, quæ ſuffice-
rent ad huiuſmodi translationem, quia
intentio legislatoris eſt coercere caſus il
licitos non autem facere illicitos eos
qui de iure ſunt liciti, *capitulo audita, §.*
quia tamen, vbi Abb. numero 5. de reſt.
ſpoliat. cap. factum legitimè de reg.iur.lib.
6.l.leges ſacratiſſima C.de legib.Card.con.
ſil.146.ſub num. 1. Hæc ratio rectè qui-
dem procedit in facultate transferendi
ad laxiorem competente de iure commu
ni, cęterum in facultatibus, quæ com-
petebant vigore priuilegii, de quibus lo-
quitur Concilium, ratio non applicatur,
quia cum Concilium procedat tollendo
priuilegium, tollit per antecedens neceſ-
ſarium, poteſtatem, & conſequenter in
nullo caſu translatio erit valida, *Extrau.*
viam ambitioſæ de Regular. Non obſtat
quod adſit iuſta cauſa, quia quando lex
14 procedit tollendo facultatem, non im-
probat cauſam, ſed auocat eius cognitio-
nem ad ſe, quia non confidit, de iuditio
inferioris *c.de cœtero, c.ea noſcitur, & c.*
quod, de his de ſent.excom.
15 Octaua Concluſio, Religioſus exem-
ptus a iuriſdictione Epiſcopi, dicetur
translatus debitè, ſi ad fuerit expreſſa
voluntas, & conſenſus Abbatis, & con-
uentus, ac etiam iuſta cauſa, *Gloſ. in cap.*
non eſt, in verb.permittatis de regul. Innoc.
in c.vult. num.1.de remun. Io. Monach.
in d.c.cum ſingula nu.5. ibiq. Gem.ſub nu.
5. verſic. Si tranſit in eadem, Franch.ſub
nu.3.verſ. Aliquando tranſitus fit ad pa-
rem, Rebuff.in prax.tit. de translat. Mo-
nach.num.7. & eſt communis, vt per Do-
cian.d.conſ.20.nu.25.
16 Nona Concluſio; Religioſus non exẽ-
ptus à iuriſdictione Epiſcopi, non dicitur
debitè translatus ad parem, niſi vltra li-
centiam Abbatis, & conuentus, adſit e-
tiam iuſta cauſa, & licentia Epiſcopi, cũ
eius interſit, Monachum ſibi ſubiectum
ab eius ditione non eximi, *Franch.in d.c.*
cum ſingula ſub num.3. circa fin. Rebuff.in
prax. de translat.monach.nu.7.
17 Decima Concluſio, Transferens ſe ad
arctiorem, venia non petita à ſuo ſuperio
re dicitur indebite translatus, vt tenet
gloſ.in c.intelligimus de atat.et qualit. In-
noc. & Io.Andr.in c.licet de regular. & ibi
Butr.nu.13.Anch.nu.12.Abb.nu.2.Arch.
in c.mandamus 19.q.3.Lap.alleg.130.ſub
nu.2.verſ.Si vero tranſeat Rom.conſ.341.
ſub num. 4. & hanc communem teſtantur
Abb.cõſ.95.li.1.Staph.de ſignat.gratia col.
antepenult.verſ.in regulari profeſſo. Ratio
eſt, quia ob non petitionem licentiæ, con
temnitur bonum obedientię, qui contem
ptus excludit præſumptionem maioris
religionis, & includit præſumptionem
leui-

leuitatis *d c.licet,§.quo circa de Regular.* Quod procedit adeo vt nec valeret priuilegio in contrarium, *c.venerabilis, de conſuetud.Rebuff.loco ſæpè citato ſub nu.14.*

19 Vndecima, Concluſio, Transferens ſe ad arctiorem licentia petita a ſuperiore, eſt debitè translatus, etiamſi non ſit obtẽta, *c.licet de Regul.vbi Doct.gloſ. in d. c. cum ſingula, vbi Gem. & Franch. Calder. conſ.25.quidã profeßus, de reg. Lap alleg. 130.ſub nu.2. in princ Rom.conſ.341.n. 4.Socc.conſ.22. præſens conſultatio vol.2. in princ. id quod etiam aſſerunt D. Thom. 2.2.q.89.art.8.Ant.in 3.par.14.in princ. ac eſt communis, et receptiſſima tum Theologorum, tum Canoniſtarum ſententia, vt per Decian.d.conſ.20.num. 12.* Ratio eſt, quia talis licentia petitur in ſignum obedientiæ, cui per nudam petitionem cenſetur ſatisfactum, non obſtante ſuperioris contradictione, qui propoſitum Diuinitus inſpiratum impedire non poteſt, *d. c.licet.§.talis, de regul.*

20 Duodeciſima, concluſio, Quando ſuperior recuſat dare licentiam, veluti, quia dubitat, An religio, ad quam petitur tranſlatio ſit ſtrictior, vel an licentia petatur ex ſpiritu, vel ex leuitate, non ſtatur nec verbo ſuperioris, nec aſſertioni ipſius trãſire volentis, ſed ſit recurſus ad ſuperiorem vtriuſque, qui perpenſa qualitate religioſi petentis, & cauſa petitionis, nec non, & conſiderata diſciplina religionis, ad quam tranſitus petitur, arbitrari debet An ſit licentia concedenda, *Innoc. in c. licet de Regul. Butr. ibidem nu.* 8. *Anan. num.*6. *Abb. num.*3.

21 Decima tertia, concluſio, Dum cognoſcitur, an Religio ſit ſtrictior, vel quo ſpiritu petatur licentia, debet Religioſus morari in primo monaſterio, quia quouſque ſuperioris non adueniat determinatio, debet remanere in eo ſtatu, in quo reperitur, ne contingat religionem, negocio pendente, ſua poſſeſſione priuari, *l.lite ordinata C. de liberal. cauſ.l.ordinata ff.eod. tit.per quos ita ſcribunt Butr. loco modo cit. n.10.Anan.nu.6.* Et hæc concluſio comprobatur ex eo, quod in ſimili ſcribit *Abb. per illum text.in c.1.n.4.extr.vt lite pend.* nẽpè quod dum cognoſcitur an priuilegiũ conceſſum ſit reuocatum, vel dum, vel
22 ne, diſputatur ſuper eius validitate, vel inualiditate, poſſeſſor eſt in ſua poſſeſſione tuendus, etiamſi poſſeſſio ſit contrarius, & Abbatis dictum ſequntur *Dec.in c. cum teneamur nu.4. verſ. ſic etiam de appell.et conſ.97.ante n.2.& conſ.130.n.1. verſ. Et facit Adden.ad matthesil. not.28. n.3.Gabr.tit.de acquir.poſſ.concl.6.n. 2. et pluries probauit Rota, et præſertim deciſ.41. nu.10.& dec.50.nu.29.& dec.64.nu.3. par.2.diuerſ.et in cauſa Valentina, de conſentaina 30.Ianuarii 1581.corã ſeraphino et in Romana cenſus 15.Ianuarii 1607.coram R.P.D.Penia, et in Bononien. cenſus 25.Iunii 1605.corã Illuſtriſ.D.meo Cardin.Sacrato, et in Nucerina, ſeu nullius, 28 Maii 1608.coram S.D.N.Gregorio XV.*

23 Decima quarta, concluſio. Ita demũ tranſire volenti ad ſtrictiorem ſufficit venia petita, & non obtenta, quatenus Religio ſtrictior ſit parata ad illum recipiendum, ſecus ſi adhuc parata nõ ſit, vt ſcribunt, & rectè *Innoc.Io.Andr.Card.Imol. et alii, in c.fin.de renunc.Socc.conſil.222. nu.1.& 3.lib.2.Rebuff.d.tit.de translat. monach.nu.8.*

24 Decima quinta, concluſio, Quãdo per ſedem Apoſtolicam conceditur licentia tranſeundi ad laxiorem, vel parem, ſemper adiicitur clauſula, de ſui ſuperioris licentia; *Mandoſ.de ſignat.grat.tit.de licentiis verſ.Religioſo dari non conſueuit.*

25 Decima ſexta, concluſio, Quoties in hac materia ſit mentio de Abbate, idem intelligimus de magiſtro totius ordinis, ſeu de Præpoſito Genetali, nã iſti conuertuntur, *c.fin. poſt princ. verb.non obſtante de pact.li.6.mãdoſ.ad Lap.al leg.61. verſ. Generaliter in fin.* Et nõ exiſtente Generali ſufficit licentia conuentus, *Rebuff.loco ſæpè citato n.*6. Nec ſufficeret habere licẽtiã à Priore cõuentuali, *Rom.ſing.458. quod incipit Domini mei*, ſicuti nec ſufficeret licentia capituli prouinciali, *Socc.conſ. 52.ſub.nu.13.li.4.* niſi fortè iſti fuerint in quaſi poſſeſſione concedendi ſimiles licẽtias, quo caſu ſufficeret ratione communis reputationis, *Lapus d.alleg. 61.nu.2.*

Decima ſeptima, concluſio, *Abbas* ſiue prelatus regularis ſi non ſit imme-

diate ſubiectus Papę, poteſt ad inſtar alio
rum religioſorum tranſire ad ſtrictiorem
licentia petita a ſuo ſuperiore quamuis
non obtenta, vt poſt multa concludit *Io.
Andr. in c. cum non ſtat 66. nu. 11. & 12.
de reg. iur. lib. 6. quem ſequuntur Doct. in
c. licet, de regular. & ibi ſignanter Anch.
nu. 8. Abb. nu. 13. Boich. nu. 4. Angel. verb.
religioſus nu. 35. Roſſell. verb religio 4. nu.
8. Silueſt. in verb. religio q. 24. num. 25.*

Si vero ſubſit immediate Ponti fici
prout ſubſunt hodie omnes Generales
religionum, poſſunt tranſire petita & ob.
tenta licentia: quod ſi petat, & Papa dene
get non erit recte translatus: ſi vero non
reſpondeat, valet quidem tranſitus in
præiudicium religioſi, ſed poteſt per Pa.
pam reuocari, ita firmant omnes proxi-
xime allegati, quibus etiam calculum
prebent *Soccin. conſil. 52. nu. 13. verſic.
nam vt dicit, lib. 4. Azor. tom. 1. Moral.
inſt. lib. 12. c. 14. q. 7. Sanchez ad præcepta
decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 7. ſub nu. 8.*

Decima oitaua, concluſio vbi tota
religio, aut domus religioſa transfert ſe
ad arctiorem, dicetur debite translata ſi
ſe transferat de licentia Epiſcopi, *Abb. in
cap. num. 1. de ſtatu monach.*

Cõtrariũ videlicet quod in tali caſu e-
tiãſi trãſitus ſit ad arctiorẽ liceat trãſire
ſimpliciter abſq; licẽtia Epiſcopi cenſue.
runt *Greg. Lopez in l. 9. verb. religioſus tit.
7. par. 1. Sanch. ad præcepta decalog. tom.
2. lib 6. cap. 7. nu. 7.* hoc ſolo argumento
ducti, quia eadem ratione qua licet ſin-
gularibus tranſire ad arctionem ſine li-
centia, debet licere omnibus ſimul, quia
ratio quæ eſt de parte quoad partem eſt
etiam de toto quoad totum, *l. qua, de to.
ta 80. ff. de rei vend.*

26 Ego cenſeo neque licentiam Epiſcopi
ſatis eſſe, ſed eſſe neceſſariam auctorita-
tem ſedis Apoſtolicæ, ſiue translatio fiat
ad arctiorem, ſiue ad laxiorem, idque pri.
mo per *tex.. in c. vnico, §. fin. de religioſ.
domib. lib. 6* vbi loquens de religionibus
confirmatis poſt Concilium Lateranẽſe
poſtquam eis prohibuit ne deinceps nul.
lum ad eorum profeſſionem admictant,
nec de nouo domum vel aliquem locum
acquirat, ſubiicit in hac verba. *Tranſeun.
di ad reliquos ordines approbatos licentiam
concedimus generalem, ita quod nullus or-
do ad alium, vel cõuentus ad conuentum, ſe
ac loca ſua totaliter transferant ſedis eiuſdẽ
ſuper hoc permiſſione ſpecialiter nõ obtenta.*

27 Nec dicat *Sanch. loc. cit.* textum præ-
dictum eſſe intelligendum de translatio-
ne rerum, non autem perſonarum, quia
ex eodem textu manifeſtè colligitur lo-
qui de vtraque, quia verba illa *nullus* or
do, nec non, & verba ſequentia ſe ac lo
ca ſua, complectitur non ſolum res, ſed
etiam perſonas, ac vis deciſionis non
conſiſtit in realitate, vel perſonalitate
ſed in totalitate, vt demonſtrant verba
illa totaliter conferant.

28 Non obſtat argumentum ex aduerſo
allatum, quia plura licent in particula-
ri, quæ non licet vniuerſaliter, vt *in l. cum
ſenatus C. de rebus dub. & in l. 1. C. de iu.
dæis, & notant in ſpecie gloſ. in d. c. vnico,
§. fin. verb. totaliter, & ibi Io. Andr. nu. 6.
Franch. nu. 6.* nec enim debet relinqui fa
cultati cuiuslibet Epiſcopi vnam religio
nem per totalem translationem in aliam,
extinguere.

29 In vno tantum caſu poſſet procedere
opinio contraria, videlicet vbi verſare-
mur in religione cæpta, & a ſede Apoſto
lica hactenus non approbata, quia in tali
caſu eſt perinde ac ſi non eſſet inſtituta,
*d. c. vnico in princ. de religioſ. clem. 6. lib. 6.
c. fin. extra eod. tit.*

Decima nona Cõcluſio, Religioſi mẽ.
dicantes nequeunt transferri ad religio-
nem non mendicantium, excepto ordine
Cartuſienſium, *Extrau. viam ambitioſæ
de Regular.* cuius diſpoſitio eſt innouata
per reg. Cancellariæ 23. Vnde mos eſt cu.
riæ, vt quoties ex Apoſtolica diſpenſatio
ne mendicãs transfertur ad Religionẽ nõ
mendicãtium, derogetur diſpoſitioni, *d.
extrau. et ſimul regulæ Cancellariæ, vt per
Mandoſ. in reg. 23. q. 1. num. 7. vbi ponit
formam derogationis.*

30 Vigeſima, Cõcluſio; vbi translatio fit
ex cauſa oportet quod de cauſa cõſte ſuf
ficiẽter, & aliũdè quã ex ſcriptura trãsla
tionis, nempè quod cauſa probetur, alias
nõ creditur Generali atteſtanti ſe dediſſe
licentiam ex cauſa legitima, ut ſcribunt,

&

& rectè *Nau.d. conſ.56. de regular.* eruditiſſimus *Gratian. d.cap.434. nu.14.* Inter legitimas autem cauſas recenſentur nimia Religionis auſteritas, infirmitas perpetua ſuperueniens, & aliæ ſimiles, vt docet *Archid.in c. Monachum num. 2. 20.queſt. 1.Gemin. in d. c. cum ſingula, §. prohibemus ſub nu.6. & ibi* Franch. *ſub num.4.Gratian.loco cit.nu.* 13.

31 Vigeſima ſecũda cõcluſio conuerſi, & oblati nô poſſunt tranſire ad ſtrictiorem religionem, quia per oblationẽ iam ſunt effecti ſerui Eccleſiæ, *gloſ.in c.vt lex continentia verb.profeſſi in fine, 27.quaeſt.* 1. quam ſequitur *Abb.in cap.non eſt num.*3. ſubdens hoc procedere etiam licentia petita à ſuperiore, & hoc idem probant *Angel.in verb monachus num.* 1. *Armill. ibid. num.*1. *Tabien.num.*1. *& iterum in verb.religio q.27.num* 28. *Barbat.in cap. in præſentia num.*18. *deprobat.*

Cæterum de hac opinione ſatis dubitat idem *Abb.in cap.quod ad te num.5.de de cler.coniugat.* Greg.Lopez *d.l. 9. verb. religioſos, tit.7.par.1. eamque improbant Felin. in d. cap.in præſentia num.4.in fine Berous num.* 55. *Mantua nu* 8. *Tapia in Auth. ingreſſi; verb.ſua cap. 6.num.*57. *et iterum in verb.ingreſſi cap. 9. num.*38. *Roderic.tom.3. quaeſt. 21. art. 2. et quaeſt. 52. art. 7. Suarez ad præcepta decalogi tom.2 .lib.6.cap.7.ſub num.* 9. Et hæc mihi videtur probabilior, quia non poteſt maiorem vim habere oblatio, ſeu conuerſio, quam habeat aliorum profeſſio, & ſiue habeat ſiue non habeat maiorem vim, & obligationem, illa tamen, nuſquã poterit impedire tranſitum ad melioris vitæ frugem, *cap.licet de regular. & ſuffragantur tradita per* Sanch. *tom.1. ad præcepta decalogi lib.4.cap.19.nu.30.& ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Moniales poſſunt transferri de vno Monaſterio ad aliud, in caſibus in quibus monachi poſſunt tranferri de vna religione ad aliam Idque etiam ſtante* Concilio *Trid. et conſtitutione Pii V. nu.*3.

2 Diſpoſitio *loquens de monacho habet locum in Moniali.*

4 *Caſus in quibus Moniales poßunt egredi à monaſterio.*

5 *Monialis ex cauſa poteſt transferri etiam ad laxiorem.*

6 *A monaſterio non ſeruante clauſuram ad aliud in quo clauſura ſeruatur poteſt monialis transferri.*

7 Monialis *poteſt ab vno monaſterio transferri ad aliud ad effectum gubernandi, ſeu inſtituendi.*

8 Translatio *de monaſterio laxiori ad arctius non conceditur ſi petatur gratia vitandi pœnam criminis patrati.*

9 *Praxis concedendi licentiam moniali tranſeundi ad aliud monaſterium, & num.* 11. *&* 12.

10 *Licẽtia vt monialis poſſit ſe transferre ad aliud monaſterium an poſſit dari ab* Epiſcopo.

ARGVMENTVM.

An ſicuti poſſunt transferri Monachi in aliam religionem, poſſint transferri Moniales de monaſterio ad Monaſterium.

CAP. V.

1 POſſe tranſferri docemur ex *cap. Virgines 20. q. 4.* cuius auctoritate hoc ſcribunt *D. Thom. 2.2.q.188. art.8 in reſolutione gloſ. in c.vnico verb.perpetua, de ſtatu regul. lib.6.& ibi Arch.ſub nu.1.Gem.nu.* 11. *Abb.in c.fin. nu.7. de ſtatu monach. Franch. in c. 1.nu. 2.de religioſ. domib.Socc.conſ. 27. a lib.2. Silu.in verb.religio 4.q.16.Frãch.Marc.dec. 963. quæritur, de monialibus, nu.4. par. 1.* Greg.Lopez.*in l.9.verb.religioſis, tit.7.p. 1.omnium plenius, & elegantius* Decian.*reſponſo 20.n.13.li.1.Carol.Tapia in Auth. ingreſſi verb.ingreſſi c.9.nu.37.* C. *Sacroſanctis* Eccleſ.

2 Diſpoſitio enim loquens, de monacho habet locum etiam in moniali, niſi repugnet qualitas ſexus, *cap. fin. in fine de*

ſtatu

ſtatu Monach. cap. licet, §. cum etiam Romanus, de regular. & ibi Hoſt. col. 4. verſ. præſulatum, & verſic. quia ex quo conſtabit, Bart. in l. 4. num. 16. C. de colleg. illic. Card. in clem. 1. quæſt. 7. de regular. Mandoſ. de ſignat. gratiæ tit. de licentiis verſic. quæ vero, Nacta conſ. 432. num. 9. & 15. lib. 2. Decian. loco cit.

3 Extendirur concluſio; primo, vt procedat non obſtante quod iure nouo Sacri Tridenrini Concilii Moniales ſint ſub arctiſſima clauſura, vt *ſeſſ. 25 cap. 5. de regular.* Et non obſtante quod vigore Conſtitutionibus Pii V. Monialibus ſit inter-
4 dictus egreſſus a ſeptis monaſterii niſi ex cauſa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, vt in conſtitutione quę incipit *Decori, & honeſtati* ſub datū 27. Feb 1569. quæ eſt 8. in ordine nouiſſimi Bullarii quia prohibitus egredi, nō prohibetur trāſferri, cū illud includat vagādi licētiā, hoc vero ſpē maioris perfectionis, *c. licet, & c. non eſt, & c ſanc, & c. ſignificatum de regul. c. ſtatuimus, & c. mandamus. 19. q. 3.* Et in ſpecie quod neq. Concilium Trid neq. conſtitutio Pij V. prohibeant translationem, ſcribunt *Nauar. in d. c. ſtatuimus not. 4. 19. q. 3. num. 48. & iterum conſil. 5. num. 3. verſic. ſecundo, quod non pridem, & num. 6. de ſtatu monach. Roderic. tom. 3. quæſt. regul. quæſt. 52. art. 6. Sanchez ad præcepta decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 7. ſub num. 6.* Er hanc pluries probauit Sacra Cōgregatio ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium, & ſignanter in vna *Nanneten. 16. Ianuarii 1615. & in Redonen. 31. Ianuarii 1617.* quidquid in contrarium ſcripſerit *Azor tom. 1. inſt. Moral. lib. 13. cap. 8. q. 1.*

5 Extenditur ſecundo, vt ex iuſta cauſa moniales poſſint transferri etiam ad laxiorem, vt plene probat *Decian. d. reſponſo 20. lib. 1.* per integram conſultationem, & cenſuir ſacra Congregatio in allegara Nanneten.

6 Extenditur tertio, vt citra difficultatem procedat vbi ttanſitus fir, de monaſterio non ſeruante clauſuram, ad Monaſterium in quo ſeruatur clauſura, & diſciplina tegularis, vt colligitur extraditis per *gloſ. & Turrecrem. in d. cap. Virgines 20. quæſt. 4.* & reſpondit ſacra Congregatio in allegata Redonen.

7 Extenditur quarto, vt procedat pari ratione vbi translatio fit ad alterius monaſterii gubernationem, ſiue inſtructionem, hoc enim libenter fieri ſolet, vel quando monaſterium eſt in prima erectione, vel ad ſedandas contentiones inter Moniales, vel ad reſtituendam diſciplinam collapſam, *Nauar. d. conſil. 5. de ſtatu Monach.* & pluries obſeruatum vidi, & ſignanter in vna Meſſanen. 9. Octobris 1618.

8 Eadem concluſio declaratur primo, vt translatio ſiue petatur ad laxiorem, ſiue ad arctiorem, ita demum debeat concedi, quatenus petatur a Moniali ducta feruore melioris vitæ, vel ſaltim ex legitima cauſa infirmitatis, ſecus ſi petatur ad pænam patiari criminis fugiendam, *d. c. Virgines*, & reſpondit Sacra Congregatio in allegata Redonen.

9 Qua ratione licentia ſe transferend i, in moniali non conſueuit dari indefinitè, ſed ad certum tempus, nempe vt ea vti poſſit intra ſex menſes, vel annum, & vlterius non ſuffragetur, ad tollendam anſam eam impetrandi ad effectum retinendi penes ſe, & ſic ſe à iugo obedientiæ ſubducendi, vel reddendi ſuperiores tardiores ad eam pro commiſſis caſtigandam.

10 Declaratur ſecundo, vt translatio Monialis, ēt in caſibus à iure permiſſis, licet ſtricto iure fieri poſſit ex auctoritate Epiſcopi, & ſuperioris monaſterii, vt probat *Nau. conſ. 5. de ſtatu monach. & conſ. 57. nu. 6. de regular. Roder. tom. 3. regul. quæſt. 52. art. 6. Sanchez ad præcepta decalogi tom. 2. lib. 6. c. 7. ſub nu. 6.* Sacra tamen Congregatio non ſemel cenſuit, ad eam in ſimilibus caſibus eſſe recurrendū.

11 Cæterum quo ſecurius in hac materia procedatur, Sacra Congregatio ſimiles licentias concedere non conſueuit niſi quibuſdam conditionibus adiectis, quam prima eſt, vt antequam a primo monaſterio monialis egrediatur, aliud ſit paratum in quo beneuolas habeat receptrices; quodque in eo capitulariter per ſecreta ſuffragia recipiatur.

Se-

Secunda, vt dotem a ceteris Monialibus prȩſtari ſolitam perſoluat.

Tertia, vt ſpes illi auferatur ad primum monaſterium redeundi.

12 Quarta vt translatio fiat comitantibus Matronis conſanguineis grauibus, ab vno ad aliud monaſterium, recta via, abſque diuerticulo, ac nullibi pernoctetur niſi cauſa hoſpitij, idque non niſi apud honeſtas perſonas, vt pluries obſeruari vidi & ſignanter, & in ſæpe allegata Nanneten. & Redonen.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter religiones quomodo conſideretur.*

2 *Religiones quæ ordinantur ad prædicandum, & docendum ſunt perfectiſſimæ, quia ſunt proximæ perfectioni Epiſcoporum.*

3 *Perfectio religionis ex parte exercitii quomodo conſideretur.*

4 *Perfectio religionis poteſt eſſe cauſa translationis.*

5 *In translatione concedenda non inſpicitur quæ religio ſit perfectior, ſed quæ ſtrictior.*

6 *Ad dignoſcendum quæ religio ſit ſtrictior inſpicitur non ſolum primeua, & originalis inſtitutio, ſed etiam conſtitutiones poſtea aditæ. Item quæ ſit obſeruantior obſeruantia actuali num. 8.*

7 *Fratres Prædicatores nequeunt transferri ad religionem S. Benedicti.*

9 *Vt debeat concedi tranſitus ratione arctitudines quid requiratur.*

ARGVMENTVM.

In translatione facienda. an debeat attendi perfectio, vel ſeueritas, ſeu aſperitas religionis.

CAP. VI.

DIfferentia vnius religionis ad aliam, poteſt dupliciter conſiderari, videlicet principaliter,
1 & ſecundario. Principaliter conſideratur ex parte finis ad quem religio ipſa ordinatur ex proportione mediorum, & circunſtantiarum debito fini proportionatarum, vt eſt doctrina D. *Tho. 2.2. quæſt. 188. art. 6. & q. 189. art. 8. in reſolutione D. Ant. in 3. par. tit. 16. cap. 14. §. 4. Palud. in 4. ſent. diſt. 39. q. 3. art. 1. nu. 11. Turrecrem. in cap. 1. num 1. verſ. primo quidem, 19. q. 3. Roder. qui alios refert tom. 3. q. 48. art. 1.*

2 Qua ratione religiones quæ ordinantur ad prædicandũ, & docendũ, ex quo habent finẽ primarium altiſſimũ, & ſunt propinquiſſime perfectioni Epiſcoporũ reputãtur perfectiſſime, quamuis in externis corporis abſtinentiis, & auſteritatibus excedantur ab aliis, *D. Thom. d. quæſt. 188. art. 6. D. Ant. & Palud. locis cit.*

3 Secundario conſideratur perfectio religionis ex parte exercitii, quod quidẽ cum non quæratur propter ſe, ſed propter finem, inde ſequitur, vt illa religio dicatur perfectior quæ ordinatur ad finẽ abſolute potiorem, veluti quia vel ordinatur ad maius bonum, vel ad plura bona, *D. Tho. loco mox citato.*

4 His ita ſtantibus in propoſita dubitatione dicẽdũ eſt quod licet maior vnius religionis perfectio poſſit eſſe cauſa vt poſſit translatio concedi, *D. Thom. d. q. 189. art. 8. Turrecrem. & D. Ant. locis cit.* Nihilominus regulariter inſpicitur aſperitas, & ſic non quæ ſit perfectior, ſed quæ ſit durior, & aſperior, ita concludit Io. *Andr. in cap. ſanè num. 8. ad*
5 *finem de regular. ibique Butr. num. 7. Anchar. num. 6. Card. q. vlt. Abb. in fine, Boich. num. 16. Angel. in verb. religioſus num. 34. Roſell. in verb. religio 4. nu. 8. in fine, Leonard. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 41. dub. 13. num. 100. Azor. Moral. inſt. tom. 1. lib. 12. cap. 14. q. 2. Roder. tom. 3. regul. q. 52. art. 4. Greg. Lopez in l. 9. tit. 7. p. 1. verſ. Mas fuertes, quibus nouiſſime calculum præbet Sanchez ad præcepta decalogi tom. 2. lib. 6. capit. 7. num. 21. Gaſpar. Paſsarell. in priuileg. ordin. Minim. tit. notando priuilegiorum cap. 39.* quę concluſio probatur primo, *ex cap. 1. 20. q. 4.* vbi ex Concilio Tribulenſi

bulenſi ſic dicitur. *Virgines Sacræ ſi pro lucro animæ ſuæ propter diſtrictiorem vitam ad aliud monaſterium pergere diſpoſuerint Synodus concedit*.

Probatur ſecundo, *ex cap. licet de regular. circa principium ibi arctioris vitæ prætextu*, & rurſus in fine, *vt apud eos vitam duceret arctiorem*.

Tertio quia hæc via videtur tutior ad remouendas, plures altericationes quæ oriri poſſent inter religioſos ſuper maiori perfectione, dum quilibet propriam religionem excellentia, & nobilitate finis, cæteris præferre contendit, quod quidem non ita facile contingere poteſt in vitæ aſperitate, quæ cum clarius pateat, non admictit ita facile controuerſiam. Cæterum ad dignoſcendum quæ ſit ſtrictior religio, conſideranda eſt nõ ſolũ primæua, & originalis inſtitutio, ſed etiam conſtitutiones poſtea ædite, adeo vt ſi conſtitutiones ædite poſt primęuam inſtitutionẽ inducant maiorem aſperitatem, religio dicetur arctior illa quæ ex primæua ſua regula erat arctior, *Io. Andr. in cap. ſanè num. 2. & ſeq. de regular. quem ibi probant* Anchar. *num. 3. & 4. Butr. num 4. & 7. Abb. ſub num. 4. Lapus alleg. 61. quidem* Franciſcus *ſub nu. 5. & allegat. 130. ſub num. 1. verſ. item notorium & verſ. hic enim* Card. *conſ. 28. num. 3.* Rom. *conſ. 341. ante num. 2. & poſt num. 4. & iterum* Card. *in cap. ad noſtram ſub num. 2. & 3. de appell. & ibi Abb. num. 5. Præpoſit. num. 8. Cald. conſ. 13. de regular. & iterum* Anchar. *in clem. 1. num. 4. de regular. & ibi Imol. num. 9. Prob. ad Monach. in cap. primo num. 20. de regular. lib. 6.* Calcan. *conſ. 20. nu. 25. & ſeq.* Roder. *tom. 3. q. 52. art. 5. Sanchez ad præcepta* Decalogi *tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 23.*

7 Vnde deducitur quod licet fratres Prædicatores ex primęua eorum regula S. Auguſtini cui inſeruiunt, non ſint Mẽdicantes, & hac ratione deſeruiant regulæ laxiori quam monachi S. Benedicti, tamen quia ex ſuperuenientibus conſtitutionibus ordinis, abdicarunt à ſe proprium, ſunt dffecti meadicantes, & vtitales nequeunt trasferri ad religionẽ S. Benedicti, vti cautum eſt in extrauag Viam ambitioſæ regular. & tradunt fere omnes mox citati.

8 Et pari ratione in dignoſcenda quæ religio ſit arctior eſt ſpectanda præſens obſeruantia, ita vt ſi vna religio ex primęua eius regula ſit arctior alia, ſi tamen ſit ab eius obſeruantia lapſa, religio quamuis ex priſtina ſua inſtitutione laxior, ſi maneat in obſeruantia dicetur arctior ea quę fuerat in aſperiori vita fũdata, vt probat *teſt. in ſepè citato c. ſanè de regular. in illis verbis, ſi locus vbi nunc permanet maioris religionis quam eccleſia* Aromatenſis *exiſtat. & probant omnes Doct. ſupra num. 5. relati num. 5. quibus adduntur* D *Thom. 2. 2. q. 189. art. 8. in reſol. Sot. Maior. in 4. ſent. diſt. 39. q. 21.* Gem. *in cap. ne cui diſt. 13. Faber. in* S. *pen. nu. 3. Inſt. de hered. Inſt. Nauar. Comment. 4. de regular. num. 3.*

9 Vt tamen permictatur tranſitus à religione ex primeua eius inſtitutione arctiori, ad aliam in qua arctitudo conſideretur ex ſola pręſenti obſeruantia, requiritur vt in prouincia in qua religioſus eſt receptus non adſit monaſterium capax & in quo vigeat prima regularis obſeruãtia, & quod non ſub ſit ſpes probabilis priſtinæ obſeruantiæ reſtituendæ, *Io. Andr. in d. cap. ſanè num. 3. & ibi* Card. *q. 3. Anchar. num. 4. Abb. num. 7. Angel. in verb. religioſus num. 34. Silueſt. in verb. religio 4. q. 2. Roder. tom. 3. q. 52. art. 5. & nouiſſime* Sanchez *d. cap. 7. num. 25. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Refertur opinio, et argumenta Nauarri.*
2 *Religio Minimorum S. Franciſci de* Paula *obligatur ad vitam perennem quadrageſimalim et num. 11.*
3 Carthuſiani *obligantur ſtrictiſſime clauſure, et ſilentio.*
4 *Iulius Papa Secundus declarauit religionẽ Minimorum eſſe omnium ſtrictiſſimũ.*
5 *Idem declarauit leo Papax.*
6 *Res ſemel per Papam declarata non debet amplius ſubdiſputatioue reuocari.*
7 Duo *errores Nauarri notantur.*

Ver-

Digitized by Google

8 *Verbum religioſus prolatum ſub dictione vniuerſali compræhendit omnes religioſos.*

9 *Verba vniuerſalia operantur vt cenſeantur incluſi etiam illi de quibus erat facienda expreſſa mentio. & num.* 11.

12 *Fratres Minores non poſſunt tranſire ad ordinem Minimorum.*

13 *Fratres Capuccini non poſſunt tranſire ad ordinem Minimorum, nec è contra.*

ARGVMENTVM.

An religio Minimorũ S. Franciſci de Paula ſit arctior religione Carthuſianorum.

CAP. VII.

1 REligionem Carthuſianorum eſſe ſtrictiorem, ex facto reſpõdit *Nauar. conſ.* 11. *alias* 51. *tit. de regular.* quod incipit Carthuſianorum religio, pluribus argumentis ſuffultus, quæ virtualiter reducuntur ad duo.

2 Primum quod quamuis religio Minimorum obligetur ad vitam perennem quadrageſimalem, tamen admictit vſum carnium tempore infirmitatis. At religio Carthuſianorum licet admictat vſum ouium, & latticinorum, tamen excludit æſum carnium etiam tempore infirmitatis, & egretudinis quamuis grauis, & periculoſæ, quæ quidem obligatio ſecundũ ipſum eſt grauior obligatione vitę quadrageſimalis.

3 Secundum quod Carthuſiani obligantur ſtrictiſſime clauſure, & ſilentio adeo vt quibuſdam diebus exceptis, neque ad inuicem ſe ſalutant niſi ſola capitis inclinatione ad quæquidem non obligatur ordo Minimorum.

4 Quibus non obſtantibus Religionem Minimorum eſſe arctiorem ſatis aperte pronunciaſſe videtur Iulius Papa ſecundus in eius Conſtitutione huius ordinis approbatoria quæ incipit *ex iniuncto nobis ſub datum* 29. *Martii* 1507. quæ habetur in priuileg. huius ordinis pag. 55. & in alia ſimili conſtitutione eiuſdem Papę ſub datum 7. Maii 1508. quorum verba ſunt iſta.

Et cũ vita ordinis Minimorũ huiuſmodi ſit coeteris aliorum Religioſorum arctior, & ſtrictior, ſub excommunicationis latæ ſententiæ poena mandamus, quod tam recipientes, quam recepti, & concedentes ipſo facto incurrere debeant, quod fratres ipſi pretextu quorumcunque priuilegiorum cuicunque alteri ordini etiam ſub quacunque verborũ forma quomodolibet conceſſorum, abſq. noſtra, & Generalis Correctoris licentia ſpeciali tranſire poſſint.

Et alibi in eadẽ conſtitutione pag. 55. ſubiiciuntur hæc verba, *Ac quod alterius cuius vis ordinis Fratres, quicumque in dicto ordine Minimorum, etiam prius non petita, aut non (eo quo decet modo) petita licentia, eam recepti, abſque alia prouiſione apoſtolica perpetuo in ipſo ordine minimum ſtare & permanere.*

5 His ad ſtipulatur Leo Papa decimus, in eius litteris in forma breuis ſub datum 18. Auguſti 1516. Pontificatus anno 4. de quibus in priuilegiis huius religionis, pagina 118. qui in hæc verba loquitur.

Quamuis Iul. 2. prædeceſſor noſter conſiderans quod vita, et obſeruantia ordinis minimorum cum ſit continuæ quadrageſimalis, tum in conuentibus, & domibus huiuſmodi quam extra, cæterorum quatuor mendicantium ordinum, et aliorum religioſorum ſit arctior, et ſtrictior per quaſdam ſuas litteras conceſſit quod nulli eiuſdem ordinis minimorum Fratres quemcumque etiam priuilegiatum ordinem prætestu quorumcumque priuilegiorum cuicumque alteri ordini conceſſorum abſque ſua, et Generalis Correctoris per tempore exiſtẽtis licẽtia tranſire poſſent. Nos ipſius Iulii Prædeceſſoris in hac parte veſtigiis inhærentes literas, et indultum Iulii Prædeceſſoris huiuſmodi harum ſerie apoſtolica etiam auctoritate confirmantes, et approbantes.

Quare cum duas habeamus Pontificias conſtitutiones caſum terminantes, res non eſt vlterius ſub diſputatione

reuo-

reuoluenda, *l.nemo* S.*nam et iniuriam C. de ſum. trinit. et fide cathol.l.* 1.*C.de crim. Sacrileg.*

7 Idque tanto magis quo in eius conſultatione duo ſibi deſumit. primũ quod conſtitutio Iulii 2. debeat intelligi vt ſe referat ad mendicantes, non autem ad Carthuſianos, qui propter vitæ auſteritatem videbantur digni nota ſpeciali, *l. itẽ apud* S. *Prator. ff. de iniur.*

Secundum, quod ſtatuta Minimorum quæ non tangunt tria vota ſubſtantialia non obligant contrauenientes ad peccatum mortale, neque veniale, ſed ad pænam temporalem a ſtatuto impoſitam, atque ideo quod ipſi poſſint transgredi vitam quadrageſimalem ſine peccato quãuis pænam temporalem incurrant.

Horum neutrum (pace tanti viri) ſubſiſtit. Etenim primum tollitur tum ex litteris Leonis in quibus ordo minimorum declaratur arctior non ſolum ordinum mendicantium, ſed etiam aliorum religioſorum.

8 Tum etiã quia Iulius in eius litteris vtitur verbis indefinitis, ac uniuerſalibus geminatis, vt patet ibi *Vita minimorum cæteris arctior, et ſtrictior*, & ibi *Quod Fratres ipſi nullum alium quantum libet etiã priuilegiatũ ordinẽ tranſire poſſint*. Et rurſum ibi. *At quod alterius cuiuſuis ordinis Fratres*. per quæ verba ſatiſconſtat voluiſſe compræhendere omnes religiones abſque differentia, quia verba vniuerſalia hæc operantur, *gloſ. in clem.* 1. *in princ. in de iim. quam probant Abb. in rubr. de regular. ſub num.* 4. *verſ. vide duas Roland. conſ.* 2. *num.* 26. *lib.*4.

9 Et hæc eadem verborum vniuerſalitas operatur vt cenſeantur incluſę etiam illæ religiones de quibus erat facienda expreſſa mentio, *cap. ſolita de maior. & obed. cap.* 2. *de obſeruat. ieiun. l. a procuratore C. mandati l. omnes C. ſine cenſu, vel reliq. plenè Crauett. conſ.* 294. *num.* 2. *Decian. conſ.* 51. *num.* 22. & 23. *lib.* 3. *Cephal. conſ.* 58. *num.* 14. 15. 16. & 89. *lib.*1.

Stantibus maxime verbis illis *Quod Fratres ad nullum alium ordinem quantum libet etiam priuilegiatum tranſire poſ-*
10 *ſint* quæ verba ſatis declarant voluiſſe ſummum Pontificem compræhendere etiam religiones priuilegiatas.

Secũdũ eſt omnino erroneũ quia quicquid dici poſſit de aliis ſtatutis huius ordinis, abſolutiſſimũ eſt Minimos obligari ex voto ad continuam vitam qua-
11 drageſimalem, vt teſtatur Leo X. in eius literis in forma breuis ſubdatum 18. Auguſti 1516. in ijſdem priuilegijs pag. 18 in illis verbis *Conſiderans quod vita, & obſeruantia Minimorum cum ſit continua quadrageſimalis, tam in conuentibus, & domibus ordinis huiuſmodi, quam extra*. Et iterum idem Pontifex in aliis eius litteris *ſubdatum* 20. *Martii* 1519. *iiſdem priuilegiis pag.* 127. in hęc verba loquitur. *Licet alias cum Beatus Franciſcus de* Paula *ordinis Minimorum fundator regulam ſtrictiſſimam inſtituiſſet, & eam ſub perpetua quadrageſimali vita per Fratres ordinis huiuſmodi obſeruari*. Et paulo poſt. *Nonnulli Fratres tertii ordinis S. Franciſci contra regulam, & votum vitæ quadrageſimalis religionis veſtræ, carnes, & latticinia quæcunque à quibus vos omnino abſtinere debetis, comedebant.*

Remanet ergo firma concluſio religionem Minimorum eſſe arctiorem religione Carthuſianorum, ac proinde licitum eſſe Carthuſianis, & cuicunque alteri religioni tranſire ad hunc ordinem, & nõ è conuerſo, vt expreſſe habetur in dictis litteris Iulii, & Leonis. quę concluſio.

12 Limitatur primo, ne procedat in Fratribus minoribus de obſeruantia quibus ſpecialiter per eundem Iul. 2. prohibitũ eſt ne poſſint, ad hunc ordinem tranſire, per eius litteras in forma breuis ſub datum 9. Iunii 1510. in iiſdem priuilegiis pag. 103.

13 Limitatur ſecundo, ne procedat in Fratribus Cappuecinis quibus Pius V. ſpecialiter prohibuit tranſitũ ad ordinẽ Minimorum, & e contra, per alias eius ſimiles litteras ſubdatum 6. Octob. 1567. in iiſdem priuilegiis pag. 131.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Religioſi Societatis Ieſu ſi poſt emiſſa vota ſimplicia exeant a religione dicuntur Apoſtatæ.*

2 *Religioſi Societatis Ieſu non poſſunt tranſire ad alias religiones præter Carthuſienſes niſi de licentia Generalis.*

3 *Religioſi Societatis Ieſu habent ſex menſes poſt tranſitum ad Carthuſienſes quib. poſſunt redire ad primam religionem.*

4 *Apoſtata non eſt exiens à religione Societatis Ieſu cum licentia Generalis.*

5 *Apoſtata non eſt dimiſſus a religione Societatis Ieſu ſi diſcedat nulla ſua culpa.*

6 *Obedientia non poteſt præcipere malum ſed operatur vt poſſit intermittit bonum.*

7 *Religioſus Societatis Ieſu committens facinora vt dimittatur eſt in ſtatu perditiones.*

8 *Epiſcopus procurans negligentiam Canonicorum vt poſſit conferre, conferendi poteſtate fraudatur.*

9 *Miſſio malis artibus procurata religioſum tutum non reddit.*

ARGVMENTVM.

Religioſi Societatis Ieſu ſi poſt emiſſa vota ſimplicia ſponte redeant ad ſæculum, An dicantur Apoſtatæ.

CAP. VIII.

CVm Societas Ieſu ſit vera & propria Religio mēdicās, & gaudeat omnibus priuilegiis mēdicantium, vt in ſequēti capite probabitur, & ex peculiatibus eius Conſtitutionibus per Paulū tertiū, Gregoriū 13. & reliquos ſucceſſores Pontifices, eius Religioſi, poſt emiſſa vota ſimplicia ſiue ſint Sacerdotes, ſiue Scholares, ſiue Coadiutores, quantum ex parte ipſorū perpetuo obligentur Religioni, ex parte verò Societatis nō ſic, ſed tādiu, quādiu præpoſitus generalis eos retinendos eſſe cenſuerit,
1 Inde ſequitur, vt ſi poſt emiſſa vota ſimplicia aliquis eorum ad ſęculū redierit, et prætextu cuiuſuis indulti cōceſſi, aut cōcedēdi, abſq. expreſſa Generalis licētia, incurrunt apoſtaſiam ſimul cum excommunicatione, à qua non poſſunt abſolui niſi a ſummo Pontifice, vel Superiore Societatis, vt eſt cautum ex peculiari Conſtitutione Pii Quinti ſub datum 6. Calendas Februarii 1565. Addit ſimili Conſtitutione Gregorius 13. ſub datum 8. Calendas Iunii 1584. vt deficientes ab hac ipſa Societate poſt vota emiſſa, elapſo biennio poſſint tanquā veri Apoſtatæ puniri, ac ſubiaceant excommunicationi latæ ſententiæ, ac aliis Apoſtatarum pænis ſedi Apoſtolicæ, & Generali Præpoſito reſeruatis. Quin etiam reſcripto Pauli Papæ tertii, nemo poſt emiſ-
2 ſa ſecundum Conſtitutiones Societatis vota poteſt ad alium transferri, pręterquam ad Carthuſienſium ordinem, niſi de expreſſa eiuſdem Societatis Prępoſiti, aut ſedis Apoſtolicę licentia. Id quod pariter per Pium quartum, & Pium quintum exſtitit confirmatum, adiecta etiam poena excommunicationis ipſo facto incurrenda, tam contra Religioſos recedētes, quam contra ipſos recipientes, etiā pętexru cuiuſuis indulti, conceſſi aut concedendi, aut alterius cuiuſuis quæſiti coloris ob melioris vitæ frugem, & ſtrictioris obſeruātiæ regularis. Additur ex iiſdem indultis, vt trāſire volētibus ad Carthuſienſes ſpatiū ſex menſiū, ad aliū vero ordinem terminus Superioris arbitrio praſcribatur intra quem debeant actualiter ingredi, & quatenus in illis permanere nolint, aut non poſſint abſque vlla mora ad Societatem reuerti ſub pręfata excommunicationis pæna teneantur. Quod tamen per Pium Papam Quintū viuæ vocis oraculo, & deinde per Gregorium 13. peculiari reſcripto fuit aliqua ex parte innouatum, atque ſtatutum vt tranſire volens ad Carthuſienſes tres menſes habeat ad tranſeundum, quibus

elapſis

elapſis non ei amplius liceret reſpectu
Carthuſiæ ſine Præpoſiti licentia: ac Pii
Quinti conceſſionem couſirmauit, perin
de ac ſi literæ ſuper conceſſione illa con
fectæ fuiſſent, excommunicationis, &
apoſtaſiæ poena irrogata, vt hæc omnia
patent ex ipſius Societatis compendio
in verb. apoſtata, & ex compendio priui-
legiorum Fratrum Minorum nuper per
Fratrem Hieronymum à Sorbo compila
tum ſub tit. de apoſtatis. Cæterum quod
ſupra dixi apoſtatam habendum eum,
4 qui ad ſæculum ſua ſponte redierit de-
clarandum eſt non idem eſſe ſi Superio-
ris auctoritate fuerit dimiſſus, quia cum
huius Societatis Conſtitutionibus ſit
cautum, vt liceat eius Præpoſito genera-
li ex cauſa ſibi bene viſa miſſionem indi-
cere, non põt dici receſsus temerarius il
læ qui ſit vt Superioris obſequatur Impe
rio, *cap. quid ergo* 11. *q.* 3. *Lapus alleg.*
130. *ſub num.* 4. *Nauarr. Comment.* 2.
de regul. num. 36. *Azor. inſt. Moral. lib.*
12. *cap.* 16. *q.* 12. *&* 14. Quinimmo ſi
5 quis nulla ſua culpa, ſed tantum obediẽ
tiæ viribus compulſus egrediatur, vt pu-
ta quia forſan Superior hoc exiſtimat ex
pedire vt parentum, aut aliorum, quo-
rum cura ſibi incumbit, ſubueniat egeſta
ti, addo etiam ſi cauſa qua Superior fuit
motus admiſſionem præcipiendam non
vndequaque probetur, tunc Religioſus
miſſus, aut expulſus, nedum immunis eſt
a metu apoſtaſiæ, ſed etiamſi talem in
ſæculo ſe præferat, qualem decet homi-
nem, qui ſemel tam piæ, ac ſanctæ ſodali
tati fuerit aſcriptus, ſummopere erit obe
diẽtiæ nomine laudãdus. Nã & ſi per obe
dientiæ præceptum non liceat facere ma-
lum, *l. prima C. de mulier. quæ ſe propriis*
6 *ſeruis iunxerunt l. his verbis* §. *interdum*
ff. de hared. Inſt. poteſt tamen, & debet
bonum quod agitur intermitti, vt Supe
riori obſequatur, *d. cap. Quid ergo, vbi*
gloſ. in verb. intermitti ſcribit bonum
eſſe pro obedientia pati, quia licet Supe
rior malum faciat præcipiendo, ſubditus
tamẽ benefacit parendo. Id quod ẽt pro
bat apertè *teſt. in l.* 3. §. *in bello ff. de re*
mil. vbi hac ſola rõne qui rem in bello à
Duce prohibitam fecit, aut mandata nõ
ſeruauit capitè punitur, quamuis res be-
ne ceſſerit, nempè quia bonum contem-
pſit obedientiæ, & ibi gloſ. animaduer-
tit magnam eſſe virtutem obedientiæ,
quam etiam extollit *text. in cap. ſciendũ*
8. *q.* 1. vbi obedientiam pręfert ſacriſi-
cio, ea ratione potiſſimum quod per obe
dientiam propria voluntas mactatur.
7 Præmiſſa vero ſemper ſub illo modera-
minæ dicta putes, quatenus miſſio, vel
expulſio ex mera Superioris procedat
voluntate quæ nullo ſit Religioſi facto
procurata, nam ſi forte quiſpiam exiſtat,
qui Societatis callens inſtituta ex indu-
ſtria in facinora, aut foedas negligentias
labatur, ad hoc vt Superior graues eius
mores perteſus illi miſſionem indicat;
Hunc quidem dubio procul cenſerem
in ſtatu perditionis exiſtere, non ſecus
ac ſi ſua ſponte nullo Superioris facto
egrederetur, ac proinde ſaltem in foro
conſcientię teneri facere quicquid in ſe
ipſo eſt, vt in eadem Societatem recipia
tur; Indignus enim eſt legis auxilio, qui
illud callide, & ex induſtria affectauit *l.*
2. §. *quid enim* §. *ſi quis caut. & in l. vxo*
ri ff. ad l. Cornel. de falſ. l. prima & 2. *C.*
de his qui ſponte munera ſubeunt l. ſpadonẽ
§. *fin. ff. de excuſat. tut.* §. *item tria one-*
ra, vbi gloſ. inſt. eod. tit. Felin. in c. fin.
ante num. 3. *de teſtib.* Hinc ſeruus delin-
quens in clericum, ad hoc vt facultatem
nanciſcatur eundi Romam indignus hac
commoditate iudicatur *cap. relatum*
8 *de ſent. excom.* Et Epiſcopus qui procu-
rauit negligentiam Canonicorum ad hoc
vt iure deuoluto poſſet conferre, ipſa
conferendi poteſtate fraudatur, *Innoc. in*
cap. irrefragabili circa med. gloſ. magna
de offic. ordin. Felin. in d. cap. fin. ante
num. 4. *de teſt.* vbi coetera ſimilia conge
rit, quæ ad hoc poſſent aptari. Quic-
quid ergo ſit in foro exteriori, in quo ſo
la Superioris licentia ſpectatur, & de
illis quę in ſecreto ſunt iudicari non ſo-
let, *cap. vt noſtrum* §. *porro vt eccleſ. be-*
nef. ſine diminut. conferatur cap. primo de
clandeſt. deſponſat. in foro tamen interio-
ri, in quo etiam occulta perſcrutantur,
9 *Rom. conſ.* 506. *num.* 11. *licentia*, ſiue
miſſio malis artibus affectata Religioſũ
tutum

tutum non reddit, quia ſicut non licet aperto marte cogere Superiorem vt illum expellat, ita non licet per actus indirectos, & affectatos ex reg. Quod cui prohibitum eſt aliquid, cenſentur prohibita omnia, per quę ad illud peruenitur, *l. oratio ff. de ſponſal. l. 2. cum ibi trad. per Doct. ff. de iuriſdic. omn. iud. not. gloſ. in l. ſi ita quis §. ex lege ff. de verb. oblig. capit. cum tempore de arbitr. Et ibi hoc expreſſe tradunt Io. Andr. Butr. & Abb. Lap. alleg. 102. verſic. Hinc eſt quod is, Rom. conſil. 363. num. 18. Dec. conſilio 39. numero quarto, & conſilio 44. col. ſecundo verſiculo Prædictis agitur late Tiraq. de legib. connub. gloſ. 5. numero* 203.

Hinc qui non poteſt præſcribere contra viſitationem, neq. poteſt præſcribere contra procurationem quia per illam ad viſitationem deuenitur, *capitulo Abb. in capitulo cum ex officiis de præſcript.*

Et quem non poteſt Archiepiſcopus vigore ſuę iuriſditionis, neq. poteſt compellero ad ſuſcipiendum cauſæ delegationem, ad ſe per appellationem deuolutæ, *capitulo Paſtoralis in principio de appellat.*

SVMMARIVM.

1 *Domus probationis, Nouitiatus, & Collegia poſſunt poſſidere bona ſtabilia.*

2 *Nouitii & alii religioſi ſocietatis, qui tantum biennii vota emiſſerunt, poſſunt inſtitui hæredes, & poſſidere bona ad libitum generalis.*

3 *Domus profeſſa ſocietatis Ieſu profitetur veram, & realem paupertatem mendicantem.*

4 *Domus profeſſæ ſocietatis Ieſu paupertas eſt voluntaria.*

5 *Theatini ſunt capaces bonorum in communi.*

6 *Societatis Ieſu Domus profeſſa paupertas eſt neceſſaria.*

7 *Diſpoſitio conciliaris requirit derogationem ſpecificam.*

8 *Clauſula quorum tenores operatur derogationem ac ſi ea cui derogatur fuiſſent ad verbum expreſſa.*

9 *Concilii Tridentini diſpoſitioni cenſetur derogatum ex clauſula generali.*

10 *Gubernium Nouitiatus, & collegiorum penes Generalem minuit paupertatem eius & Societatis.*

11 *Domus profeſſa religioſi debent viuere ex eleemoſinis, aliunde quam ex prouentib. Collegii, & nouitiatus.*

12 *Collegia poſſunt ſupplere ſumptus faciendos domibus profeſſis in vtilitatem Collegii.*

13 *Domus profeſſæ non poſſunt habere redditus.*

14 *Domus profeſſæ nō poſſunt habere in domibus ſuæ habitationis Apothecas ad annuos redditus.*

15 *Domus profeſſæ non poſſunt vendere fructus quos habent in ſuis hortis.*

16 *Domus profeſſa non poſſunt habere fructus aplicatos alicui vſui ſi adminiſtratio ſit penes ſocietatem, ſecus ſi penes alios.*

17 *Domus profeſſa probationis, & collegia non ſuccedunt ab inteſtato.*

18 *Domus profeſſa poteſt hæres inſtitui ſi hæreditas conſiſtat in ſtabilibus valde neceſſariis.*

19 *Domus profeſſa non poteſt hæres inſtitui quando in hæreditate ſunt ſtabilia vſui non conuenientia.*

20 *Societas Ieſu non comprehenditur ſub diſpoſitione Concilii in capitulo. 3. Seſſ. 25.*

21 *profeſſa in paupertate æquiparatur fratribus minoribus.*

22 *Paupertas vera excludit inſtitutionem ad effectum habendi, non autem ad effectum vendendi.*

23 *Domus profeſſa, & fratrum minorum paupertas non omnimodo æquiparatur.*

24 *Domus profeſſa, & fratres minores in aliquib. conueniunt.*

25 *Domus profeſſa poteſt habere prædium ſuburbanum ad recreationem infirmorum, ſecus fratres minores.*

28 *Domus profeſſæ patres nō poſſunt recipere ſtipendia pro predicationib. ſecus fratres minores.*

29 *Domus profeſſa poteſt recipere legatum.*

30 *Domus profeſſa Inſtituta poteſt vendere non obſtante conditione quod bona debeant manere apud domum Inſtitutam.*

ARGVMENTVM.

Societas Ieſu eſt propria, & vera Religio mendicans quæ in domibus profeſſis profitetur paupertatem ab intrinſeco, non obſtante diſpoſitione Sacri Trid. Concilij Seſſ. 25. cap. 3. de Regular. licet Collegia, & Domus probationis ſint capaces bonorum immobilium in communi, quorum occaſione diſputatur, Domus profeſſa poſſit hęres inſtitui, & in quibus conueniat, vel non conueniat paupertas Domus profeſſæ cū paupertate Fratrum minorum.

CAP. IX.

COrpus huius Societas cum ex eius Conſtitutionibus ſit in varia membra diſtinctum, ideo ad tollendas vulgarium errores, res eſt per infraſcriptas concluſiones explicanda.

1 Sit ergo prima; concluſio Domus probationis, ſiue Nouitiatus, nec non, & Collegia huius Societatis ex eorum primæua inſtitutione poſſunt habere bona ſtabilia, & quoſcunque annuos redditus in communi, vt expreſſę habetur in prima conſtitutione Pauli tertii confirmatoria inſtituti Societatis, *& in prima Conſtitutione Iulii 3. & Pii 4. & in conſtitutione Gregorii 13. quæ incipit Aſcēdēte Domino in Nauiculum ſubdatum* 8. K*al.* *Iunii* 1584. *quorum hoc autem ſcribunt Gabr. conſil. 28. ſub num. 1. lib. primo, Menoch. conſil. 1014. ſub numer.* 15. & conſequenter ſunt capaces cuiuscunq. inſtitutionis, & legati, quia ſi ſunt capaces bonorum, nihil impedit quominus ex teſtamento capere poſſint, cum omne Collegium poſſit hęres inſtitui, niſi reperiatur ſpecialiter prohibitum *l. 1. vbi notant omnes C. de Sacroſ. Eccleſ.*

2 Secunda concluſio, Nouitii, nec non & alii, qui ſola biennii vota emiſſerunt & generaliter omnes qui ad gradus profeſſorum, & Coadiutorum formatorum nondum peruenierunt, licet ſimul cum profeſſis vnam & eandem habeant viuēdi, & obediendi rationem, tamen retinent ius, atque dominium bonorum ſuorum ad tempus, iudicio generalis præpoſiti præſcribendum, vt tandem in pauperes, ſeu alios pios vſus pro ipſorum devotione diſtribuant, & interim nulla re tanquam propria, & ſine ſuperioris facultate vti poſſunt, & expreſſe dicitur in dicta conſtitutione Gregorii vbi etiam ſubditur cauſa propter quam retinet ius & dominium, videlicet, & Societas maiorem libertatem habeat, illos, ſi opus fuerit, cum minori offenſa dimittendi, quia hac conſideratione retardari poterant ſuperiores ad dimiſſionem proferendam ſi quando proferenda videretur, quæ res labe factare potuiſſet laudandum huius Societatis inſtitutum dimittendi eos qui Societati poſſent ob eſſe. Quod inconueniens ne oriatur, poſſunt etiam præſenti omnes ex teſtamento capere, & ab inteſtato ſuccedere, vt probat, & recte *Molin. de iuſt. & iur. tom. 1. diſp. 139. vol. 3. verſ. illi, qui finito, Leonard. Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. capit. quarto num. 22. & 27. & cap. 41. numer. 72. Garzia qui alios refert de beneſ. par. nona capitulo decimo, numero* 62. Nec non, & poſſunt retinere beneficia, & penſiones quæ, & quas habebant ante ingreſſū, vt in facti contingētia re mature perpenſa

penſa reſpondit Rota in cauſa Nullius, ſeu Caputaquen. penſionis 18. Aprilis 1616. coram bonæ memoriæ Martino Andrea.

Fatendum tamen eſt quod tam Nouitij, quam etiam Scholares in Collegiis, nec non & coeteri, qui ſola biennii vota emiſſerũt, quãdiu in Societate manẽt ſunt verè, & propriè religioſi, *Nauar. de regul. comment. 2. n. 29. Mandoſ. conſ. 13. num. tertio Eman. Roderic. quæſt. regul. tom primo quæſt. 1. art. 4. Carol. Tapia in auth ingreſſi verb. monaſteria, capit. 10. num. 8. C. de Sacroſanctis eccleſ. Rota in d. Nullius ſeu Caputaquen. verſ. quam uis enim*, & gaudent omnibus priuilegiis, & exemptionibus, quibus gaudent coeteri profeſſi, & mendicantes *Gabr. loco citato num. 8.*

3 Tertia concluſio, domus profeſſa huius ſocietatis profitetur veram, & propriam paupertatem mendicantem, ita vt neque in particulari, neque in communi poſſint habere proprium, aut poſſidere, ac gaudet omnibus, & quibuſcumq; priuilegiis, immunitatibus, & indulgentiis Mendicantium, ita ex conſtitutionibus prædictis concludunt & recte *Gabr. d. conſil. 28. lib. primo Nauar. in capitulo non dicatis 19. q. 1. num. 28. in fine Mandoſ. in tract. de priuil. ad inſtar. par. vlt. Roder. q. regul. tom primo q. prima art. quarto & ſeq. Molin. de iuſt. & iur. tom. primo tract. ſecundo diſp. 129. col. ſecundo in fin. verſ. ſiue ſint profeſſi*, ſubdens hanc paupertatem æquiparari pupertati Capuccinorum, & ipſum ſequuntur *Menoch. d. conſ. 1014. numer. 15. Excellentiſſimus Grat. diſcept. forenſ. cap. 202. num. lib. 2.*

4 Difficultas, eſt An hæc paupertas ſit ab intrinſeco, nempe præciſa, & neceſſaria, An vero ab intrinſeco, & ſic voluntaria, & quidem *Molfeſ. in addit. ad eius Commen. ſuper conſuetud. Neap. tom. 2. par. 4. q. 64.* (licet perfunctorie & aliud agens) cenſet hanc eſſe paupertatẽ ab extrinſeco, nẽpe quia voluntarie noluẽt ſidere, ſed ſi vellent, poſſent poſſidere in cõmuni ex diſpoſitione *S. Conc. c. 3. 25. de regular.* cuius auctoritate conceſſum eſt omnibus monaſteriis, & domibus tam virorũ, quam mulierum, & mẽdicantium, exceptis domibus fratrum S. Franciſci Capuccinorum, & eorum, qui minores de obſeruantia vocantur etiam quibus aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apoſtolico non erat conceſſum, vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Cum ergo Societas Ieſu non ſit neque de ordine Capuccinorum, neque minoris obſeruantiæ, merito non obſtantibus primæuis eorum conſtitutionibus poſſunt vigore Conciliũ poſſidere in communi, quod ſi nolunt, hoc non eſt ex vi præciſa, ſed ex voluntate. Poteſt hæc Molf. opinio comprobari optimo ſimili, ſiquidem videmus quod Sacra Religio clericorum regulariũ, quos vulgariter Theatinos nuncupamus, licet in alta paupertate viuat, adeo vt neque publicè mendicet, ſed eleemoſinæ illis ad coenobiũ deferantur, nihilominus quia hoc eis nõ præcipitur per Conſtitutiones, vt in facti contingentia ex fide eiuſdem Religionis fuit probatum *in conſ. Neap. apud Vinc. de Franch deciſ. 14. num. 11.* Ideo in eadem *deciſ. num. 13. & ſeq.* fuit reſolutum religionẽ illã eſſe capacẽ bonorũ, & relictorum in communi, eiuſque Religioſos neque pro Mendicantibus haberi. Pari ergo ſaltem ratione dicendum videtur hoc de domibus profeſſis huius Societatis, quæ poſt Concilium remanſit in mera liberalitate poſſidendi. Cæterum re diligenter perpenſa, contrariũ apud me veriſſimum eſt, tum quia non deſunt qui putant diſpoſitionem Sacri Concilii *in d. cap. 3.* non habere locum in hac Societate, quæ habet proprias ſuas, & peculiares conſtitutiones, *Nauar. in d. capit. non dicatis numero 82. Menoch. d. conſil. 1014. ſub numero 14.*

Tum etiam quia in omnem euentum per conſtitutiones Pii Quinti, Gregorii 13. & coeterorũ ſequẽtiũ Rom. Põtificũ vſq. fel. rec. Paulũ Quintũ incluſiues ſũt renouatæ primę cõſtitutiones ſub expreſſione quod Domus profeſſæ nullos omnino redditus habere poſint, & ex elee-

moſinis tantum, nec non, & promittunt ſe numquam quacunque ratione acturos, vel conſenſuros, vt quæ in Conſtitutionibus Societatis circa paupertatem ordinata ſunt immutentur, niſi quatenus paupertas magis reſtringenda videretur, quæ quidem Conſtitutiones renouatoriæ, veluti poſteriores derogant diſpoſitioni *Concilii l. pacta nouiſſima C. de pact. l. ſed & poſteriores ff. de legib. Bald. conſilio* 107. *libro quinto.*

7 Non obſtat, ſi dicatur in prædictis conſtitutionibus nonfieri mentionem diſpoſitionis Concilii, & ob id non cenſeri illi derogatum, ex regula, quod diſpoſitio conciliaris requirit derogationem ſpecificam *Prob. ad Monach. in capitul. cum in tua numero* 23. *&* 24. *de conſuetud. lib. ſexto Decian. conſil.* 341. *numer. decimo, in princip. Rot. apud Mohed. deciſion. ſeptima titulo locati, & in Vliſbonen. Decimarum* 24. *Nouembris* 1583. *coram Robuſterio, & in Valentina Decimarum* 8. *Februarii* 1588. *coram Orano & in alia Valentina Decimarum* 9. *Decembris* 1602. *coram Penia,*

8 *quia reſpondetur,* Primo, quod conſtitutio Gregorii continet derogationes ampliſſimas cum derogatoriis derogatoriarum atiamſi de illis, totiſque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio eſſet habenda, & cum clauſula, quorum tenores, quæ operatur derogationem, non aliter ac ſi fuiſſet ad verbum expreſſa, *Mohed. deciſ. prima de reſcript. Rot. deciſ.* 492. *lib.* 3. *par.* 3. *in Aſculana Prioratus* 7. *Februarii* 1588. *corã D. Cardinal. Pamphilio, Butr. conſil. ſecundo.* Quod ſi ne contrauerſia locum habet, quando proceditur per viam legis, *Rot. in in Eugubina præpoſituræ* 3. *Maii* 1606. *coram nunc S. D. N. Gregorii* XV.

9 Secundo reſpondetur, quod licet in coeteris conciliis requiratur derogatio ſpecialis, tamen quia *Concil. Trid.* vniuerſa ſua decreta expreſſe ſubiecit correctioni ſummi Pontificis, *in capit.* 21. *& capitulo fin. Seſſ.* 25. ideo ſpecialiter receptum eſt, vt in illis dectetis, in quibus non reperitur diſpoſitum quod in caſu contrarii debeat fieri ſpecialis derogatio cenſeatur facta ex clauſula generali, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, vt ſæpe fuit in Rota reſolutum, & ſignanter in Cauſa ſancti Angeli pen. ſionis 16. *Decembris* 1594. *coram olim Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, & in Bononien. Prioratus* 9. *Iunii* 1606. *coram* R. P. D. *Manzanedo relata inter recentiores deciſione* 179. *numero ſexto tom. ſecundo part. prima.* Ideo cum Sacrum

10 Concilium *in d. cap.* 3. non requirat ſpecificam mentionem, merito ei eſt derogatum ex clauſulis generalibus. Minus obſtat, quod Præpoſitus generalis habeat omnem gubernationem ſuper domibus probationis, & Collegiis Scholarium, quæ, vt ſupra diximus in prima concluſione, habent bona in communi, quia cum per eaſdem conſtitutiones ſit cautum, vt neque ipſe generalis, neque domus profeſſæ inde ſentiant aliquam vtilitatem, vt infra probabitur, vtique hoc omne gubernium reſoluitur in ſimplex miniſterium ad vtilitatem illorum, quorum cura, & gubernatio cernitur, & conſequenter non minuit in aliquo eiuſdem Generalis, & Societatis paupertatẽ, vt pluribus probat *Gabr. d. conſ.* 28. *ſub num.* 2.

Sit ergo firma concluſio, domus profeſſas huius Societatis profiteri veram & propriam mendicantem, non quidem voluntariam, & ab extrinſeco, ſed ab intrinſeco neceſſariam, & præciſam, quam ſeruare tenentur, etiam nolentes, ex qua concluſione deducitur.

11 Primo quod Religioſi domus profeſſæ neq. poſſunt ex bonis Collegiorum etiã ex auctoritate Præpoſiti Generalis ſuſtentari, ſed debent omnino ex eleemoſinis viuere, vt habetur in conſtitutionibus *p.* 4 *cap. ſecundo* §. *quinto, Menoch. d. conſ.* 1014. *ſub num.* 24. Poſſunt tamen Rectores Collegiorum profeſſum die aliquo inuitare, vel tranſeunti per Collegium quid modicum ad viaticum largiri, tum quia modica non habentur in conſideratione, *capitulo Terrulas, & capitulo ſine exceptione* 12. *quæſt. ſecunda l. ſcio ff. de in integr. reſtit. Bald. in capitulo cum adeo numero tertio & ſequent. de reſcript.*

reſcript. cum aliis per Iaſ. in l. ſciendum num. 7. ff. de verb. oblig. & per Craueit. conſilio 181. *numero decimoquinto*, tum etiam quia prædicta largiuntur à

12 Rectoribus voluntariè, & per modum eleemoſinæ. Et ſimilitet poſſunt Collegia, ſi volunt, ſupplere ſumptus faciendos à Domibus profeſſis in vtilitatem Collegiorum, veluti dare veſtes & viaticum perſonis profeſſis miſ. is ad ſeruitia Collegiorum, vt habetur iniiſdẽ Conſtitutionibus loco citato. Et quidem æqua ratione, quia ſicuti profeſſi exiſtentes in Collegiis poſſunt viuere de bonis Collegiorum, vt expreſſe habetur in dicta Conſtitutione Gregorij ita poſſunt accipere res neceſſarias ad acceſſum, & viaticum cum prædicta eiuſdem cenſeantur naturæ *l. ſi pecuniam verſic. nam ſi ita res ſe habet ff. de condit. cauſa data.*

Extenditur ſecundo, vt profeſſi, & Coadiutores formati non poſſint diu in Collegijs habitare, niſi forte ibi deputentur ad aliqua Societatis miniſteria obeunda, veluti gubernationi, lecturæ, compoſitioni, aut alteri ſeruitio Collegiorum, ita tamen vt poſt vbi vtiles col legio eſſe deſierint ad Domos profeſſas reuertantur, vt hæc habentur conſtitutionibus *par. ſexta capitul ſecundo, §. tertio, & quarto*, quarum auctoritate hoc ſcribit *Menoch. dicto conſil.* 1014. *ſub numero* 124.

13 Extenditur tertio, vt Domus profeſſæ non poſſint habere redditus, aut prouentus etiam ex bonis ad propriam habitationem, aut ad vſum neceſſarium deputatis, ſed illa debent ad ſolum vſum citra aliquod ius ciuile retinere vt expreſſe habetur in prima Conſtitutione Iulij tertij, & in conſtititionibus Societatis *par. 6. cap.* 2. §. 5. Ex quo.

14 Deducitur primo Domos profeſſas non poſſe ſub domibus ab eis habitatis habere apothecas ad locandum, quia hoc eſſet habere apothecas ad annuos redditus non autem domum ad vſum neceſſarium.

15 Deducitur ſecundo, poſſe quidem domos profeſſas ex hortis, quos habent, vti fructibus ad illarum ſuſtentationem, non autem illos vendere, aut hortos habere ad fructus, qui redituum loco eſſe poſſent, cuiuſmodi ſunt ad frumentum, vinum, aut oleum, aut ad olera vendenda, quia hæc excederent vſum neceſſarium, & inducerent proprietatem, vt habetur in iiſdem conſtitutionibus *loc. mox citato Menoch. loco cit. num.* 25.

16 Deducitur tertio non poſſe domos profeſſas fructus hortorum, quibus ad proprium vſum vti poteſt alteri vendere, ſiue locare, nam qui vſum habet, illum alteri vendere, & locare prohibetur, *l. in eo, & l. plenum ff. de vſu & habitus* §. 1. *in ſint, &* §. *ſecundo Inſtit. eod. tit.* Et hæc procedunt etiamſi fructus vendantur, aut locentur ad comparandas expenſas neceſſarias pro hortis colendis, tum quia per conſtitutiones interdicitur abſolutè fructuum venditio, & locatio, tum etiam quia hoc redundaret in vtilitatem domus, quæ haberet fructus ſine aliquo labore, & ſic perciperet fructus tanquã vere fructus quod non licere patet ex hactenus dictis.

17 Quarta concluſio, domus profeſſae non poſſunt habere fructus applicatos vſibus, aut Sacriſtiæ, ſi fructuum, aut reditaum diſpoſitio, ſeu diſpenſatio, ſiue adminiſtratio ſit apud ipſam Societatẽ, vt patet ex dicta cõſtitutione Iulii tertii, & ex conſtitutionibus Societatis *d. par. 6. cap.* 2 §. 2. & §. 5. & 6. *Menoch. d. conſ.* 1014. *ſub nu.* 33. *verſ. primus caſus.*

Dixi ſi diſpenſatio, vel adminiſtratio ſit penes ipſam Societatem, quia, ſecus eſſet ſi diſpoſitio, vel adminiſtratio eſſet penes alios, vt bene probat *Menoch. loco cit.* Secundus, eſt caſus. Eſt autem inter vtrumq. caſum diuerſitatis ratio, quia primo caſu cum diſpoſitio ſpectet ad Societatem, poſset de facili in proprios vſus applicari, quod ipſi mendicitati repugnaret, quod quidẽ nõ cõtingit vbi adminiſtratio eſt penes alios, *Bart. conſil. quinto numer. 3. lib. primo, & in tract. Minor. lib. primo diſt. quarta capit. primo numero* 20. *Comment.* 169. *vſo teſtamento col. primo verſic. nec expendit, Anchar. in d. clem. exiur. nu.* 3. *in fine*

Yy 3 & nu.

& num. 5. & 6. Abb. conſ. 32. in princ. num. 2. verſ. ad primam concluſionem lib. 1. & conſ. 63. lib. 2.

18 Quinta concluſio, neque Domus pro-
feſſa, neque collegia, neque domus pro-
bationis ſuccedit ab inteſtato Religioſis
huius ſocietatis profeſſis, ſed ſtatim à
die profeſſionis eorum ſuceſſio defertur
quibus de iure, vt plene docet Molina
*tom. primo de Iuſt. & Iur. diſput. 139.
col. 3. verſ. tum profeſſi, & diſput. 140.
in princ. Menoch. d. conſ. 1014. num.*
14. ad quos breuitatis gratia lectorem
reiicio.

19 Dubitari poteſt An Domus profeſſa
poſſit hæres inſtitui, ſiue hęreditas con-
ſtet in rebus mobilibus, ſiue inſtabilibus,
quę dubitatio vt ex omni parte declare-
tur, duo ſunt conſiderandi caſus Primus
quando hęreditas conſiſtit in rebus ſta-
bilibus valde neceſſarijs, aut conuenien
tibus ad habitationem profeſſorum,
& tunc poteſt, ita docet Molina *tom. 1.
de iuſt. & iur. diſput. 195. col. 2. verſic.*
& regula propoſita. & ratio eſt, quia ſi
Societas poſſet talia ſtabilia emere, mul-
to magis poteſt dum illa habet, retine-
re, quia facilius conceditur retentio
quam noua acquiſitio, *l. per retentionem*
20 C. *de vſufruct. l. 2. vbi Bald. in 3. no-
tab.* C. *de Fideicom. idem Bald. conſ.* 282.
col. pen. ad finem lib. 4. Secundus eſt ca-
ſus, quando in hæreditate inſunt res
ſtabiles habitationi, aut vſui non conue-
nientes, & tunc ſi quærimus an poſſit hę
res inſtitui ita vt ſtabilia illa retineat con
cludendũ eſt minime poſse, & hoc in du-
biũ an nemine reuocatur, vt teſtatur *Me-
noch. d. conſ.* 1014. *n.* 17. Si vero quęrimus
an poſſit hæres inſtitui, ita vt ſtabilia non
retineat, ſed vt vendat, & prætium in
ſuos neceſsarios vſus conuertat, tunc
duo ſunt quæ negatiuam opinionem
ſuadere videntur.

21 Primum, quod Societas vel non eſt
compræhenſa ſub diſpoſitione Sacri Cõ
cilii in *c. 3. Seſſ. 25. de regular.* vel ſi eſt
compræhenſa illi renunciauit obtinendo
Sontificias Conſtitutiones contrarias &
præceptiuas veræ paupertatis, vt proba-
tum eſt ſupra *num....* Ergo circum-
ſcripta diſpoſitione Concilii remanet in
ſua priſtina, & propria paupertate, quæ
eam cogit ad viuendum ex elemoſi-
nis.

Secundum quod æquiparatorum idem
èſt iudicium, *clem 1. de offic. Vicar. l. iam
hoc iure ff. de vulg. & pupill. Calder. con*
22 *ſil. 12. de conſtit.* At domus profeſsa, in
paupertate acquiparatur fratribus mi-
noribus, & Cappucinis vt dictum eſt *ſu-
pra num....* Ergo non poteſt hæres in-
ſtitui, et vt vendat, quia fratres minores
neque hoc modo poſsũt hæredes inſtitui,
Bar. *Bal. Zabar. Anchar.* & alii relati
per *Gabr. tit. de hæred. inſtit. concluſ. 1. nu.
primo quibus additur* Roder. *in quæſt. tom.
ſecundo quæſt. 78. art. primo* Quibus non
obſtantibus contrarium ex huius Socie-
tatis conſtitutionibus apoſtolica auctori
tate firmatis colligitur, quarum auctori-
tate ſuffulti hoc in ſpecie concludunt
*Nauar. in cap. non dicatis num. 82. 12.
q. 1. Menoch. d. conſ. 1014. a numer.* 18.
cum pluribus ſeqq. ad quos lectorem
23 remitto. Nec refragantur in contrarium
adducta; Et quantum attinet ad primum
fateor Societatem remanere in priſtina
ſua paupertate, non obſtante diſpoſitio
ne Concilii, ſed dico, quod vera pauper-
tas excludit quidem inſtitutionem ad
effectum habendi, non autem ad effectũ
vendendi, quando paupertas, prout in
caſu noſtro, non prouenit ex mera in-
capacitate, ſed ex Conſtitutionibus à
ſede Apoſtolica approbatis ſecundum
receptiorem opinionem quam ſequun-
tur 43. *Doctores longa ſerie relati per Ga-
br. d. concluſ. prima tit. de hæred. inſtit. et
per Peregr. de fideicom. art. 11. num. 99.
& per Menoch. præſumpt. 120. num. 5.
lib. 4. & latius d. conſ. 1014. num. 12.*

24 Quo vero ad ſecũdum; Aequiparatio
paupertatis profeſſorũ huius Societatis,
ad paupertatẽ fratrũ Minorũ nõ eſt tota-
lis, ſed in aliquibus cõueniũt, in aliquibus
Societas eſt minor, & in aliquibus du-
rior, ideoque ab vna ad aliã nõ bene argu
mentum concipitur, niſi quando æqui-
paratio eſt in puncto æquipararo, *Imol. &
Abb. in cap. 1. de ſolut. Euerard. in centuria
in loco à ſimili num.* 11. Conueniunt pri-
mo,

25 mo,qu'a ſicuri fratres minores non poſ-
ſunt poſſidere,& retinere perpetuo præ-
dia, vel redditus annuos,vt poſt alios la-
te probat *Tiraq.de retract. conſang.* §. 1.
gloſ.6. nuero quinto, ita & neque ipſa
Domus profeſſa, vt probatum eſt ſupra
num... conueniunt ſecundo, quo ad per
ſonas quia ſicuti fratres minores non
ſuccedunt ab inteſtato in hæreditate pa.
rentum,vel conſanguineorum,ſed haben
tur omnino pro mortuis,*clem.exiui*,§.*cu-
pientes,de verb.ſignif.Dcct.in cap. in præ.
ſentia,de probat.& auth. ingreſſi*, *C.de ſa-
croſ.Eccleſ.*ita neque ſuccedunt huius ſo.
cietatis profeſſi,vt probatum eſt ſupra
num....

26 Societas eſt minor primo,quia fratres
minores nihil ſibi appropriare poſſunt,
nec domum, nec locum, nec aliquam
rem,*d.clem. exiui*, §.*proinde*,Domus au-
tem profeſſa præter habitationem poteſt
habere ſuburbanum, non tamen fructuo
ſum,ſed recreationis,& conualeſcentum
gratia, vt habetur in conſtitutionibus *p.
6 cap.2.§.5.Menoch.loco cit.n.25*.Secun-
do, eſt minor, quia fratres minores ſunt
incapaces hæreditatis ſimpliciter, vt ex
multorum auctoritate ſcribit *Gabr.d.con
cluſ.1.nu.1.de hæred.inſtit*.Item, & legati
particularis,quando eſt in magna quan-
titate,idem *Gabr.d.concluſ.1.nu.4. de le-
gat*.Domus vero profeſſa eſt capax hære
ditatis, & relicti cuiuſcumque valoris ad
effectum tamen vendendi, & expenden.
di prætium in vſus neceſſarios, *Menoch.*
27 *d.conſ.*1014.*nu.*25. Eadem ſocietas in
nonnullis eſt durior, Primo, quia poteſt
religio minorum recipere ſtipendia pro
prædicationibus, & aliis ſimilibus mini-
ſteriis, quod tamen eſt prohibitum profeſ-
ſis ſocietatis,vt in *Conſtit.par.6.cap.2.§.
6.ſect.7*. Secundo, quia fratres minores
non iurant de non conſentiendo relaxa-
tioni paupertatis, vt ſupra dictum eſt
quod quidem non iurant fratres mino.
res. Tertio,profeſſi ſocietatis trium, &
multo magis quatuor votorum emittunt
votum nullius dignitatis procurandæ,
aut acceptandæ, niſi Romano Pontifice
ſuadente, vt fuit conſtitutum in prima
Cōgregatione generali Can.2.quod qui
dem votum non emittitur a Minoribus.
Ex his firma, & illibata remanet conclu.
ſio, Domos profeſſas huius ſocietatis eſ-
ſe capaces hæreditatis ad effectum ven-
dendi,& impendendi pretium in propriis
neceſſitatibus.quæ concluſio,

28 Extenditur primo,vt ſi procedit in he
redis inſtitutione,procedat multo magis
in relicto particulari per viam ſimplicis
legati, aut fideicōmiſſi *Bart. Caſt. Alex.
& Iaſ.in l.apud Iulianum*, §. *conſtat ff. de
leg.1.& iterum Bart. in l. ſi.fideicommiſ-
ſi,§.ſi ſeruo ff. de legat.3.Federic.de Senis,
Butr.Calcan.Abb Bertrand.& alii,quos
recenſendo ſequutur Gabr. d.concluſ.1. nu.
1. tit. de legat.*

29 Extenditur ſecundo, vt procedat e-
tiamſi inſtitutio, aut legatum ſit cum
conditione, vt res mobiles perpetuo ma.
neāt penes domum inſtitutam,ſiue lega-
tariam, ac exinde percipiantur fructus,
quia vitiatur conditio, ſiue modus adie-
ctus tanquam turpis, & diſpoſitio rema-
net pura,*Bald conſ.232.col.2. verſic. nec
obſtant verb. Cald.. conſil. 14. de teſtam.
verſ.Item præſupponendum, et verſi. Ad
motiua D.Ant.in 3.par.tit.10.cap.3.de
teſtam.§.12.verſ.4.quæritur* Guliel. de Be
*ned. in cap.Rainutius verb. reliquit num.
14. de teſtam.Menoch.loco cit. num.29.
cum ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Religioſis eſt maximè cauendum ne detur
occaſio vagandi.*
2 *Per emiſſionem* Profeſſionis *cenſetur cele.
bratus contractus inter religionem, &
profeſſum.*
3 *Monacho per Monaſterium debentur ali.
menta.*
4 *Religioſos fugitiuos debent præpoſiti reli.
gionum perquirere.*
5 *Religio non habet poteſtatem diſſoluendi
vota.*
6 *Religioni licet profeſſum tanquam incorri
gibilem eiicere.*
7 *Clerici incorrigibiles deponuntur,et tradū.
tur Curiæ ſæculari.*
8 *Eiectio a conſortio, et ordine ratione in obe.
dientiæ ſuadetur exemptis.*

9 *Eiectio eſt remedium ſalutare.*
10 *Superiori conceditur ex purgatio familiæ a prauis hominibus.*
11 *Eiici videtur religioſus vt citius pudefa. ctus reuertatur.*
12 *Per inobedientiam contractus inter religio nem, et religioſum diſſoluitur.*
13 *In obedientibus, et Contumacibus denegantur alimenta.*
14 *Eiectus a religione non liberatur a votis religionis ſolemnibus.*

ARGVMENTVM.

An liceat Religioni eijcere Religioſum profeſſum tanquam incorrigibilem.

CAP X.

PRo parte negatiua facit primo, quod
1 per eiectionem daretur eiectis occaſio vagandi, ac magis licētioſè viuendi, quod quidem in religioſis eſt maximè cauendum, *cap. periculoſa ne clerici vel monachi li.6. cap. iuxta cum ſeq. 16. q.1. cum vulgar.*

2 Secundo, quod per emiſſionem profeſſionis cenſetur quodammodo celebratus contractus inter religionem, & profeſſum, *cap. ad Apoſtolicam, de regul.* quo fit vt propterea non videatur, quod ſola religio inuito profeſſo poſſit illum reſcindere, quia, quod ab initio fuit voluntatis, ex poſt facto eſt neceſſitatis, *l. ſicut C. de act. & oblig. gloſ. in l. ſi vno, verſ. perſonis in fine, ff. locati,* Bart. *in l. ſi pecuniam nu. 7. & ſeq. ff. de cond. cauſ. data cauſ. non ſeq.* Rol. *conſ. 8. nu. 29. lib. 1. plenè Surd. conſ. 38. nu. 2.*

3 Tertio, quoniam clarum eſt monacho per monaſterium deberi alimenta, *Ioan. Andr. Franch. et coeteri in d. cap. periculoſa Innoc. in c. quanto ſub nu. 2. de off. ordin. Abb. in cap. ex parte ſub nu. 8. de accuſat. Caſtr. conſ. 76. nu. 1. lib. 1. Surd. de alim. tit. 1. q. 75. nu. 1.* adeo vt ſi quis monacho infirmanti extra monaſterium alimenta ſubminiſtrauerit, poterit ea à monaſterio repetere, *Franch. loco cit.* Nō videtur, ergo quod poſſit illum eiicere, nè contingat ei alimenta denegare, quod idem eſt ac necare, *l. vel negare, ff. quemadmodum teſtā. aper. l. necare, ff. de liber. agnoſc. cap. paſce 86. diſt.*

4 Quarto, hoc videtur expreſſum in *c. vlt. extr. de regul.* vbi generaliter præcipitur omnibus Præpoſitis religionum, vt fugitiuos, & eiectos perquirant, eoſque corrigant: tantum ergo abeſt, vt non poſſint eiici, quod eiecti compelli debent ad redeundum.

5 Quinto, quia dato quod religio poſſet eiicere, ſequeretur quod eſſet in eius poteſtate diſſoluere vota religionis; at Antecedens eſt falſū, *Calcan. conſil. 123. ſub nu. 30. verſic. Quarto quia monachi*, cum hoc ipſum tantum Papæ concedatur, & ex cauſa vrgentiſſima ſecundam opinionem, de qua per *Abb. in c. cum ad Monaſterium nu. 71. de regul. et per* Felin. *in cap. ſi quando nu. 5. de reſcript.* Ergo.

Sexto, Hoc idem in ſpecie videtur ſenſiſſe Card. *in clem. nè in agro, §. quia vero nu. 5. de ſtat. monach.*

6 Quibus non obſtantibus contraria ſententia ex communi ſtylo cuiuſcunque religionis eſt recepta, eam enim probat *D. Bonauent. in opuſc. de determ. quaſtion. circa regulam* Sancti *Franciſci c. 14. Humber. in expoſit. reg.* S. Auguſtini *cap. 99. Turrecrem. in expoſitione regulæ* S. Benedicti *tract. 88. et de iure eam probant.* Ang. *in ſum. in verb.* Abb. *q. 18. Silueſt. in verb. religio q. 17. Tabien. ibidem q. 45.* Armil. *q. 28. aſſerentes hoc idem eſſe de mente D. Thom. quodlibet 12. q. vlt. hanc eandem ſequitur* Nauar. *in cap. non dicatis 12. q. 1. num. 36. et 65. & conſil. 50. de regular. & conſil. 65. num. 2. et in cap. nullam nu. 52. 18. queſt. 2.* Emanuel. Roder. *in quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 30. art. 14. et ſeq.*

Huic opinioni ſuffragari in primis videtur illud S. *Matth. capitulo* 18. dum iubet fratrem quarta vice peccantem eſſe habendum vti Ethnicum, & Publicanum, quæ verba interpretatur *S. Aug. &*

S. Thom.

Digitized by Google

S. Thom. Inobedientem, & contumacem à communione ex numero fratrum eſſe ſeparandum, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, & intereant, vt inquit *D. Hieron. a Galat. cap. 5. nobis relatus, in cap. reſecanda 24. quæſt. 3.*

Secundo concinit *text. in cap. Illud ſanè 24. quæſt. 3.* ibi, vt his quibus non potuit prodeſſe correctio, non parcat abſciſſio.

7 Tertio, quia videmus clericos incorrigibiles deponi, & tradi Curiæ ſæculari, cap. cum non ab homine de Iud. vbi plenè per Doct. Ergo tanto magis poteſt religioſus habitu, & conſortio religionis priuari.

Quarto, Huic accedit quod neceſſarium reputatur abſcindi vulnera, quæ fomentum non recipiunt medicinæ, *cap. quia in fine* 81. *diſt.* Ac melius eſt Religioni his carere membris, quam cum ipſis in æterna ire ſupplicia, *d. c. illud ſanè* 24. *q.* 3.

8 Quinto, eiectio, à conſortio, & ab ordine ratione inobedientiæ ſuadetur exẽplis; videmus etenim hac ratione Senatorem Senatu moueri, *l. ff. de ſenator.* atq. militem habitu, & inſigniis priuari, & militia mitti, *l.* 3. §. *ſi intra vociferationem, ff. de re milit.* quæ quidem iura veluti loquentia, de exauthoratione, & eiectione militum, extendi poſſunt etiã ad eiectionem religioſorum, vt per *Bar. in l.* 2. §. *ignominia in fin. ff. de infam. Felin. in cap. ex litteris ante nu.* 6. *de conſt.*

9 Sexto, quoniam eiectio videtur remedium magis ſalutare, tum quia expulſus poteſt a conſanguineis, & amicis libentius obiurgari, & pudefactus citius reſipiſcere; tum etiam quia prauis moribus, & malo exemplo, minus poteſt nocere, dũ incorrigibilis ab omnibus reputatur, quam in religione exiſtens, vbi exemplo plus poteſt nocere, *cap. nec licuit* 17. *diſt. cap. nemo* 83. *diſt. & c.* 1. 96. *diſt.* Addo etiam quod hæc mutatio quandoque valet ad mutandos mentis affectus, *cap. valet* 81. *diſt.*

10 Septimo, quia æquitas ſuadet ſuperiori concedi, vt familiam ſuam poſſit improbis hominibus expurgare, *l.* 3. *& l. congruit, vbi Doct. ff. de off. præſid. l.* 3. *in princ. ff. de offic. Præfect. vigil.* Nec huic malo poteſt ſubueniri, ſi detineantur in ergaſtulis, vt in *c. impudicus* 27. *q.* 1. quoniam cum loquamur de incorrigibili, vltra quod religio grauatur expenſis, plurimum poſſunt obeſſe aliis cõſilio, & ſuaſionibus, vt in *l. omne delictum,* §. *qui in acie ff. de re mil.* §. *ſed & ſi credat, verſic. licet enim inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur.*

11 Ad contraria reſpondetur. Non obſtat primum, quoniam finis primarius, propter quem eiicitur non eſt vt citius pudefactus reuertatur, vt ſupra probatum eſt, & videtur hoc ſentire *D. Thom. apud Matth. cap.* 18. dum ait habendum eſſe vti publicanum, vt maiorem erubeſcentiam patiatur. Non obſtat ſecundum, quia cum in profeſſione promiſerit obedientiam præſtare, & vitam religioſam ducere, vtique cum non ſeruet promiſſa

12 contractus reſoluitur, & religio amplius non tenetur *cap.* 3. *de iureiur. cap. ſi infidelis* 28. *quæſt.* 2. *l.* 1. *in fine, ff. de loc. publ. Fruend. l. ſi diuerſa C. de tranſact.*

13 Non obſtat Tertium, quia reſpondetur dupliciter, Primo, quod non eſt nouum vt alimenta denegentur contumacibus, refractariis, & inobedientibus, nam hac ratione denegantur etiam liberis, §. *aliud quoque capitulum auth. vt cum, de appell. cognoſc.* & nihilominus conſtat liberis alimenta deberi de iure naturæ, *l.* 1. §. *huius ſtudii verſ. Hinc deſcendit, ff. de iuſt. & iur. & in princ. tit. inſt. de iure naturali, & vtrobique Doct. tradunt.* Secundo, quod expulſus poterit ſibi victum vel proprio labore, vel ex mendicitate quærere, *Nauar in c. non dicatis comment.* 2. *num.* 36. *cum ſeq.* 12. *q.* 1.

Ad Quartum reſpondetur text. illum intelligi debere de eiectis ordine iudicario non ſeruato, vel propter crimen, non autem, de eiecto vti incorrigibili, vt ex multis declarat *Nauar. in d. cap. non dicatis nu.* 36. *& conſ.* 51. *de regul. Emanuel Rodericus in quæſt. regul. tom.* 1. *q.* 30. *art.* 22. Non obſtat ſecundum, nam

14 eiectus, & habitus religionis priuatus nõ libe-

liberatur a votis religionis ſolemnibus, vt ex pluribus probat *Azor. lib. 12. moral. inſt. cap. 16. q. 4.* ſed tantum definit eſſe clauſtralis, & eo tantum reſpectu non habet amplius communionem cum religione, *Abb. Anan. & Socc. in cap. fin. de infant. & languid. expoſ.* Non obſtat ſexto, loco doctrina Card. quia ibi loquitur de criminoſo ſimpliciter, non autem de incorrigibili, quo caſu non procederet, iuxta *trad. per gloſ. in d. c. nec licuit, verſic. per ſaculares 17. diſt.* Quis autem in hac materia ſit iudicandus incorrigibilis, eſt per peculiares cuiuſque religionis conſtitutiones declaratum, adeo vt nequeat certa regula tradi, videas in facti contingentia *Emanuelem*, Rodericum *in quæſt. regul. tom. 1. q. 30. art. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Apoſtata non dicitur eiectus a religione ſi reuocatus non redeat.*
2 *Eiectus per iuſtam ſententiam definit eſſe Monachus.*
3 *Serui pro de relictis habiti non coguntur redire ad Dominum.*
4 *Per ſententiam expulſionis tollitur obligatio religioſi erga religionem.*
5 *Intellectus ad tex. in cap. vlt. de regular.*
6 *Iuri humano ex obſeruantia contraria derogatur.*
7 *Religio non poteſt compellere religioſum debitè expulſum vt aliam religionē ingrediatur.*
8 *Religioſus eiectus ab vna religione non debet procurare recipi in alia.*
9 *Religio non tenetur recipere monachum eiectum pœnitentem.*

ARGVMENTVM.

An ſi eiectus à Religione, habituq; priuatus ex iuſta, & rationabili cauſa à religione repetatur, ſeq; Paratam ad ipſum recipiendum offerat, ſi Monachus redire recuſet, ſit Apoſtatarum numero recenſendus.

CAP. XI.

1 NEgatiuam opinionem tenet *Nau. conſ. 51. de regul. & conſ. 3. de ſtat. Monach. et in cap. non dicatis nu. 36. 12. q. 1. et conſ. 18. num. 2. de regul. et ipſum probant Azor. Moral. inſt. lib. 12. cap. 16. q. 6. Emanuel* Roderic. *in regular. q. 30. art. 21.* Ratio eſt, quia eiectus per
2 iuſtam ſententiam definit eſſe monachus monaſterii, vſque adeò vt amplius cum eo communionem non habeat, *Abb. in c. 1. de infant. et lang. expoſ.* quem ſequuntur ibidem *Socc. et Anan. per text. in c. nè pro cuiuslibet 16. q. 1.* Et propterea Religio non habet amplius iuriſdictionem in eo, veluti quæ per eiectionem, omnem poteſtatem abdicauit à ſe, ad exemplum vxoris iudiciali ſententia repudiatæ, quę ſi poſt repudium repetatur à viro, non tenetur ad illum redire, ut colligitur ex *c. ſignificaſti ibi*, Iudicio Eccleſiæ extra de *accuſ. et ſcribunt gloſſ. in c. Agatoſa, verb. conuerſionis 27. q. 2. Nauar. conſil. 38. nu. 1. de regul.* Item, & ad exemplum ſerui pro delicto habiti, ac filii expoſiti,
3 qui efficiuntur ſui iuris, nec amplius coguntur ad ſacra Dominica, uel paterna redire, *l. vlt. §. ſed ſumus C. de latin. libert. toll. d. cap. 1. de infant. expoſit.*

4 Præterea per ſententiam expulſionis iuridicè latam, extincta remanet obligatio qua religioſus tenebatur obedire religioni, quia ſicuti illa contrahitur per ingreſſum, qui fit mediante profeſſione, ita per eiectionem diſſoluitur, *arg. l. qui res, §. curam, ff. de ſolut. et in §. penult. et fin. inſt. quib. mod. oblig. toll.* Ergo quando Prælatus religionis interpellat religioſum iam expulſum ut ad religionem reuertatur, hoc facit nullo iure ſuffultus, & erga perſonam in quam caret iuriſdictione, & per conſequens religioſus obedire illi non tenetur, *l. extra territorium, ff. de iuriſdic. omn. iud. l. fin. ff. de offic. Præfect. Vrb. l. cum vnus §. is qui poſſidere ff. de bonis*

nis aut iud.poſſ.c.cum in iure peritus extr. de offic. deleg.

5 Nec prædictis ſuffragatur *text.in cap. vlt.de regul.*quatenus præcipit Præfectis religionum, vt ſingulis annis fugitiuos, & eiectos perquirant, & eos ſub anathematis,poena ad redeundum compellat.

Nam vera eſt reſponſio,*Nauar.d.conſ.* 51.nempè quod ille text.debeat intelligi de eiectis iniuſtè, vel ordine iudiciario non ſeruato, aut fortè per ſententiam nullam,quæ quidem explicatio,et ſi text. illum videtur ſatis coarctare, nihilominus habet rationem,quia cum iure ipſo, & ex regulis, inſtitutiſque religionum facultas ſit apud religiones eiiciendi monachos incorrigibiles, vt in ſuperiori capite abundè demonſtraui, vtique ſi diceremus text. illum loqui de eiectis, & expulſis legitimè, ita vt eos cogeretur religio ſingulis annis requirere,& ad redeundum compeſcere,fateri oportet nullam eſſe apud religiones poteſtatem Monachos eiiciendi.

6 Hoc etiam ex eo comprobatur,quia ſi text. ille intelligeretur generaliter de eiectis etiam legitimè,tunc propter communem obſeruantiam in contrarium,neceſſe eſt aſſerere illi ex vſu communi eſſe derogatum,cum tota illa diſpoſitio ſit iuris humani, cui quidem ex obſeruantia contraria poteſt derogari,*l.de quibus, ff.de leg.c.conſuetudo 4.diſt.8. ex non ſcripto inſt. de iure naturali.*

7 Extenditur concluſio Primo,vt non religioſum eiectum, ſed neque poſſit illum compellere, vt aliam ſolum nequeat religio repetere inuitum religionem ingrediatur, *Nauar.conſ.71. de regular.*

8 Extenditur ſecundo, vt neque ipſe religioſus teneatur procurare,vt in alia religione recipiatur; *Emanuel. Roderic. q. regul. tom. 1. q.30 art.21.*quicquid in contrarium ſcribat *Sot. de iuſt.& iur.lib. 7.q.7.art.1.*

9 Et ſicuti religio non poteſt compellere eiectum ad redeundum, ita ſi eiectus pænitens erroris petat iterum recipi, religio non tenetur, quia religio, & monachus debent pari iure cenſeri, *cap. ad Apoſtolicã, de regul.* Et licet non ignoret contrarium in hac ſpecie ſenſiſſe *Silueſt. in ſum.verb.apoſtaſia in fin.quem in ſequitur Menoch.de arbitr.caſ.* 546.*num.*1.tamen eorum opinio nullo iure, aut ratione probatur.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus ferens habitum coopertum ſub pannis dicitur Apoſtata.*
2 *Præſumitur talis quis qualem habitum gerit.*
3 *Teſtamento relicta quæ legi non poſſunt habentur,ac ſi non eſſent ſcripta.*
4 *Habitus delatio multis de cauſis præcipitur religioſo.*
5 *Habitus delatio pertinet ad honorem religionis.*
6 *Habitus geſtatio pertinet ad tuitionem perſonæ,& ornamentum.*
7 *Matrona habitu meretricali veſtita actionem iniuriarum non habet, ſi libidinis cauſa inſectetur.*
8 *Adulterii crimen deprecari poteſt deprehenſus in lupanari cum aliena vxore.*
9 *Deputatio parit iure in profeſſione.*
10 *Modus in explicando actu præcipuè ſpectatur.*
11 *Teſtari non ſufficit niſi fiat cum debito modo.*
12 *Habitum deferre non ſufficit niſi publicè deferatur.*
13 *Habitum gerens coopertum ſub pannis ex cauſa leuitatis dicitur tantum excommunicatus.*
14 *Habitum gerens coopertum ex cauſa neceſſaria non eſt apoſtata neque excommunicatus.*
15 *Clerici poſſunt ingredi tabernas in caſu neceſſitatis.*
16 *Celebrare ſuper re non ſacra licet in caſu neceſſitatis.*
17 *Baptizare licet laico etiam idiotæ imminente neceſſitate.*
18 *Neceſſaria cauſa quæ ſit.*

AR-

ARGVMENTVM.

An ſit cenſendus apoſtata, qui habitum gerit ſub pannis coopertum.

CAP XII.

DVo ſunt conſiderã
di caſus, Primus,
quando habitus
geſtatur cooper-
tus ex mera volũ-
tate ſine, aliqua
cauſa.
Secundus, quã
do defertur coopertus ex aliqua cauſa
ſaltim probabili.

1 Quo ad Primum, *gloſ. in clem. 2. §. di-
gnitatem, verb. extrinſeci, de vit. honeſt.
prælat.* ſcriptum reliquit eſſe apoſtatam
iudicandum, & hoc etiam affirmant *Ol-
drad. conſil.* 184. *nu.* 12. qui in fine teſta-
tur ita fuiſſe terminatum per Clementem
Papam V. *Io. Andr. & Franch. in c. 2. de
Apoſt. Anchar. Butr. & Imol. in cap. Deus,
vit. & honeſt. cleric. Calcan. conſil. 122. in
princ. & ſub nu. 4. Rom. conſ. 449. Franch.
de Platea in tract. de excom. §. 9. de relig.
qui temere hab. ſua relig. dim. num. 2. Ma-
ſcard. de probat. concluſ. 112. nu. 1. & ſeq.
tom. 1. Marquard de iudæis par. 1. cap. 4.
num.* 3. & ſecundum hanc opinionem
fuiſſe iudicatum Venetiis teſtatur *Thom.
Tr uiſ. dec. 19. lib. 2.* & hæc mihi veriſſima
videtur ex infraſcriptis.

Primo, ex *text. in d. clem. 2. in princ. &
in §. dignitatem verb. extrinſeci, de vit. &
honeſt. cler.* vbi clerici iubẽtur veſtes pro-
prio ordini congruentes deferre, & inde-
centes deponere, quia habitus extrinſe-
2 ci motum intrinſecam honeſtatem oſten
dunt. cui concinit, quod talis quis præ-
ſumitur, qualem oſtendit habitus, quem
gerit, *cap. ſi Iudex, vbi plenè ſcribentes de
ſent. excom. lib. 6. l. 2. vbi Bar. C. ſi ſeruus
exportand. veniat l. pen. C. de ingen. ma-
numiſſ. l. minor 25. Annis ff. de minor. Fe-
der. de Sen. conſ. 13. nu. 3. verſ. talis namq.
Din. conſ. 53. n. 15.* facit etiam quod exſti-
mate cõſueto fabricenſibus imprimi, lati-
nans fabricẽſis agnoſcitur, vt inquit *tex.
in l. ſtigmatẽ C. de fabricen. lib. 11. & in
cap. hoc ipſum 33. q. 2.* vnde parum, aut ni-
hil refert qualis ſit habitus qui geſtatur
occultè, ſi contrarium publicè appareat,
cum paria reputẽtur nõ eſſe, & eſſe ſed nõ
poſſe apparere, l in lege, vbi notant om-
nes, & præſertim *Bart. de contrab. empt.
& in l duo ſunt Titis vbi Bal ff. de teſtam.
tut. l. ſi fuerit ff. de reb. dub. l. cum ex pluri
bus ff. de manumiſſ. teſtam. l. quoties ff. quæ
ſatiſd. cog. cap. fin. de cleric. non baptiz. cap.
ſolemnitates, de conſecr. diſt. 1. cap. paruulos
cum quatuor ſeq. de conſecrat. diſt.* 4. Et
hinc eſt quod æquè punitur corrumpens
album prætoris, vt legi non poſſit, ac
punitur ille qui deleuit in totum, *l. ſi quis
id quod ff. de iuriſdic. omn. iudic.*

3 Et relicta in teſtamento quæ conſul-
tè, vel inconſultè legi non poſſunt, haben
tur perinde ac ſi relicta non forent, *l. 1.
in princ. et in §. ſed ſi legi ff. de iis quæ in te-
ſtam. delentur.*

Secundo his accedit, quod multiplici
ex cauſa præcipitur religoſis habitum
publicè deferre, nempè vt eis uagan-
di materia ſubtrahatur, c. vt periculoſa
ne clerici vel monachi lib. 2. Item vt in
4 decenti honeſtate contineantur, *cap. cle-
rici officia de vit. et honeſt. cleric.* vt di-
ſtinguantur ab aliis, quo eorum qualitas,
& profeſſio ſigno viſibili pateat, *d. c. ſi
Iudex, de ſent. excom. d. l. ſtigmata C. de
fabricenſ. lib. 11. l. ſed ſi accepto ff. de iure
fiſci*, Quibus omnibus effectibus cum ca-
reat occulta ipſa habitus delatio, conſe-
quens eſt, vt illa ab apoſtaſia religioſum
non excuſet.

Præterea, pertinet publica geſtatio ha
5 bitus ad honorem religionis, *cap. Epiſcopi
ead. cauſ. et quæſt.* vnde ſeneca vxori Ne-
ronis, indue te (inquit) delicate cariſſi-
ſima, non propter te, ſed propter hono-
rem imperii, & hæc eſt ratio cur Baſilicę,
Oratoria, veſtes, vaſa ſacra, & corporalia,
munda, & nitida aſſeruari debent in Ec-
cleſiis, nempè quia in Dei tendunt ho-
norem, *cap. 2. de cuſt. Euchar. cap. 1. 21. q.
4.* Item publica geſtatio habitus pertinet

ad

Digitized by Google

cui ad propriç perſonç tuitionẽ,& orna-
mentum, *c. ſine ornatu* 11. *q*.4. qui etiam
effectus ceſsant ex abſcondita habitus
delatione, cum neque religio ſuum con-
6 ſequatur honorem, neque religioſus ſit
tutus quin in extraneo habitu extrinſe-
cus deprçhenſus, laicorum nõ pateat in-
curſibus, quorum neq; ipſe, neq; religio
conqueri poſset, quippè cum illi iuſto fue
rint errore lapſi, cui iniuriam paſsus re-
ligioſus cauſam prçbuit, cum ſe contra
propriç religionis morem, cum eiuſmodi
habitu publico ſe comiſit, ad exemplum
matronç in habitu meretricali deprçhen
7 ſæ, quç iniuriarũ actionem non habet, ſi
eam quiſpiam blando ſermone libidinis
cauſa inſectauerit, *l. itẽ apud §. ſi quis vir-
ginei. ff. de iniur. cap. in audientia, de ſent.
excom. quibus iuribus hoc etiam affirmant,
et rectè Vital. in clem.* 2. *nu.* 9. *de vit. et ho-
neſt. cleric. Couar. reſol. cap.* 14 *ſub num.* 2.
*Briſſon. ſelect. antiq. libro primo, capitulo
quarto.*

8 Similis eſt quæſtio, quam *Quintil. pro-
ponit lib.* 7. *cap.* 3. An qui in lupanari cum
aliena vxore fuerit deprehenſus, adulterii
teneatur, Nam, & hic (vt ipſe concludit)
iuſti erroris excuſatione, adulterii crimẽ
depræcari poteſt; Quod quidem firmat
ex noſtris *Angel. in l. mater, §. mulier, ff. de
adult. et in l. ſi vxor, §. ſed in ea ff. eod. tit.*
Etiamſi Adulter ſciat eſſe nuptam, dum-
modo mulier viuat more meretricio, &
comprobant *Tiraq. l.* 3. *connub. ſub num.*
23. *in fin. Clar. in §. adulterium verſ Quæ-
ro nunquid*, vbi hanc dicit eſſe commu-
nem, & poſt eum *Hippol. Bonacoſſ. quæſt.
crim. in verb. adulterium, quibus accedit
Ghirland. etiam de poenis omnifar coitus*,
§. 7. *nu.* 5. *verſic.* 4. *etiam fallit, Rota dec.*
808. *nu.* 9. *par.* 1. *diuerſorum.*

9 Tertio prçmiſſis additur, quod cum
habitus ſecum afferat, vt talis quis re-
putetur, qualem illum habitus demon-
ſtrat, *d. cap. ſi iudex, de ſent. excomm. in* 6.
cum aliis ſupra alleg. vtique reputatio pa
rit ſaltim ius in poſſeſsione *Oldrad. conſ.*
244. *num.* 9. *verſiculo ſexto opponebatur*,
*Franch. in d. capitulo ſi iudex, §. idem eſ-
ſe ſub numero.* 3. *Vital. in clem.* 2. *numero*
88. de pœnis, & propterea ex delatione
habitus ſub pannis, hoc etiam naſcitur
inconueniens, quod Religio quodam-
modo iure ſuæ poſſeſſionis fraudatur,
cum habitus exterior ſit diuerſæ quali-
tatis.

10 Quarto pro hac ſententia maximè
facit, quod in quolibet actu explicando
præcipuè conſideratur modus quo ex-
plicatur, Hinc non ſufficit iudicium,
reddi, niſi iudex illud ſuo modo reddat;
nempè ſedens pro Tribunali palam, &
figura iuditii, *l. vnica, §. ſimili quoque mo-
do ff. de latin. libert. tollend.* Nèc ſufficit
quem teſtari niſi iuxta prçſcriptum mo-
11 dum teſtetur, ſcilicet in conſpectu te-
ſtium ita conſtitutus, vt ab omnibus in-
ſpici, & videri poſſit, *l. ſi non ſpeciali, &
l. ſi vnus, C. de teſtam. quod communiter
eſſe receptum dixere, Alex. in d. l. ſi non
ſpeciali numero* 6. *Iaſ. numero ſecundo,
Pariſ. conſil.* 33. *columna.* 1. *lib.* 2. *poſt Al-
ber. ibidem, & Cin. in l. teſtium quæſt.* 4.
*C de teſtib. quibus aſſentitur etiam Vaſq.
de ſucceſſ. progr. §.* 14. *num.* 2. *lib.* 2.

Pariter in aqua ducenda prçcipuè mo
dus conſideratur ducendi, *l.* 1. *§. Duo au-
tem ſunt genera, ff de acqua quotid. & æſti-*
12 *ua*: Et propterea non ſufficit mona-
chũ habitum deferre, niſi etiam ſuo mo
do deferatur, nempe publicè, & palam
iuxta diſpoſitionem *d. cap. vt periculoſa,
ne clerici vel monachi lib.* 6.

Ex his manifeſtè apparet hanc opi-
nionem eſſe veriſſimam, quam etiam
Rota probauit ſub Die 28. Nouembris
1554. coram Oradino, prout refert *Ve-
ral. deciſ.* 219. *quæ incipit, ſubreptitia eſt
num.* 2. *par.* 3. inferens propterea gra-
tiam obtentam non facta mentione hu-
ius apoſtaſiæ eſſe ſubreptitiam, & idem
tenet *Acchill. dec.* 1. *de Apoſtat. ſub nu.*
10. *Contrarium & nu.* 11.

Quod eo magis hodie procedit poſt
Sacr. Trid. Conc. cuius auctoritãte ſan-
citum eſt, nè amplius detur licentia re-
gularibus occultè ferendi habitum ſuæ
religionis, vt *in cap.* 19. *Seſſ.* 25. *de
Regular.*

13 Hæc concluſio, vt ſupra conſti-
tuta ſcilicet, quod per geſtationem
habitus ſub pannis incurrit Religioſus

in apoſtaſiam, declaratur,vt procedat,
quando habitus coopertus geſtatur ad
effectum vt viuere poſſit tanquam lai-
cus, vel tanquam Clericus ſæcularis, ſe-
cus ſi ex leuitate illum deferat, non ani-
mo deſerendi Religionem, hic enim non
incurrit apoſtaſiam irregularitatis, quæ
inducat inhabilitatem ad beneficia, ſed
tantum inducit excommunicationem,vt
*Rot.declarauit 11.Februarii 1555.coram
Oradino,ſicuti refert Achill. d.dec.vnic.
de apoſt.nu.10.& ſeq.* ſubdens huius opi-
nionis etiam fuiſſe antiquiores Præſiden
tes pœnitentiariæ, qui ex Theologorum
relatione aſſerebāt iſtam eſse veritatem.
Ad dignoſcendum autem quando habi-
tus coopertus geſtetur animo viuendi
laicaliter, An vero ex leuitate,recurren-
dum eſt ad Argumenta, & coniecturas,
idem *Achill. loco cit.nu.15.*Et hæc quo
ad primum caſum.

Quo vero ad Secundum,nempè quā-
14 do quis ex cauſa neceſsaria habitum
coopertum defert, dubio procul dicen-
dum eſt tunc, & ab Apoſtaſia,& ab ex-
communicatione excuſari, Ita *teſt. in c.
penult. vbi gloſ. in verb. cauſa de vit.
et honeſt. cleric. et in clem. ſecunda, verb.
ceſſante, et verb. rationabilis eod. tit. gloſ.
in d.cap.periculoſa,in verb. temerè nè Cle-
rici, vel Monachi lib. 6. Butr. in capitulo
3.nu.6.de Apoſt. D.Ant.in 3.par.tit.24.
cap.33. Silueſt. in Summ. verb. habitus
15 nu. 3.* In quam ſententiam maximè fa-
cit quod,& ſi clericis ſit interdictum ta-
bernas intrare,& comā,& barbā nutrire,
*c.clericus,de vit.& hon.cler.*Nihilominus
prædicta omnia facere poſsunt ex cauſa
neceſsaria *gloſ.& Doct. in c.cler. de vit.
et honeſt.cler. Port.Imol.conſ.84.n.7.et 9.*
item fiut quod licet ſit vetitum Prelatis,
16 ne mutato habitu extra limites Dioceſis
diſcurrant, hoc tamen facere poſſunt ex
cauſa neceſſaria; *Extrauag. 2. de maior.
& obed.* Item quia ex cauſa neceſsaria
etiam in rebus Deo ſacratis, fas eſt a for-
ma, & preſcripto recedere, adeo vt ex
cauſa neceſſitatis liceat ſuper re non ſa-
cra celebrare *cap. ſicut de conſecrat. diſt.
1.* atque in caſu neceſſitatis licet conſti-
tuto in peccato mortali ſacram tangere
Euchariſtiam, quam alioquin non niſi
mundis corde fas eſt attingere, *Innoc. in
cap.quod te de poenit. & remiſs.*Idiotæ pa
17 riter, & laico, licet imminente neceſsi-
tate baptizare *cap.Sanctam,de conſecrat.
diſt.4.gloſ fin.in clem. 1. de baptiſ. Felin.
cap. dilecta num. 16. de reſcript.et in cap.
querelam num. 11. de iuretur.quod etiam
admittit Ancbar.conſ.195.*& multa alia
neceſſitatis ratione fiunt permiſſa, quæ
alias denegantur, quę ſeriosè congeſse-
re *Tiraq.de retract.conſang. §.26.gloſ.1.
num.16.cum ſeq. Menoch.caſ 182. Hoieda
de incompatib. benefic.par. 2.cap.9.*
18 Cauſa vero neceſsaria intelligitur nō
ſolum ea, quę cogit neceſſitate certa,&
pręciſa,ſed etiam cauſa probabilis, nem-
pè ſi adeſset timor, nè incideret in ma-
nus latronum, aut inimicorum dum per
loca periculoſa iter faceret, vt probat
*text.in Extrauag.2.de maior.& obed.*ne-
que hęc opinio habet controuerſiam.

SVMMARIVM.

1 *Habitum ſi quis defereat coopertum non excuſat eum timor poena bene merita.*

2 *Religioſus ſciens ſe calumniari apud ſuperiorem ſi illius timore gerat habitum coopertum excuſatur.*

3 *Quod fit ad defenſionem iure fieri dicitur.*

4 *Clericum percutiens ob defenſionem in excommunicationem non incidit.*

5 *Iniuſtè vexato fas eſt ſe redimere quoquo modo.*

6 *Iniuſtè carceratus, ſi relaxetur cum iuramento de redeundo non tenetur.*

7 *Iniuſtè carceratus ſi poſt fugam a carceribus redeat ad carceres cum periculo mortis peccat.*

8 *Seruus poteſt delitеſcere donec* Domini *ira efferueſcat.*

9 *Salutis tuende cauſa multa facta eſſe quæ alioquin non fuiſſent, monſtratur exemplis.*

10 *Delictum ſuum nemo tenetur prodere.*

11 *Damnatus ad mortem non tenetur facere actus ex quibus ſibi mors inferatur.*

12 *Habitum alicuius religionis geſtare eſt teſtari cui religioni nomen dederit.*

13 *Teſtimonium cōtra ſe ferre nemo tenetur.*

14 *Defenſioni propriæ nemo poteſt renūciare.*

15 *Mortē ſibi inferens dicitur ſui homicida.*

Timor

Digitized by Google

16 *Timor poenæ benemeritæ non excuſat eum qui defert habitum coopertum.*

17 *Offenſio vbi eſt licita ibi defenſio reprobatur.*

18 *Debitorem fugientem quando licitum eſt capere, ſi ſe telo defendat licet occidere.*

19 *Delicta ne maneant impunita debet curare Superior.*

20 *Reſiſtentia non eſt licita quando vis infertur ratione publicæ vindictæ.*

21 *Malefactor per admiſſionem delicti ſe ſua voluntate ſubiicit poenæ.*

22 *Obligatio ex delicto deſcendit ex æquitate naturali.*

23 *Carceratus à authoritate publica, & ſi reperiat oſtium apertum nō debet egredi.*

24 *Religioſus habitum gerens dicitur munus obire quod per profeſſionem religionis explendum ſuſcepit.*

25 *Malum nemo tenetur facere licet aliquando teneatur ad id ex quo ſequitur malum.*

26 *Habitus geſtatio tendit ad ſignificandam religionem.*

27 *Teſtimonium contra ſe tenetur quis ferre à iudice requiſitus.*

ARGVMENTVM.

An probabilis dicatur cauſa, ſi Religioſus deferat habitum coopertum ſolo timore ne contingat ipſum incidere in manus Curiæ, ſeu Superioris, apud quem criminabatur.

CAP. XIII.

1 PVgnant in hac re *Port. Imol. & Triuiſ.* Siquidem *Triuiſa. deciſ. 29. lib. 2.* eſt in ſententia huiuſmodi cauſā non eſſe probabilem, eo quod ſit timor poenæ benè meritę, qui excuſare minime ſolet, *ex trad. per eundem in tract. de mod. & ord. proced. inter reg. cap. 13. num. 3.* proindq; inquit, in facti contingentia, Religioſum quendam, qui faſſus fuerat ſe hoc timore habitum coopertū geſtaſſe, veluti Apoſtatam fuiſſe iudicatum. At contrarium ante ipſum omnino ſcripſerat *Port. Imol. conſ. 84.* Mihi vero quo facilius ſingula ſuccedant duo videntur conſiderandi caſus: primus quando Religioſus ſcit ſe calumnioſe, & iniuſte apud ſuperiorē criminatum, timetq; iniurioſam vexationem ad quam euitandū habitū defert coopertū. Secūdus quādo iuſte, & pro delicto realiter patrato à ſuperiore perquiritur, & religioſus ne in eius manus incidat habitū abſcondit, & celat. Quo ad primū cauſa talis timoris, probabilis mihi videtur ex pluribus, &.

2 Primo *ex tex. in clem. paſtoralis §. quis enim de ſent. & re iud.* quo loci quis enim inquit, auderet ſe talis ſubire iudicium, & ſe in hoſtium ſinu reponere, ac ad mortē per violentam iniuriam, non per iuſtitiā inferendam vltroneum ſe offerre, Hæc quidem iure timentur, hæc de more vitātur, hæc humana fugit ratio, hæc aborret natura.

3 Secundo quia hoc eſt Hominibus à natura inſitum vt quilibet corpus ſuum quacunq. ratione tueatur, adeo vt quicquid propter proprii corporis tutelam quis fecerit, iure feciſſe dicatur, *l. vt vim ff. de iuſt. & iur. l. 1. §. vim, ff. de vi & vi armat. l. itaque in princ. & l. ſcientiam §. fin. ff. ad l. Aquil. l. ſiquis Agreſſorem, l. ſi quis percuſſorem C. de Sicar. & in l. 1. C. quando liceat ſine iud. ſe vind. c. ius naturale 1. diſt.* Et hac ratione fit, vt percutiens clericum ob ſui defenſionem, non incidat in excōmunicationē *c. 3. de ſent. excom. & in c. dilecto eod. tit. in 6.* Dec. in *in d. l. vt vim, n. 6. & 7.* Franc. Zoannett. *ibid. ſub nu. 11.* neq. fiat irregularis *clem.*
4 *vnic. de homicid.* vſq. adeo vt ſi celebrās hoc faciat, poſſit nihilominus hoc non obſtante miſſam complere, *Abb. in c. clerici de vit. & honeſt. cleric. Dec. loco cit. n. 8.* Itē occidens latronē ad ſui defēſionē, ſi aliter nō poterat euadere, nō tenetur neq. in foro interiori pęnitētiā agere, *c. 2. vbi notatur extr. de homicid.* Aequius ergo admitti, poterit, vt ad iniuſtam vexationem euitandam habitum relinquat vel abſcondat.

5 Tertio huic facit, quod cuique iniuſtè vexato fas eſt quomodocūque redimere Sanguinem ſuum, *l. 1. ff. de bon. cor.*

qui ant.ſent.l.tranſigere,vbi gloſ. & *Doct.*
C. de tranſact. & *ideo ſi quis per violen-*
tiam, & *Iniuriam, in carceribus detinea-*
tur, poterit eos frangere,et aufugere , Bar.
per illum tex. in l. vis eius C. de probat.
Soccin. in l. 1. num. 13. ff. ne quis eum
qui, Alex. in l. ſed ſi eximendi §. *ſi quis*
circa fin. ff. eod. tit. Gramm. conſ. 51. n.
6. Neuizan. conſ. 61. num. 37. & ſi for
taſſe relaxetur præſtito iure iurando de
redeundo ad carceres,redire minimè re.
netur, prout cenſuit *gloſ. ſing. in d. clem.*
paſtoralis verb. per violentiam, quam ibi.
dem probant omnes de ſent. et re iud. Bal.
in rubr. de vit. et boneſt. Cler. colum. 2.
Abb. in cap. ſicut 29. num. 4. et in cap. ſi
vero num. 8. de iureiur. et in c. inter alia
ad fin. immunit. Eccleſ. Rip. in l. Admo-
nendi num. 171. et 172. ff. de iureiur. Cur.
Sen. ibidem num. 169. Iaſ. in l. ſi duo pa
troni §. *fin. nu 4. ff. eodem Marſil. ſing.*
177. Boer. deciſ. 215. num. 19. Petr. à
Plaza in Epit. delcit. lib. primo cap. 23.
num. 6. Id quod etiam in foro conſcien
tię verum eſſe affirmant *Couar uar. reſol.*
lib. primo cap. 2. ſub num. 10. verſ. in ſe.
cunda propoſitæ quæſtionis, Menoch. de
arbitr. caſ. 301. num. 15. et pluribus com
probant Brunor. à Sole in quæſt. legal. q.
30. num. 31. & *ſeq. vbi receptiſſimam*
dicit, ac Seraph. in tract. de priuil. Iuram.
priuil. 132. num. primo . Et in caſu in
quo redeundo incurreret periculum
mortis , tunc quod vel ſi non aufugeret,
vel ſi poſt fugam arreptam rediret, graui
ter peccet veluti maxima temeritate
vſus,colligitur *ex trad. per* D. *Thom. 22.*
q. 69. art. 4. ad ſecundum argumentum,
& *ſcribit Io. Maior. in 4. ſent. q. 22. col.*
1. Couar. loc. cit. ſub num. 10. verſ. 7. his
animaduerſis Plaz. d. lib. 1. cap. 23. num.
6. & *7. Clar. in prax.* §. *fin. q. 25. verſ.*
3. autem modo, quibus aſſentitur D.
Proſper. Farinac. tom. ſecundo, tit. de
carceribus q. 30. num. 121. 122. 123. &
ſeq. Ergo pari ratione licebit Religioſo
iniurioſæ, & iniuſtæ vexationis effugien
de gratia habitum abſcondere.

8 Quarto huic ſententiæ fauet *text. in l.*
quid ſit §. *Sin autem in boc tantum latuiſſet*
ff. de ædil. edict. quo loci licet ſeruo
per aliquos dies deliteſcere , quouſque
Domini ira efferueſcat, vel faciliorem
apud ipſum deprecatorem inueniar, id
quod etiam probat *text. in l. bouem in*
princ. ff. eod. tit. ergo æque licebit Reli-
gioſo ſub alieno habitu deliteſcere, quo-
uſque Superiorem innocentiæ ſuæ red-
dat certiorem .

9 Quinto ſuffragatur quod legitur *lib.*
1. Machab. cap. 2. vbi propriæ ſalutis tuē
dæ gratia Iuſtum cenſuerunt vt Sabbatū
non cuſtodirent: quod tamen ſacroſan.
ctum erat, & inuiolabile: Ergo tanto ma
gis Religioſo concedi poteſt proprium
habitum emittere, quo ſe ipſum ab iniu.
ria eximat, & calumnia .

Sexto His finitimum eſt, quod ſi
Deus peculiares quaſdam Ciuitates vo.
luit adeſſe in quibus tuti eſſe poſſint, qui
non ex induſtria, ſed per imprudentiā de
lictum admiſerint, multo magis creden
dum eſt habitus mutationem iuſta exigē
te cauſa ſibi non eſse diſplicituram .

Quin etiam ad calumnioſam , & iniu
ſtam perſecutionem euitandam hoc ipsū
Religio ſis licere docuit exemplo *Chri-*
ſtus Saluator , qui a facie Herodis fugit
in Egyptum, *Matth.* 2. & quando Iudęi
lapides tulerunt vt iacerent in eum ,
exiuit de templo, & abſcondit ſe *Io.* 8. &
Diſcipulis dixit, ſi perſequuti vos fuerint
in vna Ciuitate, fugite in aliam, *Matth.*
c. 10. Docuit etiam Paulus ,qui a fratribus
per murum dimiſsus eſt in *ſporta*, *Actuū*
9. Docet hoc ipſum pariter & ipſa natu
ra, cū videamus, & Animātia nihil omitte
re quo ſe a periculis eximant. Siquidem
Solipus pixis, chamaleon in frigia, & Pa
randus in Aethiopia metu cum deliteſ-
cunt mutantur ad ſimilitudinem rei , cui
adhærent; cerui etiam cornibus amiſſis
deliteſcunt vt inermes, & quandiu corni
bus carēt propriæ imbecillitatis conſcili
noctu procedunt ad pabula, interdiu nō
audent, imo vbi creuerunt ad arborē ex
periūtur nec aliter aperto prodeunt, quā
ſi ea firma experiantur. Caſtor etiam a ve
natoribus fugatus, ne capiatur teſtes ſibi
dentibus præcidit.

His omnibus fit , vt excuſandus iure
merito cenſeatur Religioſus, ſi habitum
coope.

cooperiat, & tegat ad hoc, vt facilius calumnioſam criminationem euadat, Et hęc quo ad primum caſum, in cuius ſpecie rectè ptocedit opinio Portii Imolenſis.

Quoad ſecundum caſum, nempe quã do Religioſus habitum tegit, ne incidat in manus Superioris, à quo perquiritur pro delicto realiter patrato, occurrunt in vtrãquepartem rationes quæ rẽ reddunt laborioſam,& difficilem. Siquidem quod hic timor,veluti propriam per ſonam defendens ſit excuſabilis, ſuaderi poſſit ex infraſcripti.

10 Primo, quod nemo tenetur ſemetipſum prodere, vel denunciare delictum à ſemetipſo commiſſum, qua muis mune ris publici ratione illi incumbat onus denunciandi, vt profitendo cenſueruat *Bal. in l. prima in fin. C. in quib. cauſ. & integr. reſt. non eſt neceſſ. Alex. in l. cum quidam §. quod dicitur numer.* 13. *ff. de acq. hared. Fel. in cap. cum olim numer.* 3. *de accuſat.*

11 Nemo enim tenetur agere aliquid ex quo malum ipſe incurrat: vſque adco vt etiam iuſtiſſime ad necẽ damnatus,nõ teneatur facere actum ex quo ſibi mors inferatur,veluti veneni poculũ ſumere, vel ſemetipſum iugulare, licet teneatur mortẽ pati,& miniſtris non reſiſtere, *D. Aug. de Ciuit. Dei lib. primo c.*20. *&* 21. *D. Thom.* 2.2 *q.*64. *art.* 5. *Alex. de Aleſ. par.* 3. *q.* 37. *Membr.* 5. *art.* 2. *D. Ant. par.* 2. *tit.* 7. *cap.* 8. *circa med. Petr. Nau. de reſtit. cap.* 3. *num.* 20. *lib.* 2. *Greg. Sayro in ſumma, quam inſcripſit clauem regiam lib.* 7. *capit.* 9. *quibus ex iuriſtis aſſentitur Couar. var. reſol. lib.* 1. *cap. ſecundo ſub num. octauo in fin.* at geſtare habitum ſuæ Religionis apertum, eſſet quodammodo prodere ſe ipſum ergo.

12 Secundo,Habitum alicuius religionis geſtare,idem eſt quod ferre teſtimonium qualitatis eius perſonæ, nempè teſtari cui religioni nomen dederit, *cap. vt periculoſa, ne clerici, vel Monachi lib.* 6. cum aliis ſupra allegatis, At nemo tenetur contra ſemetipſum teſtimonium proferre, *l. nimis graue C. de teſtib. l. qui accuſare C. de eden.* Ergo excuſari debet,ſi ad hoc ne contra propriam perſonam cõ. teſtetur admiſſum delictum, ſub alio habitu abſcondit incedit.

14 Tertio hanc opinionem commendat, quod adeo naturale eſt, vt quiſque ſe ipſum defendat, vt proinde ſit conſtitutum neminem poſſe propriæ defenſioni renunciare, *l. liber homo ff. ad l. Aquil. l. non tantum ff. de appell. Bar. in l. cuſtodias ff. de pub. iud.* Quinimmo qui ſe ipſum defendere nequit, debet à iudice defendi, *l. ſi non defendatur ff. de poenis l.* 2. *in princ. §. ſed hac interpretatio ff. de cuſtod. & exibit. reorum.* Et mortem ſibi inferens, immanis ſui ipſius homicida dicitur, *l. prima vbi per omnes ff. de his qui ſibi mortem conſciuerunt, l. omne delictum §. qui, de re milit.* Ergo in tantum videtur excuſandus Religioſus qui ſub alieno habitu quęrit poenam euitare, quod culpandus grauiſſime videretur, ſi hoc facere negligeret.

At nihilominus reipſa enucleate perpẽ ſa in cõtrariã deſcẽdo ſẽtẽtiã, in quã,& ipſe; i riuiſ.reſidit,nempè quod hic timor veluti pænæ benemeritæ, ad iuſtam excuſationis cauſam minime pertingat, Hæc autem concluſio probatur ex infraſcriptis.

16 Primo vbi offenſio, eſt licita ibi eſt reprobata defenſio,vt probat aperte *teſt. in l. milites, §. irreuerens ff. de re milit. & in l. ſi ſeruus C. de his qui ad Eccleſ. confug. & in l. ſi quis in graui §. ſi maritus in fin. ff. ad Syllan. Bar. in l. vim n.* 4. *ff. de iuſt. & iur. Florian. in l.* 1. *§. cum Arietes ſub num.* 3. *ff. ſi quadrupes pauper.* Vnde ſiquis ex forma ſtatuti poteſt offẽdi, non licebit illi ſe defendere, & quatenus ſe defendat, poteſt occidi, *Bar. loco cit. Florian. in d. §. cum arietes col.* 2. *ff. ſi quadrupes pauper feciſſe dicatur, plene Bologni. conſ.* 63. *num.* 1. *cum ſeq. & per integr. conſult. Nellus de S. Gemin. in tract. de bannit. in* 2. *par.* 2. *tempor. q.* 49. *Marſil. in eod tract. verb. Ab offenſis numero* 22. *pag. mihi* 191 Item in eaſibus, in quibus licitum eſt capere debitorme fugientem, ſi telo ſe defẽdat, licitũ eſt ipſum interficere, vt profitẽdo cenſue.

cenſuerunt *Bal. & Salic. in l. ſi vt allegas in fin. C. ad l. Cornel. de Sicar. Marſ. loco cit. num.* 23. Ar modo in caſu in quo Religioſus deliquit iuſta, cſt aduerſus ipſum Superioris perſequtio, quia debet ipſe curare ne delicta remaneant impunita *l. Ita vulneratus ff ad l. Aquil. l. ſi reo §. fin. ff. de fideiuſ. l. ſi ſticebum poſt princ. ff. de ſolut. l. licitatio §. quod illicite ff. de publican. l. nullus C. de Iudeis c. vt fame extr. de ſent. excom. Marſil. loco cit. n.* 16. Ergo non licebit religioſo, qui facinus perpetrauit, ſe ſub alieno habitu occulrare, cum hoc ſit ſpecies defenſionis.

19 Secundo quãdo vis infertur a perſona publica, rõne publicæ vindictæ, tũc nõ eſt licita reſiſtẽria, ſed debet ęquo aĩo tolerari, *l. qui reſtituere ff. de rei vend. l. ſi quis miſſus ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ. per quæ Iura ſic ſcribit Bar. in d. l. vt vim num. 3. de iuſt. & iure* Quando autem Religioſus crimen perpetrauir, Superior qui illum quærir, infert illi vim ratione publicæ vindictæ, Ergo non eſt licita Religioſo reſiſtenria, ac proinde neque licet delireſcere ſub alieno habitu, quia per hoc eluditur criminis punitio.

20 Tertio per delicti admiſſionem malefactor ſe ipſum poenæ ſua voluntate ſubiicere videtur, *l. Imperatores ff. de iur. fiſci §. quia vero Auth. de non alien. collat. 1. l. 1. §. beſtias vbi gloſ. ff. de poen. l. poſt diui C. ad l. Iul. maieſt.* vſq. adeo vt nõ defuerint, qui ſcripſerint obligationẽ ex delicto, ex delinquentis conſenſu deſcendente, veluti *Faber. in §. furtorum Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſcuntur* Floria *in l. inde veratius §. fin. ff. ad l. Aquil. Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 33. num. 4. quibus etiam calculum præbet. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. primo*, §. 10. *num.* 665. Ergo dum Religioſus dignã animduerſionem per alieni habitus delationem refugit, contraire videtur obligationi, quam propria ſponte per delictum contraxit, vel ſaltem illi, quæ naſcitur ex æquitate naturali, quæ dictat crimina puniri, cum nemo neget obligationem ex delicto, ſaltem ex æquitate naturali deſcendere, *Bart. in l. 1. num.* *11. ff. de cond. ex lege Bald. in Auth. ad hæc num. 19. C. de vſur. Dec. in cap. 1. num. 77. de conſt. Garz. in l. legitima ff. de pact. Gomeſ. in §. omnium num. 2. Inſt. de act. Pinell. in Auth. niſi num. 32. C. de bon. mat.* Et per conſequens eius timor neque iuſtus, neque probabilis poteſt reputari.

21 Quarto hoc probatur ex gloſ. quam ibi notandum, & ſingularem dicit *Bald. in l. ſuccurritur in fin. ff.* ex qnibus cauſis maiores, vbi aſſerit quod detentus in carcere publica auctoritate, etiam ſi egredi poſſit reperiens oſtium apertum, debet nihilominus non egredi, & hoc idem etiam profitetur *Florian. in d. l. prima*, *§. cum arietes ante num. 4. ff.* ſi quadrupes pauper feciſſe dicatur; Ergo pari ratione, ſi non licet eludere iuſtam criminis vindictam carceres egrediendo, æquè non poterit euitari auctoritas Iudicis alienũ habitum geſtando, quia eadẽ militat publice vendictæ ratio, *Arg. l. illud ff. ad l. Aquil.*

22 Ex his patet ad contraria reſponſio. Non obſtar ergo primum, nam & ſi verũ ſit, quod nemo teneatur ſemetipſum prodere, veriſſimum eſt etiam non poſſe facere actum per quem dignam poenam eludat: habitus vero geſtatio palam, & publice non infert neceſſario, & directe ad ſe ipſum prodendum, & detegendum delictum, ſed magis ad obeundum munus quod per Religionis profeſſionem explicandum ſuſcepir, ac propterea dici non poteſt, quod per illum prodat ſemetipſum: Nec refert, quod non teneatur

23 agere aliquid ex quo malum incurrat, quia verum eſt, quando actus ſua natura immediate prodit ad malum, prout eſt veneni hauſtus, Iugulatio, & coetera ſimilia, ſecus quando non prodit ad malũ ex ſua propria natura licet ex illis poſſit ſequi malum, prout ex exiſtentia in carceribus, & coetera huiuſmodi, quia ex actibus iſtis non dicitur facere actum ex quo malum incurrat, vt bene declarat *Couar. lib. primo var. reſol. cap. 2. num. 8. in fin.* & hoc quidem recte firmatur exemplo martyrum, qui a carceribus Tyrannorum aufugere noluerunt, etiam da

ta

ta fugæ oportunitate, quia, & ſi ex manſione illa mors ſequebatur, tamen non erat morti omninò proxima, vt idem *Cou. loco cit. ſcribit nu. 9.* Minus offendit ſecundum, tum quia publica habitus geſtatio directè tendit tantum ad ſignificandam religionem cui religioſus per profeſſionem nomen dedit, in quo faciendo, & obligationem explicat ſuam, *cap. vt periculoſa*, ne clerici, vel monachi, & Deo per veritatẽ gloriam tribuit, iuxta illud Ioſue *c. 7. filii mi da gloriam* Deo Iſrael, *atque iudica mihi quidfeceris, ne abſondas*. Tum etiam quia illud quod dicitur neminem teneri teſtimonium reddere contra ſemetipſum, eſt verum ſi teſtimonium poſtuletur à parte, ſecus vero ſi exigatur a iudice, quia tunc tenetur ferre teſtimonium etiam contra ſemetipſum eſt, *capitulo cum dilecti, de accuſat. capitulo ſecundo, de confeſſ. quibus concinit Eccleſiaſt. cap. pro anima tua* non *confundaris dicere verum*, quod quidem intelligunt etiam cum vitæ diſcrimine, *D. Thom. 2. 2. quaeſt. 69 art. 1. ibique Cai. Bannes, Petr. Arag. & Michael Salon. Sot. de iuſt. & iur. q. 6. art. 2. concluſ. 6 Nauar. in Manual. cap. 18. n. 57. & cap. 25. nu. 36.* & hoc, ſiue teſtimonium exigatur tanquam a reo, ſiue tanquam à teſte, vt poſt alios, quos refert ſcribit *Greg. Sayro in claui Regia lib. 12. capitulo 16. num. 1.*

Tertium, argumentum tollitur ex iis, quæ dixi in primo huius partis argumento, ex quibus ſatis liquere poteſt illud procedere quando defenſio eſt licita, nõ autem quando eſt illicita, eo quod offenſio eſt a iure approbata.

Conſtat propterea hunc timorem ad iuſtam excuſationis cauſam minime prodeſſe, proindeque Religioſum contrahere poenas inflictas in eos qui temerè habitũ deſeruerunt. Verum quia huiuſmodi habitus deſertio, non fit animo deſerendi religionem, ſed vt poena contracti criminis effugiatur, idcirco ex eo non cõtrahitur Apoſtaſia irregularitatis, ſed illa tantum quæ infert excommunicationem, *ex cap periculoſa ne clerici, vel Monachi lib. 6. ſecundum ea, quæ dixi ſupra in cap. 9. num....*

SVMMARIVM.

1 *Profeſſionem non fuiſſe factam, & factam nulliter paria ſunt.*

2 *Apoſtata eſt qui pendente cauſa nullitatis profeſſionis redit ad ſeculum.*

3 *Religioſus non poteſt priuare religionem ſua poſſeſſione ſub prætextu nullitatis profeſſionis.*

4 *Religioſus qui vult exire eo quod emiſit profeſſionem intra annum, debet expectare iudicis declarationem.*

5 *Apoſtata eſt ſi quis perſuaſione ductus quod profeſſio ſit nulla diſcedat religione.*

ARGVMENTVM.

Nulliter profeſſus an poſſit ſine crimine apoſtaſie ad Sæculum redire.

CAP. XIV.

IN propoſita difficultate tres poſſunt conſiderari caſus.

Primus quando de nullitate ambigi non poteſt, eo quia illa eſt iudiciali ſententia declarata, & tunc nullus poteſt apoſtaſiæ ſcrupulus ſubeſſe, quia paria ſunt profeſſionem non fuiſſe factam, & fuiſſe factam, ſed nulliter ex reg. *l. ſin autem nullum*, vbi *Baldus*
1 *C. de legit. hæred. & in l. non putauit §. non quauis ff. de bonor. poſſ. con-tractab. & in leg. 4. §. condemnatum vbi plenè Doctor. ff. de re iud. cum aliis per Felin. in cap. ex parte de reſcript.* Alter eſt caſus, quando religioſus prætendit profeſſionem fuiſſe nullam, attamen declarata
2 non eſt, quia lis adhuc pendet, & tunc ſi ad ſæculum redeat, crederem eum eſſe inter Apoſtatas recenſendum, tum quia in cauſa propria non permittitur illi ius ſibimetipſi dicere *l. nullus ff. de teſt. l. nemo*

vbi

vbi plene Doct. C. *eod.tit.l.1.* §. *propriam ff. quando appellandum ſit.*tum etiam quia in dubio præſumitur pro validitate profeſſionis, prout præſumitur pro validitate cuislibet *actus,l. quoties ff. de reb. dub. l. quoties ff. de verb. oblig.* Dec. *in l. in contrahenda num.7.ff.de reg.iur.Surd. deciſ.* 133. *num.* 16. Tum deniq.quia lite pendente non debet eſſe in poteſtate religioſi ſub prętextu prætenſæ nullitatis priuare religionem poſſeſſione quam ipſa religio acquiſiuit in eum per profeſſionem emiſſam , etiamſi poſſeſſio ſit contra ius,*cap. primo vbi gloſ. in verb. de iure, & Abb. num. 4.vt lite pend. cap. cum perſonæ de priuil. lib. 6. Anan. in cap. cum veniſſet num. primo de inſtitut. Dec. in cap. cum teneamur num. 4. verſ. ſic etiam de appell. & conſ. 97.ante num. 2. & conſ. 103. num. primo verſ. & facit textus, late Gabr. concluſ. 6. num. 7. tit. de acquir. poſſ.* Rot. *deciſ.* 41.*num.*10. *& deciſ.* 50. *num.* 29.*& deciſ.* 64. *num.* 3.*par.* 2.*& deciſ.* 595.*n.*5.*par. prima di-*
4 *uerſ.* Et hæc procedunt etiamſi religioſus prætenderet profeſſionem nullam, eo quia fuiſſet emiſsa intra annum probationis ; quo quidem caſu eſt nulla,nullamque inducit obligationem ad alicuius regulæ , vel religionis , vel ordinis obſeruantiam,aut ad alios quoſcunq; effectus,ita diſponente *S.Trid. Conc. Seſſ.* 25. *cap.* 15. *de regul* nam nihilominus debet expectare iudicis, Aut ſuperioris declarationem , cum potuerit eſſe quod religio eſset peculiari priuilegio ſuffulta recipiendi profeſſionem infra annum , aut ad id aceſſerit ſpeciale Pontificis reſcriptum, aut quod fuerit emiſsa in manibus exequutorum ad id ſpecialiter à Papa deputatorum, vigore regulę 58. quo caſu tempus non eſt , neceſsarium *Rot. in Legionen. profeſſionis* 25. *Februarii* 1611. *coram R. P. D. Pirouano, quæ eſt deciſio* 329. *n.* 2.*p.*2.*tom.* 1. *in recentior.* Vnde quouſque res plene non cognoſcatur,nõ debet habitũ relinquere, aut aliter ſe à religione ab alienare .

Et tanto magis procedunt, ſi nullitas prętenderetur à religioſo militari,in quo diſpoſitio Concilii non habet locũ, *Rot. dec.* 591.*par.*1.*& apud Seraph.dec.* 171.

5 Tertius,& vltimus eſt caſus , quando ſuper nullitate profeſſionis lis nulla fuit agitata, ſed religioſus hac perſuaſione ductus, quod profeſſio nulliter proceſſerit , habitum , vel religionem dimiſit , & in hoc caſu idem eſt dicendum quod in proxime pręcedenti caſu , dictũ eſt quia militãt eædẽ rationes *l. Illud ff. ad l. Aquil.*

SVMMARIVM.

1 *Apoſtata non poteſt* Doctorari.
2 *Apoſtata ſi ſit* Doctoratus *licet actus teneat,tamen profeſſio eſt nulla.*

ARGVMENTVM.

Apoſtata an poſſit doctorari.

CAP XIII.

NEgatiuam opinionẽ probant *Bar. in l. prima C. de nouo Cod. facien. num.* 12. *Anan. in* Rubr. *de Apoſtat. ante num.*3. *Bertach. in tract. de* Epiſc. *par.* 1. *lib.* 2. *q.* 35. *Lambert. de iurepatr. par.* 1.*lib.* 2.*q* 9. *art.*9.*n.*4.*& in facti contingentia probauit Rota apud Verall. deciſ.* 219. *num.*3 *par.* 3.*ſuffragari videntur Bald. in l. vnica* §. *ideoque num.* 5. *& ibi Salicet. num.* 3. *C. de nouo Cod. facien. quatenus concludunt excommunicatum doctorari non poſſe.*In contrarium faciunt *Card. in cap. perpendimus num.* 29. *de ſent. excom.* vbi quod licet Excommunicatus non debeat doctorari, ſi tamen doctoretur , actus tenet , & ſequuntur *Anan. in rubr. de magiſtris nu.* 9.*Dec. in c. Intelleximus nu.* 12.*de iudic. Suarez tom.*5.*diſp.*16.*ſect.*2.*ſub n.*4.*verſ. Ac propterea.*Ego quid in excommunicato ſentiam dixi ſupra *lib.* 4 *c.*16.pro nunc dixiſſe ſufficiat, quod etiamſi diceremus gradum doctoratus adeptum per Apoſtatam tenere: ille tamen caret effectu;ac propterea talis doctoratus non ſuffragatur ad iuſtificandã gratiam in qua quis aſſeruit ſe Doctorem, non obſtante quod ad effectum iuſtificationis gratiæ ſufficiat probare doctoratum de facto,*Verall. loco cit. num.* 5 .

DE

DE IVRE PERSONARVM EXTRA ECCLESIÆ GREMIVM EXISTENTIVM.

Liber Nonus.

DE SCHISMATICIS.

SVMMARIVM.

1 *Sciſma eſt vox greca.*
2 *Sciſma eſt Societatis, ſiue bonæ ſiue malæ, diſruptio, propria tamen diffinitio. num. 5. 8. & ſeqq.*
3 *Sciſmaticus aliquando dicitur homo, peccato mortali innodatus, vel excommunicatus.*
4 *Sciſma propriæ dicitur, quod in eccleſia contingit.*
5 *Vnitas eccleſiæ, in quo conſiſtat.*
6 *Vnitas eccleſiæ quando ſcindatur, & quomodo.*
7 *Sciſmaticus vt dicatur quis, neceſſario requiritur quod ſit in Vnitate eccleſiæ.*
8 *Diuiſio vnitatem ſupponit.*
9 *Sciſmaticus neque Iudeus, neque infidelis dici poteſt.*
10 *Scindendi duo modi reperiuntur, vnus à capite, alter à membris.*
11 *Sciſmatis ratio in quo conſiſtat.*
12 *Sciſmaticus non dicitur ſubditus Principis laici, qui iudicium Pontificis circa prophana recuſat.*
13 *Cauſæ temporales ad principem laicum ſpectantes, & in curia introductæ ſolet Papa, ad iudices ſuos, prenia auocatione remittere.*
14 *Recuſans Pontifici obbedire vti Domino temporali, non dicitur ſciſmaticus, licet ſit Rebellis ſi ſit Domino temporali ipſius ſub lectus.*
15 *Pontificem eſſe verum Petri ſucceſſorem, de neceſſitate fidei credere tenemur, niſi inter plures ad ſit quæſtio de papatu quia non magis hunc quam illum eſſe Pontificem aſſirmare tenemur.*
16 *Sciſmaticorum genera plura.*
17 *Sciſmatici ſunt primo, qui Pontifici vti eccleſiæ capiti, non tamen per errorem obbedire recuſant.*
18 *Sciſmatici in populo Iſraelitico fuerunt Core, Dan, & Abiron, cum aliis 260.*
19 *Ozias rex ſciſmaticus.*
20 *Meleuitani, & Euthicani fuerunt ſciſmatici in eccleſia.*
21 *Græci primo fuerunt ſciſmatici, deinde hæretici.*
22 *Henricus Angliæ Rex; fuit ſciſmaticus.*
23 *Recedentes ab obedientia ſummi Pontiſicis, ſunt hæretici.*
Aſſerentes extra eccleſiã vnitatem a d eſſe ſalutem, ſunt hæretici
24 *Secundum genus ſciſmaticorum eſt aſfirmantium Pontifici non eſſe obedien. vel in eccleſia vnitatem.*
25 *Ieroboam ex ſecundo genere ſciſmaticorũ in populo Iſraelitico.*
26 *Simon Magus fuit in eccleſia ſciſmaticus ex ſecundo genere, quales ſunt ſectatores Caluini, Luteri, Zũgli, et reliquorũ.*
27 *Tertium Genus ſciſmaticorum, eſt inuadentium epiſcoporum ſedes, & plebem à legitimorum Paſtorum obedientia abducentium.*
28 *Quartum ſciſmaticorum genus eſt credentium aliquem verum Pontificem, cum non ſit.*
29 *Quintum genus ſciſmaticorum eſt de Pontificatu contendentium.*

AR-

ARGVMENTVM.

Nonnullis de Schiſme vocabulo pralibatis quidditatiua ſubiicitur Schiſmę diffinitio, & Schiſmaticorum genera explicantur.

CAP. I.

1 SChiſma græca vox eſt, quæ latine ſciſſuram ſignificat, *capitulo ſchiſma 27. quæſtio. prima*, quare vocabuli inſpectione inſpecta,
2 quælibet ſocietatis, aut communionis diſruptio (ſiue ſocietas ipſa ſit bona, ſiue mala) Schiſmaticis appellatione poteſt contineri, Vnde apud Io *cap. 9.* (Iudæis contendentibus inter ſe de miraculo Chriſti facto in perſona eius, qui coecus natus erat) dicitur quod ſchiſma erat inter eos, nempè diuerſa de miraculo ſententia, & ibi gloſ. ſubdit, quod ſi omnes mali fuiſſent, ſchiſmate caruiſſent.
3 Proindeque fit, vt quandoq. hominē mortali peccato ligatum ſchiſmatici vocabulo ſignificatum reperies, cum hic ſaltem à charitate per peccatum ſeparetur, iuxta illud Iſaiæ *cap. 59.* iniquitates veſtrę diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrū, Et legitur aperte *in cap. audi 11. q. 3. c. dixit 2. q. 3.* quandoque etiam eodem vocabulo reperies ſignificatum hominē excommunicationis ſententia damnatū, veluti qui per excommunicationem à Sacramentorum perceptione, & Hominum communione ſeparatur, *vt in cap. Sacerdotes 1. q. 1. cap. Apoſtolice 24 q. 4.*
4 *cap. cum excommunicato 11. q. 3.* proprie tamen ſchiſmæ vocabulum ad eam diuiſionem refertur quæ in eccleſia Dei quandoque contingit, *vt in cap. 1. & to to tit. de ſchiſmat.* Vnde ſic diffinitur à
5 *D. Thom. 2. 2. q. 39. art. 1.* quem omnes pari ſententia ſequuntur. Eſt diuiſio per quam quis ſe ab vnitate eccleſiæ ſeparat, in quantum eccleſia eſt quoddam corpus miſticum ex vniuerſis fidelibus, & Romano Pontifice tanquam capite conſtans. Pro cuius intelligentia obſer-
6 uandum eſt, vnitatem eccleſiæ in eo conſiſtere, vt vniuerſi fideles eius membra apto quodam ordine inter ſe, & cum Papa eius capite connectantur, ſcilicet vt in fidei doctrina, cultu Religionis, & in ſpeciali regimine, caput in reliqua mēbra quedam habeat principatum, atque illa ex eo pendeant, ipſiſque ſubdita ſint.
7 Sciditur igitur hæc vnitas, dum quis vel non vult ſe gerere tanque membrum huius corporis in aliqua, vel aliquibus ſpiritualibus actionibus ad hoc Eccleſiæ corpus pertinentibus, vel dum recuſat ſubiici Rom. Pont. *D. Tho. loco cit.* Hæc autem ſciſſio non fit omnino quaſi quod vnitas in aliis non maneat, ſed in quantum eſt in ipſo conſtabat, ſeu ipſe in ea continebatur, vt bene explicant *Caiet. 2. 2. q. 1. art. 1. Valent. 2. 2. diſput. 3. q. 15. puncto primo Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 2. cap. 36. num. 1.*
8 His ita premiſſis in hac diffinitione Primo dicitur ſchiſma eſſe diuiſionem, vt nobis innoteſcat quod ad hoc vt quis ſchiſmaticus dici poſſit, requiritur neceſſario quod ſit in eccleſię vnitate, diuiſio enim ſupponit vnitatem, & communionem, *l. 1. §. ſi quis ff. de ſeparat. bonor.*
9 *l. prima, ff. comm. diuid.* Vnde deducitur neque Iudæum neque infidelem poſſe reputari ſchiſmaticum, quia vnitatem nuſquam habuerunt, *vt docet gloſ. in clem. prima verb. hæreticum de vſur. quam ſequitur Ant. Burgoſ. in cap. At ſi clerici num. 104. de iudic.* Deinde ſubditur qua quis ſe ab eccleſiæ vnitate ſeparat, vt differat hæc diuiſio quę fit ab vnitate eccleſiæ, a coeteris ſeparationibus, veluti ab iis, quę fiunt a thoro maritali, & ſimilibus. Additur, in quantum eccleſia eſt quoddā corpus mixtū cōſtans ex vniuerſis fidelibus, & Romano Pontifice tanquam eius capite, duplici ratione
1 primo, vt intelligamus duos eſſe ſcindēdi modos, primus, quo quis ſe a capite eccleſię, coeteriſque membris ſeparare vult; ſecundus, quo vel a ſolo capite, vel a ſolis

a ſolis membris ſe diſiungit, A capite ſeparari dicitur quoties recuſat ſubiici Romano Pontifici, Ab aliis membris, quādo vult exercere ſpirituales actiones, nē pè non vt pars eccleſiæ Catholicæ, ſed tanquam ſi ipſemet eſſet quoddam torū ſeparatum ſeorſum, *Caiet. in ſumm. verb. Schiſma, Ledeſma in ſumm. tom. 2. tract. 3. cap. 12. concluſ. 2. Valent. 2.2. diſput. 3. q. 15. punct. primo, Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 2. cap. 36. num. primo verſ.* Hoc cum ita ſit. Item & ſecundo adduntur verba prædicta, vt intelliga-

11 mus rationem ſchiſmatis non conſiſtere in quacunque Papæ inobedientia (alias quandocunque tranſgrederetur præceptum eccleſiæ, incideret in Schiſma) ſed in ea inobedientia, quę habet annexam rebellionem in Pontificem non ex parte rei præcepræ, ſed ex parte officii ipſius Pontificis, nempè quando quis recuſat ſubeſſe Sontifici vti capiti eccleſiæ, & ſic ratione officii quo fungitur, *D. Thom. 2.2. q. 39. art. 2. ad primū, vt ibi Caiet. d. art. 1. in fin. ibique Bannes in fin. Valent. 2.2. diſput. 3. q. 15. punct. 1. Silueſt. in verb. ſchiſma paulo poſt princ. Vgol. de cenſur. Papæ reſeruat. par. 2. cap. primo verſ. nec non ſchiſmaticos §. 1. num. 4. Azor. Moral. inſtit. tom. 1. lib. 8. capit. 20. q. 4. Sanchez ad præcepta Decalog. lib. 2. cap. 36. ſub num. 3.*

12 Vnde deducitur primo, quod ſi ſubditus principi laico recuſet agnoſcere Iudicium Summi Sontificis in cauſa merè prophana, & cuius iudicium ſpectet ad laicum, non poterit ſchiſmaticus reputari quia non impugnant illum vt caput eccleſiæ, ſed vti dominum temporalem, & hæc duo non ſunt connexa inſeparabiliter, ſed poſſunt inter ſe ſeparari *c. per venerabilem, §. rationibus, qui fil. ſint legit.*

13 Proinde vidi non ſemel per ſummum Pontificem cauſas merè temporales ad cognitionem Principum laicorum ſpectantes, ſi quando aliqua ratione ſint in Curia introductæ, eas a Curia auocari, & in partibus ad ſuos Iudices remitti.

14 Et pari ratione deducitur Secundo, quod ſi incola Oppidi ſubiecti temporali Papæ iuriſdictioni, recuſet ipſi obedire vt Principi temporali, poterit quidem dici rebellis, non autem ſchiſmaticus, quia & hic non impugnat Papam vti caput eccleſiæ, ſed vti Principem temporalem, vt bene concludit *Sanchez loco cit. num. 14.*

15 Tertio deducitur, quod licet de neceſſitate fidei teneamur credere Summum Pōtificem eſſe verum Petri ſucceſſorem, tamen ſi quando inter duos, vel plures contingat quæſtio de Papatu, nō cogimur eadē fide credere hunc eſſe magis Papam, quam alium, quia hoc pēdet ex dubietate facti, quæ non pertinet ad fidem, *Card. in conſ. 150. nu. 14. Butr. Imol. Abb. & reliqui in c. quia diligentia de elect. Franc. Marc. q. 948. num. 4. & 13. in fin. par. 1. Gerſon. de modo ſe haben. tempor. ſchiſm. Alphonſ. de Caſtr. de iuſta hæret. punit. lib. 1. cap. 9. Pelag. de planto eccleſiæ cap. 65. Caiet. in ſum. verb. ſchiſma in fin. Azor. Moral. inſtit. lib. 8. cap. 20. q. 4. Vgol. de cenſur. §. 1. nu. 2. alios refert Sanchez ad præcepta decalogi lib. 2. cap. 36. in fin.* Cœterum, quoniā iſta diuiſio in eccleſia multifariam contingere poteſt, Ideo diuerſa conſtitui ſolent ſchiſmaticorum genera.

17 Primus eſt eorum, qui ſubeſſe recuſant Romano Pontifici tanquam Eccleſiæ capiti, idque non per errorem, ſed ex animo & per manifeſtam rebellionē, iſti quidem etiam ſi Chriſtianam fidem profiteantur, nihilominus ex hoc ſolo ſchiſmatici ſunt. *D. Thom. 2.2. q. 39. art. 1. in reſponſ. circa fin. Aug. Triumph. de poteſt. Eccleſ. quæſt. 23. art. 1. Emeric. in direct. par. 2. quæſt. 48. Alex. de Aleſ. 2. par. quæſt. 182. Turrecrem. in Summ. de Eccleſ. lib. 4. cap. 1. par. 2. Simanca de Cathol. inſtit. tit. 49. nu. 1.*

Eiuſmodi fuerunt in populo Iſraelitico Core Datan, & Abiron, qui licet verum Deum colerent, quia tamen vt legitur numeri *cap. 16.* a Summo Sacerdote Aaron, & Moiſe ſe abalienarunt, ſimul cum aliis ducentis quinquaginta viris proceribus ſinagogę, diuinitus percuſſi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus pendeunt.

Eiuſmo.

Digitized by Google

19 Eiuſmodi etiam fuit Ozias, qui (vt
patet Paralipo. *cap. 26.*) eum inſurgeret
aduerſus azariam, & Adolere vellet in-
cenſum ſuper Altare, ſtatim lepra per-
cuſſus tanti ſceleris poenas perſoluit. In
20 Eccleſia quoque Chriſti tales fuere Me
letiani, & Euthichiani, vtriuſque enim
partis (*vt Theodoret. ſcribit lib. 3. cap. 4*)
vna eademque erat fidei confeſſio: Am.
bæ enim propugnabant Nicęnam doctri
nam, ſed ſola contentione, & Præſulum
21 ſtudiis diſiungebantur. Tales etiam fue-
runt Gręci cum primum ab eccleſia de-
ſciuerunt, quamuis deinde ſuæ opinioni
pertinaciter adhęrentes, inter hęreticos
ſint connumerati, *Aug. Triumph. de poteſt.
Eccleſ. q. 25. art. 1. Emeric. in direct. par.
1. q. 18. Prateol. de ſect. haret. capit. 15.
verb. Graci, D. Anton. in 3. par. hiſtor.
tit. 22. cap. 11. §. primo, Hoſtien. in cap.
1. ſub num. 2. col. 3. verſ. non obſtat, de
Schiſm. Butr. ibidem ante num. 5. verſic.*
22 *dic quod Schiſmatici.* Henricus etiam An
gliæ Rex hoc ſchiſmate primum ab eccle
ſia receſſit, quamuis deinde abundante
iniquitate nihil tam tetrum excogitari
poteſt, & infauſtum ad cuius imum non
23 peruenerit. Iſti quidem, & ſi hæreſes pa
lam non profiteantur, nihilominus vere
hæretici ſunt, quia ſtatim, atque rece-
dunt ab obedientia Summi Pontificis, ec
cleſiæ Capitis, ſatis aperte profitentur il
li non eſſe obediendum, & extra eccle-
ſiæ vnitatem ad eſſe ſalutem, quod qui-
dem ſine hæreſi aſſeuerari non poteſt, *Ex
trauag. Vnam Sanctam, de Maior. & obed.*
24 Secundum genus ſchiſmaticorum eſt
eorum, qui non ſolum ab Eccleſiæ vnita
ſe ſubducunt, ſed hoc eis licere perfide
aſſeruerunt, contendentes vel Pontifici
non eſſe obediendum, vel in eccleſia nõ
eſſe vnitatem, *Turrecrem. lib. 4. de eccle-
ſia par. 1. cap. 4. Brun. de haret. cap. 16.
lib. primo de ſedit. cap. 3. Simanca de Cath.*
25 *hiſtor. tit. 58. num. 4.* Talis olim fuit
Ieroboam, qui non ſolum à populo Iſrae
litico diſceſſit, ſed homines nitebatur
auocare à cultu Diuino, vitulos aureos
ſacrificando, aliud Sacerdotium erigen-
do, diuerſam Religionis formam excogi-
tando, & prophanam idolatriam modis
omnibus conſtabiliendo, vt Sacra Regũ
narrat hiſtoria *lib. 3. cap. 12. & 13.* Ta-
26 lis in Chriſti eccleſia fuit Simon magus,
qui omnium primus & vnitatem eccleſię
dilacerauit, & falſæ doctrinæ ſeptam ſuis
Sectatoribus reliquit. Tales etiam ſunt
omnes quorũ opera fidelis Chriſti grex
dilaceratur in Germania, Gallia, Anglia,
vt Caluinus, Luter, Zuinglius, & alii ſimi
lis impietatis impoſtores.
27 Tertium genus ſchiſmaticorum eſt eo
rum, qui inferiores Epiſcoporum ſedes
contra diſpoſitionẽ eccleſiaſticam inua-
dunt, alienam poteſtatem vſurpantes, &
plebem ab obedientia legitimorum pa-
ſtorum abducentes, iſti enim etiamſi in
fide non errent, nec auctoritati Romani
Pontificis detrahant, nihilominus ſchiſ
matici ſunt, nam & vnitatem corpo-
ris eccleſiæ ſcindunt, & pacem pertur-
bant, *cap. Nouatianus, & cap. ſcire 7. q. 1.
Butr. poſt Innoc. & Hoſtien. in capit. 1.
ſub num. 4. verſ. 4. adhuc, de ſchiſm. Soc.
in rubr. eod. tit. num. 6. Brun. de haret. c.
16. circa fin.*
28 Quartum eſt eorum, qui nullum pro-
fitentur errorem, nec à communione ec-
cleſiæ intendunt eſſe alieni, ſed errore
ducuntur credentes aliquem eſſe verum
Pontificem, qui realiter non eſt, quod
contingere ſolet duobus, aut pluribus de
Pontificatu contendentibus.
29 Quintum eſt eorum; qui inter ſe de
Pontificatu contendunt: pluribus enim
primatum ſibi arrogantibus, eccleſiæ vni
tas laceratur. Hi quidem qui hoc mo-
do ſe pro Pontificibus gerunt, cum alio-
qui vere electi non ſint, pro ſchiſmaticis
ſunt habendi, eo quia, dum vero Pon-
tifici obedientiam ſubtrahunt, eccle-
ſiæ vnitatem ſcindunt, *clem. prima in
princ. vbi gloſ. & Doct. de iureiur. cap.
1. verſ. ſed vbi, de Sacram. vn. cap. primo
de ſchiſm. lib. 6. Brun. de haret. cap. 16.
in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Sciſmatici ex primo, ſecundo, & tertio gene
re, videntur eſſe in eccleſia contrarium
num. 34. & ad argumenta contraria
reſ-*

reſpondetur num. 39. *& ſeqq.*

2 *Fugere non dicitur qui ad ſuperiorem vadit, et quomodo procedat .nu.* 44.

3 *Sciſmaticus Eccleſiæ Sacramenta confert, ſi in debita forma conferat, et numero* 52.

4 *Sacramenta veraciter in ſola Eccleſia reperiuntur.*

5 *Sciſmatici ex primo, ſecundo, et tertio genere, vel ſunt Hæretici, vel excommunicati, qui extra Eccleſiam ſunt, et numero* 36.

6 *Sciſma ſcelus eſt omnium grauiſſimum.*

7 *Sciſmatici Dei hoſtes peculiariter reputantur, et peiores paganis.*

8 *Ab* Eccleſia *militantis, et Romani Pontificis obedientia recedens, à Chriſti, et cæleſtis* Eccleſiæ *obedientia receſſiſſe dicitur.*

9 *Tribunal Chriſti, et Pontificis vnum eſſe cenſetur.*

10 *Statutum, vel priuilegium à pontifice conceſſum, quod liceat ab eo ad alium appellare, vel quod quis ſit, ab eius iuriſdictione exemptus, non valet.*

11 *Aſſerens a ſum. Pontifice, etiam ad Deum appellari poſſe, errat in fide.*

12 *Ab* Eccleſia *Romana, ad alium nunquam datur recurſus.*

13 *Epiſcopus, et Vicarius vnus, et idem tribunal efficiunt.*

14 *Epiſcopo ſuſpecto recuſato, poteſt recuſari* Vicarius.

15 *Poteſtas altera* Sacramentalis, *altera vero iuriſdictionalis, et quæ?*

16 *Poteſtas ſacramentalis per characterem indelebiliter à Deo confertur, et ſemper remanet; nec ab Eccleſia ei poteſt auferri.*

17 *Iuriſdictionis poteſtas poteſt quandocumq. reuocari.*

18 *Sacerdos quamuis degradatus vere corpus Chriſti conficit.*

19 *Sacramenta quædam, executionem non deſiderant, ſed ſola gratia eſt pro executione.*

20 *Sacramentum ordinis conſiſtit in agere.*

21 *Sciſmatici ſacramenta miniſtrantes, conſiderantur vti Dei inſtrumentum.*

22 *Characteris effectus, per quamcumque culpam conferentis impediri non poteſt.*

23 *Sacramenta quomodo extra Eccleſiam non ſint, & num.* 55. *&* 56.

24 *Sacramenta à ſciſmaticis, & hæreticis confecta, Deo diſplicent, & quoad virtutis effectum non ſunt ſacramenta.*

25 *Sciſmatici ex quarto, & quinto genere an ſint in Eccleſia, & num. ſeqq.*

26 *Ignorantia ſupina indignoſcendo quis ſit verus Pontifex, facit quem ſciſmaticum.*

27 *Ignorantia in iis quæ ad animæ ſalutem pertinent, & eſt intolerabilis.*

28 *Ignorantia voluntaria excuſationem non affert.*

29 *Ordinati à ſciſmaticis per ignorantiam ſupinam executionem ordinis non recipiunt.*

30 *Probabili errore ducti, indignoſcendo pontifice, & adhærentes Antipapæ, non ſunt ſciſmatici.*

31 *Iuſto errore ducti, carent culpa.*

32 *Ad culpam nemo trahitur niſi propria voluntate ductus.*

33 *Sciſmatici non ſunt, qui licet actualiter verum Pontificem non recognoſcunt, habitu tamen, & voluntate agnoſcunt.*

34 *Hoſtiam non conſecratam, putans eſſe conſecratam, adorans non eſt idolatra.*

35 *Venerans aliquem pro ſancto, iuſto errore ductus, non peccat.*

36 *Feudum non amittit recognoſcens aliquem in* Dominum, *cum non ſit, ſi errans id faciat.*

37 Contrahens *matrimonium cum Iudæa, quam Chriſtianam putabat, excuſatur.*

38 *Vxorem alterius cognoſcens, putans ſuam, non eſt adulter.*

39 *Hæreticus non eſt qui opinionem ſuam licet falſam, pertinaciter tamen non defendit, eamque corrigere eſt paratus, cum veritatem quam inquirit inuenerit.*

ARGVMENTVM.

An Schiſmatici ſint in Eccleſia.

CAP. II.

1 DVo ſunt conſtituē
da capita; pri-
mum, ſi loqua-
mur de ſchiſma-
ticis quos in pri-
mo, ſecundo, &
tertio genere po-
ſuimus, & in iſtis
multa ſunt ex quibus ſuaderi aliquibus
poſſet eos eſse in Eccleſia. Primum quia,
licet illi ſubeſſe nolint Summo Pontifi-
ci, ſubſunt tamen Chriſto, qui ſummum
eſt Eccleſiæ Caput, *Paul. ad Colloſ. c. 1.
clem. 1. in princ. vbi gloſſ. & Card. de iu-
reiur. cap. vnic. verſic. ſed vbi extr. de ſa-
cram.* Vndè cum communicent Eccleſię
2 coeleſti, videri poteſt non eſſe ab vnitate
tollendos, ad exemplum eius, qui ab infe-
riore aufugit ad ſuperiorem, qui non
tam dicitur fugere, quam ſuperioris pro-
tectioni ſe ſubmittere, *Hoſt. in c. vt debi-
tus honor, de appell. & ibi Abb. num. 19.
Bald. in l. ſed ſi per prætorem, §. fin. num. 1.
ff. ex quib. cauſ. maior. Pariſ. de Put.
de Sind. §. An iudex numero quarto fol.*
113.

3 Secundo, in hanc rem maxime facit,
quod ſchiſmaticus Eccleſiæ ſacramenta
verè, & integre confert, dummodo ea
conferat in forma Eccleſiæ, *cap. oſtenditur
de conſecr. diſt. 4. cap. præter, §. verum, &
§. ad hoc 22. diſt. gloſ. in cap. præter hoc, §.
verum, in verb. formam 32. diſt. & in c.
1. vbi Innoc. Hoſt. Butr. Abb. & Boich. de
ſchiſm. D. Thom. 2. 2. q. 39. art. 3. in reſol.
Triumph. de poteſt. pap. q. 25. art. 3. Tur-
recrem. de Eccleſia lib. 4. par. 1. c. 7. Sott.
lib. 4. ſent. diſt. 13. art. 7.* Ergo debent di-
ci in Eccleſia, alias eius ſacramenta
4 contrectare nequirent, cum illa veraci-
ter in ſola Eccleſia reperiantur, *cap. quia
ex ſola 24. q. 1. cap. extr. Catholicam. 1.
quæſt. 1.*

5 In contrarium tamen eſt veritas, nem-
pe horum generum ſchiſmaticos omni-
no extra eccleſiam eſſe, & ab eius vnita-
te diſiunctos, quod probant vnanimiter
patres relati per *Illuſtriſſimum Bellarm.
lib. 3. de eccleſ. milit. cap. 5.* quibus addē-
di ſunt ex noſtris *Iacob. de conc. lib. 7. art.
1. ad tertium dub. Port. Imol. conſ. 164.
num. 17. Decian. tract. criminal. lib. 5.
cap. 67. nu. 20. Farinac. de hæreſi quæſt.
174. §. 2. num. 45.*

6 Hæc opinio probatur primo, quod
omnes ſchiſmatici de quibus in hac
dubitatione tractatur, vel hæretici
ſunt, vel ſaltem excommunicati: con-
ſtat autem tum Hæreticos, tum etiam
excommunicatos extra eccleſiā eſſe con-
ſtitutos, vt ſupra *in lib. 4. c. 1. & lib. 5. c. 1.*

7 Secūdo eos eſſe extra eccleſiam aper-
te ſcribitur *in cap. pudenda 24. q. 1. & in
c. Nouatianus 7. q. 1. & in capit. non vos
23. q. 5. & in cap. quoniam 23. q. 1.*

8 Tertio iſtis accedit quod ſchiſma in-
ter omnia ſcelera quæ tendunt cōtra pro-
ximum eſt grauiſſimum, *D. Thom. 2. 2. q.
39. art.* id etiam quod liquido patet *ex
Amos. cap. 5.* quo loci Dominus de ſchiſ-
maticis ſic loquitur, odi, & proieci fe-
ſtiuitates veſtras, & non capiam odo-
rem cętuum veſtrorum, quod ſi obtu-
leritis mihi olocauſtamata, & munera ve-
ſtra non capiam, & vota pinguium ve-
ſtrorum reſpuam.

Cui concinit, quod *Num. cap. 26.
Exod. c. 28.* Dominus iuſſit thuribula,
in quibus incenſum obtulerant Core, Da-
tan, & Abiron (nè in vſu de cetero
eſſent ſacerdotibus) conflata, & igne
purgata in laminas ductiles produceren-
tur, & affigerentur altari in Diuinę vltio-
nis memoriam.

9 Itèm quia ſchiſmatici peculiariter
Dei hoſtes reputantur, *in capitulo alie-
nus 24. quæſt. 1.* nec non, & cenſentur in
ſtatu perditionis, *cap. quicunque ead. cauſ.
& quæſt.* ac deteriores iudicantur paga-
nis, *cap. non afferamus ead. cauſ. & quæſt.*
veluti qui tunicam Domini inconſuti-
lem, quam neque ſatellites diuidere auſi
ſunt, ipſi ſcindere, & lacerare pręſumunt,
*cap. aduocauit 24. quæſt. 1. capitulo ſi-
cut Domini veſtimentum 16. quæſt. vlt.
Iacobat. de Concil. lib. 7. art. 1. ad tertium,*

Si

Si ergo tam tetrum, & infauſtũ ſchiſmatis crimen reputatur, eo magis debent ſchiſmatici extra Eccleſiam dici, quo grauius delinquunt ex *regul. Auth. multo magis* C. *de ſacroſanct. Eccleſ.*

10 Argumentis autem exaduerſo allatis ſic occurras; Ad primum, ſtatim atque quis diſcedit ab obedientia Romani pontificis, & Eccleſiæ militantis, illico, & ab obedientia Chriſti, & cœleſtis Eccleſiæ receſſiſſe dicitur, iuxta illud Lucæ cap. 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, cuius auctoritate hoc ſcribunt Aluar. *Pelag. de planctu Eccleſiæ lib. 1. art. 24. Iacobat. de* Concil. *lib. 7. art. 1. dub. 3. verſic. ſed aduertendum in*
11 *fine*, Etenim cum Summus Pontifex ſit Chriſti vicarius *c. 2. de tranſlat. cap. inter corporalia, & cap. licet eod. tit.* vtique conſiſtorium, atque tribunal Chriſti, & Pontificis cenſetur vnum, & idem in ſpecie, *Hoſt. in cap. quanto, de tranſlat. prælat. Abb. in cap. licet num. 9. de elect. Paul. de Caſtr. conſil.* 414. *ſub num. 1. verſic. His præſuppoſitis, Martin. Laudu. in tract. de princip. q. 474. Troil. Malue, de canoniz. ſanct. dub. 2. num. 10. Io: de* Selu. *de benef. par. 3. q. 8. num. 26. Franch. Marcuſ. deciſ. 938. nu. 2. par. 1. Pariſ. conſil. 5. num. 26. & conſil. 68. numero 162. lib. 1.* Menoch. *conſil. 51. num. 13. lib. 1.* Et proindè poſt vbi quis ab alienauit ſe ab obſequio Pontificis, cenſetur ab alienatus ab obedien-
12 tia Chriſti. Et hoc quidem vſque adeo procedit, vt nec valeat ſtatutum, aut priuilegium ab eodem pontifice conditum, vel conceſſum, vt ab eo liceat ad alium appellare, vel vt quis ſit exemptus ab eius iuriſdictione, qua ſicuti Deus non poteſt eximere aliquam creaturam a iuriſdictione ſua, ex quo negaret ſe eſſe Deum omnium Creatorem, ita Pontifex non poteſt eximere chriſtianum à iuriſdictione ſua, quia negaret ſe eſſe caput totius Eccleſiæ, vt egregiè ſcribit *Augu. de Anchon. de poteſt. Eccleſ. q. 7. art.* 8. Quin etiam error eſt in fide aſſerere à
13 Summo põtifice appellari poſſe ad Deũ, vel ad alium Hominẽ *Augu. de Anchon. de poteſt.* Pap. *quæſt. 6. art. 3. Collectar. in cap. quæ multoties, de regul. iur. Iacobat. de Concil. lib. 10. art. 1.* Quibus additur
14 quod ſpecialiter ſemper in Eccleſia Romana eſt obſeruatum, vt ab ea ad alium non detur recurſus, *cap. licet de vitan. in fi. vbi paſſim* Doct. *de elect.*

15 Simile vero de confugiente ab inferiore ad ſuperiorem, procedit quando inferior, & ſuperior conſtituunt diuerſos gradus tribunalium, non quando tribunal eſt idem, & inde eſt, quod cum Epiſcopus, & Vicarius vnum, & idem tribunal efficiant, *cap. 2. de conſuet in 6. & cap. romana in princip. de appell. eod. lib. cap. viſis 16. q. 2. Francus in cap. dilecti el 3. q. 14. num. 54. de appell. & in cap. poſtremo nu. 20. & ibi præpoſ. eod. Abb. in cap. inſinuante num. 2. de offic. deleg. & ibi Imol. nu. 10. &* Felin. *num. 1. Capic. deciſ. 137. nu. 9.* recuſato Epiſcopo vti ſuſpecto poteſt etiam recuſari Vicarius, *Rota deciſ. 2. nu. 21. par. 2. Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. de except. nu. 3. Marant. de ord. iudic. par. 2. tit. de appell. num. 26. copioſe* Surd. *conſil. 50. lib. 1.*

16 Ad ſecundum Argumentum, pro eius reſponſione præmittendum eſt ex *D. Thom. 2. 2. q. 39. art. 3.* duplicem eſſe poteſtatem; Alteram ſacramentalem alteram vero iuriſdictionalem; Sacramentalis eſt, quę per aliquam conſecrationem adipiſcitur, vt pura poteſtas characteris, quæ conſiſtit in conficiendo corpore Chriſti, & in coeteris ſacramentis conferendis, *gloſ. Abb. & reliqui in cap. 1. extr. de ſchiſmat.* Iuriſdictionalis poteſtas eſt, quæ confertur per ſimplicem hominis iniunctionem, vt puta poteſtas excõmunicandi, abſoluendi, & indulgentias concedendi. Inter has duas poteſtates illa conſideratur differẽtia, quod poteſtas
17 Sacramentalis confertur per characterẽ indelebiliter a Deo, *c. 1. qui cler. vel vou. Hoſt. Butr.* Abb. *Anan. & coeteri in d. cap. 1. de ſchiſm.* & illi cohęret, velut nota quędam, & ſignum corporale, *cap. quod quidẽ 1. q. 1.* ideoq. remanet ſemper immobilis, ſiue homo labatur in ſchiſma, ſiuè in hæreſim, D. *Tho. vbi ſupra, Triump. d. q. 25. art. 3.* ſubdens quod Eccleſia non poteſt talem poteſtatem ab homine auferre, id quod etiam affirmant *Archid. in cap. 2.*

ſub num. 3. de poen. lib. 6. Franch.ibidem
ſub num.4.Doctor. communiter in cap. 2.
& ibi præſertim Anchar. num. 4.de cleric.
excom.Abb.ibidem in fin. poteſtas vero
18 iuriſdictionis poteſt quandocunque re-
uocari.

19 Et hæc eſt ratio quarè etiam ſacerdos
quamuis cingulo exutus, & degrada-
tus, verè conficit corpus Chriſti, nempè
quia talis poteſtas cohęret anime inde-
biliter, prout cenſuit Bart. Brixien. in
ſum.not.9.q.1.vt refert gloſ.in c. 2. verb.
degradatus, de Cleric. excom. et in cap. 2.
in fin.de poen. in 6. quam ſequuntur Arch.
in d.cap.ſecundo ſub nu. 3. de poen.Franc.
ibidem ſub num. 4. Anchar. in fin.et in d.
cap.2.num. 4.de cleric.excom. vbi etiam
Abb. in finalibus verbis D. Thom. in 3.
par.q.82.art.3.coeteriquc omnes in 4.ſent.
diſt.13.vbi præſertim Sot. art.8.

20 Prætera præmittendum eſt, quædam
eſſe ſacramenta, quæ nullam executio-
nem deſiderant, ſed ſola gratia eſt ibi
pro executione, cuiuſmodi ſunt confe-
ctio corporis Chriſti, Baptiſmus, poeni-
tentia, vnctio ſacra, quę ſtatim atque fa-
cta ſunt, ſecum afferunt executionem,
Butr.in cap.1.num.8.de ſchiſm.Anan.ibi-
dem num.12.

21 Quædam vero ſunt ſacramenta quæ
vltra gratiam expectant exequutionem,
vt quia conſiſtunt in agere, cuiuſmodi
eſt ſacramentum ordinis, idem Butr.lo-
co citato ſub num. 5.

22 Modo ad Argumenti ſolutionem de-
ueniens, dico verum eſſe ſacramenta a
ſchiſmaticis, & hæreticis miniſtrata eſ-
ſe verè ſacramenta, non tamen inde
ſequitur, quod ipſi miniſtrantes ſint in
Eccleſia, quia ipſi in ſacramentis mini-
ſtrandis non conſiderantur vti inſtru-
mentum Eccleſię, ſed tanquã inſtrumen-
tum Dei, vt D.Thom.loco cit.inquit, nec
poſſunt ab Eccleſia impediri, tum quia
hic eſt effectus characteris impreſſi per
23 ipſum Deum, tum etiam quia talis effe-
ctus non poteſt impediri per quamcunq.
culpam conferentis, cap.veſtra de cohab.
cleric.& mulierc. vlt.15.q.vlt.D.Thom.
loco cit. Butr. in d.cap.1.ſub nu.8.verſic.
igitur cum gratia, de ſchiſm.Abb.ibid.col.
2. circa fin. Nèc refert, quod veraciter
ſacramenta non niſi in Eccleſia reperian
tur, quia hoc multipliciter poteſt intelli-
24 gi, primo, vt extra Eccleſia non ſint ſa-
cramenta nempè extra formam Eccle-
ſiæ, prout interprætatur gloſ. in d.c.extra
Eccleſiam 1.q.1.quæ enim extra formam
Eccleſiæ conficiuntur, illa quidem nul-
latenus ſunt ſacramenta adeo, vt per ea,
neque character imprimatur, cap. 1. cum
ibi not.extr.de baptiſ. cap. detrahi 1. q. 1.
gloſ.in d.c.1.verb irritas, ibi, dummodo in
forma Eccleſiæ, de ſchiſm. Abb.ibidem col.
3.in princip. verſ.vel etiam ſunt ſchiſma-
tici, Anan.ſub num. 12. verſic. ſi vero
ſunt ſchiſmatici.Socc.ſub nu. 6. Triumph.
8.q.25.artic.3.in reſponſ. ad tertium, &
paſſim omnes ſupra citati ad proban. e-
tiam ſchiſmaticos, & Hæreticos ſacra-
menta miniſtrare.

25 Vel ſecundo, extra Eccleſiam non
dantur ſacramenta, quò ad hoc, vt pro-
pitia ſint Deo, quia ſchiſmatici, & coete-
ri ſimiles licet verè conficiant ſacramẽta,
illa tamen, & Deo diſplicent, & non affe
runt propitiationem, & ſic non ſunt ſa-
cramenta quò ad virtutis effectum, cap.
præter §.coeterum ſchiſmaticorum 32.diſt.
cap.quod quidam, §. quamuis poſſit, & §.
ſciendum 1.q.1.Triumph.loc.cit. in reſpõſ.
ad tertium, Sot in 4.ſent.diſt.13. art.8.

26 Vel tertio, extra Eccleſiam non dan-
tur ſacramenta vera, intelligen. de vera-
citate reſpectu vſus legitimi, quem neq.
hæretici, neque ſchiſmatici habent, non
autem reſpectu ipſorum ſacramentorum
D. Thom. 2. 2.quæſt.39.art. 3. in fin. Et
hæc quo ad primum Caput dixiſse ſuf-
ficiat.

27 Secundum, eſt caput; Si loquamur, de
ſchiſmaticis quos in quarto, & quinto
genere poſuimus, nempè de illis, qui nul-
lum profitentur errorem, ſed ignorantia
ducti credunt aliquem eſſe verè Summũ
Pontificem, qui vere non eſt, & tunc duo
ſunt conſiderandi caſus.

28 Primus, quando ignorantia eſt ſupi-
na, & improbabilis, vt puta, quia ne-
glexerunt facere diligentias, quas facere
tenentur in dignoſcendo, quis verè ſit le-
gittimus pontifex, & in hoc caſu ſunt in-

ter

ter ſchiſmaticos reputandi, ita probant *teſt. in cap. quoties cordis 1. quæſt. 1. & in cap. ſchiſma, & ibi gloſ. in verb. magis 24. quæſt. 1. & in cap. relegentes 23. quæſt. 1. Soccin. in cap fraternitatis num. 11. de ſchiſm. Turrecrem. in ſumm. de Eccleſ. lib. 4. par. 1. cap. 14. in ſecunda propoſ. Felin. in cap. 1. de hæret. quæſt. 13. num. 24. & 25.*

29 Et ratio eſt, quia in iis quæ pertinent ad ſalutem animę, ignorantia non eſt tolerabilis, *cap. quia ea 38. diſt. gloſ. in cap. 1. verb. ignorantia, & ibi Domin. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. lib. 6.* Sed quilibet ex officio tenetur inquirere quid ſibi pro ſalute animæ ſuæ expediat facere, *cap. innotuit de elect.*

30 Item quia talis ignorantia eſt voluntaria, quę excuſationem non affert, *l. regula ff. de iur. & fact. ignor. l. in bonorum ff. de bon. poſſ.*

31 Et hinc eſt, quod ignorantes ignorantia ſupina, ordinati à ſchiſmaticis, non ideo propter ignorantiam recipiunt executionem ordinis, quamuis recipiant charactarem, *Innoc. Abb. & Boich. in cap. 1. de ſchiſm.*

32 Secundus eſt caſus, quando probabili errore ducuntur, veluti quia fecerunt quod in eis fuit, peritiores videlicet conſulendo, ad hoc, vt dignoſcere poſſent, quis eſſet verus Paſtor, & Pontifex, & tunc diligentia facta licet adhęrerent Antipapæ, credentes quod ille ſit verus, & iuſtus Pontifex; Nihilominus non poſſunt, neque ſchiſmatici reputari, neque extra Eccleſiam cenſeri, *D. Anto. in 2. par. tit. 11. §. 6. Turrecrem. lib. 4. de Eccl. par. 1. cap. 14. in 4. propoſ. Alphonſ. de Caſtro, de iuſta hæret. punit. lib. 1. cap. 9. circa princ. Aluar. Pelag. de plant. Eccleſ. art. 65. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 58. de ſchim. num. 9. Franch. de Marcb. quæſt. 949. in fin. & ante omnes gloſ. in cap. 1. in fin. 24. quæſt. 1. quam ſingularem dicit Abb. in rubr. eod. tit. de ſchiſm. & in cap. quia diligentia num. 2. de elect.* Rojas, *de hæret. par. 1. nu. 507.*

33 Eſt huius Concluſionis triplex ratio, Prima, quia iſti tanquam iuſto errore ducti carent omni culpa, ad quam nemo trahitur, niſi propria ductus voluntate, *cap. non eſt 15. quæſt. 1. l. qui contra C. de inceſt nupt.*

34 Secunda, quia iſti, dum vni præſtant obedientiam, illi quem credunt eſſe legitimè electum, & habent animi promptitudinem non obediendi niſi vero paſtori, vtique ſaltim habitu, & voluntate recognoſcunt verum Pontificem, licet non recognoſcant actualiter, & ideo non debent cenſeri ſchiſmatici. Hinc adorans

35 hoſtiam non conſecratam, quam credebat eſſe conſecratam, idololatriam non committit, ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur *Turrecrem. in ſum. de Eccleſ. par. 1. cap. 4.*

36 Et qui veneratur corpus, quod credit eſſe ſanctum, & habere gloriam apud Deum, non peccat, etiam ſi verè ſanctum non ſit, *Zanch. de hæret. cap. 22. num. 8.*

37 Et qui errore ductus Dominum fuit adortus, credens illũ eſſe alium, feudum non ammittit, *cap. primo, quib. mod. feud. amitt. Felin. in c. 4. in fin. de ſent. excom.*

38 Et ducens in matrimonium iudęam, quam credebat eſſe Chriſtianam, excuſatur, *Abb. in c. in nonnullis n. 3. de iudæis.*

39 Sic pariter cognoſcens vxorem alterius credens eſſe ſuam adulterium non committit, *c. In lectum 34. q. 1. gloſ. in c.*

40 *inebriarunt 15. q 1.* Item qui ſententiã ſuam, quamuis falſam, & peruerſam nulla tamen pertinaci animoſitate defendit, quærens tota ſollicitudine veritatem, corrigi etiam paratus, cum eam inuenerit, nequaquam eſt hęreticus habendus, quia non habet intentionem contradicentem Eccleſiæ, *cap. dixit Apoſtolus 24. q. 3. D. Thom. 2. 2. q. 11. ar. 2. ad ſecundũ.*

SVMMARIVM.

1 *Geſta per ſciſmaticos in ſacramentalibus nullius momenti ſunt, amplia, vt n. 73. & 74. declara vt nn. 75.*

2 *Sciſmaticus claues cæli non habet, ſed inferni.*

4 *Geſta per ſciſmaticum extra formam Eccleſiæ ſiue ſit* Sacramentum *ſecum executionem afferens, ſiue non ſunt omnino nulla.*

4 *Sacramentalis actus etiam forma ſeruata non tenet, ſi actum gerens non credebat illam veram formam.*

5 *Geſta per ſciſmaticos nullius momenti eſſe, intellige; de ſciſmatico extra Communionem Eccleſiæ exiſtente.*

6 *Exiſtens in peccato mortali, largo modo dici poteſt ſciſmaticus.*

7 *Sacramenti executionem ſecum afferentis, adminiſtratio, à ſchiſmatico iuxta formam Eccleſiæ facta tenet, quamuis recipientes extra caſus à iure permiſſos, peccent mortaliter.*

8 *Sacramenti adminiſtratio à ſciſmatico facta, ſi ſacramentum vltra gratiam executionem deſideret valet reſpectu Characteris; ſecus reſpectu Exequutionis, niſi probabilis ignorantia Sacramentum recipiatur, que tamen ignorantia ceſſat repatefacta, & diſpenſatione opus eſt.*

ARGVMENTVM.

An geſta per Schiſmaticos in Sacramentalibus teneant.

CAP. III.

1 Conſtituas, geſta per Schiſmaticos, regulariter nullius eſſe momenti, *cap. 1. cum ibi not. extr. de baptiſ. c. 1. vbi plenè Doctor. de Schiſm. c. ordinationes 9. q. 1. c. factus 7. q. 1. c. didiſcimus in princip. 34. q. 1.*

2 Etenim ſchiſmaticus non habet claues Coeli, ſed inferni, *Bald. in l. fin. num. 2. C. de reſcind. non poſſe* Felin. *in cap. Ego ante nu. 2. verſ. Et ideo de iureiur.*

3 Hanc concluſionem extende Primo, vt ſine dubietate procedat in caſu in quo actus eſſet geſtus extra formam Eccleſię, tunc enim eſſet omnino nullus, ſiue ſit Sacramentum quod vltra gratiã nullam executionem deſiderat, ſiue ſacramentum quod vltra gratiam, requirat executionem, quia quicquid geritur ex... mam Eccleſię nullum eſt, *gloſ. in d. cap. 1. verb. irritas de ſchiſm. & ibi Abb. ſub num. 4. Anan. ſub num. 2. Soccin. num. 6. Triumph. de poteſt Papæ q. 25. art. 3. in reſponſ. ad tertium, & iterum gloſ. in cap. extra Eccleſiam, & cap. detrahe 1. queſt. 1.*

4 Extende ſecundo, vt procedat etiãſi forma eſſet ſeruata, ſed per errorem, veluti quia forſan gerens actum credebat iam non eſſe formam Eccleſię, quia nec tunc actus Sacramentalis tenet, vt magiſtraliter docet *Innoc. in d. cap. 1. ſub num. 1. verſic. item ſi forma de baptiſ. ibique Butr. ſub num. 14. verſic. ſecus dicunt.*

5 Eandem concluſionem declara primo, vt procedat in ſchiſmatico exiſtente extra communionem Eccleſiæ, ſecus in ſchiſmatico largiſſimo ſumpto vocabulo, qualis eſt is, qui eſt in peccato mortali, quia iſte licet ſit ſuſpenſus quo ad alios, *cap. fin. vbi Abb. in Tertio not. de cohabit. Cler. & mul. c. veſtra eod. tit. cap. fin. de tempor. ord. gloſ. in cap. Sacerdotes, verb. macula, verſiculo vnde notatur 1. queſt. 1. Doct. communiter in d. cap. 1. de ſchiſmat.*

6 An autem recipientes Sacramenta ab exiſtentibus in peccato mortali, vel excõmunicatis ſint rite ordinati poſt *Doctor. in d. cap. 1. de ſchiſm. conſulendi ſunt Turrecrem. in c. nullus 32. diſt. Nauar. in Manual. cap. 27. Guterez Canonic. queſt lib. 1. cap. 1. num....*

7 Declara ſecundo, vt quando Sacramentum adminiſtratur a Schiſmatico ſecundum formam eccleſiæ, eo quia intendit facere quod facit eccleſia, tunc ſi quidẽ verſamur in Sacramentis, quæ vltra gratiam aliam executionem non expectant, cuiuſmodi ſunt confectio corporis Chriſti, Baptiſmus, & Vnctio ſacra, tunc tenet, quamuis recipientes ab eis peccent mortaliter, niſi in caſibus a iure permiſſis, de quibus 34. *diſt. S. verum Abb. in d. cap. 1. col. fin. verſic. 2. caſu, Socc. num. 6. de ſchiſm.* Si vero verſamur Sacramentis, quæ vltra gratiam deſiderant executionem, prout eſt Sacramentum ordinis, tunc reſpectu characteris valet, quia cum illud ſit impreſſum in anima, etiam à ſchiſmaticis confertur, *gloſ.*

in d.

in d. cap. 1. *verb. irritas, & ibi Abb. col. fin. in princip.* Reſpectu autem exequutionis non confertur, niſi Sacramentum fuerit receptũ ex ignorãtia probabili, *Innoc. Hoſt. Butr. Anan. & Abb. in ſæpe allegato c. 1. de ſchiſm.* Hæc tñ ignorantia tãdiu ſuffragatur, quamdiu durat probabilitas, poſtquam autem res erit patefacta, requiritur diſpenſatio, ẽt ſi mũdus totus inuolutus, *Hoſt. Butr. Abb. & Soccin. in d. cap.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Geſta per ſchiſmaticos in Temporalibus ſunt inualida.*

2 *Eccleſia Paſtorem ſchiſmaticum habens, vacare dicitur.*

Actus ſede Vacante facti ſunt nulli.

3 *Alienatio ab intruſo facta non valet.*

4 *Collationes beneficiorum, & dignitatum à ſciſmatico facta, irrita ſunt, ſicut etiam Vniones.*

5 *Priuilegium à ſciſmatico conceſſum eſt nullum.*

6 *Actus etiam de conſenſu Capituli factus à ſciſmatico, eſt nullus. etiam ſi eccleſia expediat.*

7 *Validitas actus geſti à ſchiſmatico de cuius iure dubitatur, pendet à futuro euentu.*

8 *Priuilegium, à ſchiſmatico de cuius iure dubitatur conceſſum, prebat titulum habilem ad præſcriben in loco ſibi ſubiecto.*

9 *Error facti & iuris ſimul cauſat iuſtum errorem ad præſcriben.*

10 *Titulum habere ſufficit ab eo qui Dominus putabatur.*

11 *Vti poteſt quis re non ſua, tanquam ſua, ratione dubietatis.*

12 *Hæres cogitur ſatiſdare de legato preſtando, duobus eiuſd. nominis de d. legato contendentibus.*

13 *Geſta per pontificem ſchiſmaticum, qui tamen verus Papa reputabatur valent.*

Diſpoſitio l. Barbarius *ff. off. prat. procedit etiam in* Papa.

14 *Geſta per ſciſmaticum valent, ſi habeãt admiſtũ commodũ cum incommodo, & cũ eadem perſona fiant.*

Commodum cum incommodo compenſatur.

ARGVMENTVM.

An geſta per Schiſmaticos in temporalibus teneant.

CAP. IV.

1 REgulam conſtituas
geſta à Schiſmati
co ni tẽporalibus
nõ valere *d. c. 1. de*
Sbiſm. vbi gloſ. in
verb. firmitate, &
Doctor. communi-
ter, cap. pracaria
11. q. 2. Franciſ. Marcus q. 947. nu.
1. Aldobr. conſ. 1. nu. 50. & 52. Rota apud
2 *Seraph. deciſ. 612.* Cuius cõcluſionis ratio
eſt, quia dum eccleſia habet Paſtorem
ſchiſmaticum, dicitur vacare, *cap. 1. &*
cap. cum vobis de præſcript. Actus autem
facti ſede vacante dicuntur nulli, d. capit.
pracaria, & cap. ſi qua de rebus 12. q. 1.
Abb. in c. cauſam quæ ſub n. 11. de iudic.
Aldobr d. conſ. 1. num. 52. verſ. ſi qua
3 *de rebus.* Et facit, quod alienationes factæ ab intruſis nullius reputantur mo-
menti, *cap. nihil. vbi gloſ. fin. & Doct. de*
elect. & in cap. fin. ne Prælati vices ſuas,
cap. alienationes, vbi etiam gloſ. 12. q. 2.
Bal. & Caſtr. in l. ſi tibi decem §. cum
poſſeſſor. aliena ff. de pact. Bart. in l. ſi vr
4 *bana ff. de cond. indebit.* Vnde collatio-
nes beneficiorum, & dignitatum factæ a
ſchiſmatico nullæ ſunt, *d. c. primo §. adiſ*
cientes de ſchiſm. Et pari ratiene nullæ re-
putantur vniones, vt fuit reſolutum in
Valentina vnionis 2. Iunii 1606. coram
Reuerẽdiſ.. D. meo Coccino. Rotę Deca
no Sicuti ẽt nullũ reputatur priuilegiũ,
Rota apud d. deciſ. 612. & in Ianuen. Iu
riſdictionis Seraph. 24. Ianuarii 1617. co
rã tunc R. P. D. Ludouiſio, nunc S. D. N.
Gregorio decimo quinto.
5 Hanc concluſionem extende duplici-
ter; primo, vt procedat etiamſi actus a
ſchiſmatico ſit factus cum conſenſu capi
tuli, quia nihilominus eſt nullus, vt ſcri-
bit *gloſ. in d. cap. alienationes verb. aliena*
tiones 12. q. 2. ibique Prapoſ. num. 1.

Ex-

7 Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi expediat Eccleſiæ eſſe factos, quia hæc non eſt cauſa vt valeant, ſed vt iterum à vero Paſtore licite fiant, *d.cap.præcaria* 12. *q.* 2.

9 Eamdem concluſionem limita primo, vt ſi ſchiſma contingat eo quia plures ſe pro Pōtificibus, vel Prælatis ſe gerunt, & iura vtriuſque partis ſunt ambigua, tunc validitas, vel inualiditas actus geſti per Schiſmaticum pendet a futuro euentu, ſi detegatur vel nō detegatur verus Papa, vel Prælatus prout de duobus Imperatoribus ſcribit *Oldr. conſ.* 22. *Alber. in l.benè à Zenone col.* 2. *C.de quadr.præſcript.*

10 Qua ratione priuilegium, ſeu gratia conceſſa à tali Schiſmatico, prebet titulum habilem ad præſcribendum in loco ſubiecto ſuæ obedientiæ, vt poſt longam diſputationem reſoluit Rota in Valētina parochialis 2. *Iunii* 1600. *corā Reuerēdiſ.* D. *Coccino, Rotæ Decano & in Ianuen. Iuriſdictionis* 24. *Ianuarii* 1606. *coram nunc* S.D. *N. Gregorio decimo quinto.*

11 Siquidem in tali caſu error, vel eſt facti, vel ſaltim continet mixturam, quæ cauſat iuſtum errorem ad præſcribendū *l. ſi vir, vbi gloſ. in verb. procedere ff. pro donato, ibique Bart. num.* 8. *Din. in regula poſſeſſor. num.* 40. *de regul. in* 6. *Cin. in l. venditioni num.* 4. *C.pro empt. vbi etiā Bald. num.* 4. *Bellam. in cap. Vigilanti nu.* 47. *de præſcript.* Felin. *in cap. de quarta n.* 36. *in* 10 *illatione eod. tit. Bald. in repet. l. Celſus num.* 36. *de vſu cap. Egid. deciſ.* 704 *num.* 6.

12 Preterea ſicuti ſufficit habere titulum ab eo, qui putabatur dominus, licet verè dominus non eſſet, *§. ſi quis à non domino inſtit. de rer. diuiſ. Abb. in cap. cum veniſſet num.* 8. *de conſtit. Felin. in d. capit. de quarta num.* 24. *verſ. vnde dicit Capic. deciſ.* 189. *num.* 10. Ita ſufficere debet habere titulum à Papa, vel Prælato qui putabatur Papa, vel Prælatus.

13 Addas, quod ratio pendentis dubitationis operatur, vt quis vti poſſit re non ſua, tanquam ſua, *l. vſufructuaria §. ſi in variis ff. de vſufr.* Item cum diſputatur delegato inter plures eodem nomine vocatos, vterque petere poteſt ſibi ab hærede ſatiſdari delegato præſtando in diei, vel conditionis euentum, & tamen conſtat quod non niſi vni debetur, *l. ſi duo eiuſdem nominis, & l. ſed & ipſis ff. vt legat. ſeu fideicom. nom. caueat l. Paulus §. fin. ff. de Prætor. ſtipul.*

15 Limitatur ſecundo, ne procedat, quādo vnus tantum gereret ſe pro Papa, vel Prælato in aliqua regione, qui licet eſset ſchiſmaticus, vel nulliter electus, communi tamen reputatione ibi reputaretur verus Papa, vel Prelatus, quia ad validitatem geſtorum ſufficit communis reputatio iuxta terminos *l. Barbarius ff. de offic. Prætor. cuius diſpoſitio procedit etiam in Papa, vt ibidem ſcribit Iaſ. num.* 64. *poſt Bald. in l. non mutat Cod. de liberal. cauſ. Gemin. conſ.* 8. vbi pluribus probat priuationem factam à Gregorio Decimo cōtra Cardinalē de Cōmēda, illiuſq. collationem alteri factam, ob hoc tantū eſſe validam, quia erat communiter reputatus pro vero & legitimo in loco vbi Commenda erat poſita *Doct. in cap. nihil de elect. Abb. & reliqui; in ſæpe citato cap.* 1. *in fin. de ſchiſm.*

16 Limitatur tertio, in geſtis quæ habēt admixtum quia cōmodū cum incōmodo, & quæ geſta ſunt cum eadem perſona, iſta enim quamuis a Schiſmatico facta, tenent quia cōmodum cum incōmodo compenſatur, *Hoſtien. Butr. & Abb. in d. cap.* 1. *in fin. de ſchiſm. & iterum Butr. in d. cap. nihil. ſub. nu.* 31. *verſ. Dic cōcludendo Abb. ſub num.* 11. *verſ. ſi aliquem contractum.*

SVMMARIVM.

1 *Papa ligatur iuramento quando illud nititur ratione naturali, & reſpicit bonum publicum, vel tendit ad dirigendum ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ.*

2 Papa *tenetur ſubuenire ſtatui Eccleſia vniuerſalis.*

3 *Dubium vbi eſt quis ſit verus Papa, eſt perinde ac ſi nemo eſſet electus.*

4 *Hoſtia plures ſi ſint quarum vna eſt conſecrata, ſed ignoratur, eſt perinde ac ſi nulla eſſet conſecrata.*

5 *Abbatis opinio reprobatur.*

6 *Ancharanus in reg. acceſſorium ſub num. 4. declaratur.*

7 *Paſtor bonus tenetur animam ſuam ponere pro ouibus ſuis declara vt num. 14. 16. & 31.*

8 *Prælatus pro ſcandalo ſedando poteſt cogi ad renunciandum.*

9 *Papa peccans pertinaciter contra articulum fidei, poteſt non ſolum cogi ad cedendum, ſed deponi.*

10 *Exemplum maternæ pietatis erga filium.*

11 Renunciare *iuri ſuo nemo cogitur ad vitãdas infeſtationes malorum hominum.*

12 *Papæ poteſtas debet eſſe firma, & ſtabilis.*

13 *Exemplum Maccabæorum.*

14 *Scandalum quando non prouenit ex culpa gerentis officium ſed ex hominum malitia, nemo cogitur propria dimittere, vt illud vitetur.*

15 *Chriſtus poſuit ſcandalum iudæorum noluit cedere propriæ dignitati.*

16 *Chriſtus poticet animam ſuam pro ouibus ſuis, non compulſus, ſed ex propria voluntate.*

17 *Argumentum à Papa ad prælatum inferiorem non eſt bonum.*

18 *Iuramentum Papæ, de renunciando pontificatui ad omnem requiſitionem Cardinalium, non valet quando eſt factum à Papa creato nullo ſchiſmate vigente.*

19 *Electionis actus non admittit neque diem, neque conditionem.*

20 Ele*ctio eſt actus legitimus.*

21 *Conditio reſolutiua Pontificatus reiicitur.*

22 *Iuramentum reſtringens poteſtatem Papæ non valet.*

23 *Patrem ad tempus habere, naturaliter non datur.*

24 *Papa verus, ſi propter perſequutiones cederet locum Antipapè peccaret grauiſſime.*

25 Regimen *relinqui non debet illi qui non eſt ingreſſus per hoſtium.*

26 Adminiſtratio *committenda non eſt illi qui ſemel detexit animũ fraudulentum, licet offerat ſatiſdationem.*

27 Reſignari *non poteſt ad fauorem ſchiſmatici.*

28 *Papa valens adhibere remedium ſchiſmati, & non curans, poteſt cogi ad cedendum.*

29 *Qui tenetur ex officio prouidere, & non prouidet, eſt in eadem cauſa, & præſumitur particeps fraudis.*

30 *Papa certo ſciens conſequuturam pacem Eccleſiæ facta ceſſione Pontificatus, ſi non poteſt alia via remedium adhibere, ſi cedat, & laudandus.*

ARGVMENTVM.

An Pontifex pro ſchiſmate in eccleſia ſedando, cogi poſſit renunciare pontificatui.

CAP. V.

VT res ſine errore liqueat, triplex eſt inſpectio neceſſaria. Prima quãdo verſamur in Papa electo tempore ſchiſmatis, præſtito ante electionem iuramento de renunciando Pontificatui ſi contingeret alium, qui eo tempore pro Pontifice ſe gerebat, cedere, vel decedere, prout contingit temporalibus Gregorii Duodecimi, qui ante electionẽ iureiurando ſe obſtrinxerat renũciaturũ ſe pontificatui ſi contingeret Benedictũ decimũ tertiũ qui eo tempore pro Pontifice ſe gerebat decedere, vel Pontificatui cedere; & in tali quidem ſpecie dicendum eſt cogi poſſe ad cedendum, ſi ita viſum fuerit Concilio, cuius hoc debet.

bet eſſe iudicium, ita *Bald. in cap. vene-
rabilẽ ſub n.10.verſ.niſi forte de elect.Bu.
tr. in cap. primo ſub num. 1. verſ. exqui
bus liquet de conſt.* Anchar. *in regul.acceſ
ſorium ſub num. 20. q. 6. verſ. incont ra
rium, quod prædictis dereg. iur. lib.6.* Ale
*xand. conſ.224.ſub nu.10.libr.6.Franc.
in cap. primo ſub num. 3. verſ. quid autẽ
de renunciat. libr. 6. Iacobat. de Concil.
lib.9.art.3.in reſolutione liter.A.pag.*558.
1 Cuius rei ratio eſt quia licet electio
Pontificis nullam conditionem recipiat,
attamẽ etiã ſũmus Pontifex ligatur ho c
iuramẽto,quod nititur ratione naturali,
& reſpicit bonum publicum,ac tendit ad
dirigendum vniuerſalis eccleſiæ ſtatum,
cui ſubuenire quilibet tenetur, *cap. me-
mor.23. q. 1. cap. ſit rector. 43. diſt.*
2 Secunda eſt inſpectio quando diſcor-
dantibus electoribus, duo vel plures ſũt
Pontifices electi,nullo præſtito iuramen
to de renunciando, ſed ad huc non con-
ſtat, quis eorum ſit verè & legitime ele.
ctus;& tũc bene poſſunt,vel omnes,velii
tantum, de quibus magis viſum fuerit
Concilio, cogi ad renunciandum, dicto
*cap. ſi duo 39. Cum ibi not. per gloſ.Card.
conſ. 150. ſub num. 14. verſ. quintus mo
dus, & in cap. licet verſ. quintus modus
de elect. Ancharan conſ. 281. & conſil.
66.per integras conſultationes, & in dicta
regul. acceſſorium ſub num.2. verſ. in di.
cto ergo probabili dubio,* Bald.*in capit.pa.
ſtoralis ſub num.17. verſ. ſchiſma eſt vnũ
monſtrum,de elect. Dec. in cap. porrecta
ſub num. 3. verſ. priuſquam, & num.4.
de confirm. vtil. vel inutil.* Barbat. *conſ.
1. num. 11. Gambara in repet. extrauag.
Iulii 2. num. 257. Burſat conſ. 442. ſub
num. 37. verſ.3.auctoritate lib.4.Franc.
Marc.q. 942.par.1.*
3 Ratio eſt quia cum dubium eſt quis ve
rus ſit Pontifex, eſt perinde ac ſi nemo
eſſet electus, *l. duo ſunt* Titii *de teſtam.tu
tel. l. ſi fuerit ff. de reb. dub. l.cum explu-
ribus ff.de manum.teſtam. c. ex litteris de
ſponſal.c. ſolemnitates de conſecrat. diſt.1.*
4 non ſecus ac quando expluribus hoſtiis
ignoratur quæ ſit conſecrata,quo caſu ra
tione incertitudinis eſt perinde ac ſi nul
la eſſet conſectata, prout ſcribunt *Ric-
card. in 4.ſentent. diſt. 10. q. 2. art. 7.
& ibi Durand. Silueſt. in verb. eucbare-
ſtia 2. §. 7.& 8. Emanuel. Rodriguez in
ſumma cap.249.demiſſa quæſt.*10. & pro
pterea plures electi coguntur per Conci-
lium ad cedendum ratione publicis, vtil
litatis, ad hoc vt vnitas, & pax in eccle.
ſia ſequatur.
Tertia eſt inſpectio quãdo cõſtat ali
quem eſſe certũ; verũ,& indubitatũ Pon
tificem, ſe turbatura pſeſeudo Papa, qui
vel Populi fauote, vel alicuius Principis
potentia fretus, contendit pontificiam
dignitatem ſibi vſurpare; nec facile ita
eſt,ipſum manu militari cõprimere, & in
tali quidem caſu, quęſtionis,eſt an ve-
rus Pontifex ad hoc, vt pax in e ccleſia
ſequatur, cogi poſſit pontificię maieſta
ti renuuciare.
5 Et quidem quod in tali ſpecie poſſit
cogi,tenuit ſolus Abbas in eius ſermone
habito coram Federico Tertio, *& gloſſ.
pragmatica prout eos refert* Gambar *in di
cta repetit. extrauag. Iulii ſecundi ſub nu.*
255. *nam Ancharan. in dicto cap.acceſ-*
6 *ſorium de reg. iur. lib. 6. & Cardinal. di-
cto conſ. 150.ſub num.4.verſ.quintus mo
dus,qui pro hac parte citari ſolent non lo-
quũtur in* Pontifice in dubitato, ſed quã
do duo ſimul contendunt, & de vero Pa
pa dubitatur. Huius opinionis argumen
ta ſuut infraſcripta.
7 Primum ex Ioann.cap.10. vbi bonus
paſtor tenetur animam ſuam ponere pro
ouibus ſuis,ergo multo magis tenetur po
nere dignitatem, quæ minus eſt vita,
auth. multo magis C. *de ſacroſ.eccleſ.*
8 Secundum,prælatus inferiot pro ſcan
dolo ſedando,poteſt cogi ad renuncian-
dum,*cap. niſi cum pridem §.propter mali-
tiam,& §.pro graui quoq. & ibi* Innocent.
& Imol. *num. 24. extrauag. de renunc.
Abb. in cap. 1. ſub num.8.verſ. & nota
ſingulariter, & ibi* Dec. *num. 18. extra
de elect. Roman. ſing. 794. quod incipit*
An *Epiſcopus Marſil. ſing. 634. nu. 2.
Iaſ. in l. Barbarius num. 42. ff. de offic.
Prat. Corſett. in ſing. verb. pax 1.cum
aliis per Couar. in regul.peccatum par. 1.
ſub num. 5. de reg. iur. lib. 6.* ergo tanto
fortius tenetur Pontifex quo maius eſt
ſcan-

ſcandalum, & maior vtilitas, quæ inde conſequitur in beneficium vniuerſalis Eccleſiæ.

9 Tertium, Pontifex peccans pertinaciter contra articulum fidei, poteſt nedũ cogi ad cedendum, ſed etiam poteſt deponi, *capit. ſi Papa, vbi Doct. 40. diſt. gloſ. in capit. mandaſtis 11. q. 5. Hoſtienſ. & Ioann. Andr. in cap. propoſuit de præben.* ſed nolens renunciare videtur quod peccet contra articulum fidei, eo quia cum poſſit tollere ſchiſma mediante reſignatione, & nolit, eſt perinde ac ſi illud ipſe nutriret, *capit. error* 80. *diſt. cap. negligere* 2. *quæſt.* 7. *cap.* 2. *de hæret. ergo &c.*

10 Quartum (vt reliqua tanquam leuia mittantur) hoc ſuadere conantur exemplo illius mulieris, de qua *lib. 3. Regum cap. 3. & in cap. afferte de præſumpt.* quę maluit proprio filio carere, quam illum ad inſtantiam mulieris per mendacium vindicantis infruſtra ſciſſum habere: nã inquiunt, ſicuti maluit vera mater filium magis relinquere mendaci mulieri, quã aſſentiri, vt in fruſtra diuideretur, ita Pontifex debet abdicare à ſe magis, poteſtatem quam pati vt Chriſti eccleſia diuerſas in partes ſcindatur.

At nihilominus contraria opinio, & veriſſima eſt, ex communi Doctorum cõſenſu comprobata: eam etenim affatim probant *Turrecrem. in ſumma de eccleſ. lib. 4. par. 1. cap. 14. Bald. in cap. paſtoralis ſub num. 11. verſ. & nota quod iſta faciunt, & ſub num. 13. verſ. quod autem de elect. Imol. in d. cap. niſi cum pridem §. alia vero num. 24. de renunciat. Io. Baptiſta Caſtellin. in addit. ad Rom. ſing. 803. quod incipit, An Epiſcopus, Iacobat. de Concil. libr. 9. artic. 3. in reſolutione qui eiuſdem ſententiæ refert etiam Egid. conſ. 99. Gamb. in repet. extrauag. Iulii Secundi, ſub num. 256. verſic. Abbas, & numero 257. Alban. de poteſt. Pap. par. 1. num. 197. Burſatt. d. conſil. 442. ſub num. 37. verſ. 3. auctoritates libr. 4.*

Probari autem poſſet ex multis, ſed hoc mihi primum videtur pro hac ſententia fundamentum ſolidiſſimum.

Ad euitandas infeſtationes malorum hominũ, nemo cogi põt renunciare iuri ſuo, ſi ex hoc infuturum in eccleſia Dei ſcandala naſci poſſunt, *c. niſi cum pridem §. pro graui quoque, vſque ad fin. de renunciat. c. ſuggeſtum cap. ſuſcitans & cap. aduerſus 7. q. 1.*

At ſi verus Pontifex cogeretur renunciare Pontificatui ad euitandum ſchiſma procuratum ex infeſtatione malorum hominum, vtique grauiſſima ſcandala, & inconuenientia naſcerentur in eccleſia, ergo &c. minor probatur.

12 Primo, quia pontificia poteſtas (quam decet eſſe firmam, & tutam) redderetur omnino nutans, & labilis, quia apertus eſſet aditus cuilibet malo Principi depellendi verum Pontificem a ſede, Pſeudopapam creando, eumque armis adiuuando, vel alia ſimilia confingendo, ad hoc vt verus Pontifex ad renunciandum cogeretur, quod quidem obeſſet plurimum eccleſiæ, & bono communi, cui expedit ne tam nefarius aditus improbis hominibus aperiatur, ne ſtatus rei ſpiritualis dubius, & incertus exiſtat, *Bald. in dicto c. paſtoralis ſub num. 13. verſ. ad hoc quidem de elect.* ſimiliter Machabei ſatius eſſe duxerunt ſabbatum nõ ſeruare quam inimicis in eos ſeuiendi poteſtatem relinquere, *Machabeorum lib. 1. cap. 2.*

Ne ergo huiuſmodi inconuenientia ſequantur, dicendum eſt verum, & indubitatum Pontificem pro ſchiſmate ſedando non poſſe cogi ad renunciandum Pontificatui.

13 Secundo, quando ſcandalum non prouenit ex culpa gerentis officium, ſed ex improborum malitia, tunc nemo cogatur propria dimittere propter eos qui ſic ſcandala concitant, quia tunc eſt proprię ſcãdalũ phariſeorũ, *c. niſi cum pridem §. pro graui quoq. de renunciat.* D. Thom. *2. 2. quæſt. 44. art. 8. in reſponſion. ad primum verſ. aliquando vero Couarr. poſt alios in reg. peccatum in princip. ſub num. 6. at. in caſu* in quo Pontifex eſt verus, & indubitatus, tunc ſcandalum non naſcitur ex culpa ſua, ſed ex culpa improborum, ergo &c.

Tertio His accedit auctoritas Cypriani

Digitized by Google

ni in *epiſtola ad Fabiauum in qua loquens* de ſchiſmate inter Cornelium, & Nouatianum ſic inquit: *quid ergo quia bonorem Cathedra Sacerdotalis Nouitiauus vſurpat, nuuquid idcirco nos cathedrae Sacerdotali renunciare debemus?* & quia *Nouitiauus Altare collocare, & ſacrificia offerre contraſas utitur, ab Altari, & ſacrificiis ceſſare nos oportet, ne paria & ſimilia cũ illo celebrare videamur, vanum prorſus & ſtultum eſt. vel quia Nouitianus extra eccleſiam vindicat ſibi veritatis imaginem, & relinquat eccleſia veritatem.*

14 Quibus ſic conſtitutis, contraria argumenta facili negotio tolluntur.

Primum argumentum tantum concludit debere Papam ad exemplum Chriſti pro gregis ſui ſalute, ſi ne ceſſe fuerit etiam vitam exponere, quod quidem admittimus, non tamen cedendo locum, ſed viriliter pugnãdo, prout ex eodẽ Ioãnis loco conuenienter oſtenditur, quatenus Mercennario çquiparat eum, qui dimittit oues, dum videt lupum venientẽ, & hoc etiam deſumitur *ex cap. ſciſcitaris 7. q. 1.* cuius verba ſunt hæc. *Si perniciosum eſt Proretam in tranquillitate nauim deſerere, quanto magis in fluctibus? vbi non dicimus quod perſequutionem non fugiamus (maxime paganorum) inſidias, cum ad tempus ſeuiunt, & ob multitudinem delictorum noſtrorum nocendi facultatem diuiuitus aſſequuntur; præſertim cum eis prodire vltro non debeamus, & multos Prophetas, & Apoſtolos, ipſumque Dominum huiuſmodi fugiſſe inſecutores luce clarius conſtet, ſed quod præcipue nos qui tanquam arietes ducatum gregibus præbemus, immo qui, & horum Paſtores ſumus, Deo auctore eum eis in periculis pro viribus perſiſtere pro certo conueniat, & cum tranquillitas reddita diuina fuerit pietate, ſopitaque furentium infeſtatio, mox gregem requirere, & in vnum colligere, & eius animos caleſtis patria pace ac potiſſimum ſecuritate prædicata, ſurſum erigere debeamus.* Ecce quod relinquens paſtorale onus, improborũ ſeuiente malitia, nedũ nõ laudatur ſed loco habetur Proretæ deſerentis nauim in tempeſtate.

D. etiam *Auguſt. ſuper pſalm. 52. verſic.* ecce elongaui fugiens, hoc ipſum pariter manifeſte his verbis declarat. *Cum vero non Prælatorum tantum, ſed totius eccleſiæ ſalus quæritur, fides impugnatur, neceſſe eſt ex aduerſo aſcendant, & in die belli ſe ipſos murum opponant pro Domo Domini, et animas ſuas ponant pro ouibus ſuis.* Vide ergo animam ſuam ponere pro ouibus ſuis eum dici, qui alaciter dimicat, non eum qui loco cedit. Dices, Diuum Auguſtinum loqui, quando eccleſiæ ſalus, vel fides impugnatur, non autem quando impugnatur perſona Prælati: ſed reſpondeo, quod cum impugnatur perſona veri Pontificis, impugnatur tota eccleſia, non ſecus ac impugnatur corpus in ſuo capite, familia in eius Patre, & exercitus in ſuo Duce.

15 Impugnatur etiam fides, quia vbi ſchiſma, ibi regulariter loquendo eſt hæreſis, *vt cap. inter hæreſim 24. q. 3.*

Præterea ex eodem *Ioanne d. cap. 10.* docemur exemplo Chriſti debere verũ, & indubitatum Pontificem propriam dignitatem tueri, ſi ab improbis hominibus calumnietur, quia ibi Iudeis illum calũniantibus, & recuſantibus credere eum eſſe filium Dei, viriliter ſemper ſe oppoſuit, Deitatis ſuæ etiam diuina afferens teſtimonia, & argumenta, nec vnquam reperitur, quod propter ſcandalum Iudæorum, verbo, vel facto propriæ ceſſerit dignitati.

16 Rurſũ, poſuit Chriſtus animam ſuam pro ouibus ſuis, non ab aliquo compulſus, ſed ex propria voluntate, *Io. eodem cap. 10 nemo tollit animam meam a me, ſed ego pono eam à me ipſo & Iſaia 53. & oblatus eſt, quia ipſe voluit, & dignitus eſt mori*, ſcilicet non vt propriæ cęderet maieſtati, ſed vt morte ſua, mortem omnium ſuperaret in eternum, quod non contingeret in Pontifice renunciante, quia in tali caſu, facto ſuo propter malũ exemplum, quod in eccleſia induceretur, vniuerſo Chriſtiano populo, & pontificiæ officeret dignitati.

Secundum argumentum ſatis ſuperq. diſſolutum remanet ex iis quæ diximus

in

in primo fundamento noſtræ concluſionis, ex quibus colligere quilibet poteſt, diuerſam eſſe rationem Prælati inferioris, & ſummi Pontificis, & propterea
17 ab vno ad alium non rectè inferri ex reg. *l. illud ff. ad l. aquil. & in l. papinianus, ff. de minor.*

Tertium argumentum ſolutum remanet ex iis, quæ diximus in ſecundo fundamento noſtræ opinionis, & in ſolutione primi argumenti, per quæ ſatis oſtēditur in nihilum peccare verum Pontificem, recuſantem propriam deponere dignitatem.

Quartum deſumptum ex exemplo mulieris, ſolutione non eget, quia exprimit magis enixam erga filium charitatē, quā neceſſitatem faciendi, & propterea non facit ad præſentem difficultatem, in qua de neceſſitate diſputatur. Præterea ibi certum erat, quod ex renunciatione verę matris ſalus filio oriebatur, quod non eſt in Pontifice renunciante ex cuius facto ſcandalum maximum in eccleſia pararetur.

Remanet ergo conſtitutum non poſſe verum, & indubitatum Pontificem aliquo pacto compelli renunciare pontificiæ dignitati ad hoc, vt ſchiſma in eccleſia ſedetur.

18 Quæ concluſio extenditur primo, vt procedat etiam in caſu in quo Pontifex nullo vigente ſchiſmate fuiſſet electus, preſtito prius iuramento ſe renunciaturū Pontificatui ad omnem requiſitionem, & voluntatem Cardinalium, quia huiuſmodi iuramentum in tali caſu non eſt obligatorium, ſed reiicitur, prout profitendo docuit *Bald. in cap. Venerabilem, num. 20. de elect. Franc. in cap. 1. ſub nu. 3. verſ. quid autem de renunciat. lib. 6. Ancharan. in d. reg. acceſſorium ante num. 21. verſ. non obſtat quartum argumentū de reg. iur. lib. 6. Iacobat. de Conc. lib. 9. artic. 4. pag. 558. ſub lit. A.*

Cuius quidem concluſionis ſi quis rationem expoſcat, tripliciter ei poterit reſponderi.

19 Primo, quod actus electionis non admittit neq. diem, neq. conditionem, vſq. adeo vt quælibet conditio in ea pro non adiecta habeatur, *ca. 2. vbi gloſ. & Franc. num. 2. de elect. lib. 6. cap. final. extra de pact. Abb. in cap. ſignificaſti num. 5. de elect.*

20 Eſt enim electio actus legitimus, *gloſ. in capitul. vt circa, verb. eligentium de elect. in 6.* de cuius natura eſt, vt omne pactum, & conditionem reiiciat, *capitul. actus legitimi, de reg. iur. l. actus ff. eodem titulo, & vtrobique late ſcribentes.*

21 Ideoque tanto minus poteſt recipere conditionem reſolutiuam Pontificatus, vt ſcribit, & rectè *Ancharan. in dicta reg. acceſſorium ſub numero 26. circa med. verſiculo quarto probat, iunctis etiam iis, quæ ſcribit ante numerum 21. verſiculo non obſtat quartum, de reg. iur. libro ſexto.*

Nec dici in huiuſmodi caſu poteſt, quod iuramentū nitatur in ratione naturali, quia contra omnem rationem eſt, vt in hominum voluntate ſit reſeruata depoſitio eius, qui ſolius Dei ſub eſt iudicio, *capitul. ſi Papa 40. diſt. capit. nemini, 17. quæſtione quarta, capitulo nemo, 99.*

22 Secundo, ſimilia iuramenta, ſeu vota arctant, & reſtringunt liberam Pontificis in rebus abſoluendis poteſtatem, & deminuunt maieſtatem, atque ideo nulla, & irrita ſunt, *Cald. conſ. 3. de iureiur. Abb. in cap. ſicut el 1. in 3. not. extra eod. tit. Felin. in cap. 1. ſub nu. 7. de prob. Alexand. conſ. 224. num. 2. lib. 6.*

23 Tertio, quia nec natura patitur, nec moribus conuenit, etiam iuris fictione cōſiderata, patrem temporalem habere, *l. ſi tibi filius ff. de adop.* & quod idem incipiat eſſe filius qui fuit ab omnibus loco Patris veneratus *arg. teſt. in §. affinitatis inſt. de nupt.*

24 Extenditur ſecundo ſupra firmata concluſio, vt procedat in tantum, vt poſſit dari caſus, in quo Pontifex renunciando grauiſſime peccaret: veluti ſi cederet locum Pſeudo Pontifici, prout innuere videtur *Turrecrem. poſt Victor. quē refert in ſumma de eccleſ. libr. 4. par. 1. cap. 13. ante reſponſionem ad primum argumentū, verſ ſed quærit. Vgo Iacobat.*

Concil. lib. 9. art. 3. pag. 557. verſic. quid dicendum.

Et hoc quia in huiuſmodi caſu per renunciationem ſuam noceret ſibi, & Ecclesiæ, ex quo non debet relinqui in re-
25 gimine is, qui tanquam non ingreſſus per hoſtium, non poſſet niſi perdere, & mactare, *Io. cap.* 10. nec adminiſtratio
26 committenda eſt illi, qui ſemel fraudulentum animum detexit, licet offerat ſatiſdationem, *c. 2. §. 1. vbi gloſ. fin. extra de ſolut. l. ſuſpectus, & l. quia ſatiſdatio ff. de ſuſpect. tut. §. penult. inſtit. eodem tit.* ſed debet omni conatu eiici tanquam malis artibus ingreſſus, *cap. ſi quis pecunia 79. diſt. cap. in nomine* Domini 73. *diſt.* Addo
27 quod eſſet reſignare ad fauorem ſchiſmatici, in cuius fauorem ſi renunciatio fieri prohibetur de quolibet beneficio Eccleſiaſtico, *Rebuff. de pacific. poſſ. nu.* 236. *cum aliis per Pariſ. de reſign. lib. 4. quæſt. 3. num.* 18. vtique multo magis fieri prohibetur de ſummo Pontificatu *ex reg. authen. multo magis C. de Sanctiſſ. Epiſc.*

Cæterum hæc eadem concluſio dupliciter declaratur primo, ne procedat in caſu in quo Pontifex ipſe eſſet in cauſa
28 ſchiſmatis, vt puta, quia remedium adhibere non curat, cum poſſet, tunc enim crederem cogi poſſe ad cedendum, prout etiam credit *Iacobat. loco ſæpè citato.*

Et hoc quia cum teneatur ex officio prouidere; vtique; ſi poteſt prouidere,
29 & non prouidet, eſt in eadem cauſa in qua eſt ipſe ſchiſmaticus, & præſumitur particeps eiuſdem hæreſis, *cap. 2.* vbi notant omnes extra de *hæretic. c. penult. extra, de reg. iur. cap. quanta de ſent. excom. cap. error, & cap. quid enim prodeſt* 83. *diſt. c.* 3. 86. *diſt. l. ſcientiam ff. ad l. Aquil. Salicet. in l. nullus, C. de iudæis, Alexander conſil. 1. ad fin. lib. 2. Ruin. conſil.* 48. *nu. 2. lib. 4. latè Franc. Becc. conſil.* 48. *num.* 9. ac propterea in tali caſu non ſolum poteſt cogi ad renunciandum, ſed poteſt etiam deponi, *cap. ſi Papa 40. diſt. vbi fusè* Doct. *gloſ. in cap. 1. verb. inſufficientem, de renunciat. lib. 6. cum aliis infra ſuo loco allegan.*

Secundo declaratur, vt licet verus Pontifex cogi non poſſit ad renuncian-
30 dum, eſſet tamen laudandus ſi ſuaptè voluntate hoc ipſe facere vellet in caſu quo non adeſt aliud remedium, ſchiſma ſedendũ, prout ſcribunt *Turrecrem. libr. 4. de eccleſia p. 1. c. 13. in princ. Imol. in d. c. niſi cum pridem §. alia vero cauſa ſub nu. 25. verſ. fateor tamen de renunciat.*

Quod tamen ita accipiendum eſt, ſi Pontifex certo ſciat conſequuturam vnitatem eccleſię, facta ceſſione per ipſum ſecus ſi non eſset certum, quia tunc ſatius eſset regimini attendere quouſque diuina pietate contentiones cederent, & tranquillitas Chriſtiano populo redderetur, *cap. ſugeſtum, & cap. ſciſcitaris cum ſeq. 7. q. 1.*

Et hic eſt caſus, in quo bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, in quo aſſimilari poſset Ionæ, dicenti ſi propter me tempeſtas iſta exorta eſt, proiicite me in mare.

TRACTATVS
DE NEOPHYTIS.

AVCTORE

ANTONIO RICCIVLLO

Iuriſconſulto Roblanenſe

PATRITIO RHEGINO,

IN AVLA ROMANA ADVOCATO.

CVM PRIVILEGIIS.

ROMAE, Sumptibus Io: Angeli Ruffinelli, & Angeli Manni.
Ex Typographia Andreæ Phæi, M DC XXII.

SVPERIORVM PERMISSV. Bbb 2

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS DE NEOPHYTIS.

SVMMARIVM.

1 *Neophitus quis dicatur, & un. 2. & 3.*

4 *Filii infidelium, baptizati au egeant diſpenſatione, vt poſſint ab ordines promoueri.*

5 *Baptizati ab antiquo tempore, an complectantur ſub ſtatuto, quod Neophitus teneatur ſoluere gabellam.*

6 *Teſtamentum nouum, quare uouum appelletur.*

ARGVMENTVM.

Neophyti nomen explicatur.

CAP. I.

1 Neophytũ dicimus eum, qui à reprobata religione conuerſus, de recenti Chriſtianæ Militiæ nomen dedit, *cap. ſicut 48. diſt.* Deducitur enim a verbo, Neos, quod eſt nouum, & phytos, quod eſt fides, quaſi nouus in fide; *Turrecrem. 48. diſt. in ſumma nu. 2.*

2 Dixi de recenti Chriſtianæ militię nomen dedit, nam qui a multo tempore ab infidelitate ad Chriſtianiſmum ſunt conuerſi, illi quidem neophyti nuncupari non debent, quamuis iniurioſè hoc nomine appellentur ab aliquibus, quos grauibus verbis arguunt *Turrecrem. loco citato ſub uum. 2. verſic. ex qua deſcriptioue, Nau. in Manual. cap. 27. ſub uu. 205. verſic.* Dixi *recentior conuerſus*.

3 Eoque minus hoc nomine poſſunt appellari eorum filii, & deſcendentes, qui nati ex parentibus conuerſis, a natiuitate ſunt ſacro baptiſmate lauati, *Turrecrem. loco cit.* & eſt communis opinio, de qua teſtatur *Couar. iu clem. ſi furioſus par. 1. §. 2. nu. 7. verſic. prima concluſio, & latius nu. 8. verſic. 6. concluſio*, vbi inquit hos nec a beneficiis eccleſiaſticis, nec a dignitatibus, nec a ſacris ordinibus, nec ab officiis publicis, & ſecularibus prohiberi, *Hoieda de incompatib. par. 1. cap. 24. uum. 2. & 4. verſic. his quidem.*

4 Ex quibus infertur, quod diſpenſatio de promouendo ad ordines, & beneficia, quam *Stapbil. de litter. Grat. in fin. & Mãdoſ. de ſignatur.* aſſerant dari illis, quos vulgus apud Hiſpanos vocat Maranos, non eſt in iſtis neceſſaria, quando ipſi ſemper vt Catholici vixerunt, licet ipſorum Parentes fuerint combuſti, quia nullum habent canonicum impedimentum, etiam ſi ſint in primo gradu deſcendentium, & agatur de promotione ad ſacerdotium, vt in facti contingentia cenſuit ſacra congregario Epiſcoporum ſub die 8. Februarii 1594. in vna Calciaten.

5 Infertur ſecundo, quod ſtante ſtatuto, vt quilibet neophytus teneatur ſoluere gabellam, illud non compræhendit neq. ab antiquo baptizatos, neq. eorum filios, quia cum iſti non ſint propriè Neophyti, verba Statuti debent intelligi propriè, *l. eum qui vectigal. ff. de verb. ſiguif. l. 1. §. ſi is qui nauem, ff. de exercit. act.* & in ſtatutis fit ſtricta interpretatio *l. conſtitutionibus, ff. ad municipal. Doct. iu l. cunctos populos, de iuſt. & iur.*

Quod tamen intelligas, niſi ſtatutum vlterius procedat, vel vtatur hoc vocabulo ad differẽtiam eorum, qui ab antiquis Chriſtianis nati ſunt, nempe quia dicat, quod ſoli antiqui Chriſtiani poſſint in ciuitate dignitates obtinere, nouis chriſtianis excluſis, tunc enim venirent etiam illi qui a multo tempore ſunt baptizati, quia in tali caſu acciperetur nomen noui chriſtiani ad differenriam eorum qui ſunt tempore antiquiores, vt in *l. vetus, ff. de trit. vin. & oleq. legat capitulo litteris de coujecr. diſtinct. tertia.*

6 Hinc lex Euangelica appellatur nouũ Teſtamentum non quia nouum, ex quo excedit tempus 1621. Annorum, ſed ad differentiam veteris legis, quæ eſt antiquior. & apud Dominos Venetos nonnullę familiæ plurimorum ſæculorum antiquitate nobiles, appellantur familiæ nouæ, ad differentiam aliarum, quę ſunt antiquiores.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtus fundauit Eccleſiam, ex iudæis de nouo conuerſis declara vt nu. 6.*

2 *Ambroſius adhuc Cathecumenus fuit electus in Epiſcopum.*

3 *Neophiti ſunt in Eccleſia ſicut Nouitii in Religione.*

4 *Nouitius non poteſt promoueri ad honores Religionis.*

5 *Magiſter fieri non debet, qui non fuit diſcipulus.*

7 *Apoſtoli quando fuerunt miſſi ad prædicandum erant in fide inſtructiſſimi.*

8 *Chriſtus ex poteſtate excellentia poterat gratias, & virtutes internas in cor hominum infundere.*

9 *Poteſtas excellentiæ non fuit à Chriſto Eccleſiæ communicata.*

10 *Argumentũ nõ eſt ſemper bonũ, hoc fecit Chriſtus, ergo debet fieri ab Eccleſia.*

11 *Eccleſia debet imitari actiones Chriſti, quomodò debet intelligi.*

12 *Paulus prohibuit Neophitos promoueri ad Epiſcopatum, non ex præcepto Chriſti, ſed ſecundum communem legem, vti Eccleſiæ Doctor.*

13 *Neophitus cur prohibetur promoueri ad Epiſcopatum.*

14 *Papa poteſt diſpenſare cum Neophito, ad Epiſcopatum.*

15 *Papa promouens ſcienter Neophitum ad epiſcopatum videtur cum eo diſpenſare.*

16 *Irregularitas neophiti ceſſat tractu, & ſucceſſu temporis, ſine diſpenſatione.*

17 *Alexander de Franciſcis, vulgo Hebrainus nuncupatus, Ordinis Prædicatorum, à Clemente Octauo ad Epiſcopatum diſpenſatus.*

ARGVMENTVM.

Neophytus an poſſit ad Epiſcopatum promoueri.

CAP. II.

Duplici ratione dici poſſe videtur Nephytum poſſe
1 ad Epiſcopatum promoueri. Primo, quod Chriſtus fundauit Eccleſiam ex iudęis de nouo conuerſis, *cap. in nouo 21. diſt. cap. recurrat 32. q.4. gloſ. in cap. eam te in fine, de reſcript.* Ergo non debent ab Eccleſia repelli, cum teneneatur Chriſti actiones imitari, *Matth...* exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis, *cap. Deus omnipotens 2. quæſt. 1. cap. qualiter, & quando de appell. cap. ſignificaſti vbi Abb. ante num. 2. de elect.*

2 Secundo, quia Sanctus Ambroſius adhuc Cathecumenus, fuit electus in Epiſcopum, *cap. ſtatuimus §. his omnibus 61. diſt.* de qua electione idem *Ambroſ. in epiſtol. 82. ad Vercellenſes, relata in cap. Neophytus ead. diſt. 61.* ſic ait *ordinationem meam occidentales Epiſcopi iudicio, orientales etiam exemplo probarunt.* Si ergo eligi potuit Cathecumenus, multo magis poterit eligi Neophytus.

Quibus non obſtantibus in contrarium eſt auctoritas D. *Pauli ad* Timoth. *1. cap. 3.* ibi non *Neophytum, ne in ſuperbiam elatus in laqueum incidat, & in ruinam diaboli*, cuius auctoritate hoc ſtatutum eſt *in cap. 1. & 2. 48. diſt. cap. qui de eccleſiaſticis, & cap. ſacerdotale 59. diſt. c. in ſacerdotibus, & cap. non negamus, & cap. miramur, & ferè per totum 61. diſt. Turrecrem. & Præpoſ. 48. diſt. in ſumma Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 31. num. 2. Hoyed. de incompatib. par. 1. cap. 24. in princip. Azor. Moral. inſt. tom. 2. lib. 4. cap. 6. q. 2. verſic. verius tamen.*

3 Licet enim Neophyti ſint in Eccleſia, tamen

tamẽ in ea (ſaltim quoad honores) exiſti
mantur tanquam Nouitii in religione
4 particulari, *cap. ſicut 48. diſt.* atque ideo
quemadmodum Niuitius non poteſt
conſequi honores, & dignitates religio-
nis particularis, *cap. cum cauſam, & cap.*
offitii de elect. cap. per ſuas de voto, capit.
Monaſterii 19. *q.* 3. ita Neophytus aſſe
qui prohibetur honores, & dignitates ec
cleſię vniuerſalis, *cap. Neophytus* 61. *diſt.*
Lambert. de iurepatr. 1. par. 2. lib. q. 7. art.
14. *num.* 5. poſſet namque Neophytus ſi
ad Epiſcopatum promoueretur, ſuſpicari
Chriſtianam religionem eo plurimũ indi
gere, qua ſuſpitione euectus, præceps rue-
ret in perditionem, vt Gratianus in ter-
5 petratur 48. *diſt. in ſum.* Miſerum etiam
eſset, cum fieri Magiſtrum, qui in nullo
gradu fuit obſequutus ſacerdoti, *cap. mi*
ramur 61. *diſt. cap. ex offitii de elect.*

His ita ſtantibus ad contraria reſpon-
detur tripliciter. Primo licet Chriſtus
fundauerit eccleſiam de iudæis recenter
6 conuerſis, in hac tamen fundatione do-
cuit nos ad Epiſcopatum, & eccleſiaſti-
cas dignitates non eſse promouendos ni
ſi perſonas in fide ſolidas, & inſtructas,
quia Apoſtoli non fuerunt ante miſſi ad
prædicandum euangelium, quam eſſent
in fide inſtructiſſimi, vt ex mente D. *Tho*
mæ docet Turrecremata 48. *diſt. in ſum.*
num. 4. *& ibi Præpoſ. Lambert. de iure.*
patr. 1. *par.* 2. *lib. q.* 7. *art.* 14. *num.* 6.

7 Item quia Apoſtoli fuerunt primi vo-
cati, & reliqui omnes erant in fide recẽ-
tiores, vnde dum miſit Apoſtolos ad
prædicandum omiſſis cęteris, ſatis facto
declarauit inſtructiores eſſe ad eccleſia-
ſticos honores promouendos, argumẽto
l. paulus ff. rem ratam haberi.

Secundo reſpondetur, quod quatenus
Chriſtus elegiſſet in Apoſtolos homines
8 in fide nouiſſimos, nihilominus nõ ideo
ſequeretur tales eſſe eligendos ab eccle-
ſia, quia in Chriſto erat poteſtas excel-
lentiæ, ſecundum quam poterat gratias,
& virtutes internas in cor hominum in-
fundere, quæ licet in eo eſſet vti in Deo
homine, & potuiſſet ſi voluiſſet eã eccle
9 ſię communicare, tamen eam communi
care prętermiſſit propter fidelium vtili-
tatem, vt ſunt verba D. *Tho. in 3. par. q.*
64. art. 4. et q. 84. art. 5. ad tertium. Sot.
et alii in 4. ſent. d. 1. q. 5. art. 4. Sicuti ergo
non eſſet bonum argumẽtum ſi quis dice
ret, Chriſtus inſtituit noua Sacramenta,
ergo & eccleſia ad Chriſti imitationem
debet noua Sacramenta inſtituere, D.
10 *Tho. d. q. 64. art. 4.* ita non ſequitur, Chri
ſtus creauit Apoſtolos homines nouos in
fide, ergo tales debet creare eccleſia in
epiſcopos.

11 Nec refert quod eccleſia teneatur imi
tari actiones Chriſti, tũ quia hoc debet
intelligi de actionib. factis a Chriſto, vti
ab homine citra poteſtatẽ excellentiæ, vt
patet ex prædictis, tum etiam quia vbi
Chriſtus aliquid faciendo non præſcri-
pſit modum ſecundum quem actus ille
fieri debet, obligauit eccleſiam ad factũ,
ſed modum explicandi reliquit in pote-
ſtate, eccleſiæ vt docet *D. Aug. lib. re-*
ſponſion. ad Ianuar. cap. 6. tranſlatus in
cap. liquido de conſecrat. diſt. 2. Calder. cõ-
ſil. 1. col. 1. verſ. nec obſtans, de vita, et ho-
neſt. Cler. vnde reſultat quod licet eccle-
ſia teneatur promouere Epiſcopos, ta-
men poteſt modum promouendi, & qua-
litates promouendorum ſuo arbitrio ſe-
cundum rei exigentiam præſcribere.

Et quidem ſi diuerſum diceremus, ſe
queretur, quod cum Chriſtus excepto
Bartholomeo, & Paulo qui fuerunt nobi-
les, reliquos elegerit homines rudes, pi-
ſcatores & ignobiles, *gloſ. in cap. venera-*
bilis verſ. non multos, et ibi Doct. de preben.
Tiraq. de nobil. c. 20. n. 14. Viuius de com.
opin. lib. 2. opin. 87. tales deberẽt eligi ho-
die ab eccleſia, quod quidem dicendum
non eſſe, patet *ex c. de multa de preben.* &
hæc quoad ſolutionem primi argumenti.

12 Quoad ſecundum, prohibitio Pauli,
quod Neophytus ad Epiſcopatum non
promoueatur non eſt ex præcepto Chri-
ſti, ſed ſecundum legẽ communem, quia
ipſe hoc pronunciauit tanquam eccleſię
Doctor, non vti pręcipiens nomine Chri
ſti, *cap. Neophytus* 61. *diſt.* & ſcribunt,
& recte *Turrecrem.* 48. *diſt. in ſum. ſub*
nu. 4. verſ. ad ſecundam patet, Azor. Mo
ral. inſt. tom. 2. lib. 4. cap. 6. q. 12. verſ.
Verius tamen.

Se-

13 Secundum autem communem legem, Neophytus ordinari prohibetur, ne extollatur in ſuperbiã; vbi autẽ adeſt humilitas competens ſacerdotio, ceſſat ratio prohibitionis, & conſequenter ceſſat prohibitio propter rationem inducta, vt sũt expreſſa verba *d. cap. Neophytus*, vbi hac ratione ſubdit D. Ambroſ. eius ordinationem fuiſſe ab epiſcopis occidentalibus probatam iudicio, & ab orientalibus exemplo.

14 Ex his infertur poſſe citra dubium Papam diſpẽſare cum Neophyto ad epiſcopatum, ſi in de concurrat qualitas humilitatis, & in fide ſolidatus appareat, vt in ſpecie ſcribit *Turrecrem. loco citato*, & ſatis colligitur ex præcitato *c. Neophytus.*

15 Quinimmo eo ipſo quo Papa promouet Neophytum ad epiſcopatum ſciẽter, videtur cum eo diſpenſaſſe, tum quia ſufficit ſolus actus promotionis factus cũ ſciẽtia, *c. cũ olim propter quæſtiones de priuil. l. quidam conſulebant ff. de re iud. Oldrad. conſ. 295. n. 4. verſ. & ad hoc accedit* Roman. *conſ. 216. ſub nu. 7. & ibi plene addentes, Mandoſ. in regul. de idiomate q. 5. n.* 4. Tum etiam quia irregularitas Neophyti non eſt ſimilis aliis quæ expectant diſpenſationem, ſed remictitur arbitrio ſuperioris, qui propterea illum promouendo, videtur declaraſſe eum eſſe in fide ſolidatum, & propterea impedimentum in eo ceſſaſſe, *Couar. in clem. ſi curioſus par. 1. num. 7. S. 2. verſ. ſecunda concluſio Hoyeda de incompatib. par. 1. c. 24. num. 3.*

17 Vidimus ætate noſtra Alexandrum de Franciſcis vulgo hebrainum nuncupatum à Clemente Papa VIII. ad epiſcopatũ Foroliuienſem aſſumptum, nã quãuis eſset in hebraiſmo natus, & altus, tamen ad fidem conuerſus, non ſolũ Chriſtianam pietatem ſinceris fuit amplexatus affectibus, ſed ſanctiſſimã Dominicanam familiam ingreſsus, ibi euaſit homo charitatis inſignis, & Prædicator egregius, quod ſufficere viſum fuit vt illi Epiſcopale munus committeretur.

SVMMARIVM.

1 *Neophytus non poteſt ad ordines promoueri. & nu. 3. 4. & 6.*

2 *Baptizatus in egritudine an poſſit ordinari.*

5 *Sacerdotum penuria vbi adeſt, poteſt etiam Neophytus ordinari.*

ARGVMENTVM.

Neophytus an debeat ad ordines promoueri.

CAP. III.

Loquimur de Neophyto conuerſo de recenti, nam qui à multo tempore baptizati ſunt, ita vt in fide ſint ſolidati, poſſe etiam ad epiſcopatum promoueri, conſtat ex traditis in præcedenti capite.

1 In Neophyto ergo de recenti conuerſo regula conſtitui poteſt non debere promoueri ad ordines ſacros, ne forte contingat ex ſuperbia euehi ita probat teſt. *in c. Neophytus* 61. *diſt. cuius auctoritate hoc tradunt Io. Friburg. in ſumma confeſſ. lib. 3. tit.* 24. Turrecrem. *in cap. 2. num. primo 48. diſt.* Ripa *in cap. cum te num. 31. verſ. 3. reſpondet, de reſcript. & ibi* Dec. *num. 32. Lambert. de iurepatr. 1. par. 2. lib. q. 7. art. 14. num. 7. Couar. in clem. ſi furioſus par. 1. nu. 7. S. 2. verſ. ſecunda concluſio. Hoyeda de incompatib. par. 1. cap. 24. num. 3. Maiol. de irregular. lib. 1. capit. 31. Azor. Moral. inſt. lib. 4. cap. 2. q. 2. Marquar. de Iudæis p. 3. cap. 5. ſub num. 8. & nouiſſime* Reuerendiſſimus *Campanil. in diuerſor. iur. canonici rubr. 11. cap. 7. num. 1.*

2 Extenditur primo, vt multo magis procedat ſi Neophytus fuerit baptizatus in egritudine, quia, tunc fides illius præſumitur coacta, non voluntaria, *cap. ſi quis in egritudine* 55. *diſt. & ibi Turrecrem.*

crem. ſubdit in hoc caſu neque promoueri ad ordines minores, Rom. ſing. 421. an factus Chriſtianus.

3 Extenditur ſecundo, vt procedat etiã ſi ſit baptizatus extra egritudinem nam nihilominus non debet promoueri ad minores ordines, *Couar.* Hoyeda, *& Campanil. locis citatis.*

4 Contrarium quod vbi eſt baptizatus extra egritudinem poſſit ad minores ordines promoueri, cenſuerunt *Turrecrem. in d. cap. 2. ſub num. 148. diſt. Felin. in cap. cum ſit circa princ. de Iudeis, Dec. in in d. cap. eam te nu. 32. de reſcript. & ibi* Ripa *nu. 31. verſ. 3. reſpondeo, Marquard. loco cit.*

Pugnantes opiniones conciliare ſtudendo, dicendum arbitror opinionem negatiuam procedere ante lapſum temporis de finiti ad cognoſcendum an Neophitus ſit in fide inſtructus, ita vt poſſit ad ordines promoueri, affirmatiuam autem vindicare ſibi locum poſt dicti temporis lapſum. Quale autem ſit huiuſmodi tempus infra dicatur *cap. 6.*

5 Eadem principalis concluſio limitatur primo ne procedat vbi adeſt raritas, & penuria ſacerdotum, nam in tali caſu poteſt etiam Neophytus ordinari, *d. cap. ſi quis in egritudine 57. diſt. et ibi Turrecrem.* Rom. *d. ſing.* 421.

6 Limitatur ſecundo, quando qualitas vitæ Neophyti oſtendit illum eſſe talem qualem decet eſſe bonum ſacerdotem, quia tunc etiam poteſt ordinari, *d. cap. ſi quis in egritudine, Rom. loco cit.*

SVMMARIVM.

1 *Neophytus an ſit capax Beneficii ſimplicis, vel curati, ſeu canonicatus in Catedrali & num. 2. 3. et 4.*

ARGVMENTVM.

Neophytus an ſit capax beneficii.

CAP. IV.

1 NEophytus ordinatus, efficitur capax beneficiorum requirentium illum ordinem ad quem eſt promotus, vt pluribus probat, *Lambert. de iurepatr. 1. par. 2. lib. quaſt. 7. art. 14. num. 7. & 8. cui in ſuffragantur mox allegandi num. 4.*

Dixi de Neophyto ordinato, quia ſi nullo eſſet ordine inſignitus verſaremur extra dubium, propterea quod eſſet incapax tanquam laicus, *cap. 2. de inſt. cap. ex litteris de tranſact. cap. cum adeo de reſcript.* Dec. *in cap. eam te num. 31. eod. tit. Ripa in cap. 2. num. 129. & 134. de iudic,* Rebuff. *in praxi tit. de cler. ſi quib. num. 4. Franc. March. deciſ. 1355. par. 1. plene* Garzia, *de benef. par. 1. capit. 2. num.* 28.

Deducitur ergo, Neophytum prima insignitum tonſura, eſſe capacem ſimplicium beneficiorum, *cap. eam te de reſcript. Lambert. loco cit.*

2 Extenditur primo vt procedat non ſolum in beneficiis ſimplicibus, ſed etiã in canonicatu in eccleſia cathedrali, *d. c. eam te ibique Abb. num. 7. Felin. in cap. cum ſit in princ. verſ. & amplia mirabiliter de iudæis laſ. in rubr. ff. de iuſt. & iur. ſub num. 6. verſic. tu contrarium Marquard. de iudæis, par. 3. cap. 5. num. 7. & ſeq.*

3 Extenditur ſecundo, vt procedat ſiue beneficium ſit liberæ collationis, ſiue ſit de iure patronatus, *Lambert. loco cit.* Cui ſuffragatur quod in reſpicientibus capacitatem, vel incapacitatem perſonæ, diſpoſitio loquens de beneficio habet equè locum in beneficio iuris patronatus, ac in beneficio liberæ collationis vt plenè ſcripſi ſupra *lib. 4. cap. 6. nu. 25.*

4 Extenditur tertio, vt Neophytus promotus ad ſacerdotium, ſit capax beneficii curati, vt colligitur ex eodem *capitul. eam te de reſcript.* Hoc tamen licet de

iure

Digitized by Google

iure verum ſit, nihilominus Epiſcopum magna cautela vti oportet, ita vt non antea commictat Neophyto curam animarum, quam eius conuerſatio ſit plenarie probata, argumento *cap, in ſacerdotibus 61. diſt.* Sicuti enim non omnibus Chriſtianis antiquis, conſtitutis in ſacerdotio commictitur cura animarum, ita non infert de neceſſitate quod Neophito ad ſacerdotiũ promoto debeat animarum cura commicti.

SVMMARIVM.

1 *Neophyti, an poſſint ad officia promoueri.*
2 *Tyroni non eſt non eſt facile Cuſtodia credenda.*
3 *Factum de recenei non habetur pro facto, inſpectan. ad vita probationem.*
4 *Inimicus reconciliatus de recenti, habetur ac ſi eſſet inimicus.*
5 *Reconciliatus de recenti repellitur à teſtimonio.*
6 *Neophytum ad honores promoueri, quo caſu expediat.*
7 *Solemne Baptiſmum à Pio V. Pont. Max. factum.*
8 *Salamon Corcoſius Hebreus à Greg. XIII. Baptizatus, & honoribus decoratus.*
9 *Deſpiciendus quis non eſt ex eo, quod fuerit infidelis.*
10 *Neophyti ſi honoribus proſequantur, facilius in fide ſolidantur.*
11 *Infidelis conuerſus poteſt obtinere beneficium.*
12 *Chriſtianus antiquus in honoribus aſſequẽdis eſt praeferendus Neophito, limita 13.*

ARGVMENTVM.

Neophyti an poſſint ad publica officia promoueri.

CAP. V.

1 NEophytos ad publica officia promoueri non poſſe, cenſuerunt, *gloſ. & Archid. in cap. conſtituit 17. q. 4. Anan. in c. cum ſit ſub num. 19. verſ. ideo forte de iudeis, Roman. ſing. 679. quod incipit nunc veniamus Felin. in cap. eam te ſub num. 12. verſ. limita ſecundo de reſcript. ibique Dec. num. 33. Rip. nu. 30. & 31. Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 1. q. 7. art. 3. num. 31. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa limit. 12. numer. 11. & de poenis remitt. cauſ. 91. num. 19. Mandoſ. de ſignat. grat. tit. diſpenſatio cum Neophytis Couar. in clem. ſi furioſus par. 1. §. 2. num. 8. verſ. 4. concluſio Hoyeda d. capit. 24. num. 5. Caſtald. de Imper. q. 75. num. 5. Campeg. in capit. Regni 109. quod incipit item ſtatuimus quod iudeis num. 6. Rouit. in rubrica de iudaeis num. 4.*

Contrariũ vr̃ tenere *Iaſ. in d. rub. ff. de iuſt. & iur. n 6. verſ. tu in contrarium Montal. in l. 2. tit. de las iniurias lib. 4. Anuend. de exequen. mandat. Regis par. 1. cap. 10. n. 20.* Opiniones conciliando dicas de iure regio apud Hiſpanos rem eſſe deciſam *ex l. 6. tit. de los iudeos p. 7.* cuius vigore iudei ad fidem conuerſi non prohibẽtur ad officia publica eligi. De iure vero communi Dicas primã procedere in conuerſo ad fidem de recenti, ſecundã vero procedere in his qui iamdiu conuerſi ſunt, & propter diuturnum bonæ conuerſationis odorem, veterani milites habentur, iſta diſtinctio colligitur *ex Felin. in d. cap. cum ſit in princip. verſ. & amplia mirabiliter, & verſ. ad textum, extra de iudeis, Claud. de Seyſel. in d. rubr. ff. de iuſt. & iur. col. fin. in fine Marq. d. par. 3. cap. 5. ſub num. 8. verſ. tamen Felin. Couar. loco cit. verſ quinta concluſio.*

Vtrumque caput diſtinctionis probatur, nam quod nequeat promoueri conuerſus de recenti, probatur primo, quia talibus committere publica officia, res eſt periculi plena, cum vulgatum ſit apud veteres adagium, non eſſe facile tironi
2 committendam cuſtodiam, *l. fin. C. de cuſtod. reor. l. properandum* C. *de poſtul.* Secundo quia in his quæ pertinent ad vitæ probationem, factum de recenti habetur perinde ac ſi factum non eſſet: vnde de recenti profeſſus, venit ad huc appellatione Nouitiorum, *gloſ. in clem. ne in agro §. ſane verb. Nouitii de ſtat. monach. quam ibi ſequitur Abb.* Et inimicus de recenti

Digitized by Google

centì reconciliatus,exiſtimatut, ac ſi nõ
eſſet reconciliatus, *Alex.conſ.99.lib.1.*
Marſil.ſing. 179. *num.6. & in l. 1.nu.*
5.ff.de quaſt. facit etiam *text in l.1. verſ.*
Caterum ff. de his, qui deiec. vel eſſud. vbi
via, quæ de recenti eſt coepta commeari
æquiparatur viæ, quę ad huc eſt ſecre-
ta. Conuerſus etiam de recenti non re-
putatur integræ fidei aduerſus fidelem,
proindeque repellitur à teſtimonio, *gloſ.*
in d. cap. conſtituit 17. *q.* 4. *Marſil.ſing.*
179.nu. 6. & in d. l.1. nu.5. ff. de quaſt.
Viuius, qui teſtatur de communi, in opin.
verb. teſtis eſſe nonpoteſt, cum alus per Fa
rinac. in tract. de teſtib. q. 63. num.208.
& 211.
6 Poteſt tamen dari caſus in quo expe
diat baptizatum etiam de recenti ad ali,
quem honorem promoueri; exempli gra
tia, ſi aliquis ex cognitione Principis in-
fidelis ad Chriſtianam Religionem con-
uerteretur, æquum plane foret hũc hono
ribus decorari, tum vt ipſe animaduer-
teret Chriſtianam Religionem ſibi ter-
renas dignitates non ſubſtuliſſe, iuxta il-
lud, *non eripit mortalia, qui Regna dat*
coeleſtia. Tum etiam vt coeteri illius
exemplo ad fidẽ capeſſendã allicerẽtur,
gloſ. in cap. quampio, verb.interuentu, &
ibi Turrecrem. *col. 2. verſ. in factis, A-*
loyſ. de Leo in l.1. num. 57. C. de iudeis.
Hoc idem eſſet dicendum ſi aliquis ex
primariis Iudæorum ad fidem veniret,
nam laudabile eſſet illum aliquo honore
decorari, vt nouiſſime aduertit, & recte
D. concius meus Aug. caputus in eleganti
cius tract. d. regimin. reip. cap. 3. ſub
numer. 78. *verſic. quod iudeus*. Qua ra-
tione cum ſub Pontificatu Sanctæ Me-
moriæ Pii Papę Quinti, familia quædam
ex primariis inter iudeos ad fidem Chri-
ſtianam conuerſa fuerit, meruit ab eodẽ
7 Pontifice in veteri eccleſia Sancti Petri,
magno populorum concurſu, & appara-
tu propria ipſius Pontificis manu bapti-
zari, ac deinde ſtegmate nobilitatis, pri-
uilegiis inſignioribus, proprioque co-
gnomine decorari, vt teſtantur Gene-
brar. in Cronic. Surius in compend. hi-
ſtor. & omnes qui vitam Pii V. ſcripſe
runt, Item, & Gregorio xiii. ęternę me-
8 moriæ Pontifice, *Salamon Corcoſſus* in-
ter eoſdem iudęos familiæ antiquitate
primarius, ac multis opibus florens, ad
fidem veniens, fuit ab eodem Pontifice
proprio nomine, cognomine, armis, &
nobilitate Romana pro ſe, ſuiſque dona
tus, ac dein de vti nobilis electus Con-
ſeruator Vrbis, quibus factum eſt, vt his
muneribus allecti omnes ex vtraque fa-
milia, Chriſtianam fidem ſint amplexa-
ti, in qua tam laudabiliter diuerſantur,
vt in omnium laude, & commendatione
ſint. Et hæc quo primum caput. Secundũ
caput diſtinctionis nempe quod poſſint
promoueri ad officia ſecularia qui iam-
diu baptizati fuerunt, & Veterani Chri-
ſtianę Ciuitatis milites habentur, proba
tur.
9 Primo, ex eo quod quis iam fuerit infi
delis deſpiciendus non eſt, *d. capit. cam*
te in fine de reſcript. nam & de iudęis con
uerſis eccleſia fuit fundata, *cap. in nouo*
21. *diſt. cap. recurrat* 32. *q.* 4. & in faci-
noribus emendati magna egent commẽ-
datione, *gloſ. magna ad fin. in capitul.*
obeuntibus §. *fin. 63. diſt. Abb. in cap.*
At ſi clerici col. vltima de iud. Iaſ. in d.
rubr. ff. de iuſt. & iur. num.7.
Secundo quia dignum, & iuri conſo-
10 num eſt, vt renati fonte baptiſmatis,
priſtina cæcitate dimiſſa, amplioribus fa
uoribus, & gratiis proſequantur, vt ſic de
ſeruitute ad libertatem tranſire perci-
piant, *Extrauag. ſecundo de iudeis in com*
mun.
11 Tertio quia Reipublice intereſt, vt ve
nientibus ad fidem communicentur ali-
qui honores, tum vt alii ipſorum exem-
plo alliciantur, tum etiam quia conſe-
quentibus honoribus facilius in Chri-
ſtiana fide ſolidantur, & memoriam pri-
ſtinę impietatis obliuiſcuntur, qua ratio
ne credo *in Conc. Tolet. 16. cap.* 2. cautũ
fuiſſe, vt conuerſi ex iudaiſmo ad fidem
tanquam nobiles tractentur.
Quarto quia infideles à multo tem-
pore conuerſi, poſſunt obtinere benefi-
cium ẽt in eccleſia Cathedrali *d.c. cã te,*
vbi Abb. nu.7. ergo multo magis poſſunt
eligi ad officia ſecular. Prædicta tamẽ
12 ſub duplici declaratione ſemper intelli

gas

Digitized by Google

gas, prima, vt coeteris paribus, antiquus Chriſtianus præferatur illi, qui iam à multo tempore eſt baptizatus, vt ex pluribus probat *Rip. in d. cap. eam te num. 32. de reſcrips. Auend. de exeq. mandatis Regis par. 1. cap. 19. num. 20. verſ. coeteri vero. Caput d. cap. 3. num. 78. verſ. & nota quod chriſtiani antiquiores.*

14 Secunda, niſi aliud propter bonum publicum expedire videatur, nam ſi forte dubium exiſtat, quod priſtinam ſuperſtitionem, redoleant, in tali quidem caſu vt reſpublica in tuto conſiſtat, quamuis ab antiquiſſimo tempore baptizati, ſunt tamen ab officiis excludendi.

Ego quidem fateor rem totam eſſe relinquendam iudicantis Religioni, qui pro eius prudentia in contingentia facti, perpenſo toto negotio arbitretur quid magis Reipublicæ, & Chriſtianæ pietati expediat: interim hęc ad informandum Iudicantium animos pro ſuſcepto munere dixiſſe ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *& 2. referuntur vtriuſque partis Doctores.*
3 *Paulus Apoſtolus mira ſemper dexteritate ſtuduit equalitatem in eccleſia ſtabilire.*
4 *Angeli reſponſio Tobie illum interroganti de quo genere eſſet.*
5 *Deſpiciendus quis non eſt ex eo quod fuerit Infidelis.*
6 *Homines vndecunque naſcuntur, ſi parentum vitia non ſectetur, & Deum recte colant ſalui erunt.*
7 *Nemo debet de parentum virtute, aut vitio omnino laudari, aut culpari.*
8 *Vitiorum cauſa non eſt ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis.*
9 *Diſtinctio generis excitat diſſidia.*
10 *Siracuſanorum factum turbulentum.*
11 *Enea prudentia in animis conciliandis.*
12 *Regum Hiſpaniarum leges ne conſtitueretur generis differentia.*
13 *Lex facta in odium certarum perſonarum an ſit nulla, vel iniuſta.*
14 *Generis, & proſapia differentia, reſtricta intra certos gradus poteſt eſſe rationabilis.*
15 *Moabita in veteri lege probibantur intra quartum gradum ingredi in eccleſia.*
16 *Macula vltra quartum gradum cenſetur extincta.*
17 *Proſapia & generis differentia in aliqua poteſt eſſe rationabilis.*
18 *Item & in limine fundationis.*
19 *Fundator poteſt in limine fundationis apponere omnes conditiones etiam ſi ſint contra ius dummodo, non ſit impoſſibilis natura, vel improbata de iure.*
20 *Prohibere poteſt quilibet vt certa perſona repellantur ab emolumento ſua diſpoſitionis.*
21 *Sanguinis puritas quo caſu ſit habenda in conſideratione.*

ARGVMENTVM.

An ſint probāda ſtàtuta quod Neophyti, & deſcendentes ab eis non admictantur ad eccleſiaſtica beneficia.

CAP. VI.

1 DIſſident inter ſe Doctores, & in contrarias diſtrahuntur ſentētias. Siquidem ſimilia ſtatuta non eſſe probanda, cenſuerunt *Turrecrem. & Prapoſit. in ſumma dixt. 48. & iterū Turrecrem. in cap. conſtituit 17. q. 4. Alphonſ. Cartag. in defenſor. vnit. chriſtiana Toſtat. in Leuit. cap. 19. quaſt. 32. Henric. Mauroi Theologus Franciſcanus in Apolog. pro iudæis Chriſtian. aduerſ. Archiepiſcopum Tolet. Montalu. in l. 2. verb. Tornazido tit. 3. lib. 4.* Didac. *Perez. ad leg. Reg. l. 9. tit. 1. lib. 1.*

2 Contrariam opinionem latè probant *Hoyeda in tract. de incompatib. benef. p. 1. cap. 23. Simanca cathol.* Inſt. *tit. 47. num. 82. & 83. Otalora de nobil. 2. par. 3. par. cap. 7. num. 26.* Roias Sing. 104.

Ego

Ego contrauerſiam alioqui difficilem
ex infraſcriptis complanari poſſe exiſti.
mo ſit prima cócluſio,ſtatutũ ſiue lex cõ.
ſtituens generaliter differẽtiam generis,
non eſt laudabilis idque probatur.

Primo auctoritate D.Pauli,qui anima
aduertens in exordio naſcentis eccleſiæ
ortum eſſe diſſidiũ inter nouos ex Iſraeli
tico, & gentili populo chriſtianos,dum
aliter alteri ſe preferre conatetur, ſic in
quit *ad Rom. cap.*10. *Non eſt diſtinctio
Iudæi, & Græci,nam idem Dominus om-
nium,Deus omnium qui iu vocant,illum.*
2 Idquod etiam antea dixerat *ead. epiſt. c.*
2. & deinde frequentiſſime repetiit, &
3 ſignanter *ad Galat.*3. *&* 6. *& ad Coloſ-
ſenſ. cap.*3.quibus in locis Apoſtolum,mi
ra ſemper dexteritate ſtuduiſſe equali.
tatem in vtroque populo ſtabilire, docẽt
Diu. Hier. Aug. & Anſelm. ad Rom. *d.
cap.*10.

Secundo probatur *ex Tobia capit.* 5.
vbi cum Tobias interrogaſſet Angelum
qui filium erat comitaturus de qua Do.
mo, aut de qua tribu eſſet, reſpondit ei
Angelus, *Genus quæris Mercennarii, an
4 ipſum Mercennarium qui cum filio eat?*
Ex qua Angeli reſponſione plane li.
quet non genus hominum, ſed perſonas
eſſe perpendendas.

Tertio probatur *ex cap. eam te in fine
de reſcript.* vbi explicitis verbis ſummus
Pontifex reſcribens epiſcopo Tornacen.
ipſum arguit propterea quod dedigna-
tus fuerit recipere in canonicum quen-
5 dam qui de gente iudæorum originem
ducebat.

Quarto *ex* D. *Auguſtino lib. de bono
coniugat. cap.* 16.*nobis relatus in capitul.
vndecumque* 56.*diſt.vbi ait vndecumq.
homines naſcantur, ſi parentum vitia non
6 ſectentur, &* Deum *recte colant, boneſti,
& ſalui erunt. Semen enim hominis ex
qualecumque homine Dei creatura
eſt.*

In hac eadem ſententia eſt D. *Chry-
ſoſt. homil.* 3. *in Matth. nobis etiam rela-
tus in cap. numquam ead. diſtinct.* 56.
*dum ait. Non eſt omnino nec de virtute,
nec de vitio parentum aut laudandus, ali-
7 quis, aut culpandus, nemo inde vere
aut obſcurus, aut clarus eſt. imo etiam
neſcio quomodo ille magis reſplendet qui
ex parentibus à virtutibus prorſus alienis
ipſe tamen fuerit de virtute mirabi-
lis.*

Concordat etiam *D. Hieronymus in
Epiſtol. ad Pammach. contra errores Io.
Hieroſolymitani, de qua in cap. naſci ea-
8 dem diſt. dum ait Non in ſeminibus, ſed
in voluntate naſcentis cauſa vitiorum eſt.*

Quinto quia hæc generis differentia
operatur non ſolum grauia diſſidia inter
vtrumque populum, ſed efficit vt qui
noui habentur chriſtiani, minus ſe cre.
9 dant aliis, & difficilius in catholica puri
tate ſolidentur, cum diſtinctio non
paruam vim habeat ad excitandum in-
ter homines diſſidia, vt colligitur ex *Pau
lo* 1. *ad Chorint. cap.* 1. *& ex infra dicen
dis latius apparebit.*

10 Sexta hæc concluſio corroboratur
exemplis. Refert Diod. Sicul. quod ſub.
lata apud Syracuſas poſt Hieronis, &
Geleonis regnum Traſibuli dominatio-
ne, de communi republica, & ſtatu po-
puli conſultantes, inter cætera decreuiſ
ſe, Magiſtratus omnes priſcis ciuibus, &
antiquis familiis diſtribuere; nã nouos
homines qui a Geleone ſupra decem mil
lias fuerãt ciuitate donati, indignum du-
cebant ad munera publica, & ciuiles ho
nores admicti. Quod ipſi indignè feren-
tes, deficientes à Syracuſis occuparunt
partem vrbis Achradinam, & inſulam,
& alia duo loca ingenti muro munita.

11 Refert etiam *Liuius lib.* 1. Aeneam
latio potitum quo facilius Aboriginũ,
& Latinorum animos conciliaret, latinos
vtramque gentem nuncupari præcepiſſe.

Ad hoc etiam reſpicientes inuictiſſi-
mi & catholici Hyſpaniarum Reges, vt
alienos à Chriſti nomine ad fidem alli-
cerent, & nouiter baptizatos in fide ſoli
12 darent publicis legibus ſanxerunt ne vl
lum eſſet inter Chriſtianos, generis, &
proſapię deſctimen: quodque nouiter
ad fidem conuerſi eadẽ officia, & honores
poſſint obtinere, quę obtinent alii Chri
ſtiani antiqui, *vt in l.* 6. *tit.* 24. *par.* 7.
*et in l.*12. *tit.* 6. *lib.* 8. *et l.* 9. *tit. primo
eod. lib.*

Septimo quia negari non poteſt quin
lex conſtituens talem differentiam gene
raliter, dicatur facta in odium certarum
perſonarum, quo caſu vel eſt nulla, vt
13 cenſuit *Abb. in cap. cum omnes num. 2.
de conſt. & ibi Aret. in quarto not.* Vel ſal
tem eſt in iuſta, *Bar. in l. omnes populi ſub
nu. 53. ff. de iuſt. & iur. & in l. venditur
§. ſi conſtat ff. commun. præd. Andr. ab
Ajca in d. cap. cum omnes num. 164. &
167. Riminal. ibid. num. 71. verſic. ex
hac expoſitione, Angel. in l. de quibus ff. de le
gib.*

14 Hęc prima concluſio limitatur primo,
ne procedat quando probibitio non eſt
indefinita, ſed reſtricta ad certos gradus,
veluti intra ſecundum, vel ad sũmum in-
tra quartum, quia intra hos gradus pốt
eſſe rationabilis, vel propter odium parẽ
tum, vel propter ſuſpitionem quæ habe-
ri poteſt ne parentum crimina imitentur,
*vt in cap. 2. §. credentes, & cap. vt commiſ
ſi §. credentes, & cap. ſtatutum el 2. de ha
ret. lib. 6.*

Cęterum vltra quartum gradum pro-
hibitio generalis non poteſt eſſe rationa-
bilis, tum quia in veteri lege etiam Moa-
15 bitę vlrta quartum gradum non repelle-
bantur ab eccleſia, *cap. cito 1. q. 1.* tum
ẽt quia vltra illũ gradum ſi quæ macula
parentes tetigit præſumitur extincta, *l.
non facile, ff. de gradib. ex cap. non debet
16 de conſanguinit. & affinit.* id quod proce
dit ſiue verſemur in linea in tranſuerſali,
ſiue in deſcendenti, vt elegantiſſime mo
re ſuo tradit *Illuſtriſſim. Dominus Card.
Bellarm. in controuerſ. de matr. lib. 1. c.
24. verſ. eſt autẽ obſeruandũ et verſ. ex quo
intelligimus, cuius dictum tacito anctore ſi-
bi vindicat Sanchez de matrim. lib. 7. diſ-
put. 51. num. 13*

17 Limitatur ſecundo, ne procedat quã-
do prohibitio eſt reſtricta ad certas eccle
ſias, veluti quia non præcipit Sim-
pliciter quod Neophyti, & deſcendentes
ab eis non poſſint obtinere beneficium,
ſed prohibet ne poſſint illa obtinere in
tali, vel in tali eccleſia: tunc enim prohibi
tio poteſt, aliqua ratione fulciri, nempe,
vel quia eccleſia ſit valde celebris, & hoc
ſibi vſurpat in ſignum ſuæ nobilitatis,
vel quia præcipere quod in aliqua eccle-
ſia non poſſint beneficiari niſi deſcen-
dentes ab antiquis chriſtianis, & quod
repellantur deſcendentes a Neophytis,
non eſt eos excludere, ſed prouidendos
qualificare, & prouiſionem Neophyto-
rũ reſtringere, quod quidẽ facilius admi
ctitur quã extinguere, vel repellere in
totum, iuſta tradita *per gloſ. in cap. ſi pro
pter verb. impedire de reſcript. lib. 6. &
ibi Gem. & reliqui, Calder. conſ. 1. eod.
tit. Gemin. in cap. 1. in 5. not. de reſtit.
ſpoliat. lib. 6. Felin. in cap. nonnulli nu.
25. verſ. 11. concluſio de reſcript. Sarn. in
probem. regular. quæſt. 6. verſ. & ideo, Ro
ta in Hiſpalen. Voti 21. Aprilis 1597. co-
ram Gipſio.*

Hac ratione probantur ſtatuta quæ
vigent apud Hiſpanos in eccleſia Toleta
na, & aliis quibuſdam eccleſiis de quo-
rum ſtatutorum intellectu infra erit agen
dum.

18 Limitatur tertio, ne procedat quando
diſtinctio generis fit per patronum vel
fundatorem in limine fundationis eccle
ſiæ, valet enim conditio adiecta in limi-
ne fundationis eccleſiæ per patronũ, vel
fundatorem, quod non poſſint benefi-
ciari, vel recipi niſi deſcendentes ex
puris, & antiquis chriſtianis, ita conclu-
dunt in ſpecie *Nauar. in Manual. cap.
27. num. 205. Otalora de nobil. 2. par. 3.
princ. cap. 7. num. 26. Perez de Lara de
anniuerſ. & cappell. lib. 2. cap. 4. num. 1.
& 10. & per tot. & ſuffragantur omnes
ſupra relati num. 2.*

19 Probatur autẽ primo, quia poteſt fun-
dator in limine fundationis apponere
quaſcunq. conditiones, etiam ſi ſint cõ-
tra ius, niſi ſint natura impoſſibiles, aut
alias à iure improbatę, vt pluribus pro-
bat *Lambert. de iure patr. lib. 1. par. 1. art.
1. q. 9. num. 52. & per totum quem Ro-
ta probauit in Romana iurispatronatus,
31. Maii 1613. coram Illuſtriſſ. D. meo
Cardinali Sacrato.*

In propoſito autem cum conditio ne
recipiantur in eccleſia niſi homines de-
ſcendentes ex antiquis chriſtianis, non
ſit neque natura impoſſibilis, neque de
iure improbata merito &c.

Minor

ſamur in diſpoſitione legislatoris, ſed perſonæ particularis, attenditur ſola 20 eius voluntas, *l. in re mandata, C. de mandati.* & conſequenter poteſt particularis prohibere vt aliquæ perſonæ ab emolumento ſuæ diſpoſitionis repellantur, vt *in l. eodicillis 91. §. matre, & l. filius familias, § Diui, ff de legat. 2. l. ſi ita quis §. ſi ea lege ff de verb. oblig. Alex. conſ. 55. nu. 6. lib. 3. Ruin. conſil. 189. ſub n. 1. li. 2.*

Secundo quia antiqua puri ſanguinis deſcendentia, licet non ſit cauſa ſufficiẽs vt per legem vniuerſalem conſtituatur 21 generis diſtinctio, tamen vbi reliqua concurrunt, eſſe habendam in conſideratione docemur ex *Ioſepho lib. 1. contra Aptionem*, qui in hæc verba loquitur.

Sed quatenus Sacerdotium ſine permiſſione purumque ſubſiſteret prouiderunt, oportet enim eum qui ſacerdotium habiturus eſt ex eiuſdem gentis naſci muliere, & genus per antiquam lineam, et multis teſtibus comprobare.

SVMMARIVM.

1 *Statutum præcipiens quod deſcendentes ab infidelibus non recipiantur in certa Eccleſia eſt exorbitans, et correctorium iuris communis, et vti tale eſt ſtrictè interpretandum. nu 2.*

3 *Statutum repellens impuros non habet locum vbi non conſtat neque de puritate, neque de impuritate.*

4 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris.*

5 *Paria ſunt non eſſe, vel eſſe, et non poſſe apparere.*

6 *Citationis negatiua probatur ex reuolutione proceſſus.*

7 *Statutum repellens filios hæreticorum, vel de hæreſi condemnatorum, non habet locum in iis qui fuerunt ſuſpecti de hæreſi, neq. comprehendit reconciliatos.*

8 *Prouiſo non incũbit onus probandi ſe purũ.*

9 *Natus inter Chriſtianos præſumitur natus ex Chriſtianis antiquis.*

10 *Mortuus in terris Chriſtianorum, præſumitur fidelis.*

11 *Impuritatem alleganti incumbit onus probandi, extenduntur num. 13. et 14. et 15. limita, vt num. 16. et 17.*

12 *Excludere volens aliquem debet probare cauſam excluſionis.*

18 *Impuritatis exceptio ſapit obiectum ideoq. eſt plenè probanda.*

19 *Impuritas probatur ſicuti probatur nobilitas.*

20 *Impuritatis probatione facta per capitulum, poteſt prouiſus probare ſuam puritatem: amplia vt num. 23.*

21 *Probationibus concurrentibus præualent fortiores.*

22 *Probationibus concurrentibus ſuper puritate, et impuritate, præualent facta pro puritate.*

24 *Probatio facta ſummariè, et ſine cauſæ cognitione non parit exceptionem rei iudicatæ.*

25 *Parentes certos nominans, ſi per illorum maculas declaretur impurus, poteſt docto de errore nominare alios.*

26 *Admiſſus ſemel vti purus ad capellaniam, ſi illi renunciet, et velit obtinere aliam, an egeat nouo proceſſu.*

28 *Statutum repellens deſcendentes hæreticorum an comprehẽdat natos antequam pater incideret in hæreſim.*

29 *Progeniens quos comprehendat.*

30 *Indi, et Ethiopes an repellantur per ſtatuta puritatis ſanguinis. et nu. 32.*

31 *Qualitas ſtatuti vbi non habet locum, neq. habet locum ſtatutum.*

33 *Expoſiti an repellantur per ſtatuta puritatis ſanguinis.*

ARGVMENTVM.

Plures ſubijciuntur concluſiones ad interpretationem ſtatuti Eccleſiæ Toletanæ, & aliarum Eccleſiarum præcipientium quod in eis non poſſint recipi, niſi deſcendentes ex puris, & antiquis Chriſtianis, excluſis ſemper deſcentibus ex genere Iudæorum, Maurorum, & Hæreticorum.

CAP. VII.

1 SIt prima cōcluſio, talia ſtatuta ſunt exorbitantia, & contra ius commune, quia de iure etiam deſcendentes à Iudæis, & infidelibus poſſunt habere beneficia, & recipi in eccleſia, *teſt. in c. eam te, de reſcript.* qui cum loquatur de eccleſia Tornacen. ſatis probat hoc procedere etiam in eccleſia nobili, cum Eccleſia illa in Belgio ſit pluribus nominibus inſignis, & qualificata, & in ſpecie quod talia ſtatuta ſint contra ius commune, probat *Perez delara in tract. de anniuerſ. & capellan. lib. 2. cap. 4. num. 39. & ſæpè reſpondit Rota, & ſignanter apud Manticam deciſ. 307. num. 1. & in Toletana canonicatus* 10. *Decembris* 1608. *coram R.P.D. Marcomontio nunc Archiepiſcopo Lugdunen. meritiſſimo.*

2 Vnde infertur primo, illud eſſe interpretandum ſtrictiſsime, *cap. Statutum el 2. de hæret. lib. 6. cap. cum dilectus, de conſuet. lib. 3. S. hæc verba, ff. de neg. geſt. Roman. conſil. 197. num. 2. Alex. conſil. 106. nu. 9. lib. 5. cum aliis per Surd. deciſ. 167. num. 17. & 313. nu. 4. Put. deciſ. 400. & 526. li. 2. Rota Perez de Lara locis citatis.*

3 Infertur ſecundo, quod tale ſtatutum
non vindicat ſibi locum in caſu in quo
non conſtat neque de puritate, neq. de
impuritate, quia ſtatutum diſponit quod
repellantur impuri, vndè quando non
conſtat aliquem eſſe impurum, neq. pu-
4 rum, caſus eſt omiſſus, & remanet in di-
ſpoſitione iuris *l. cōmodiſſimè, ff. de liber.
et poſthum. & in terminis Rota in præcita
ta Toletana Canonicatus ſub die* 10. Decē-
5 *bris in verſic. Enim vero illud.* Quinimo
quando capta eſt informatio ſufficit, ſi
ex illa non conſtet de macula, quia paria
ſunt quid eſſe, vel eſſe, & non apparere,
cap. ſolemnitates, de conſecrat. diſt. 1. l. fundi, ff. de contrahempt. Abb. conſil. 18. in princ. lib. 1. & quando eſt facta diligentia illud quod non reperitur, præſumitur nō extare, *Caſtr. conſil. 136. num. 7. lib. 1.*

6 Hinc probatur non extare citationē, quia reuoluto proceſſu, non reperitur in eo, *Caſtr. conſil. 81. num. 3. libr. 2. Afflict. dec. 107. Rot. deciſ. 64. num. 2 par. 1.* Et non extare fideicommiſſum probatur tantum quod reuoluto teſtamento in illo non legatur, *l. fin. vbi* Bald. *in 4. oppoſ.* C. *de reb. cred. Alex. conſ. 59. nu. 7. lib. 4. Ripa in l. 4. §. condemnatum nu. 12. ff. de ſent. & re iud. & ibi Iaſ. nu. 15.*

7 Infertur tertio quod ſtatutū repellens filios, & deſcendentes hæreticorum, vel de hæreſi condemnatorum, vel reconciliatorum non habet locum in deſcendentibus eorum qui fuerunt de hæreſi ſuſpecti, quia ſtatutum inhabilitans ob crimen, non dicitur inhabilitare propter criminis ſuſpitionem, *Abb. in cap. inter nu. 6. de purgat. can. Put. deciſ. 400. lib. 2.* Et pari ratione non comprehendit deſcē dentes ex reconciliato propter confeſſionem ſpontè factam, quia iſte dicitur magis pęnitens quam reconciliatus, Rota *dec. 105 et 120. li. 2. p. 3. diu. & melius dec. 41. lib. 3. par. 3. Nan. conſ. 1. in fine de iudæis, Perez de Lara, de anniuerſar. et cappel. lib. 2. cap. 4. nu. 140. verſic. deinde ſtatutum.*

8 Infertur quarto, quod cum huiuſmodi ſtatutum expreſſis verbis non imponat prouiſo neceſſitatem probandi ſuam puritatem, merito neq. a nobis grauari debet ad eam probandam, *l. illum, C. de collat. S. optimam, Auth. de non elig. ſecund. nub. Aym. conſ. 25. nu. 9. Surd. qui alios refert dec. 271. nu. 9.* Vndè prouiſus in hac Eccleſia, ad effectum vt admittatur non grauatur onere probandi ſe deſcendere ex Chriſtianis antiquis, ſed Capitulo excipienti illū deſcendere ex origine infecta, incumbit onus probandi, vt ſæpiſſimè reſpondit Rota, & ſignanter apud *Seraph. dec. 50. et 355. et iterū p. 1. diuerſ. 176. et in Tolet. portionis 2. Maii* 1594. *et 27. Ianuarii 1595. coram Mantica, et in* Toletana *puritatis ſanguinis* 10. *Martii 1604. coram bo. me. Litta, et latiſſimè in d. Toletana Canonicatus* 10. *Decembris 1608. et 23. Aprilis 1609. coram Archiepiſcopo Lugdunen. et iterum in eadem* 13.

No-

Nouemb.& 10. Decemb.1609. coram Illuſtriſ. Cardinali Lancelloto, in quibus deciſio nibus coram Lugdunen. & Lancelloto hoe pluribus, iiſdem quæ proſpicuis argumentis demonſtratur.

Hoc idem Rota reſpondit in cauſa Legionen. denegatæ poſſeſſionis, 8. Martii 1593. coram bo.me. Cardinali Blanchetto, & in Oxomen. Staruti 27. Iunii 1601. coram bonæ memoriæ Penia, & in Legionen. Canon. 3. Iun. 1602. corã R. D. meo Coccino Decano. Er quidẽ, iure merito, nam cum vt ſupra dixi, ſtatutum non imponat neceſſiratem prouiſo, vtrique illa remaner in diſpoſitione Iuris, *d.*
9 *l. commodiſſime ff. de lib. & poſth.* De iure autem nemo natus inter chriſtianos grauatur onere probandi, ſe eſſe natum ex puris Chriſtianis, ſed hoc in dubio præſumitur, *cap. veniens in fine de Presbyt. non baptiz. vbi Card. num. 6. Anchar. nu. 6. Butr. num. 5. Abb. num. 1.*

10 Hinc ſi reperiatur homo mortuus in terris Chriſtianorum, & ignoretur, an ſit fidelis, vel infidelis, in dubio præſumitur fidelis, *gloſ. in cap. presbyteris 68. diſt. & in c. ſi eos 148. de conſec. diſt. 4.* Et facit, quod in dubio quilibet præſumitur bonus, *cap. vlt. de præſumpt. cap. qualiter, & quando, de accuſ. l. merito ff. pro ſocio l. omnimodo, C. de inoffic. teſtam.*

11 Vnde Capitulo volenti repellere prouiſum ranquam impurum, incumbit onus probandi impuriratem, ex reg. *l. ab ea parte ff. de probat. l. 2. ff. de except.*

Pręterea cum cura, & modus capiendi informationem ſpectet ad Capirulum, à quo deputatur. Cõmiſſarius, qui abſente, & ignorante prouiſo recipit probationes, quas, & quandiu ſibi videtur, nec prouiſo liceat inducere aliquos teſtes, vtiq. neque ius, neque æquitas patitur, quod illi incumbat neceſſitas probandi, cum non ſit in poteſtate ſua diligentiam adhibere.

Additur quod prouiſus in ſimilibus eccleſiis, dum petit admitti, non petit vti deſcendens ex antiquis chriſtianis, neque ſe qualificat eſſe talem, ſed petit immiſſionem vigore ſuæ prouiſionis, quam ſi Capitulum vult excludere, te-
12 netur probare cauſam excluſionis, *c. ſi. dilecti de except. l. 1. in princ. vbi gloſ. ff. ſi quadr. paup. fec. dic.* quod procedit etiam quando excluſio conſiſtir in ſola negatiua, vt latè poſt alios probat *Hercul. de negat. prob. num. 22. Gabr. tit. de probat. concluſ. 6. numer. quinto, Surd. deciſ. 104. num. quarto.* Et hæc quidem concluſio.

13 Extenditur primo, vt procedat etiam ſi prouiſio habeat clauſulam, poſtquam ſtatuto ſatisfeceris, quæ dirigitur in prouiſum; nam tali clauſulæ cenſetur ſatisfactum ex numeratione pecuniarum pro faciendis expenſis informationis, & ex indicatione parentum vtriusque lineæ, *Rota in d. Toletana canonicatus 10. Decẽbris coram Marcomontio, verſ. non obſtat quod prouiſio.*

14 Extenditur ſecundo, vt neque concedatur remiſſoria ad probandum obſeruãtiam. in Ciuitare Toletana, quod ſcilicet pro ſatisfactione, & implemenro ſtatuti debeat affirmatiuè probari puritas prouiſi, ſtanre diururna obſeruantia Curiæ, quæ illud eſt diuerſo modo interpræ tara, *vt* fuit ample reſolurum 13. *Nouembris 1609. & 11. Ianuaris 1609. in d.* Toletana *Canonicatus coram Illuſtriſ. Lancellotto.*

15 Extenditur tertio, vt procedat etiam quando capitulum reiecit prouiſum tanquam impurum, nam ſi prouiſus appellauit in cauſa appellationis, onus probandi impuritatem incumbit Capitulo, ſicuti incumbebat in prima inſtanria, *vt Rota cenſuit in Toletana portionis* 28. Aprilis 1561. *coram* Gropperio.

16 Eadem concluſio dupliciter declaratur, & primo ne procedar quando cauſa appellationis interpoſitæ per prouiſum eſſet deſerta, tunc enim ipſe grauatur onere probandi ſe purum, *Rota in d. Toletana portionis 28. Aprilis, & 30. Maii 1561. & iterum 5. Maii 1563 coram* Gropperio *& apud Seraph. deciſ. 255. ante num. 2. & corã* Lancellotto *in dicta* Toletana *Canonicatus 13. Nouembris* 1609. Et ratio eſt, quia tunc inſurgit præſumptio pro geſtis pro capitulo, & prouiſus venit per vim reſtitutionis in integrũ. vel querelæ, quæ

caſu tenetur iuſtificare cauſam ſuam, & oſtendere plenè iniuſtitiam ſententiæ, *Innoc. in cap. tenor. de ſent. & re iud.*

17 Declaratur ſecundo, vt procedat quã do pro parte Capituli eſt probata aliqua macula, tunc enim ſi prouiſus vult illam diluere, tenetur probare ſe purum expli cite, & poſitiue, *Rota in d. Toletana* 13. *Nouembris* 1609. *coram Cardinali Lancellotto Rota apud Seraph. deciſ.* 50. *verſ. quod ſi capitulum, & apud Manticam deciſ.* 274.

18 Secunda ſit concluſio, in hoc ſtatuto, exceptio impuritatis ſapit obiectum; continet enim quod quis deſcendat ex ſanguine infidelitatis infecto, ideoque eſt plenè & concludenter probanda, *cap. ſu. per his, de accuſ. cap. accedens de elect. cap. 1. & cap. vt circa eod. tit. lib. 6. Rota de eiſ. penult. & fin. de except. in nouiſ. Biſignet. deciſ. 2. & in ſpecie fuit dictum in prædicta Legionen. coram Blanchetto, & in Toletana coram Mantica, & in eadẽ 6. Nouembris* 1595. *coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Millino, & in Toletana* Canonicatus 10. *Septembris corã* R. P. D.

19 *Marcomontio.* Vnde licet impuritas in antiquis ad exemplum ignobilitatis probetur etiam per famam, *Hoſt. in cap. Noua le de verb. ſignif. Bald. in l.* 3. *C. de prob. Aretin. conſ.* 37. *num.* 1. *& ſeq.* tamen non aliter recipitur, quam ſi ſit fama perpetua, & illæſa apud omnes, & appareat oriri potuiſſe ex aliqua probabili cauſa; quæque contrariis probationibus non debilitetur, *cap. 2. vbi gloſ. verb. populi de elect. l.* Decurionum *C. de pæn. Bar. in l. de minore §. plurimum num.* 31. *de quæſt. Alex. conſ.* 173. *num.* 11. *lib.* 1. *Corn. conſ.* 130. *num.* 6. *lib.* 4. *Pariſ. conſil.* 11. *num.* 120. *lib.* 2. *Rol. conſ.* 30. *nu.* 48. *lib.* 1. *Rota in Oueten. Canonicatus* 24. *Iunii.* 1607. *coram* R. P. D. *Caualerio, & in d. Toletana Canonicatus* 10. *Septembris* 1608. *coram R. P. D. Marcomontio.*

20 Tertia concluſio, facta probatione impuritatis ex parte Capituli, poteſt pro uiſus contraria probatione probare ſuã puritatem, *Rota apud Seraph. deciſ.* 50. *verſ. quod ſi capitulum*, Probationes enim poſſunt concurrere, & fortiores ſem

21 per attenduntur, *l. Diuus, vbi Bart. ff. de in integr. reſtit. l. ſi quis adulterium C. de adulter. cap. per tuas, qui fil. ſint leg. cap. quia, vbi not. de præſumpt. Gram. Calcan. & alii, quos refert, & ſequitur Gabr. conſil.* 159. *num.* 10. *lib.* 1. Et ſi contingat

22 fieri duplicem probationem æqualem, nempe puritatis, & impuritatis, ſemper præualet illa, quę eſt pro puritate, quia in concurſu ſemper præualet fama bona, *cap. cum in tua, vbi Abb. nu.* 3. *de ſponſal. Specul. tit. de inqui. §. nunc tractemus verſ. quod ſi teſtes, Bald. in l. fin. verſ. ex hoc deciditur ff. de fer. & in l. diuus, verſ.* 4. *eſt argumentum ff. de mil. teſtam. Felin. in cap. cum contingat num.* 2, *verſic. item intellige de reſcript. Corn. conſilio* 136. *num.* 4. *Alex. conſ.* 143. *num.* 7. *lib.* 2. *& in ſpecie Rota in prӕcitata Toletana Canonicatus, coram* R. P. D. *Marcomontio & iteram in Tolet. portionis* 22. *Iunii* 1609. *coram Illuſtiſſ.* D. *meo Card. Sacrato.*

Quarta concluſio, facta ſemel informa

23 tione, ſeu probatione de genere pręrendentis ſi excludatur, ad huc poterit petere iterato fieri informationem, quia cũ talis informatio ſit ſummaria, & imperfecta; quinimmo fiat per commiſſarios à capitulo deputatos, ſit ſine cauſę cognitione, & conſequenter nuſquam præſtat ex-

24 ceptionem reiiudicare, *Bar. in extrauag. ad reprimendum verb. denunciationẽ quomodo in crimine Rota Ianuen. deciſ.* 3. *n.* 6. *& 9. Rauden. conſ.* 17. *num.* 54. *&* 55. *par.* 6. *& in ſpecie Lara de anniu. & capellan. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 90.

25 Et pari ratione ſi quis nominauerit certos parentes, & propter eorum maculas fuerit excluſus, poterit poſtea docto de errore nominare alios de quorum genere fiat probatio, argumento *l. interrogatam c. deliberal. cauſa. Lara loco citato num.* 33.

26 Cæterum admiſſus ſemel vt purus ad capellaniam, ſiue præbendam, ſi illi reſignet, poterit aliam in eadem eccleſia obtinere abſque noua probatione, quia cum ſemel conſtiterit de generis qualitate, non eſt opus alia demonſtratione, *l.* 1.

Digitized by Google

l. 1. §. fin. in fine de dote preleg. Perez de Lara loco ſæpe citato num. 87. *cum ſeq.*

27 Dixi in eadẽ ecleſia quia ſemel admiſſus ad vnã eccleſiã ſi petat ſe admicti ad aliã, eget noua probatione, niſi forte fuerit admiſſus per ſententiã latam in contradictorio iudicio, quia tunc facit ius quoad omnes, *cap. in cauſis de ſent. re iud. l. fin. vbi* Doct. *C. de legib. idem* Lara *loco cit. num.* 20. *&* 21.

28 Quinta concluſio, quatenus ſtatuta prędicta repellunt deſcendentes hæreticorum, comprehendunt etiam natos antequam parens incideret in hęreſim, *Claud. de Seiſell. in l. ad quod ff. de iuriſd. omn. iud. Rota deciſ.* 104. *lib.* 2. *num.* 4. *par.* 3 *diuerſ.*

29 Et cum vtantur verbo progenie, quæ accipitur pro linea deſcendẽtium, *l. vlt. C. de emancip. lib. Franch. in cap. ſi pater num.* 10. *verſ. quarta de teſtam. lib.* 6. merito non exigit probationem maculæ in certo gradu, ſed ſufficit quod ipſa progenies ſit infecta, *vt Rota reſpondit in Toletana portionis* 30. *Martii* 1565. *corã Gropperio, & apud Manticam deciſ.* 154. *num.* 7. *&* 8.

30 Sexta concluſio Indi, & Ethiopes recenter ad fidem conuerſi, non excluduntur ab eccleſiis à quibus vigore ſtatuti repelluntur deſcendentes à Iudæis, vel Mauris, quia cum ipſi nõ deſcendant neque a iudæis, neque a Mauris, ſequitur quod ſi in eis non concurrit qualitas requiſita per ſtatutum, neque verificatur

31 diſpoſitio ſtatuti, *l. ſemper in ciuitate ff. de iure immun. l.* 1. *§. quod autem, vbi* Bar. *ff. ne quid in loco publ. & in l. fulcinius §. cum hoc num.* 1. *ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur.* Io. And. Gem. *& alii in c.* 1. *de homicid. Alex. conſ.* 41. *n.* 5. *lib.* 4. *Mãtica deciſ* 258. *num.* 6.

32 Excluduntur tamen ab ijs eccleſiis in quibus ſtatuta repellunt Neophytos, vel deſcendentes ab Infidelitatibus, & in hoc caſu procedere poteſt opinio Perez, de Lara aſſerentis ita apud Hiſpanos ſeruari, *in tract. de anniuerſ. & capell. lib.* 2. *ante num.* 141.

33 Septima concluſio, Expoſiti non repelluntur ab eccleſiis in quibus vigent ſtatuta quod admictantur tantum deſcendentes ab antiquis chriſtianis, ita in ſpecie ſcribit *Perez de Lara loco citato, num.* 39. *&* 40. *cum ſequen.* & quidem iure merito, quia cũ verſemur inter Chriſtianos, in dubio quis pręſumitur natus ex antiquis Chriſtianis, *cap. veniens infine de preſbyt. non baptiz. & ibi Anchar. num.* 6. *Card. num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Infidelis per baptiſmum efficitur noua creatura.*

2 *Qualitas precedens baptiſmum non habetur in conſideratione.*

3 *Infidelis baptizatus efficitur ciuis illius loci in quo baptizatur.*

4 *Plebeius adoptatus à ſenatore, efficitur nobilis.*

5 *Qualitas conſanguineorum confert ad nobilitatem.*

6 *Nobilitas Neophyti non eſt comparanda nobilitati Chriſtianorum antiquorum.*

ARGVMENTVM.

Neophyti an debeant recenſeri inter Nobiles, vel Ignobiles Ciuitatis.

CAP. VIII.

1 CVm infidelis per baptiſmum efficiatur noua creatura, *cap.* 1. *& cap. denique* 26. *diſt. capit quomodo de poenit. diſt.* 2. *gloſſ. in capit. ferrum verb. quod non fuit* 50. *diſt.* Inde reſultat vt qualitas præcedens baptiſmũ nõ habeatur in cõſideratione, ſed habeatur perinde ac ſi die quia baptizatur in lucem prodeat. Vnde duo conſequenter reſultãt, primum quod infidelis baptizatus, efficitur ciuis illius ciuitatis in qua baptiſmum ſuſcepit, vt expreſſe cauetur *ex conſtitutione Pauli* 3. 32. *in ordine bullarii*, generatio enim ſpiritualis non de-

bet eſſe inferior naturali, *cap. debitum de baptiſm. Lucas de Penna in l. ciues, col. 2. in fine verſ. nam præter cauſam C. de incol. & vbi quis domicil. lib. 12.*

3 Secundum quia tales debent haberi,
quales ſe gerunt poſtquam ſunt ad fidē
conuerſi, ſcilicet vt ſi poſt conuerſionē
ignobile exerceant artificium, debeant
inter ignobiles reputari, ſi autem nobili-
ter viuant, incipiant primum gradum no
bilitatis, vt viſa eſt ſentire, *Rot. deciſ.*
4 *249. tom. 1. par. 1. in recentior.* Si qui-
dem ſi plebeius à Senatore adoptatus
conſequitur nobilitatem adeo, vt dica-
tur filius Senatoris, *l. Senatoris filium 5.
ff. de ſenat. Rayner. in tract. de nobil. p. 4.
q. 5. quæſt. principali*, vel ſaltem nonni-
hil ſit illuſtrior, *Tiraq. eod. tract. capitul.
15. num. 6. verſ. fatendum*, vtique mul-
to magis ſufficere debet baptiſmus, qui
illum facit Chriſti filiū, *c. maiores §. cautè*
5 *de baptiſmo.* Et hæc eo fortius procedunt
ſi conuerſus ad fidem reperiat Cognatos
ante conuerſos, nam eorum qualitas plu
rimum confert nobilitati, vel ignobili-
tati Neophyti, *Rota deciſ. 249. tom. 1.
par. 1. in recentior.* vbi propterea cenſuit
dotem ab Auo Nepti Neophitæ in ſubſi
dium eſſe conſtituendam in ſumma ſcu-
torum mille; quia licet iſta Neptis reſpe
ctu Cognatorum, quos habebat in Iu-
daiſmo non poſſet prætendere aliquam
nobilitatem, *l. fin. C. de iudeis*, tamen re-
cipiebat fomentum à onſanguineis à
multis retro annis conuerſis, & nobiliter
viuentibus.

6 Quæ omnia vera licet ſint, veriſſimū
tamen eſt, talem nobilitatem non eſſe
comparandam nobilirari Chriſtianorum
antiquorum, *Rota apud Caeſ. de Graſſ.
deciſ. 2. ſub n. 5. verſ. item adeſt aliqua
ſuſpitio, & ſub num. 10. verſ. non obſtat,
de ſponſal. & d. deciſ. 249. ſub num. 5.
par. 1. in recentior.*

SVMMARIVM.

1 *Iura competentia infidelibus competunt eis etiam poſt baptiſmum.*

2 *Conuerſi ad fidem debent eſſe maioris conditionis quam erant ante conuerſionem.*

3 *Neophiti retinent omnia bona quæ habebant dum erant infideles.*

4 *Neophiti proprijs bonis ſpoliati debent à Principe reſtitui.*

5 *Bona ex vſura quæſita an ſint à Neophitis reſtituenda & num. 6.*

7 *Ius inquilinatus competit hebrais etiā poſt quam ſunt ad fidem conuerſi.*

8 *Neophiti ſuccedunt parentibus infidelibus perinde ac ſi baptizati non eſſent.*

9 *Ingratitudo erga parentes per conuerſionē ad fidem purgatur.*

10 *Ingratitudo erga parentes purgatur per religionis ingreſſum.*

11 *Neophitis debentur alimenta à parentib. infidelibus, perinde ac debebantur eis ante baptiſmum.*

12 *Filia ad fidem conuerſa eſt à parentibus dotanda.*

13 *Alimenta & dos, et donatio propter nuptias debent conſti tui iuxta vires patrimonij.*

14 *Infidelis conuerſus ad fidem mutat ſtatū in melius.*

15 *Filia ad fidem cōuerſa an poſſit petere dotē à patre infideli. ſi pater non habeat niſi bona ex vſura quæſita, vſque ad num. 16. 17. & 18.*

19 *Liberis ad fidem conuerſis debetur legitima, vt num. 20.*

21 *Legitima quæ debetur liberis ad fidem conuerſis quomodo taxanda.*

22 *Baptiſmus non extinguit actiones neque actiuas, neque paſſiuas.*

23 *Actiones non extinguntur per ingreſſum religionis.*

24 *Conuerſus ad fidem tenetur ex delicto parentes infidelis. amplia vt num. 25.*

25 *Conuerſis ad fidem tenetur ex delicto patrato ante baptiſmum.*

26 *Delictum non tollitur neque pro baptiſmum, neque per libertatem.*

27 *In delictis cū conuerſi ad fidem ſine fraude mitius agitur.*

ARGVMENTVM.

An Neophyti retineant iura, quæ ſibi competebant ante baptiſmum.

CAP.

CAP. IX.

1 EAdem prorſus iura quæ competebant infidelibus ante baptiſmum competunt eis Chriſtianis effectis, ita docemur *ex cap.iudai el 2. eod. tit. de iudais, ibique Doct. communiter, & ſignanter* Butr. *num.* 5. *Anan. nu.* 1. Abb. *num.* 1. Alex. *conſ.* 104. *num.* 1. *lib.* 4. *Brun. in tract. ſtant. maſcul. art.* 6. *num.* 61.

2 Ratio eſt, tum quia debent eſſe maioris conditionis poſt baptiſmum, quam erāt antequam fidem ſuſcepiſſent *d. cap. iudai*, tum etiam quia aſſequutio nouæ dignitatis non aufert, ſed confirmat priſtina iura, *l.* 3. C. *de Silentiar. lib.* 12.

3 Vnde deducitur primo, quod Neophyti retinent omnia bona, quæ habebant in infidelitate, *d. cap. iudai, vbi Abb. num. primo, Anan. num.* 1. Felin. *in princ. & coeteri paſſim, Prapoſ. in cap. gaudemus de diuort.* Alex. *et* Brun. *locis citatis, Abb. in cap.* 2. *col. fin. de conuerſ. Infidel. & in cap. debitum col.* 2. *in fine de baptiſm. Marq. de iudeis par.* 3. *cap.* 2. *num.* 11. *& hoc peculiari lege eſt cautum in Regnis Aragonum* 4. *Idus Martii* 1242. *vt in* Conſtis. Concil. *Tarraconen. lib.* 5. *tit.* 5. *de iudais eſtque hodie conſtitutum ex proui di Conſtitutione Pauli Tertii* 32. *in ordine Bullarii, qua incipit cupientes.*

4 Extenditur hęc prima deductio vt ſi quis audeat Neophytos propriis bonis ſpoliare, Princeps ſæcularis teneatur ſub poena excommunicationis eos ad priſtina bona reſtituere, *d. cap. iudai, vbi hoc ſpecialiter notat* Anan. *num.* 1.

5 Eadem prima deductio limitatur ne procedat in bonis ex vſura quæſitis, quæ Neophyti tenentur reſtituere iuxta diſpoſitionem *capituli cum tu de vſur. per quem ita ſcribunt Anan.* Felin. *Abb. & Alex. locis citatis,* Campeg. *de dote q.* 47. *Marq. de indais par.* 3. *cap.* 8. *verſ. nec pramiſſa* Sicuti *etiam tenetur reſtitue re res furto ſubtractas, ſiue mobiles ſint ſiue immobiles, vt poſt* Goffred. *ſcribit, & recte Anan. loco ſapè allegato* Campeg. *loco citato ante num.* 5. *verſ. & ideo.*

6 Hęc prima limitatio eſt declaranda, vt procedat quatenus perſonæ, quibus eſſet facienda reſtitutio, ſint notæ, cæterum ſi ſint incerte, ſedes apoſtolica in fidei fauorem, & vt infideles facilius ad fidem alliciantur condonat eis omnia, & quęcūq. bona ex vſura, & illicito quęſtu acquiſita, vt in dicta conſtitutione Pauli tertii 32. §. 1. ſubdens ne ſuper bonis huiuſmodi quouis quæſito colore poſſint moleſtari. Quinimmo etiam in caſu in quo perſonæ, quibus eſt facienda reſtitutio ſunt notæ, ſi reſtitutio non poſſit in promptu commodę fieri, ſufficeret cautio de illis reſtituendis, *cap. quanquā de vſur. lib.* 6. *cap. debitum de baptiſm. & vtrobique Doct. Card. in cap. debitum de baptiſ.* Anan. *in cap. de iudeis ſub num.* 1. *verſ. ſufficeret tamen,* Campeg. *d. q.* 45. *nu.* 5. *verſ. ipſe tamen.*

7 Deducitur ſecundo, quod ius inquilinatus, quod Hebræi vocant Gazaka ad effectum vendendi competit etiam Neophytis, vt probaui ſupra *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 6.

8 Deducitur tertio, quod Neophyti ſuccedunt parentibus, & conſanguineis eodem modo, & forma quo ſuccedere poterant ante baptiſmum, ita probatur *in d. capit. iudei, ibi, portionem hareditatis ſua, & bonorum ſuorum eis faciant integre exhiberi, & in l. cognouimus* C. *de haret. cap. denique* § *quid de talium* 26. *diſt. gloſ. in capit. iudeorum* 28. *q.* 1. *Imol. in cap. Ranusius de teſtam.* Abb. *in d. cap. iudei num.* 3. *ibique Felin. num.* 3. Tiraq. *de primog. quaſt.* 66. *num.* 41. *Brun. in tract. ſtantib. maſcul. art.* 6. *nu.* 61. Campeg. *de dote par.* 1. *q.* 47. *eſtq. hodie conſtitutum in eadem Conſtitutione Pauli Tertii* §. 1.

9 Quod procedit etiamſi filius ante baptiſmum commiſiſſet ingratitudinem erga parentes, ex qua meruiſſet ex hęredari, quia per conuerſionem ad fidem omnis ingratitudo purgatur, ac recuperat ius ſuccedendi, perinde ac ſi nullam

ingra.

ingratitu dinem commiſſiſſet, *Hoſt. in d. cap. iudei, ibique Felin. ſub num. 1. Marquard. de iudeis par. 3. cap. 6. ſub nu. 30.*

10 Facit quod ingratiiudo purgarur per ingreſſum religionis, *cap. liceat 19. q. vlt. Auth. de ſanctis epiſcopis §. licentiam damus, Anan. in d. cap. iudei num. 3. Feliv. num. 1. verſ. Sed mirum,* Ergo multo magis purgabitur per conuerſionem ad fidem, in cuius fauorem multa ſunt ſpecialirer conſtituta, *cap. in fidei fauorē de hæretic. lib. 6.*

11 Deducirur quarto, quod Neophyti poſſunt perere alimenta à parentibus, & liberis, ſicuti petere poterāt in infidelitate, *Salic. in l. cognouimus, C. de heret. Angel. in d. §. fuerat num. . . Inſt. act. ibiq; Iaſ. num. 114. Anan. in d. cap. iudei nu. 4. ibique Felin. ſub num. 2.* Sicuti etiam petere poſſunt donationes ante nuptias *d. l. cognouimus.*

12 Et pari ratione deducitur quinto, quod filia ad fidem conuerſa eſt à Parentibus dotanda, *d. l. cognouimus, Salicet Anan. & Felin. locis citatis Bal. in l. mater, C. de iure dot.* Angel. *in Auth. res quæ C. commun. delegat.* Campeg. *d. quæſt.* 13 47. Alimenta autem, & dos, item donatio propter nuprias, ſunt conſtituenda, iuxta vires patrimonii *d. l. cognouimus ibi in omni caſu ſecundum vires patrimonii, & ibi Doct. communiter.* Et quia, infidelis conuerſus ad fidem mutat ſtatum in melius, *d. cap. iudei, vbi Anan. n.* 14 1. Ideo alimenta, dos, & donatio propter nuptias ſunt conſtituenda, habita ratione ad ſtatum quem retinet, poſtquam eſt ad fidem conuerſus, non autē habita ratione ſtarus, in quo reperiebatur in infidelitate, vt in facti cōtingentia reſpondit *Rota deciſ. 249. tom. 1. par. prima.*

15 Et ſicuti præmiſſa procedunt in Liberis, ita procedunt in parentibus, *capit. ſi qui filii 30. diſt. Bal. in d. l. neque mater C. de iure dot. Anan. in d. cap. iudei nu. 4. Brun. d. art. 6. num. 62.*

Dubitari contingit ſi non adſint niſi bona ex vſura, vel alio illicito quæſtu quæſita, An filia ad fidem conuerſa poſſit petere dotem in bonis patris. In qua dubitatione Campeg. *in tract. de dote q. 47.* poſt longam diſputationem reſider in opinione negariua, quam etiam ſequitur *Abb. in cap. cum tu num. 13. de vſur. vbi dicit hanc æquiorem, Marq. in tract. de iudæis par. 3. cap. 8. verſ ſed vlterius cogitanti,* vbi inquit hanc eſſe magis communem, & animæ ſalubriorem:

Contrarium tenet à fortiori *Federic. de Senis conſ. 63. quod incipit Quidam vſurarius,* vbi pluribus probat quod dos tradita filiæ per patrem vſurarium, Patre defuncto ſi ad plenariam reſtitutionem vſurarum hæreditas non ſufficiat, filia tenetur dotem ſuam in ſatisfactionem vſurarum conferre, & ſequitur *Laur. de Rodulphis in tract. de vſura q. 72. in fine, Anan. in cap. tu de vſur.*

Priorem opinionem ſequi ſi libeat, eam multipliciter: limita primo, vt procedat quando eſt certum bona patris eſſe ex illicito quæſtu quæſita, ſecus ſi hoc non conſtaret, quia in dubio quis præſumitur ditatus ex licito lucro, *l. merito ff. pro ſocio l. item apud labeonem §. ſi communem ff. de iniur.*

16 Limita ſecundo ne procedat, quando perſonæ, quibus eſſet facienda reſtitutio, eſſent incertæ, tunc enim cum vigore *d. conſtitutionis Pauli tertii* bona concedantur illis, qui conuertuntur ad fidem, vtique huiuſmodi fauor debet prodeſſe filiis, quia eadem ratione qua ſi bona eſſent propria, illis concederentur, eadem concedi debet, vt in illis poſſit conuerſus ad fidem petere quod ſibi debetur, argumento *l. illud ff. ad l. Aquil.*

17 Limita tertio, quando perſonæ, quib. eſſet faienda reſtitutio, ſunt certæ, ſed verſamur in dote ſoluta in pecunia, & tunc licet ſummo iure ſi pecuniæ non extent, poſſet concedi repetitio nihilominus de æquitate pluries probata in ſupremis Tribunalibus repetitio non datur, vt vtrumque probat *Afflict. deciſ. 190. Capic. deciſ. 178. Rota Ianuen. apud Chartar. deciſ. 19.* Rota in Romana computorum 28. Octobris 1604. & in Romana pretii fundaci 20. Februarii 1612. coram *Illuſtriſ. D. meo Cardinali Sacrato, quæ corroborantur ex traditis per Feder. d. con.*

d. ελο conſilio 63.

18 Dixi, ſi dos eſſet ſoluta in pecunia, quia ſecus eſſet ſi fuiſſet traditus fundus in dotem, nam ille poſſet vindicari, eo quia tráſit cum conere ſuo, cap. ex tranſmiſſa de decim. & in ſpecie Marq. de iudeis dicto cap. 8.

19 Deducitur ſexto, quod liberis ad fidem conuerſis debetur legitima in bonis parentum, non ſecus ac debetur liberis infidelibus, d. l. cognouimus, vbi Bal. Salic. & reliqui C. de hæret. Anan. in d. cap. Iudæi num. 4. ibique Felin. num. 2.

20 Quinimmo in hoc ſunt melioris conditionis liberi ad fidem coñuerſi, nam filii regulariter non poſſunt petere legitimam, niſi poſt obitum parẽtum, l. prima, §. impuberi ff. de collat. bonorum, l. poſt emancipationem, ff de liber. legat. Bar. & alii in l. is poteſt, ff. de acquir. hæred. & in l. fin. ff. de liber. agnoſcend. At liberi ad fidem conuerſi poſſunt petere legitimam etiam in vita parentum, vt pluribus probant Anan. loco cit. Marq. d. par. 3. cap. 6. num 3. Et hæc opinio hodie non admittit contrauerſiam, cum diſertis verbis ſit terminata in d. conſtitutione Pauli tertii in princ.

21 Cęterum in quantitate legitimæ taxanda, ſunt computanda etiam bona ex illicito quæſita, quatenus perſonæ, quibus eſſet facienda reſtitutio non ſint certę ex traditis ſupra num. 15.

22 Et hęc quemadmodũ procedunt in iuribus actiuis, ita procedunt in paſſiuis, quia per baptiſmum non extiguuntur actiones coeteris competentes, cap. gaudemus, vbi notant Doct. communiter de diuort. cap. deinde 26. diſt. cap. ſi res 24. d. q. 6. Anan. in d. capit. iudæi num. 2. Ruin. conſ. 13. num. 1. conſ. 130. num.
23 primo, & 3. Marq. de iudæis par. 3. cap. 2. num. 11. & cap. 5. ſub num. 6. Facit quod per ingreſſum Religionis non tolluntur iura aliis competentia contra religioſũ, Hoſt. in d. cap. gaudemus de diuort. gloſſ. & Doct. in Auth. niſi rogati, C. ad trebell. Doct. in præſentia de prob. Dec. d. conſil. 130. ſub num. 3.

24 Qua ratione conuerſus ad fidem tenetur alere parentes infideles, quia ad hoc ex ratione naturali tenebatur ante baptiſmum, cap. ſi qui filii 30. diſt. ibique gloſ. ſubdens filium non debere ſubtrahere ailmenta parentibus etiam pro augendo diuino cultu, & ſequitur ibi Gem. Anan. in d. cap. iudæi num. 4. Quod procedat etiam in concurſu extranei fidelis, vt reprobato Speculatore tenet gloſ. in d. cap. ſi qui filii, & iterum in cap. non ſatis 86. diſt. Hoſt. in ſum. tit. de tempor. ord. §. & cui verſ. Septima regula, Rain. & Goffr. in ſum. eod. tit. Marq. d. par. 3. cap. 4. num. 7.

26 Et ſimiliter tenetur ex delicto patrato ante baptiſmum ſecundum receptiorem opinionem, quam probant Hoſt. Butr. Præpoſit, et Abb. in d. cap. gaudemus de diuort. et iterum Præpoſ. in capitulo deinde 26. diſt. Abb. Soccin. et Aret. in c. de his de accuſat. ibique Anan. teſtatur de communi, Dec. conſ. 130. Ruin. conſ. 13. num. 3. & ſeq. lib. 5. Marq. de iudæis par. 3. cap. 5. num. primo. Sicuti enim per libertatem adeptam non tollitur delictum in ſeruitute commiſſum l. Athletas, §. Pomponius, et l. pen. de his qui notantur infamia, Ita per ſuſceptionem baptiſmi non tollitur poena delicti.

28 Quæ opinio procedit citra controuerſiam quando adeſſent inditia, quod baptiſmum eſſet ſuſceptum in fraudem ad poenam euitandam, vt probat Teſt. in c. ad abolendam de hæret. ibique Abb. nu. 6. Ruin. loco cit. ante n. 4. Similiter videmus quod qui efficitur clericus in fraudem delicti antecommiſſi, clericatus ſibi non prodeſt, Din. et Bar. in l. prima, ff. de poenis, Io. Andr. in cap. 1. de obligat. ad ratiocin. et in cap. propoſuiſti, de foro compet. alios referunt Menoch. præſumpt. 76. num. 35. lib. 6. Carol. de Graſſ. de effectib. Cler. effectu 1. num. 1128.

29 Cęterum fraude ceſſante cum infidelibus ad fidem conuerſis conſueuit mitius agi, quod fieri poſſe à iudice ex arbitrio ſcribit Ruin. loco cit.

SVMMARIVM.

1 Miles nouus quis dicatur.
2 Mancipia noua quæ dicantur.

Ciuis

3 *Ciuis nouus quis dicitur.*
4 *Vxor noua quæ dicatur.*
5 *Chriſma nouum quouſque dicitur.*
6 *Diſpoſitio loquens de Neophyto comprehendit cum qui annum in fidei profeſſione non expleuit. Limita vt n. 8. et 9. et 10.*
7 *Immunitas conceſſa nouis Chriſtianis competit baptizato intra annum.*

ARGVMENTVM.

Neophytus quouſque debeat dici nouus Chriſtianus.

CAP. X.

VIdeti poteſt, eſſe di-
cendum nouum
Chriſtianum in-
tra annum a die
ſuſcepri baptiſma-
tis computandũ,
poſt annum vero
eſſe recenſendũ
inter Chriſtianos antiquos exemplo mi-
1 litis, qui dicirur nouus quouſque anno
completo non militauerit, lapſo vero ha-
berur inter Vereranos, *l. qui cum vno, §.*
2 *fin. et l. commeator, verſic. Tirons, ff. de re*
milit. Boer. dec. 260. poſt. princ. Mandoſ. in
caſib. annal. quæſt. 74. Mancipia etiam
noua intelliguntur quæ anno nondũ ſer-
uierunt, vlterius vero inter veterana com-
putantur, *l. fin. §. quoties, verſic. ſunt au-*
tem, ff. de publican. et vectigal. Card conſ.
34. poſt num. 3. verſic. vbi mancipium,
Budeus in l. fin. col. 6. verſic. vt ad rem, ff.
de adil. edict.

3 Item, & Ciuis dicitur nouus intra an-
num, *Bar. Alber. et Caſtr. in d. l. fin. §. quo-*
ties Boer. loco cit. Curt. Sen. conſil. 27. nu.
18. Iaſ in l. 1. ſub num. 70. C. de Sacroſan-
ctis Eccleſ. Vincent. de Paleott. inter conſi-
lia Alex. conſil. 54. lib. 4. Io. de Canib. de
exequut. vltim. volunt. par. vlt. quæſt.
penult. Cur. Iun. conſil. 19. ſub num. 5.

4 Et ſimiliter vxor noua dicitur intra
annum nuptus, *cap. 1. 35. quæſt. 8. et ibi*
gloſ. in verb anni coronam, Card. conſ. 34.
ſub n. 3. verſ. et ſic noua dicuntur Bertach.
de Gabell. par. 7. q. 32. num. 55.

5 Item, & Chriſma nouum dicitur quod
non excedit annum, *c. litteris de conſecr.*
diſt. 3. gloſ. in cap. generalis verb. de nouo
de elect. lib. 6. Bertach. loco cit. Vinum e-
tiam nouum dicitur intra annum, *l. ve-*
tus, ff. de tritico vino, & oleo legat.

6 Ex his regula conſtitui poſſe videtur,
quod in diſpoſitione loquente de Neo-
phyto in materia indifferenti, compre-
henditur tantum is qui annum in fidei
chriſtianæ profeſſione non expleuit.

7 Vnde immunitas conceſſa nouis chri-
ſtianis (niſi aliud ex voluntate con-
cedentis colligatur) competit tantum illi
qui eſt intra annum à die baptiſmatis, vt
colligitur ex traditis, per *Vinc. de Paleott.*
inter conſil. Alex. d. conſ. 54. nu. 2. lib. 4.

8 Limitatur primo, ne procedat in di-
ſpoſitione loquente de Neophyto ad ef-
fectum Epiſcopatus, nam ad itum effe-
ctum requiritur longæuitę probatio, iu-
ſta tradita ſupra hoc eodem *lib. c. 2.*

Limitatur ſecũdo, ne procedat, ad effe-
ctũ vt poſſit ordinari, nã ſiue agatur de o-
nibus ſacris, ſiue de minoribus, ad mini-
9 mum requiritur biennium, *Roman. ſing.*
421. An factus Chriſtianus quem ſequitur
Campanil. in diuerſor. iuris canonici, rubr.
11. cap. 7. ante num. 5. quibus ſuffraga-
tur, quod Chriſtianus ingreſſus peculia-
rem religionem, non debet intra bienniũ
ordinari, *cap. Monaſteriis 19. q. 3. Hoye-*
da de incompat. par. 1. cap. 24. ſub num. 1.
verſ. neminem ad religionem.

Quod quidem multo fortius procedit
ſi fuerit baptizatus conſtitutus in egri-
tudine, nam cum in tali caſu eius fides
10 non ſit voluntaria, ſed ex neceſſitate
non debet ordinari niſi fides eius, & ſtu-
dium probetur, *cap. vnico 57. diſt. Rom.*
d. ſing. 421.

SVMMARIVM.

1 *Communio illa eſt interdicta fidelibus, cum Infidelibus ex qua poteſt oriri periculum ſubuerſionis.*
2 *Neophiti in quibus non poſſunt communicare cum Infidelibus, vide latè*
3 *Iudæi, & Infideles Neophytos, aut Cathecumenos ad fidem conuerſos, non poſ-*

ſunt

Digitized by Google

ſunt in eorum domibus recipere, aut cum eis comedere, aut dormire.

4 *Neophiti vt facilius in fide ſolidentur debent cum originariis Chriſtianis matrimonio collocari.*

ARGVMENTVM.

De interdicta communione Neophitorum, & Infidelium.

CAP. XI.

Licet inter antiquos Chriſtianos, & infideles nõ ſolum in ſpectantibus ad cultum, ſed etiam in rebus ſpectantibus ad vsũ politicum, illa
1 tantum ſi communio interdicta ex qua poteſt oriri ſubuerſionis periculum, iuxta ea, quæ latè tradita ſunt ſupra lib. 2. capitulo 42. nihilominus quia in Neophytis viget maius ſubuerſionis periculum, ideo cautius cum eis eſt agendum, *capitul. vbi periculum de elect. lib. 6.*

Eſt ergo Neophitis interdicta cum infidelibus omnis illa communicatio quæ eſt interdicta Chriſtianis antiquis, & vlterius ad maiorem cautelam vetitum eſt eis, ne quiſquam eorum audeat, aut preſumat ſub quouis prætextu, cauſa, vel colore comedere, bibere, aut dormire in domibus, vel apothecis Hebræorum, vel aliorum infidelium, vel alio in loco intra eorum ſectas, vel illa noctu ingredi, aut in eis pernoctare, ab eis munera, aut dona cuiuſcunque generis ne cibos quidem, vel potum, & præſertim azimos panes, & ſimilia, quæ pro eorum ſuperſtitione ſtatis temporibus parare ſolent, accipere, neque ad eorum conuiuia, & feſta accedere, neque Circuncisioni puerorum eorumdem Hebræorum intereſſe, neque domos, vel hoſpitia, in quibus Iudæi commorantur, habitare, opera medicorum, & ipſorum medelis vti, neque vllam denique cum eis familiaritatem, conſuetudinem, & conuerſationem habere. Quod vt facilius fieri poſſit vetitum etiã & prohibitum eſt ne quiſquam Neophytorum, & Cathecumenorum per ſe, vel per alium cum illis in mercatura, aut alia negotiatione communicet, vel ſocietatem ineat, immo ſi quam forte coeperit debeat eam intra octo dies diſſoluiſſe, & reſcidiſſe. Præterea ne audeant operari, aut operas ſuas locare in domibus apud apothecis Iudęorum, aut aliorũ infidelium, aut in domibus aliorum, in quibus ipſi iudæi operantur. Item ne quiſquam eorum audeat, vel præſumat in domos, vel apotechas ſuas recipere, & familiariter tractare cum quoquam Iudæo, etiam ſi Pater, Mater, Fratrer, aut alio conſanguinitatis, vel affinitatis gradu ſibi coniunctus eſſet, neque eis in domibus ſuis cibum, potum, aut lectum quo dormiant præbere, neque in alio quocunque loco, domo, caupona, vel diuerſorio, cum eis comedere, bibere, aut dormire ſub quouis prætextu, aut colore, neque etiam ad ſua conuiuia, nuptias, aut feſta illos inuitare, aut eorum opera, & ſeruitio in domibus ſuis vti, ſub poena viginti quinque ſcutorum auri in auro applicanda domui Cathecumenorum & etiam fuſtis quoad viros. Ita iuſſum reperio per ędictum olim *Illuſtriſſimi Cardinalis Sanctæ Seuerinæ de mandato ſanctæ memoriæ Clementis Papæ VIII. ſub die 28. Iulii* 1592.

3 Et viceuerſa de mandato eiuſdem Papę Illuſtriſſimus tunc Cardinalis Vicarius ſub die 17. Iulii eiuſdẽ Anni 1592. inhibuit Iudęis ſub grauibus poenis ne audeant vtriuſque ſexus Neophytos, aut Cathecumenos etiam ſi Pater, Mater Frater, aut Soror, aut etiam filius, & conſanguineus etiãſi infantes cuiuſuis ætatis, in eorum domibus recipere, & acceptare, neque ibidem cum eis comedere, aut dormire, aut ſocietatem, & negotium

Digitized by Google

tium aliquod ſeu conuerſationem cum eis, aut mercaturam aliquam facere, habere, aut tenere, neque cum eis ambulare aut laborare, vt conſtat ex ædicto iuſſu *Pii Papæ V. edito per tunc Vrbis Vicarium ſub die 30. Iulii 1569. deinde ſub grauioribus pœnis renouatum 17. Iulii 1592.*

Et vt facilius in fide christiana ſolidētur, Paulus tertius in eius conſtitutione 23. §. 5. locorum ordinariis iniunxit, vt ſtudeant ipſos cum antiquis Chriſtianis collocare, nec non & ſub grauibus pœnis eos coerceant, ne mortuos more maiorum ſepelliant, aut ſabbata, aliaſque ſolemnitates, & antiquæ ſectæ ritus quoquomodo obſeruent, ſed eccleſias, & prædicationes, prout alii Catholici, frequentent, & in omnibus chriſtianorum moribus ſe reddant conformes, vt in eadem *Conſtitutione* §. 6.

FINIS

Digitized by Google

FR. GASPARIS

RICCIVLLI A FOSSO

ORDINIS MINIMORVM

ARCHIEPISCOPI RHEGINI.

ORATIO

HABITA AD SACROSANCTAM TRIDENTINAM SYNODVM

Sub Pio IV. Pont. Max. Die XVIII. Ianuarij Anni 1562. qua primum haberi cæpit.

Q. Curtius de geſtis Alexandri. Paulus Oroſius l. 3. cap. 16.

SI daretur congreſſus cum vate aliquo, Illuſtriſſimi Apoſtolicę Sedis Legati, ac Patres ampliſſimi, vti de Nyliortu, vel Darii fuga Alexandrũ feciſſe aiunt, nõ pertunctarer ſint ne Pithagoreæ deciſiones in Coelo, Empedoclis Elementa, atomorum cõgeries, vel indigeſtum Anaxagorę Chaos, non denique de primis rerum ſeminibus, aut origine fontium, quorum ſcientia inflat potius, quam ædificat. Verum à certiori Oraculo ipſe libentius peterem Si Deus hominem rectum, ratione ornatum beatitudinis participem, & ſua inſigniti m— imagine creauit ab initio, cur ipſe ſuimet oblitus, & Dei, innumeris ſe immuiſcuit quæſtionibus? quo factum eſt, vt priori ſpoliatus honore, comparetur iumentis inſipientibus. Cur præterea eumdem hominem Dei bonitate per mortẽ filii eius ſuo candori reſtitutum, & ita enutritum in Euangelio, vt azimus, & noua conſperſio eſſe deberet, tantus ſtupor oppreſſit, vt ad veteris nequitiæ, & malitiæ fermentum reuerteretur? quinimo ad deteriora prolapſus eſt, dũ neglecta veritate quam in orthodoxa didicerat Eccleſia, poſt impias abiit opiniones, dicens capitis ſui tenebras eſſe lucẽ, & Eccleſiæ Catholicæ Lucẽ eſſe tenebras. Vtinam quo

Sap. 2.

Pſal. 48.

Eccl. 5.

noſtro tot non eſſent huius Inſaniæ ſectatores, vt vere dici non poſſet, *ſtultorum infinitus eſt numerus*. Magna properfecto circa Religionem illorum inſania eſt, qui cum Chriſtum opera bona, & pręcepiſſe, & exemplo ſuo commendaſſe legerint, & tandem voluiſſe pati, & ſic intrare in gloriam ſuam, ipſi tamen ſub tali capite genio, & deliciis, indulgẽtes, & in otio ſe viuere poſſe exiſtimant, & ſi qui hæc ipſa opera nõ negligant, ea tamen ad ſalutẽ minus neceſſaria eſſe dicunt, inanẽ reddentes illam fidei noſtræ confeſſionẽ, *Reddet Deus vnicuiq. ſecundum opera ſua, & qui bona, egerunt, ibũt in vitã æternam*. Cum autem ab Eccleſiæ initio Sacramentorum vſum ſemper fuiſſe legerint, (ritus enim, ſi qui aliquãdo mutati ſunt, hoc ideo factũ fuit, quia temporũ, & ſtatuũ cõditiones illud expetabant, ſed quantũ ad ſubſtãtiã attinet in eorum integritate, ſine, aliqua mutatione perſtitere) cur ea nunc proiiciunt, deteſtãturq. eo magis quod ſanguinis Chriſti, quo ipſi tantopere gloriantur, & in quo ſe vnice dicunt confidere, ſolo Sacramentorũ medio nos abluit, & Deo conciliat? Cum inſuper Beati Petri, eiuſque in Romana, & Apoſtolica Sede ſucceſſorum authoritatẽ eminentiamque ſuper cæteros, omnes ab ipſa Chriſti reſurrectione indubitatã acceperint, ad quos alii quęuis fidei grauia dubia, & eccleſię negotia tãquà ad ſupremos Doctores, & totius

Bernardus Tract. de paſſ. Domini.

Math. 16.

Ep. S. Lini ad Eccleſias orient.

Dominici gregis paſtores ſummos referebant, cur hodie ab eis tanta cum indignatione deficiunt? Vnde obſecro nefas tantum populis,& iis,qui aliquando paſtores erant? Vnde tetigit ò Chriſte tuos inſania ciues? Non deſunt in ſacris literis oracula, quibus meæ petitioni ſatiſfiat Dum enim de peccaroribus aiunt, Pſal. 81. non cognouerunt ,neque intellexerunt, in tenebris ambulant : peccata , & mala quæuis ex ignorantia prouenisse, oſtendunt; Ariſt. in 3. Eth. Quæ eſt alrera peccatorum origo, & cauſa, nec immerito, *omnis enim prauus ignarus eſt,et nemo amplicletur vitiũ niſi ſubſpecie honeſti:nec virtutem odiſſe poterit , niſi turpitudinis ſpeciem præſetulérit*; ſi enim illius formam oculis corporeis ſpectaremus , magnum (vt dicebat Piato) ſui amorem excitaret in cordibus In Menone. noſtris: Eadem oracula cum de eiſdem peccatoribus dicunt, obcæcauit eos malitia eorum. Sap. 2 Alteram oſtendunt vitiorũ cauſam,malitiam ſcilicet priori longe deteriotem : quibus ignorautiæ, & malitię morbis intellectus,& volũtas,animæ noſtræ vires præcipuæ inficiuntur,vt fuit ab initio;& ſic homo à ſua rectitudine receſſit, comparatuſque eſt iumentis inſipientibus. At Dominus , qui miſericordia, & miſerationibus diues eſt , noluit hominem in tenebris , & vmbra mo:tis derelinquere; ſed ei ineffabilem bonitatis ſuæ dexteram porrexit oriens ex alto, Luc. 1 ipſe inquam pater , ac Dominus , qui condidit, firmauitque Cœlum, qui libratam ſua magnitudine terrã valiauit mõtibus, Sap. 2. mare circundedit, amnibusque diſtinxit, qui quicquid in hoc mirabi!e cernitur conflauit , ac perfecit ex nichilo, perſpectis erroribus noſtris ducem miſit quia viam nobis iuſtitiæ panderet,quem audiremus,quem ſequeremur,cuius monitis , Ioannis. 3 & præceptis deuotiſſime pareremus quem,qui non audierunt,iam iudicati ſunt, quia lux venit in mundum , & illi dilexerunt magis tenebras,quã lucẽ. Verum enim vero ex iis,qui eum audierunt, Act. 11. & ſe eius nomine Chriſtianos eſſe profitentur,alii moribus diſſentiunt , alii vero doctrina; primis ſacramentorum remedia contulit, quibus veſtem , quam amiſere, candidam recuperare, & in viã potuerunt redire iuſtitiæ . Aduerſus vero erroneam hęreticorum doctrinam pertinaciamque,Patrum exhortationes,& tãdem oecumenica concilia inſtiruit.Quippeque ad euellendas hæreſes præcipua ſemper fuere medicamenta, ita vt ipſe Dominus ſaluti noſtre ſemper conſulere viderur; olim quidẽ per filii ſui immiſſionẽ, deinde vero per internas inſpiritationes,per patrũ exhorationes,per Sacramẽtorũ myſteria, & in arduis rebus vti nũc ſunt per generalia concilia; vbi Chriſtus aſſiſtit,& Spiritus Sãctus operatur: cuius Matth. 18 directione, & nutu totum Eccleſiæ Corpus ſanctificatur, & regitur ; hæc itaque Patres Sanctiſſimi cauſa fuit , cur vos à Chriſti vicario(cui ſoli hæc poteſtas data eſt)in hunc ſacrũ,& legitimũ coetũ vocati eſtis, vt ſcilicet prudentia veſtra,& ſingulari doctrina errores adiuuante Deo eradicentur, veritas catholica confirmetur, & pax reſtituatur Eccleſiæ: in eũ .n. Spiritus Sãctus potiſſime cõcilia introduxit finẽ;vt ſi quæ inter chriſtianos de re fidei orta eſſet diſſenſio,patribus in vnũ conuenientibus per inuocationẽ nominis ſui veritas appareat, errores, opiniones:& ſchismata,quæ in Religione emerſerunt, ipſorum, Conciliorũ auctoritate amputentur, & poenitus extinguantur. Quæ,& quanta ſit conciliorum, & Eccleſiæ authoritas , qualeſue voſmetipſos patres in hoc negorio gerere debeatis, omni verborũ ornatu, & lænocinio excluſo breuiſſime percurremus. Scriptura cum non ab humana voluntate ; ſed à Deo ipſo authoritatem acceperit, ideo nullus vnquam fuit ſanæ mẽtis,qui illi contradicere, aut aliquid falſum,inconſtans,vel otioſum obiicere præſumpſerit. Eccleſia ẽr nõ minorem à Domino authoritatem obtinuit,ita vt quicunque eam audierit, vel ſpreuerit, Deum ipſum audiuiſſe, vel ſpreuiſſe dicatur,ei datum eſt inter canonicum, & apocriphum, Catholicũ,& Hę- Luc. 10. reticum diſcernere , fideliter ſcripturas interprętari,peregrina, & noxia reſpuere,& amplecti vtilia; vnde non abre Augustinus dicebat ſe Euangelio non credere,niſi illũ authoritas Eccleſię cõmouiſſer. Contra Ep. fund. Manich. Verũtamẽ cũ fideliũ cętus prælatorũ Cõuẽtus,ac Prælatus ipſe nomine Ec

cle-

cleſiæ intelligantur licebit eos ſub eo-
dem nomine appellare. Cum autem ca-
put Eccleſię Chriſtus ſit, cuius ſpiritu il-
luminata in ijs, quæ ad fidem pertinet,
errare non poteſt, quicunque ei non cre
diderit, & in eis, quæ ab ea determina-
ta fuerint, nō acquieuerit, repugnat ipſi
Matth.18. Chriſto, & ex eiuſdem ſententia tanquā
Ethnicus, & publicanus habendus eſt.
Nec ſunt audiendi, qui denuo de ijs re-
ferre volunt, quæ ſemel Sacra Concilia
determinarunt, & ab Apoſtolica Sede
confirmata ſunt, ſiquidem hoc nihil a-
liud eſſet, quam Siſiphium voluere ſaxū,
& cum in pelago dubitationum fluctua-
mus, portum quietis, & veritatis nunquā
attingere. Deſideratur (proh dolor) Con
cilium ab omnibus, qui eius erit finis?
quæ vtilitas, & quis vſus, ſi poſtquam de
cretum in eo quicquam fuerit, illud de-
nuo aliquibus in dubium reuocare, vel
diſputare licebit? Idem profecto iis eue-
niet, quod febricitantibus euenire con-
ſpicimus, quibus dulcia quæuis morbi
vitio amareſcunt: qui ſuperioribus Con
ciliis non credunt, nec iis credēt, quæ fu
tura sūt: ſicuti qui non credebant Moy-
Luc.16. ſi, & Prophetis, nec illi, qui à mortuis ſur
rexiſſet credituri erant. Sed quia Hæreti-
ci ſemper Conciliorum auctoritate dam
nati fuerunt, mirandum non eſt, ſi con-
tra eandē authoritatē ſua ſpicula iaciūt,
arbitrati blaſphemiis, & argutiis quibuſ
dam poſſe illam demoliri: aiunt enim
ſe nullius velle ſtare iudicio, niſi ſolius
verbi Dei, quippe quod ſolum eſt verax,
& manet in æternū: at Conciliorum veri
tas cum hominum iudicio, ac voto nita
tur, qui natura mendaces ſunt, ea poſsūt
falſitate alios fallere, quia ipſi decipi
poſſunt; quare hinc fit, vt aliqua vnius
Concilii decreta ab altero ſępe numero
reuocata fuerint. impiorum vox eſt ad-
uerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum
eius. *Dirūpamus (inquiunt) vincula eorū,*
Pſal.2. *et proiiciamus à nobis iugū ipſorum: ſed qui
habitat in Cælis irridebit eos & idem Do-
minus ſubſanabit illos.* Si vere diuini ver-
bi iudicium magnifaciendū exiſtimarēt,
Eccleſiā, & illius proceres audirēt, quos
verbū Domini præcipit eſſe audiendos:
fatemur homines eſſe mēdaces, dum lo-
quūtur à ſe ipſis, at cū in Christi nomine
congregari ſunt de ſumma religionis, &
fidei tractaturi, licet in examinanda veri
tate interdum diſcrepent, in decretis tñ
non ipſi ſunt, qui loquuntur; ſed Spiritus Matth.10
Sanctus, qui loquitur in eis. Vnde Conci-
liorum determinationibus apte, quod A-
poſtoli docuere apponitur; *Viſum eſt Spi
ritui ſancto, et nobis.* Cum ergo determi Act.15.
nationes veſtræ, patres Sanctiſſimi Spi-
ritui ſancto pręcipuè tribuendę ſint, cer
te ille ſpiritus veritatis, ſicut non poteſt
falli; ita neq; vos decipi patietur. Fate-
mur etiam ſępe contingiſſe, vt ſemel de
finita, poſtea reuocata fuerint; ſed nun-
quam in iis, quę ad dogmata fidei per-
tinent, factum fuiſſe legimus; ſed ad mo-
res, & ritus tantum, quippe qui pro tem
porum, & locorum varietate mutari poſ
ſunt, & interdum debent, vt Apoſtolos
aliquando feciſſe legimus, & dum abſti-
nendum à ſanguine, & ſuffocatis ſtatue-
runt, & quaſdam legis cærimonias per-
miſere: at Paulus Thimotheum circum- Act.15
cidi, & ipſemet more gentis ſuę purifica Act.21.
ri voluit, ne eſſent iudęis credentibus of
fendicula, & Synagoga ſine honore ſe-
peliretur, quorum exemplo poſteris lo-
cis, & temporibus prudenter aliquid cō
donarunt: ſed in iis, quę ad fidem perti-
nent, quod ſemel determinatum eſt, mu
tatū fuit nūquā, nec aliquid erroris inuē-
tū ad hęc vſq. infoeliciſſima tēpora, quod
ſine lacrimis commemorare non poſſu-
mus; quibus à mille, & trecentis annis
Eccleſiam erraſſe contenditur. Fortè id
ſcilicet, ideo euenit, quia dormiente eius
ſponſo Chriſto tandiu in erroribus flu-
ctuauit, fuiſſetq; funditus ſummerſa, niſi
illum à ſomno Lutherus excitaſſet. Quis
tam impias voces perferre queat? quis
tam ferreus, vt teneat ſe? & hoc audiens
iuſtiſſimo dolore, atq; indignatione ſe
commoueri non ſentiat? dum enim his
blaſphemiis Sathanæ miniſtri Eccleſiam
nituntur deprimere, Chriſtū eius ſpōſū
promiſſorum fide, & veritate expoliant; Pſal.88
ipſe .n. ait, *quæ procedunt de labiis meis
non faciā irrita*: irrita certè eſsēt verba
eius ſi Eccleſia erroribus (vt ipſi dicūt) diu

Ioan 14.

ſuccubuiſſet:ipſe ait rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, non erroris, ſed ſpiritum veritatis. & alibi ait; *vobiſcum ero vſque ad conſumationem ſæculi*, quæ promiſſio non ſolis illis, quibus cum loquebatur facta eſt, qui, nec in terris in æternum, neq;erunt vſque ad conſumationem ſæculi permanſuri; Sed Eccleſiæ facta eſt, cuius ipſe eſt caput dico nõ errantium, aut erroris; ſed veritatis. Non caſu veniſſe iudico, vt hic dies, quo tot ſuperatis difficultatibus, & ſuſpenſione ſublata œcumenicum hoc Concilium aperiretur Cathedræ Petri Sacer eſſet, ac eodem die Euangelium nobis legeretur, quando Chriſtus, mater eius Sanctiſſima, & diſcipuli ad nuptias inuitati conuenere: vtrumque enim huius diei miniſterio conuenit: in Cathedra,

Ioan. 2.

quam Petrus ſibi eiuſque ſucceſſoribus Romæ erexit, Romanæ Eccleſiæ eminentiam, ac dotes præcipuas licebit inſpicere, quas ita in Petro ſuſcepit à Domino, vt ſuper cunctas alias ſupremũ magiſterium, & ducatum obtinuerit; *Tu inquit*

Matth. 16

es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; Chriſtus enim, ſicut ſibi tanquam primario, & independenti capiti vniuit Eccleſiam, ita vt eadem ſemper habeat caput viſibile, Petrum conſtituit, quem Cepham appellauit, ideſt petram, ſuper quam Eccleſiam ſuam fundandam eſſe dixit, & quemadmodum in Sacramentis operatur omnia ipſe ſolus, miniſterio tamen vtitur viſibilium Sacerdotum, ſic viſibilem in terris miniſtrum elegit, per quem Eccleſiæ molem hanc ſuſtineret, & gregem ſuum viſibilem, inuiſibilis ille gubernaret. At Hæretici, qui nihil ſtudent accuratius, quam Petri ſucceſſorem Chriſti Vicarium exoſum omnibus reddere, vt vnitas in Eccleſia diſſoluatur, diſſeminant, nos, dum Petrum Eccleſiæ caput, vel fundamentum prædicamus, Chriſto petræ primariæ, & angulari lapidi, ac fundamento pręcipuo præter quod nullum aliud poni poteſt, eodem modo; derogare, vbi ſicut in alijs decipiuntur, & alios

Clemens Rom. Cypria.

ſtudent decipere. Nos enim potius Chriſti gloriã, & maieſtatẽ extollimus, dum

Ath. Aug. Greg. Pet. de prima. cu Petri.

eũ, qui a principio creaturas omnes voluit bonitatis ſuę participes, prædicamus participatione quadam tempore gratiæ voluiſſe illam hominibus copioſum, & auguſtius communicare: ità vt cum ſolus ipſe ſit lux mundi, ſolus poſſit peccata dimittere, tamen quod ipſe eſt natura, contulit vt alij fierent per gratiã: qui ſacerdos eſt, ſacerdotes facit, & qui petra eſt, petram facit: Vnde quod dixit, ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meã, ita ad Chriſtum, & ad fidem, quam Petrus Confeſſus eſt refertur, vt niſi ad Petrum ipſum referri etiam intelligas, diminute credas, & propè nihil, neq; vbi ſit Eccleſia ſcies: nã ſi per petram Chriſtum ſolum, aut Petri fidem intelliges, nullus ſchiſmaticis, & hæreticis locus relinquetur. Confirmat hoc beatus Hieronymus ad Damaſum papam ſic ſcribens: Cũ ſucceſſore piſcatoris, & diſcipulo Chriſti loquor, ego nullum alium, niſi Chriſtum ſequens beatitudinis tuæ, ideſt Cathædræ Petri communione conſocior, ſuper hanc petram ædificatam Eccleſiam ſcio, qui extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt, qui non fuerit in arca Noè, peribit regnante diluuio. Hęc enim ſancta, & Apoſtolica omnium Eccleſiarum Chriſti mater Eccleſia quæ per Dei gratiam a tramite Apoſtolicę traditionis numquam receſſit nec hæreticis prauitatibus aliquando ſuccubuit; ſed vt in exordio fidei Chriſtianę normam accepit ab authoribus ſuis Apoſtolorum Principibus, eam illibatam ſemper ſeruauit iuxta ipſius Domini pollicitationem, qui eius Apoſtolorum principi ait; *Petre ecce Sathanas expetiuit te, vt cribraret ſicut triticum, ego verò rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma*

De verit te Eccleſiæ.

fratres tuos: ſola hæc Eccleſia numquam fuit erroribus deprauata; nec ad eam, vt Cyprianus ait, acceſſum potuit habere perfidia. defecit Hieroſolyma, vbi Iacobus, Aſia, vbi Ioannes, Achaias, vbi Andreas; India, vbi thomas, Etiopia, vbi Mathęus, Perſia, vbi Iudas, Phrygia, vbi Phylippus: defecerunt, & aliæ quibus

Chri-

Digitized by Google

Chriſti,& Apoſt. diſcipuli præfuere: Sola hæc Apoſtolico culmine inſignis; à fide, & veritate nunquam declinauit, vt à Domino promiſſum eſt, quod portę inferi, non præualebunt aduerſus eam; Si portę inferi, quę ſunt hæreſes,& falſę doctrinę non ſunt contra eam præualituræ, cur hi impudenti ore tandiu in erroribus il-
Aug. ſuper Matt. 18. lam fuiſſe clamant? Nemo dicat Deum ſe habere Patrem, niſi hanc Eccleſiam matrem agnouerit. Sed tempus eſt, vt ad illius authoritatem, vnde digreſſi ſumus reuertamur; & in ea inſiſtendum eſt; talis enim eſt huius æui hæreticorum conditio, vt in nullam rem magis incumbant, quam vt ſub prætextu verbi Dei Eccleſiæ authoritatem euertant, ac ſi verbo Chriſti Corpus eius Eccleſia, vel Corpori caput poſſet aduerſari; quinimo authoritas Eccleſiæ tunc a ſcripturis maxime illuſtratur, dum eas commendat, diuinas eſſe declarat, nobis legendas exhibet, in dubijs fideliter exponit, & eis contraria condemnat: dum legalia in ſcripturis præcepta à Domino eadem authoritate ceſſarunt, dies ſabbati in lege celeberrimus tranſiit in dominicam, circumciſio Abrahæ, & ſemini eius ſub comminatione inſtituta, vt cuius præputij caro circuncisa non fuerit, deleretur de populo ſuo; ſic ſublata eſt, vt Apoſtolus obte-
Galat. 5. ſtetur; *Si circumcidimini excidiſti a gratia, & Chriſtus nil vobis prodeſt*. Hæc, & his ſimilia non Chriſti prædicatione ceſſarunt, ait etiam ſe veniſſe implere legem non ſoluere; ſed authoritate Eccleſiæ mutata ſunt: Etenim ſi ea tolleretur (cũ oporteat hæreſes eſſe) quis oſtendet veritatem? & hæreticorum confundet pertinaciam? erunt confuſa omnia redeuntibus mox hæreſibus illius authoritate damnatis. Qui vos contemnunt, patres ampliſſimi, Chriſtum contemnunt, & eundem audiunt, quicunq; vos audierint. ordini veſtro ſubijciuntur dæmo-
1. Corinth. 6. nes, & datum eſt Angelos ipſos, nedum
Matth. 16 ſęcularia iudicare: Vobis dictum eſt, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retinebuntur: Vobis id mirabile dicitur, vt ſit in Cœlo ligatum, aut ſolutum, quod ipſi ligaueritis, vel ſolueritis in terra; Hæc Deum potius, quam mortale ſonant: Vos patres eſtis illi Principes quos pro Apoſtolis patribus Dominus ſuper omnem terram conſtituendos eſſe prædixerat; qui principatus eò omni terreno eſt dignior, quo diuina humanis, & Cœleſtia ſunt terrenis digniora. Hoc Conſtantinus agnouit, cum in Epiſcoporum Synodo Euſeb. de vita conſtant.
voluit humiliorem Sedem retinere, ac libellos contra Epiſcopos ſibi oblatos comburi iuſſit dicens, *Deus conſtituit vos Sacerdotes, & poteſtatem dedit iudicandi de nobis*; Hoc idem, Theodo- Niceph. l. 11.
ſius, cuius Religionem, & humilitatem nunquam ſatis laudare poſſumus, agnouit, cum de ſæuitia ab Ambroſio redargueretur, & ab ingreſſu arceretur Eccleſiæ, Sacerdotis non contempſit imperium, ſed humiliter paruit. Hæc eadem authoritas Chriſtianiſſimos principes, & dominia mouit, vt ad vos hos clariſſimos oratores, tanquam defenſores, & obſides deſtinarent: Eadem authoritate poteſtis rebelles hęreticos ad parendum veſtris decretis, & ad veniendum ad nuptias, quæ hodie Tridenti illis aperiuntur, compellere: Chriſtiana enim, & paterna Charitas docet filiis etiam inuitis, & rebellibus eſſe benefaciendum: quod ſi vt vultis efficere non poteſtis, & hæreticos, pro quorum ſalute tot incom moda, & labores ſuſtinetis, tot periculis, & peregrinationibus vos conieciſtis, ad has nuptias trahere non valetis, pro quibus ſternuntur menſę, dapes apponuntur, & vos ad miniſtrandum accingitis, vbi Chriſtum inuenirent, matrem eius, ac ſan- Ioann. 2
ctos, quos ipſi è ſuis commerciis eiecerunt, vbi lapideę eorum hydrie euaderent carneæ, & aquæ errorum in vinum cœleſtis doctrinę, & ſpiritualis lætitię verterentur, quia eos defendit numerus, inuictæque vmbone phalanges, eadem monet Charitas aſſidue Chriſtum Dominum orare, vt qui lux eſt mundi, dignetur illorum tenebras excurere, & eis lumen, & cognitionem Catholicæ veritatis imprimere. Reſtat, vt in quibus, & ipſi vos exercere, & Beatos Apoſtolos imitari debeatis breuiter abſoluam. Præ-
ſentis

ſentis Eccleſiæ ſtatus nonnunquam in
ſcripturis vinea nuncupatur, & ea certe
eſt quam Dominus ſuis hodie non locat,
ſed commendat agricolis, & ſicut ad
culturam illius nunquam deſtitit a pri-
mo mane vocare operarios; ſic nunc vos
Patres vocauit & miſit, non vt vinum
bibatis, aut in otio delitiis fruamini; ſed
vt Apoſtoli (quibus vos ſucceditis) pręcipui huius vineæ cultores exemplum
relinquere in ea operemini, finis, & ſco-
pus, in quem toto pectore debetis in-
cumbere, eſt vineam Domini excolere,
ſuperflua amputare, vtilia enutrire, noxia
euellere, & circumquaque omnia ſpecu-
lari. Vos .n. turres eſtis in medio eius e-
rectæ, veri ſcilicet omnium, quæ in vita
Cantic.2. aguntur ſpeculantes, & firma aduerſus
inimicorum inſidias propugnacula. Vos
ſæpes, & muri eſtis, qui ſęuientibus, &
exterminantibus apris viam clauditis,
Iudicū.15 quibus etiam ſatagendum eſt vulpecu-
las capere, ne ſi creuerint colligatis mu-
tuo auxiliantibus caudis (vti hæretici,
& peccatores maiores effecti facere con-
ſueuerunt) totam vineam & meſſem Do
mini, hæreſum, & vitiorum incendio de
Matth.2: populentur. Vos demum patres eſtis tor
cular illud, vbi vineæ fructus exprimi-
tur, colligiturq; nec aliam ob rem Domi
nus voluit vos hic adeſſe, niſi vt fructum
afferatis, & fructus veſter maneat, quod
accurarius fiet, ſi in eiſdem cordium ve-
ſtrorum torcularibus diu, noctuque ver-
ſabitis, quorſum Tridentum veneritis,
quo in diſcrimine reſpublica Chriſtiana
reperiatur, quid à vobis Catholici expe-
ctent, in quibus, ſicut auiculæ depluma-
tæ in nido, & nautæ firma anchora, om
nem eorum ſpem collocarunt, & ſub quo
ſitis hæreticorum iudicio: quæ ſi accu-
ratè cogitabitis, & in tabulis cordis ve-
ſtri ſcripta deferetis, efficient, vt in ope-
re tantæ molis non otioſi; ſed ſolertes ſi-
tis operarii, ac orbis expectationis, & tem
porum horum calamitatibus dignè ſa-
tisfaciatis. Et quia in actionibus noſtris
1.Cor.10 dum ſtudemus nobis ipſis placere, ſæpe
ſæpius allucinamur, ideo Apoſtolos Do-
ctores pręcipuos in oratione, & conſtan
tia ſtudeamus imitari, quarum prima il-

luminati ſcietis potiora deligere, altera
verò aduerſa omnia ſuperabitis, ſine in-
termiſſione Patres Sanctiſſimi orandum
eſt: nam hęc religionis negocia ſunt ora-
tione potius examinanda, quam verbis,
quę ſi à puro proceſſerit, Coelos pene-
trat, ac veluti fidelis nuncius mandatum
peragit, & attingit, quo caro non perue-
nit. Nec aliquis debet tantum ſibi place
re, vt ſe non poſſe deficere arbitretur,
cum non deſint occultę, & falſæ ſugge-
ſtiones dęmonum, qui in habitu lucis, &
ſub ſpecie recti decipiant; ideo orandus
eſt Deus, vt qui lux eſt, vos illuminet, Pſal.118
qui via eſt, vos dirigat, & qui veritas eſt, Act.14
vos manu ducat. Sit ipſe lucerna pedibus
veſtris, & lumen ſemitis veſtris; ſic enim
Apoſtolos feciſſe legimus, Petrus, & Ioā
nes in Samariam profecti, non prius iis,
qui crediderant impoſuere manus, vt ac
ciperent Spiritum Sanctum, quam pro Act.12
ipſis oraſſent, & dum Petrus ſeruaretur
in carcere, oratio fiebat ſine intermiſſio-
ne ab Eccleſia ad Deum pro eo: Diuina
non niſi a Deo petenda ſunt, nec poſſunt
humanis viribus comparari. Conſtan-
tia inſuper, & fortitudo vobis neceſſaria
eſt, quæ ſi defuerit, nullum ferme opus
optato, & laudabili fine coronabitur: ea
armati Petrus, & Ioannes cogentibus, vt
Chriſtum negarent, & a ſui nominis
prædicatione deſiſterent, audacter re-
ſponderunt; ſi Deo magis, quam homi- Act.5.
nibus obedire oportet, ipſi iudicate. Qua Abdias
propter, nec Deum negabimus, nec a ſui Babuonicus.
nominis prædicatione deſiſtemus. Cum Apoſt.3 H.&.L.
Andreas paratam ſibi Crucem longe
proſpiceret, ſupplicij ſpectaculo non ter
ritus, nec ſenecture grauatus cœpit ala-
cri animo clamare, ſalue crux diu deſi-
derata: omnes denique Apoſtoli ibant
gaudentes a conſpectu Concilij, quo- Act.4
niam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu
contumeliam pati: eamdem quibuſuis in
periculis, & difficultatibus debetis con-
ſtantiam imitari, ac vos met pro gloria
Domini tanquam parietes opponere, di
centes cum Dauide, *non timebimus dum*
turbabitur terra, & transferentur mon- Pſal.45
tes in cor maris. gentium hiſtoriæ Ho- Pau.Oroſius l.2.
ratium miris laudibus proſequuntur, c.5. & 6.
quia

quia toti Hetruriæ oppoſuit., vt patria reddeiretnr incolumis; ſpartanaſque fœminas,quia filijs euntibus ad bellum clipeos ſub his monitis porrigebant, ſili aut cum hoc, vel in hoc, ratas dignius eſſe in bello audacter pugnando occumbere, quam inde turpiter recedere: quanto magis eorum fortitudo celebranda eſt, qui non pro inani mundi gloria,ſed pro fidei confeſſione, & fratrum ſalute, periculis, laboribus, & incommodis non cæduntur? de quouis prælato, & de religione Chriſtiana bene merito glorioſius narratur eum alicubi pro Dei cauſa impiorum gladijs occubuiſſe, quam illas tranſiſſe, dum fugeret. Quid homini prodeſt, ſi animam amando perdiderit? aut quam dabit commutationem pro anima ſua? Volui ampliſſimi patres hæc dixiſſe pro fortitudine, quam quiſque veſtrum in animi præparatione habere debet; non quod hæc pericula vineę in his Tridentinis montibus collectæ immineant,eam enim Dominus protectionis ſuæ, & angelicæ cuſtodiæ ſæpe muniuit, circuitq; non horum montium vallo, ſed Cęſaris inuictiſſimi, ac Catholicorum Principũ, qui nec ſumptibus parcent, nec laboribus, vt foelix ſit ſacri huius Concilij progreſſus, & ne capillus quidem cadat a capite veſtro. Superſunt adhuc paruo in hoc ambitu pluſquam ſeptem virorum millia, qui coram Baal genua ſua non curuauerunt. Dei non mundi opus agredimur; hinc ne formidetis, nec difficultatum ventis circumferamini,experti ſãctos per fidem Reges viciſſe, & Imperia, & Apoſtolos pauperes, & infirmos audacter pręadicaſſe Chriſtum Crucifixum, mundo exoſum, iudæis ſcandalum, & gentibus ſtultitiam, quibus, & ſi mundi ſapientia, & vires contradixerint, Deus tamen voci ſuæ dedit virtutem,& euangelizantibus verboiũ potentiam; ita vt aduerſarij ſapientiæ & Spiritui, qui loquebatur in illo reſiſtere non potuerint: ſic vos, ſi quod in vobis erit feceritis, qui in crementum dat Deus efficiet, vt lux veſtra luceat in vniuerſo orbe, & expectatos fructus populo Chriſtiano afferatis, quibus ipſi immortalitatem apud poſteros aſſequemini, & Eccleſia à tot perturbationib. liberata quieſcet. Quod ab eodem Domino nobis certo promittitur, cum his temporibus Eccleſiæ ſuæ Pium Pont. Max. pręeſſe voluerit, de cuius ſapientia, zelo, & rectitudine ſpem certam componendæ religionis accipimus. Adeſt Illuſtriſſimorum Legatorum prudentia, & fides ac omnium veſtrum. Patres Reuerendiſſimi conſtantia,& pietas, quę quicquid antea difficile videbatur facile futurum oſtendunt. Adſis ergo Domine Ieſu mentibus noſtris, & Eccleſiæ, ac fidei tuę aſpira negociis, quæ hodie ſub ſpe tuæ protectionis aggredimur; ſicut oculi omnium te ſuſpiciunt, & tu aperiens manum vbertatis tuæ expleas omne animal benedictione. Sic nunc oculi noſtri ſunt ad Dominum Deum noſtrum, vt noſtri miſerearis, & mittens auxilium de Sancto, de Sion tueare nos; Tu caput es,nos membra viuifica, & illumina nos, & vnguentum gratiæ tuę à te capite deſcendat in barbam,& ad oram veſtimenti tui, ita vt hi Eccleſiæ tuæ proceres, ac fideles populi, ſint illius vnguenti participes, & cum ſine tuo nomine nihil ſit in homine, nihil innoxium, veni tu Sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium, & horum patrum mentes igne amoris tui incende. Dixi.

Dionis helicar naſſ. — Matt. 16 — 3. Reg. 19 — 1. Cor. 1 — Pſal. 67 / Luc. 21. — Pſ. 144

F I N I S.

INDEX RERVM
ET MATERIARVM
Quæ in hoc volumine continentur.

ABBAS. *Monachum in religionem reuocare poteſt, lib. 5. cap. 12. num 13*

Excommunicatus ſi exerceat quæ ſunt ordinis efficitur irregularis, lib 2. cap. 2. nu 10 & lib. 4. cap. 11. num. 11

Abbatis. *nomine venit Generalis ordinis, lib. 8. cap. 4. num. 24*

Abbate *excommunicato Monachus an poſſit cõmunicare, lib. 4. cap. 52. num. 9*

Abſens. *an poſſit abſolui, lib. 4. cap. 69. nu. 10*

Abſolutio. *a cenſuris ad effectum.*

Eſt tam ordinaria in litteris apoſtolicis vt omiſſa poſſit cenſeri adiecta, vel litteræ reformari lib. 4. cap. 9. num. 2

Non parit abſolutionem ſed magis ſuſpenſionem, ibid. num. 4

Non prodeſt vt quis poſſit celebrare, neque vt poſſit obtinere aliud beneficium, ibid num 5

Non operatur vt faciat fructus ſuos, ibi. num. 6.

Non operatur in pluribus caſibus de quibus. ibid. num. 8

An poſſit apponi ab Epiſcopo in eius collatione ibid. num. 10

Abſolutio ſimplex. *quæ dicatur, lib. 4. cap. 66. num. 2*

Abſolutio cum reincidentia. *In quibus caſibus detur, lib. 4. cap. 66. nu 9. 10. & 11.*

Quomodo differat à conditionali, ibid. num. 13

Abſolutio ad cautelam. *Datur a cenſura de cuius validitate, vel exiſtentia dubitatur lib. 4. cap. 66. num. 3*

Etiam ſi opponatur nullitas ex defectu iuriſdictionis ibid. num. 9

Valet etiam ſi detur ex cauſa iniuſta, ibid. num. 45

Eſt extraordinaria, ideoque requirit aliquam informationem nullitatis, ibid. num. 34

Eſt introducta ex gratia ibid. num. 15

Difficilius conceditur quam abſolutio ſimplex, ibid. num. 16

Non poteſt peti à procuratore habente generale manatum, vel a iure præſumptum, ibid. num. 41

Poteſt tamen talis procurator agere vt declaretur nulla, num. 42

Datur non ſolũ ab excõmunicatione ſed etiam a ſuſpenſione, & interdicto perſonale, & ſpeciali, non generali, ibid. nu. 12. & 13.

Qui competit tenetur exprimere cauſam nullitatis, lib. 4. cap. 67. num 8. Limita vt ibi.

Dari poteſt ab eodem excommunicatore, vel eius ſuperiore, ibid. num. 21. non tamen ab inferiore ibid. num. 22

Vt concedatur quæ requiruntur, ibid. num. 28

Non datur a Delegato, etiam ſi ſit Delegatus à Principe lib. 4. cap. 66. num. 23.

Declara, vt num 24

In curia non datur ſine ſpeciali commiſſione, lib 4. cap. 66 num 25 & 26

Abſolutio ſub promiſſione de parendo mandatis.

Operatur vt ſi abſolutus non paret non reincidat ipſo iure, ſed requiratur reintruſio, lib. 4. cap. 63. num. 23. & cap. 66. num. 3. Limita vt num. 4

Datur etiam cum dubitatur de iuſtitia excommunicationis, eod. lib. cap 66. nu. 5

Abſolutio conditionalis. *An ſit valida, lib. 4. cap. 66. num 6*

An dari poſſit ſine peccato, ibid. num. 7

Tempus ad appellandum in ea quomodo currat, lib. 4. cap. 63. num. 15

Abſolutio in foro conſcientiæ. *Operatur vt abſolutus poſſit accuſari & puniri in foro exteriori, etiam ſi egerit pænitentiam, lib. 4. cap. 68. num. 4. & 13. Datur a iudice etiam in minoribus conſtituto ibid. nu. 6. & 8.*

Quomodo differat abſolutione in foro pænitentiæ, ibid. num. 4. & 5. & 10

Non iuuat in foro contentioſo, lib. 4. cap. 68. num. 10. Nec in tertij præiudicium, ibid. operatur vt exequi poſſit officium eccleſiaſticum abſque peccato, ibid. nu. 10

Abſolutio in foro pænitentiæ *Datur a ſacerdote tantum, lib. 4. cap. 68. num. 4*

Quomodo differat abſolutione in foro pænitentiæ ibid num. 4. & 5. & 10

INDEX

Abſolutio data in articulo mortis. *Operatur omnes effectus abſolutionis, lib. 4. cap. 65. num. 17. & ideo non eſt opus vt poſt mortem abſoluere, lib 4. cap 65. num. 16*

Abſolutio data cadaueri poſt mortem *An habeat vim abſolutionis an vero declarationis lib. 4. cap. 65. num. 18*

Eſt danda ab eo qui debebat abſoluere in vita, lib. 4. cap. 65. num. 14

Abſolutio *An requirat citationem lib. 4. c. 70*

Data non ſeruata forma commiſſionis vt nulla lib. 4. cap. 70. num. 16

Limita ne procedat quando eſt data a iudice ordinario, ibid. num. 17

Eſt valida etiam ſi forma abſolutionis non impleatur, ibid. num. 26.

Etiam in iuſta non ſuſpenditur per appellationem lib. 4. cop. 64. num. 7.

Quomodo differat à reuocatione et à relaxatione lib. 4. c. 65. num. 1. 2. & 356.

Supponit validitatem excommunicationis, lib. 4. cap. 65. num. 2

An requiratur de neceſſitate ad tollendam excommunicationem, lib. 4. cap. 65.

An poſſit abſolui Inuitus, vide in verb. inuitus.

Abſoluendi *facultate conceſſa, non intelligitur conceſſa facultas abſoluendi ad cautelam lib. 4. cap. 67. num. 7*

Ab ſolutio ab hæreſi. *quomodo differat ab abſolutione cæterorũ criminũ, lib. 5. c. 16. n. 3*

An poſſit dari ab inquiſitore in foro interiori, vel ab epiſcopo, lib. 5. cap. 15

Non præſumitur niſi probibetur, lib. 4. cap. num. 35

Ad effectum deponendi quando, & quomodo detur, lib. 4. cap. 69. num. 31

Non inducitur ex ſola voluntat: Prælati quod quis ſit abſolutus, ſed requirit actum pobtiuum abſolutionis, lib. 4. cap. 65. num. 23. limita in Papa ibid. nu. 24

Abſolutus *vigore literarum apoſtolicarum ex clauſula teque abſoluentes non facit fructus beneficij ſuos, lib. 4. cap. 9. nu. 6 reliqua vide in verb. abſolutio à cenſuris ad effectum.*

Abſolutus *ab inferiore ratione periculi, ceſſante periculo tenetur ſe præſentare ſuperiori, lib. 5. cap. 14. num. 21*

Abſolutus *an remaneat is qui erat excõmunicatus vigore conſtitutionis, ſi conſtitutio reuocetur, lib. 4. cap. 65. num. 32. & ſeq.*

Ab ſolui *an poſſit recuſans parere mãdatis lib. 4. cap. 69. nu. 12*

Abſolui *an poſſit, vel debeat inuitus, lib. 4. cap. 69. vbi latè.*

Item abſens, & ignorans ibid. nu. 10. et 10

Abſolui *regulariter non debet qui non petit, lib. 4. cap. 69. num. 20*

Abſolui *quomodo debeat abſolui excõicatus pro cõtumacia manifeſta, lib. 4. c. 63. n. 25*

Abſolui *debet poſt mortem, excommunicatus qui deceſſit cum ſignis penitentiæ, lib. 4. cap. 65. num. 12*

Acceptatio beneficij *An poſſit fieri ab excõmunicato, lib 4 c. 10 facta per excõmunicatũ, non extinguit reſeruationem, ibid. n. 6.*

Declarat animum etiam ſi fiat ab excommunicato ibid. num. 4

Actiones *fiſci contra reum, per publicationem bonorum confunduntur, lib. 1. cap. 32. n. 6*

In reliquis vide in verb. fiſcus. & in verb. confiſcatio bonorum.

Actis *non tranſportati non poteſt Arcbiepiſcopus abſoluere excommunicatum a ſuffraganeo, lib. 4. cap. 70. num. 15*

Actor *An dicatur is qui comparet pro ſuo interesse, lib. 4. cap. 35. num. 2. & 3*

Impetrando vt cauſa conuentionis tractetur ſummariè, debet etiam tractari cauſa reconuentionis, lib. 2. cap. 6. num. 16

Non poteſt eſſe is qui eſt excommunicatus, lib. 4 cap. 31. vbi ampliatur ſexdecim modis, & limitatur dupliciter.

Actus *Tributus ordini non poteſt exerceri niſi a conſtitutis in illo ordine, lib. 4. c. 2. n. 1*

Pro quo eſt impoſita pœna excommunicationis minoris, ſi fiat valet, lib. 4. cap. 23. num. 2

Vbi non requirit niſi miniſterium facti põt fieri etiã ab in babili, lib. 4. c. 25. n. 13

Geſtus cum peccato licet valeat, debet carere exequutione, lib. 4. cap. 48. num. 17

Factus contra legem eſt nullus etiam ſi a lege non irritetur expreſſe, lib. 4. cap. 4. num 2. & cap. 17. num. 6

Geſtus a procuratore excommunicati non conuaiuiſſet ratihabitione domini, lib. 4 cap. 24. num. 21

Non debet operari vltra intentionem agentis, lib. 4. cap. 65. num. 27

Admiſſus *vt purus ad capellaniam, ſi reſignet illam, & obtineat aliam an egeat nouo proceſſu; in tract. de Neophyt. c. 7. n. 26.*

Adorans. *Sepulchrum Maumethi, vel hereſiarcarum redditur ſuſpectus de vehementi, lib. 5. cap. 11. num. 10*

Hoſtiam non conſecratam credens eſſe cõſecratã non cõmittit idolatriam, ibid. n. 4

Corpus nonſanctum credens eſſe ſanctũ non peccat, lib. 5. cap. 5. num. 5

Aduenarum *appellatione in ſcriptura ſac. qui ſignificetur, lib. 2. cap. 12. num. 11*

Adulterij *puniri non poteſt deprehenſus cum alterius vxore in lupanari, lib 8. c. 12. n. 8*

Aduocatus. *Prohibitus poſtulare nõ prohibetur conſulere lib. 4. cap. 22. num. 5*

Excõicatus põt repelli a iudice ex off. & parti-

parti-

partibus inuitis.lib.4 cap.21.num.6.& 7
Non poteſt exercere, & ſi exerceat peccat, ibid. num 1 & 9
Et an in tali caſu teneàtur reſtituere Lucrum, lib. 4. cap. 22.
Aduocati *officium. Eſt honorificum, & laudabile, lib. 5. cap. 20. num. 152*
Requirit communicationem forenſem, lib.4. cap. 21. num. 1
Affinitas *ex copula coniugali Non irritat matrimonium iure natura, ſed eccleſiaſtico lib. 2. cap. 5 num. 2*
Eſt quid naturale, ibid. num. 1
Affinitas *de iure ciui.li non contrahitur niſi ex legitimis nuptys, ibid. num. 8*
Conſideratur reſp-ctu hareditatum non matrimony ibid. num.13
Affinitatis *impedimentum an contrahatur inter infidelis lib. 2 cap. 5*
Alexander *de franciſcis Neophytus diſpenſatus à Clem. 8. ad Epiſcopatum in tract de Neophyt. cap. 2. num. 17*
Alienatio *facta per hareticum poſt delictum_ aamiſſum an valeat, lib.5. cap. 35. vbi latè.*
Quid ſi ſit facta ex cauſa neceſſaria eod. lib. cap. 36. vbi latè.
Alimenta. *debentur etiam in capaci legati, lib. 5. cap. 27 num. 24*
Debita ratione vſusfructus ſuperueniente hareſi non debentur ibid.
Debētur parentibus Infidelibus *libris* Neo*phytis. in tract. de* Neophyt. *cap. 9. num. 11. & 13*
An debeantur iudao pauperolitiganti cū Chriſtiano, lib. 2. cap. 21. per totum.
Quid ſi lis ſit ſuper actione perſonali ibid. num. 6.
Decernuntur habito reſpectu fructuū rei ad quam agitur, ibid. num 5
Alimenta *Poſſunt relinqui cuicunque in capaci lib. 5. cap. 27. num. 24.*
Relicta ratione vſusfructus hareſi ſuperueniente non debentur, ibid. num. 24
Debentur pauperi litiganti ad vniuerſitatem bonorum lib. 2. cap. 21. num. 1. Extende vt nu. 3. & 4. limita vt nu. 5. & 6
An debeantur iudao pauperi litiganti cum chriſtiano diſtingue vt lib. 2. cap. 21
Decernuntur habito reſpectu fructuum rei ad quam agitur, ibid. num. 5
Denegantur contumacibus, lib. 8. cap. 10. num. 13.
Amicitiæ *cauſa duplex, lib.4. cap. 5. num.4*
Ancillis *ornatricibus legatis veniunt ad illa quæ diſcunt apud Magiſtrum, lib.3. cap. 7. num. 28*
Animus *colligitur, & declaratur ex actu nullo, lib.7. cap. 11. num. 10*
Animi *qua ſunt ſolo mandato implentur lib. 1. cap. 13. num. 28*
Anniuerſaria *an amictantur ob non emiſſam fidei profeſſionem, lib. 1. cap. 13. num. 51.*
Apoſtaſia *quid ſignificat, lib. 6. cap. 1. num. 1. & 3.*
Apoſtaſia fidei, quomodo differat ab hareſi, ibid. num. 2. & lib. 6. cap. 4. num. 1.
Auget deformitatem hareſis, lib. 6. cap. 4. num. 4.
Apoſtatæ *redeunti etiam de iure ciuili quo ad mortem parcetur, lib.6. cap. 4. num.13*
Poſt mortem aboletur lapſu quinquennȳ lib.6. cap. 4. num. 3.
Non poteſt eſſe qui non fuit Chriſtianus, lib. 6. cap. 2. num.7
Apoſtata à ſtatu ordinis *quis dicatur, lib. 7. cap. 1*
Apoſtata à ſtatu religionis *Vt quis dicatur qua requirantur, lib. 8. cap. 1. n. 1. & 3. & 16*
Dicitur recedens à religione. & dimictens habitum animo vagandi ibid. num. 3.
Item qui recedit a Monaſterio etiam ſi inuentus à ſuperiore reducatur, ibid. num... lib. 8. cap. 2. num. 19
Item qui pendente cauſa nullitatis profeſſionis reddit ad ſaculum, eod. lib. c. 14 nu. 2
Item qui credit profeſſionem nullam ſi egrediatur ante declaratoriam nullitatis ibid. num. 5
Item qui poſt receſſum redyt ad Monaſterium, animo tamen iterum egrediendi, ibid. 33
Non dicitur Qui reliquit habitum intra annum probationis, lib. 8. cap. 2. n. 2.
Neque qui reliquit habitum ad vitandum pericula, ibid num. 12
Neque aufugiens à carceribus ad ſuperiorem, vel amicum ad veniam de precandam. ibid. num. 24
Neque dimictens habitum animo reſumendi, lib. 8. cap. 1. num. 4
Neque reiectus a religione datoquod a ſuperiore reuocetur, & redire recuſet, lib. 8. cap. 11
Neque tranſiens de vna religione ad aliam quamuis inferiorem, ſiue laxiorē lib. 8. c. 3. num. 1. & 3
Neque qui habet animum recedendi niſi recedat cum effectu, lib. 8. cap. 2. num. 37
Neque frater ordinis exſtincti, ibid. nu. 55
Neque Monachus commorans in eccleſia in qua eſt inſtitutus cappellanus, lib. 8. c. 2. num. 38
Neque qui ſtat extra monaſterium gratia ſtudiorum de licentia ſuperioris, lib. 8. cap. 2. num. 46.
Neq. qui latet intra, vel extra Monaſterium vt effugiat iram ſuperiores, ibid. num. 29

Neque qui receſſit ex ira ſi poſtea reuertatur ibid. num. 30.

Neque egrediens à ſocietate Ieſu poſt emiſſa vota ſimplicia, ſed demiſſus a Generali, lib. 8. *cap.* 8. *num.* 4. *Præſertim ſi dimittatur abſque culpa ſua, ibid. nu* 5

*Neque recedens a religione ſi ſubito redeat, lib.*8. *cap,* 2. *nu.*15

Apoſtata religionis. *Non poteſt doctorari lib.* 8.*cap.*15.*num.*1

Si doctoretur an actus teneat ibid. nu. 2.

Apoſtata *an ſit ſi deferat habitum coopertum ſub pannis, lib.* 8. *cap.* 12. *vbi late.*

Apoſtoli *erant in fide inſtructiſſimi quando fuerunt miſſi ad prædicandum, in tract. de Neophyt. cap.* 2. *num* 7.

Appellatio *non poteſt interponi ad Iudicem excommunicatum, lib.*4. *cap.* 18. *nu.* 12

Poteſt interponi etiam ab excommunicato lib. 4 *cap.* 38. *num.* 29.& 30

Friuola non ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis a quo, lib. 4. *cap.* 13. *num.*5

Interpoſita ab actu de cuius validitate, vel inualiditate dubitatur, regulatur a futuro euentu, lib. 4. *cap.* 13. *nu* 6

*Admiſſa non poteſt procedi ad denunciationem, excommunicationis lib.*4. *c.*64.*nu.*15

*Præcedens excommunicationem quando annullet, vel ſuſpendat, lib.*4.*cap.*64 *n.*37

Præſumitur interpoſita poſt ſententiam lib. 4.*cap* 66.*nu.*63.

Etiam ſi non interponatur, a ſententia excõmunicationis non tranſit in iudicatum quoad effectum abſolutionis, ſecus quo ad alios effectus, lib. 4. *cap.* 63. *a num.* 6. *vſque ad* 20

Appellatio *datur a cenſuris, lib.*4.*cap.*63 *nu.*1.

*Amplia dupliciter. a nu.*5. *vſq. ad* 22

Limita tripliciter a num. 13. *vſque ad finẽ.*

Datur a declaratoria cenſurarum, lib. 4. *c.* 64. *num.*30

Limita multipliciter a nu. 30.*vſq. ad finẽ.*

*Datur a denegatione abſolutione ad cautelã lib.*4.*cap.*64. *num.* 29.

*An detur ſi debitor cõſenſit ab initio quod in caſu contrauentionis poſſit excommunicari, ibid. nu.*29

Appellatio *non ſuſpendit cenſuras, lib.* 4. *cap* 64. *vbi amplia multipliciter.*

Limita a num. 23. *vſque ad finem.*

Neque ſuſpendit denunciationem ibid. a nu. 11. *vſque ad* 14

Neque conſequutiua cenſurarum ibid. n. 8

Neque ſuſpendit abſolutionem ibid. nu. 6.

Appellationis *effectus duplex, lib.* 4. *capit.* 63.*num.* 4.

Arbiter *non habet iuriſdictionem formalem, ſed effectiue lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 8

In procedendo debet ſeruare ordinem iudicij ibid. num. 9

*Poteſt eſſe etiam Infamis, ibid. num.*3.

Non poteſt eſſe laicus in cauſa eccleſiaſtica ibid. num. 10

*An poſſit eſſe ſimul cum clerico ibid. n.*14.

An poſſit eſſe Iudæus inter Chriſtianos ibid. num. 18.

*An poſſit eſſe excommunicatus ibid. n.*20.& *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 5.& *ſeq.*

Arbitrator *poteſt eſſe etiam Deportatus lib.*2.*c.* 23. 39.*nu.*19.

*An poſſit eſſe excommunicatus, lib. cap.*20.

Arbitrium *Vt quis ab eo repellitur ſufficit ſi adſit indecentia, lib.* 2. *cap.* 23. *num.*6.

Archiepiſcopus *eſt iudex ſubditorum ſuffraganei tantum in cauſis quæ deuoluuntur per uiam appellationis, ſecus in alijs, lib.* 4.*cap.*63. *num.*11.

Argenti *appellatione venit etiam argentum coeptum fabricari, lib.*3.*cap.*7.*n.*4.

Argumentum *A contrario ſenſu in iure validum lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 5

Ab actu conſumato ad conſumandum non valeat, lib. 4. *cap.* 25. *num.*4.

*A Papa ad Prælatum non valet, lib.*9 *cap.* 5. *num.* 17.

A Chriſto ad eccleſiam an ſit bonum in tractat. de Neophyt. cap. 2. *nu.*10.

Artifex *Infidelis an ligetur ſtatutis prohibentibus in certis diebus laborare, lib.* 2 .*cap.*8. *num.*1.& 2

Articuli *dependentes ſortiuntur naturam cauſæ principalis, lib.* 4. *cap.* 38. *num.* 48.

*Debent tractari ſummaria quando cauſa principalis tractatur ſũmarie ibid. n.*48.

*Articulus mortis quando dicatur, libr.*4. *cap.* 60.*num.* 43. & 44

An parochus poſſit abſoluere a cenſuris preſente Epiſcopo, lib. 5. *cap.* 14.*num.* 22.

Articuli *quales, debeant eſſe in impetratione beneficij per contractum matrimonij, lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 13

Aſſertio *In fide peccans quæ ſit,* & *quotuplex lib.* 5. *cap.* 8. *per totum*

*Scandoloſa, vel temeraria non ſufficit ad hæreſim inducendum eod. lib. capit.*6. *numer.*6

Quando eſt contra diſpoſitum in Sacra Scriptura, ſed in rebus non pertinentibus ad fidem, an ſit hæretica, libr. 5. *capitulo* 8. *num.* 9

In reliquis vide in verb. propoſitio.

Aſſerens *extra eccleſiam eſſe ſalutem, eſt hæreticus lib.*9. *cap.* 1. *num.* 3.

In reliquis vide in verb. hæreticus.

Auctore *damnato, libri quoque damnati cenſentur, lib.* 5. *cap.* 23. *num.* 4.

Auditor Rotæ *An poſſit differre propoſitionem cauſæ ad hoc ne Iudæus cogatur informa-*

re die ſabbati lib. 2. cap. 40
Habet iuriſdictionem delegatam in cognoſcendo, & ordinariam in decidendo. lib. 4. cap. 58. num. 43
Azimos panes an poſſit chriſtianus accipere à iudæis, lib. 2. cap. 39. num. 10.
Io: Garzia Card. Millini præceptum quoad azimos panes, ibid. num. 11.

B

BAlneum ingredi cum Iudæo non poteſt chriſtianus, lib. 2. cap. 41. num. 23. vbi declara.
Bannitus ſi priuatur ciuilitate intelligitur priuatus quoad honores, lib. 2. cap. 30 num. 12
Baptiſmus Tollit pœnam peccati quoad Deum, ſed non quoad publicam vindictam, lib. 4. cap. 68. num. 17
Obligat nos eccleſia lib 5. cap. 12. num. 4.
Non extinguit actiones neq; actiuas neque paſſiuas, in tractat. de Neophyt. cap. 9. num. 22.
Neque tollit delictum ibid. num. 23
Non debet conferri niſi eiquem præſumimus habere fidem, lib. 2. cap. 31. num. 8.
Debet fundari in aliqua fide, vera, vel præſumpta, lib. 2. cap. 32. num. 3.
Purgat omnem infamiam, & irregularitatem, lib. 2. cap. 7. num. 18.
Quo tempore ſit conferendum Cathecumenis lib. 3. cap. 3. num. 1. & ſeq.
Solemne baptiſmum factum à Pio V. in tract de Neophyt. cap. 5. num. 7.
Baptizatus fictè ſi contrahat cum fideli an matrimonium ſubſiſtat, lib. 2. cap. 2. num. 13
Coactè an recipiat ſacramentum ibid. n. 14
Contrahit obligationem ſtrictiſſimum lib. 2. cap. 32. num. 9
Præſumitur Deo inſpirante baptiſmum ſuſcepiſſe, ibid. num. 23
Eſt ſub iuriſdictione eccleſiæ ibid. num. 33
Per vim præciſam, non recipit gratiam baptiſmi, lib. 2. cap. 35. nu. 1. & an cogatur ad obſeruantiam, ibid. num. 3.
Per vim conditionalem recipit gratiam. ibid. num. 2
Baptizatus ab antiquo an veniat appellatione Neoph. in tract. de Neoph. cap. 1. nu. 5
Baptiſmi vicem ſupplet flagrans deſiderium, lib. 3. cap. 8. num. 4
Baptizare licet Laico, & idiotæ imminente neceſſitate, lib 8. c. 12. nu. 17
Barbitonſor Iudæus, An poſſit vocari ad venam ſecundam, vel cucurbitulas applicandas, lib. 2. cap. 41. num. 12
An poſſit vocari ad capillos tondendos ibid. num. 13
Beneficij appellatione an veniat penſio. lib. 5. cap. 19. num. 7.
Beneficium deſtinatum, ſed adhuc non erectū non comprehenduntur in gratia, lib. 3. cap. 7. num. 14
Ante acceptationem non conſolidatur in perſona prouiſi, lib. 4. cap. 10. num. 3.
Non vacat ex perſona excommunicati, ſi excommunicatus fuit de illo prouiſus tempore excommunicationis ibid. num. 5.
Impetranti in curia datur abſolutio cenſurarum ad effectum, lib. 4. c. 9 num. 1
Poſſeſſum ab hæretico poteſt impetrari etiam ante ſententiam declaratoriam, lib. 5. cap. 29. num. 11. declara vt num. 12
Per matrimonium contractum a clerico in minorib. cōſtituto, vacat lib. 7. c. 1. vbi late
Si collatio ſpectet ad ordinarium inferiorem & fiat permutatio coram Superiore requiritur cōcentus inferioris, li. 4. c. 12 n. 8.
Berous conſ. 2. lib. 1. declaratio lib. 2. cap. 15. num. 6.
Blaſphemans Deum, ſi abſoluitur in foro conſcientiæ, an poſſit puniri in foro exteriori, lib. 4. cap. 68 num. 18
Bonum malo permiſſum non dicitur amplius bonum, lib. 5. cap 21. num 10
Bona proſunt probis Hominibus ad virtutem ſibi parandam, improbis vero inſeruiunt tanquam parata flagitijs inſtrumenta. lib. 5. cap. 31
Hæratici confiſcantur, lib. 5 capit. 31. vide in verb. confiſcatio bonorum.
Non poſſunt occupari etiam per Dominum directum ante ſententiam declaratoriam latam a iudice eccleſiaſtico lib. 5. cap. 31. num. 11.
Quæ veniant in confiſcatione bonorum hæretici, lib. 5. cap. 32
Præſentia quæ dicantur et quæ futura, ibid. num. 21
Repertum in libris hæreticorum æquiparatur confeſſione veritatis Diaboli, ibid. n. 7
Bona illicite quæſita quando remictantur Infidelibus venientibus ad fidem, lib. 2. cap. 36. num. 9

C

CAdauer in eo conſideratur pœna deportationis quam viuens fuit paſſus, lib. 4. cap. 60. num. 47. & 48
Obſequia quæ illi fiunt referuntur memoriæ viui, ibid. num. 7
Excommunicati non eſt lauandum, neq; ſepeliendum in eccleſia ibid num. 12. et 14
Si ſit ſepultum in eccleſia debet exhumari & proijci, & locus reconciliari, ibid. a num. 19. vſque ad 32

Si ſit excommunicati occulti non poſſuit ecleſiam, ibid. nu. 47 & 48
An poſſit abſolui, Vide in verbo Abſolutio, cadaueri data; Reliqua vide in verbo Mortuus.
Canonicus *exemptus an teneatur facere fidei profeſſionem. lib. 1. c. 12. nu. 14*
Cappellanorum *ſeruitia ſunt ſoluenda de fructibus excommunicati, lib.*
Capitulum *Sede vacante, non habet exercitium iuriſdictionis niſi mediante Vicario, lib. 1 cap. 13. num. 16.*
Caracteris *effectus non poteſt impediri per culpam conferentis, lib. 9. c. 2 nu. 22*
Carceratus *ſi reperiat hoſtium apertum an debeat egredi, lib. 8 c. 13. n. 23*
Carceratus iniuſtè ſi poſt fugam à carceribus redeat ad carceres peccat, lib. 8. c. 13. nu. 7. etiam ſi iurauit, ibid. nu. 6
Cardinalatus *expirat per contractum matrimonij lib. 7. cap. 1. nu. 16*
Carthuſianorum *ordo, an ſit ſtrictior ordine Minimorum, lib 8 cap 7*
Carnibus *veſci diebus vetitis ab eccleſia, quando inducat peccatum in fidei profeſſione, lib. 1. c. 7.*
Carnalis *commiſtio inter Chriſtianum, & Iudaum fœdiſſima, lib. 2. c. 41. n. 6*
Caſtitas *eſt prima coniugij fides, lib. 2. cap. 2. num 5.*
Caſus *omiſſus habetur pro omiſſo, in tract. de Neophyt. c. 7. nu. 4*
Cathecumenus *qui dicatur, lib. 3. c. 1. num. 1.*
Quomodo differat a competente, ibid. nu. 3
An ſit capax indulgentiarum, lib. 3. cap. 6. per tot.
An comprehendatur in diſpoſitione loquente de Chriſtianis, lib. 3. c. 7
Eſt in vtero Eccleſia edendus per baptiſmum, ibid. num. 2
Eſt initiatus orthodoxorum, ibid. nu. 6
Non poteſt doctorari, ibid. nu. 18
An poſſit contrahere matrimonium cum fideli, lib. 2. c. 2 nu. 9
Quo tempore ſit baptizandus, lib. 3. cap. 3. per tot.
Pro cathecumeno an liceat miſſam celebrare lib. 3. cap. 4.
An liceat orare. ibid. nu. 6.
Cathecumenum offendens non punitur pœna offendentis Chriſtianum, ibid. nu. 16
Cathecumenorũ miſſa qua erat olim, ibid. n 5
An poſſit petere legatum relictum Chriſtianis, ibid. nu. 19
Si decedat antequam baptizetur, an ſaluetur, lib. 3. cap. 8
An debeat in eccleſia ſepelliri, ibid. n. 9
Catholicus *an poſſit adire templa hæreticorũ lib. 1. cap. 8*
An poſſit militare ſub principe infideli, lib. 1. cap. 11. num 6 & 7
In reliquis vide in verbo Chriſtianus.
Cauſa *in tranſlatione de vna religione ad aliã oportet quod conſtet. lib. 8. cap. 4. num. Vide in verb. Translatio.*
Neceſſaria in materia alienationis qua dicatur lib. 5. cap. 36. a num. 3. cum ſeq.
Cauſæ temporales *ſpectantes ad Principes laicos, ſi ſint in curia Romana introducta, ſolet per ſignaturam ad laicos Iudices remitti, lib. 9. cap. 1. num. 13*
Cauſa *ceſſante ceſſat effectus, lib. 4. cap. 48. nu. 38*
Hæreſis quatuplex, & qua lib. 5. cap. 1. n. 6.
Finalis colligitur ex prohemio ibid. nu. 35.
Reſtringit diſpoſitionem, lib. 5. cap. 21. n. 24
Cautio iuratoria *non ſufficit, quando timetur contrauentio iuramẽti lib. 4. cap. 66. n. 46.*
Eius omiſſio non vitiat abſolutionem ad cautelam lib. 4. cap. 66. num. 48
Cœmiterium *Eius appellatione quod contineatur, lib 4. cap. 60. nu. 20. cum pluribus ſeq.*
Cenſuræ obſeruantia *an obliget quando adeſt periculum mortis, lib. 4. cap. 44. per totum.*
Quando fuerunt inſtituta lib. 5. cap. 13. n. 8
Cenſurarum pœnæ *Non habent locum contra Infideles, lib. 2. cap. 6. vbi late.*
Ceſſionarius *excommunicati an poſſit agere in iudicio lib. 4. cap. 29.*
Chriſma *nouum quotuiſque dicatur, in tract. de Neophyt. cap. 10. num. 5*
Chriſtus *Poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis non compulſus, ſed volens, lib. 9. cap. 5. num. 16*
Noluit cedere propriæ dignitati propter ſcandalum Iudæorum, ibid. num. 15.
Fundauit eccleſiam ex Iudæis de nouo ad fidem conuerſis, in tract. de Neophy. cap. 2. num. 1. declarauit num 6.
Ex poteſtate excellentiæ poterat virtutes, & gratias infundere ibid. nu. 8.
Non communicauit eccleſiæ poteſtatem excellentiæ ibid nu. 9
Dando bucellam Iudæ male recipienti contulit Sacramentum lib. 2. num. 16.
Mittens Apoſtolos iuſſit vt gentes docerent non vt eas cogerent ad fidem lib. 2. cap. 31. num. 10
Quare manducauit cum Publicanis, & peccatoribus, lib. 2. cap. 41. num. 31
Noluit recipere confeſſionem veritatis a dæmone, lib. 5. cap. 21. num. 9
Chriſti *opprobria diſſimulare non debemus lib. 2. cap. 18. num. 2*
Actio debet eſſe inſtructio, lib. 1. capit. 31. num. 4
Fides nos docet charitatem, & manſuetudi-

num

INDEX

nem ibid. num. 12.
Manſuetudo quos effectus peperit, ibid. nuro 9.
Chriſti, & Papæ tribunal vnum, & idem, lib. 9. cap. 2. num. 9.
Chriſtianus an poſſit vti veſtibus, vel ſignis infidelium. lib. 1. cap. 6. num. 1.
Non poteſt fidem verbis negare, licet etiam corde credat, ibid. cap. 4. num. 7.
Amplia. vt num. 10. & ſeq.
An poſſit militare ſub Principe Infideli, diſtingue, vt lib. 1. cap. 10. per tot.
Apud gentiles nuncupabatur Iudæus, lib. 2. cap 22.
Poteſt conſtruere ædificium ad vtilitatem Iudæi, lib 2. cap. 28. num. 24.
Poteſt deferre merces Iudæi, ad nundinas, ibid. num. 25.
Non poteſt miniſtrare Iudæis aliquid, ad hoc vt illud expendatur in cultum iudaicæ religionis, lib. 2. cap. 39. num. 1. & conſequenter.
Non poteſt vendere Iudæo agnum vt immoletur ibid. num. 2
Nec ramos, vel auleos ad Synagogæ Ornatum, num. 2. & 9
Neque cedros immaculatos pro ſacrificiis, num. 3. Neque cementa, num. 4
Neque laborare in reſtaurandis Synagogis num. 7
Non poteſt emere à Iudæis partes animalium, quas ipſi reſpuunt, vti immundas lib. 2. cap. 39. num 17
In feſtiuitatibus Iudæorum non poteſt parare eis cibum, aut ſuccendere ignem, aut preſtare aliud opus ſeruile, ibid. 18
Non poteſt ſimul cum Iudæo habitare, lib. 2. cap. 41. num. 2. & ſeq.
Declara, vt num. 5
Non poteſt in infirmitate vocare medicum Iudæum, & quare & quis dicendus medicus, ibid. nu. 8. vſque ad 24
Vocans medicum Iudæum in ſua infirmitate qua pœna puniatur ibid. num. 10
Non poteſt accipere à medico Iudæo, medicinam preparatam, ibid num. 14
Non poteſt relinquere Vniuerſitati Iudæorum, lib. 2. cap. 44. nu. 1
An poſſit relinquere Iudæo particulari, ibid. num. 2. & 16
An poſſit Iudeo dare inter viuos, ibid. numero 13
Adorans ſepulchrum Maumethi dicitur Apoſtata, lib. 5. cap. 11. num. 3
Præſumitur qui pro tali ſe gerit, lib. 6. cap. 3. num. 5
An poſſit contrahere Societatem cum iudæo, lib. 2. cap. 42. num. 5. & 7
Antiquus in honoribus aſſequendis profertur Neophyto, in tract. de Neophyt. cap. 5. num. 12
Chriſtiani appellatione an comprehendatur Neophytus in tract. de Neoph. cap. 10. num. 8
Cibi allati ab Infidelibus quando poſſint à Chriſtianis manducare, lib. 2. cap. 41. num. 34
Citatus ex cauſa hæreſis ſi non comparet redditur de hæreſi ſuſpectus, lib. 5. cap. 11. nu. 18
Citatio non requiritur vbi fiſcus apprehendit poſſeſſionem bonorum confiſcatorum, lib. 5. cap. 31. num. 11. verſ. 7. concl.
In abſolutione ad cautelam requiritur, lib. 4. cap. 66. numero 43. & cap. 70. num. 4
In abſolutione reuocanda an requiratur, lib. 4. cap. 70 num. 3
In abſolutione danda an requiratur regulariter lib. 4. cap. 70
Eius defectus non annullat abſolutionem, lib. 4. cap. 70, num 12
Requiritur in reintruſione, lib. 4. c. 65. n. 5
Non requiritur quando periculum eſt in mora, lib. 4. cap. 70. num 5.
Citationis negatiua probatur ex reuolutione actorum, in tract. de Neophyt. capit. 7. num. 6
Ciuis ſtante ſtatuto quod quis nō dicatur ciuis niſi habitauerit per aliquos tempus, is qui eſt intra d. tempus non poteſt dici ciuis, lib. 4. cap. 7. num. 7
Clauſua motu proprio non validat collationem factam excommunicato, lib. 4. cap. 6. num. 15
Non inducit diſpenſationem, neque impedimentum perſonæ, ibid. num. 6. limita vt num. 9
Non tollit defectum irregularitatis, neque bigamiæ, ibid. num. 7.
Clauſula Teque abſoluentes. quid operetur quo ad impetrationem, vide latè lib. 4. cap. 9 per tot.
Quod ſi non omnes, ſaluat ſententiam a nullitates, quando indicant plures quorum vnus eſt excommunicatus, lib. 4. cap. 18. num 8
Quorum tenores opiratur derogationē perinde ac illa quibus derogantur, fuiſſent expreſſa ad verbum, lib. 8. cap. 9. num. 8
Clericus in Minoribus conſtitutus poteſt libere regredi ad ſæculum lib. 7. cap. 12. num. 15.
Quot modis dicatur ad ſæculum redire lib. 7. cap. 1. 2. & 5
Per contractum matrimonij quando amictat beneficia d. lib. 7. cap. 1. & 2. per totum.

An

an amittat penſiones ibid.cap.3.per totum.
Compellitur a Iudice dimittere poſſeſſionem. lib 7. cap. 1. num. 8.
An recuperet beneficia, vel penſiones ſi vxor ante ſequutā copulam ingrediatur religionem, lib. 7.cap. 1.num. 20
Contrahens ignarus impedim. an priuetur beneficijs, lib. 7. cap. 12.num.20
Poteſt obtinere beneficium curatum habitu, lib. 1. cap. 14. num. 1
Miles effectus videtur renunciare beneficio, & ſi deinde reuertatur ad clericatum illa non recuperat,lib. 7. cap. 5. num. 16. & ſeq.
Quando dicatur effectus miles, lib. 7. cap. 5
Si ſit excommunicatus & exerceat actū tributum ordini an ſit irregularis . libr. 4. cap. 2. num. 4. & cap. 11. num. 3. & ſeq.
Detinens beneficia poſt contractum matrimonium.peccat mortaliter lib. 7. cap. 1. num. 12
Clericus in ſacris conſtitutus Si contrahat matrimonium priuatur beneficijs per ſententiam, lib.7.cap.2.num.12.& ſeq.
Clericus Perſiſtens in excommunicatione per annum, an priuetur beneficijs ipſo iure, an vero per ſententiam, libr. 4. capitulo 7
Cognoſcens mulierem excommunicatam an dicatur communicare in crimine, lib. 4. cap. 45. num. 68
Familiaris poteſt communicare Domino excommunicato lib. 4. cap. 52.num.10
Impubes contrahens matrimonium per verba de præſenti an priuetur benef. lib. 7. cap. 12. num. 7
Non poteſt etiam volens ſe eximere a iuriſdictione eccleſiaſtica lib. 5. cap. 12.nu. 5
A die hæreſis incurſæ tenetur reſtituere fructus beneficij lib. 5. cap.19. num.14
Incorrigibilis deponitur, & traditur curiæ ſæculari, lib. 8. cap. 10. num.7.
Etiam nolens non poteſt ſe eximere iuriſdictione eccleſiaſtica lib. 5. cap. 12. numero 15
Clerici Regulares, vulgo Theatini nuncupati ſunt capaces bonorum in communi, lib. 8.cap. 9. nu. 5
Coactus neceſſitate præciſa videtur, magis pati quam agere, lib. 4. cap. 53.num.1
Abſolute communicare cum excommunicato eum in diuinis, non incidit in cenſuras, ibid. nu. 3
Conditionaliter adorare Idolum non committit apoſtaſiam ſed peccatum mortale, lib. 6 cap. 5. num. 4.& 5
Coadiutor An poſſit exercere, excommunicato coadiuto, lib. 4.cap. 19. num.2. & 3.
Durante excommunicatione coadiuti an lucretur fructus, lib.4.cap. 14.num. 1.
Collectæ ſolutio an pertineat ad emptorem, ſeu venditorem qui percipit fructus, lib. 4. c. 16.num. 17
Conceſſio facta ex cauſa neceſſitatis, ceſſat neceſſante, lib. 4. cap. 14.num. 20
Commiſſio directa Rotæ non tribuit iuriſdictionē Auditori ſed iuriſdictionis exercitium, lib. 4. cap. 38.num.42
Communio Datur etiam in iuribus, lib.2.c.16 num 11
Communicatio Interdicitur, vel in pœnam, vel ad cautelam, lib.2. cap. 38. num. 2. & 3. & 4
In reſpicientibus cultum religionis eſt omnino cum iudæis prohibita, lib. 2. c. 39. per totum.
Cum infidelibus eſt prohibita lib.2. cap. 38. per totum.
Communicatio cum excommunicatis quando prohibita, lib. 4. cap. 43. per totum.
Quotuplex eſt lib. 4 cap.46.vbi latè.
Communicare in crimine quando dicatur, lib. 4. cap. 45.per totum.
Cognatio Spiritualis an contrahatur inter iudæos, lib.2.cap.4.per totum.
Carnalis vt contrahatur requirit proceſſionem ab eodem ſtipite ibid. nu 2
Legalis an contrahatur inter Iudæos, ibid. num. 10.
Cognationis appellatione quid contineatur, lib. 6.cap.4.num 7.
Collatio facta ab excommunicato eſt nulla, lib. 4.cap.3. vbi ampliatur, & limitatur multipliciter.
Idem eſt ſi fiat a ſuſpens ibid. num.17.
Facta excommunicato eſt nulla, lib. quarto capitulo 6.extende 29. modis, vt ibi. Limita quinque modis vt eodem lib. 4. capitulo 13
Non præſtat titulum coloratum, lib. 4.capit. 6 num.20
Facta hæretico eſt nulla ipſo iure, lib. 5. cap. 19. num. 3
Collator facit vnum tribunalium ſuo Vicario lib. 4. cap. 3.nu 4
Conferens ſcienter beneficium excommunicato priuatur facultate conferendi, lib. 4. cap. 6.num. 33
Conferendi facultas pertinet ad eccleſiaſticā iuriſdictionem, lib.4. cap 3 .num.2.
Comedere cum excommunicato an liceat, lib.4. cap. 46.nu. 10
Concilij Trid.diſpoſitio ſeſſ. 24. de reformat. non habet locum in matrimonijs contractis inter iudæos, lib.2. cap. 3,nu. 11. vide nu.14.
Epiſcopus an vigore Concilij ſeſſ. 24. cap. 6.

poſſit

INDEX

poſſit hodie abſoluere ab hæreſi, lib. 5. capit. 16
Eius decretis derogatum cenſetur, per clauſulas generales, & quare. lib. 5. c. 14. num. 16. & lib. 8. cap. 4. num 6
Seſs. 2. cap. 5. non habet locum in his quæ expediuntur in foro conſcientiæ, lib. 4. c. 68. num. 2.
Concubine Dauid ab Abſalon cognitæ quomodo à Dauid tractata, lib. 2. cap. 5. nu. 11
Conditio ferendi nomen, & arma teſtatoris eſt neceſſaria, & ſeruanda ad vnguem lib. 1. cap. 1. num. 91
Si ingrediatur monaſterium non verificatur ante profeſſionem, lib. 8. cap. 2. num. 4.
Poteſtatiua non retrotrahitur, lib. 5. capit. 32. num. 38. vide num 44.
Reſolutiua Pontificatus non valet, lib. 9. c. 5. num. 21.
Confeſſio non inducitur ex facto quod ſit ioci cauſa, lib. 1. cap. 5. num. 3
Non tollit probationes legitimas, lib. 5. cap. 6. num. 4.
Confiſcatio bonorum quare introducta, lib. 5. cap. 31. in princ.
Eſt ſtricti iuris, lib. 5. cap. 32. num. 13. & ideo publicatis bonis non cenſentur publicata iura, & actiones, ibid. num. 4. etiam ſi ſit dictum de Mobilibus, & ſe mouentibus ibid. num. 15
Confiſcatio bonorum hæretici fit ipſo iure lib. 5. cap. 31. num. 3.
Quæ bona complectatur, eod. lib. cap. 32. a num. 17.
Veniunt non ſolum bona, ſed etiam iura, & actiones, ibid. num. 17.
Non ſolum præſentia, ſed etiam futura, ibid. num. 20
Congregatio oratorij conſiſtit ex clericis ſæcularibus, qui poſſunt egredi quandocunq. ſine metu apoſtaſiæ lib. 8. cap. 2. nu. 8
Coniux conuerſus ad fidem, an poſſit petere thori ſeparationem, lib. 2. c. 2. n 30
Coniunctus an poſſit agere pro excommunicato coniuncto, lib. 4. c. 28
Poteſt excipere in iudicio pro coniuncto excommunicato ibid. ibid. num. 8
Dicitur habere mandatum à lege ibid. nu. 1
Conſanguinitas Proueniens ex fornicatione eſt vera conſanguinitas, lib. 2. cap. 5. nu. 10
Conſcientiæ forus quomodo differat a foro pænitentiæ, lib. 4. cap. 68. num. 3
Conſortium litis non ſupplet defectum perſonæ excommunicatæ lib. 4. cap. 24. num. 5.
Conſtare dicitur quod plenè probatur, lib. 4. cap. 67. num. 39.
Conſtitutio Pij 4. de fidei profeſſione a Prælatis Regularibus emittenda, an ſit in Vſu lib. 1. cap. 13. num. 5.
Latè declaratur in d. cap. 13. a num. 5. vſque ad 12.
Gregorij XIII. ſuper iure congrui, eſt Iſta ad Vrbis ornatum, lib. 2. cap. 16. num. 1
Non habet locum inter iudæos ibid. num. 3
Clem. 7. ſuper facultate abſoluendi ab hæreſi conceſſa Inquiſitoribus quomodo intelligẽda lib. 5. cap. 16. num. 2
Conſtitutio conciliaris non cenſetur derogata niſi ſit facta expreſſa mentio, lib. 5. cap. 14. num. 10
Limita in Concilio Tridentino, lib. 8. capit. 4. num. 6.
Conſuetudo contra pontificiam conſtitutionem eſt valde periculoſa, lib. 1. cap. 13. nu. 8
Requirit frequentiam actuum, lib. 4. cap. 39. num. 2
Populi Chriſtiani irritandi matrimonium inter fidelem, & infidelem, latè probatur lib. 2. cap. 2. num. 23.
Bulgari habet locum etiam in teſtamento Iudæi, lib. 2. cap. 14. num. 5
Chriſtianorum comprehendit etiam iudæos lib. 2. cap. 21. num. 12.
Iudæorum vt teſtamenta ſcribantur per Rabbinos, lib. 2. cap. 27. num. 8.
Quod iudæi non teneantur deferre ſignum quo diſtinguantur a Chriſtianis eſt irrationabilis, lib. 2. cap. 43. num. 4.
Quæ aduerſatur eccleſiaſticæ honeſtati eſt nulla, ibid. num. 5
Conſuetudinem introducere eſt iuriſdictionis lib. 2. cap. 15. num. 4.
Contemnere excõmunicationem quis d icatur, lib. 4. cap. 1. num. 7.
Contemptus abſolutionis obtinendæ, & deceſſus abſque pænitentia arguant defunctum ſuſpectum de hæreſi, lib. 4. cap. 58. num. 29.
Contemnens abſolutionem non auditur appella lib. 4. 4. cap. 63. num. 28
Continuans non attentat, lib. 1. cap. 15. nu. 7. & 8
Copula carnalis inter fidelem, & infidelem fœdiſſima, lib. 2. cap. 2. num. 26. quomodo punitur ibid. nu. 27.
Siue coniugalis, ſiue fornicaria efficit duo in carne vna, lib. 2. cap. 5 num. 9
Quamuis fornicaria inducit pudorem naturalem, lib. 2. cap. 5. num. 12
Contractus In eis quiſque ſtudet facere ſuam conditionem meliorem, lib. 2. cap. 42. n. 11
Contrahere cum iudæis quando liceat, lib. 2. cap. 43.
Si inualidetur ex parte vnius, cenſetur inualidatus ex parte alterius, lib. 2. cap. 6. num. 15.
Contrahitur in profeſſione inter religionem, & profeſſum lib. 8. cap. 20. num. 2

Con-

INDEX

Contrariorum eadem eſt diſciplina, lib. 4. cap. 45. num. 9

Contumacia. propria nemini debet prodeſſe, lib. 4. cap. 56. num. 2

Ceſſante. abſolutio datur ſine citatione lib. 4. cap. 70 num. 11.

Manifeſta, quæ ſit, & quid operetur, lib. 4. cap. 63. num. 25. & ſeq.

Conuerſus ad fidem vide in verb. Neophytus.

Conuiuium cum iudæis eſt chriſtianis interdictum, & quando, lib. 2. cap. 41. a nu. 25. vſque ad finem

Conuictus de hæreſi, poteſt puniri tanquam hæreticus, etiam ſi conſtanter neget, & aſſerat ſe credidiſſe, & credere quod credit eccleſia, lib. 5. cap. 6. num. 1. & 3

Correlatiua. diſpoſitum in vno ex correlatiuis, cenſetur diſpoſitum in alio, lib. 4. cap. 51. num. 3

Corpus excommunicati mortui non eſt lauãdũ neq. tradendũ eccleſiaſtica ſepulturæ, lib. 4. cap. 60. num. 12. & 14. reliqua vide in verbo cadauer:

Credulitas cordis ſola non ſufficit ad conſtituendum in eccleſia lib. 1. cap. 3. num. 5.

Crimen inferens pænam priuationis, ſi ſit notorium dicitur priuationem inducere ipſo iure, lib. 4. cap. 7. num. 5

Culpa. contrahitur ex propria voluntate, lib. 9. cap. 2. num. 32

Caret qui iuſto errore ducitur, li. 9. c. 2. n. 14

Curati tenentur emittere fidei profeſſionem lib. 1. cap. 13. num. 4

Curatoris officium eſt publicum, lib. 4 c. 28. n. 7

Curię ſtilus pro prouiſis in abſentia qui tenentur facere fidei profeſſionem, lib. 1. cap. 13. num. 36

Curia Cardinalis Vicarij concedit monitoria ſub cenſuris ad inſtantiam iudæorum contra chriſtianos, lib. 2. cap. 6. num. 19

D

DAmnatus ad metallum eſt capax legati alimentorum, lib. 5. cap. 27. num. 21

Damni grauis vitandi gratia poſſumus ſubuenire excommunicato, lib. 4. c. 55. num. 5.

Dauid Quare fuit prohibitus templum ædificare, lib. 2. cap. 7. num. 12

Cõcubinas ſuas ab Abſalone cognitas quomodo tractauerit, eod. lib. cap. 5. num. 11

Debitum an poſſit ſolui excommunicato, lib. 4. cap. 56. num. 12

Conditionale ex contractu trãſit in fiſcũ, lib. 5. cap. 32. num. 36

Debitor fugiens quando cap. poſſit, lib. 8. cap. 13. num. 18

Decimæ Perſonales an ſint de iure diuino, lib. 2. cap. 9. num. 2. & 3

Debentur intuitu laborum, ibid. nu. 4.

Reales an ſoluantur tanquam decima, vel tanquam onus annexum, lib. 2. cap. 9. num. 6

Quo iure debeantur ibid num. 8

Deciſiones Veralli a quo fuerunt editæ, & quantæ ſint auctoritatis, lib. 1. cap. 13. num. 36.

Declaratoria. Cenſurarum An ſuſpendatur per appellationem lib. 4. cap. 4. cap. 64. n. 30

Ob non paritionem rei iudicatæ an ſuſpendatur per appellationem, lib. 4. cap. 64. nu. 32. & 35.

Quæ fundatur ſuper facto notorio nõ ſuſpenditur per appellationem, ibid. nu. 33.

Defenſio legitima datur etiam excommunicato lib. 4. cap. 37. num. 4

Non poteſt renunciari lib. 4. cap. 13. nu. 14

Non eſt licita, vbi offenſio eſt approbata, ibid. num. 17

Delegans. excommunicatus non poteſt reuocare ſuam delegationem, lib. 4. cap. 19 num. 9

Abſolutus an delegatus ab eo egeat noua commiſſione, lib. 4. cap. 19. num. 19

Delegatus. Papa poteſt mandare locorum ordinarijs, vt denuncient excommunicatos, lib. 4. cap. 64. num. 18

Si ſit ordinarius an efficiatur delegatus lib. 4. cap. 38. num. 45

Si ſit excommunicatus aut alias factus inhabilis an poſſit ſubdelegare, lib. 4. cap. 25. num. 10

Poteſt extraiudicialiter procedere pro tuendis iuribus ſuis, dummodo doceat de facultatibus, lib. 4. cap. 61. num. 25

Delicta. non debent remanere impunita, lib. 8. cap. 13. num. 9

Eorum pluralitas auget peccatum, lib. 6. c. 46. num. 10

Delicta ſua nemo tenetur prodere, lib. 8. cap. 13. nu. 11

Non conſiderantur in contrahente bona fide lib. 6. cap. 11. num. 22

Delinquens. in eccleſia non gaudet eius immunitate, lib. 4. cap. 44 num. 15

Subijcit ſepe ne ſuapte voluntate lib. 8. cap. 31. num. 21.

Denunciatio excommunicationis nihil noui addit, ſed declarat actum geſtum, lib. 4. cap. 64. num. 21

Poſt inhibitionem eſt nulla, lib. 4. cap. 64. num. 11

Quando ſuſpendatur per appellationem, lib. 4. cap. 64. num 10 17 & 30

Denunciatio Euangelica, vide in verſ. Euangelica denunciatio.

Denunciatio. non eſt de ſubſtantia excommuni-

catio-

cationis lib. 4. cap. 62. num.6
Eſt facienda ab eo qui excommunicauit num. 5
Quæ requirat vt recte ſiat nu. 12. & ſeq.
ſieri poteſt parte non citata num. 15.
Quare ſiat num. 2. & 3
Deputati *ad curam animarum abſque titulo parochiali, non tenentur ad ſidei profeſſionem, lib. 1. cap. 13. num. 61*
Deportatus *poteſt eſſe arbitrator, lib. 2. cap. 23. num. 20*
Deportationis *pœna durat poſt obitum, lib. 4. cap. 60. num.6*
Derogatio *ſpecialis requiritur in decreto Conciliari, lib. 5. cap. 24. num. 10*
Limita in decretis Concilij Tridentinis ibid. num. 16. & lib. 8. cap. 4. num. 6
Deſtinatio. *vt res ſit ſacra, non facit quod dicatur ſacra, lib. 3. cap. 7. num. 7*
Quando faciat vt locus deputatus ad eccleſiam habeatur pro ſacro, ibid. num. 11. & vide plura de deſtinatione, ibid. per totum capitulo.
Deſpici *quis non debet quod fuerit infidelis, in tract. de Neophyt. cap. 6. num. 5*
Determinatio *vna reſpiciens plura determinabilia, debet equaliter terminali, lib. 4. cap. 42. num. 9*
Deus *eſt auctor vtriuſque teſtamenti, lib. 5. c. 8. num. 6*
Eius poteſtas eſt incomprahenſibilis, lib. 3. cap. 8. num.8
Illi magis quam hominibus obediendum lib. 1. cap. 11. num. 12
In Deum quod committitur in omnium fertur iniuriam, lib. 4. cap. 68. num. 19
Dictio. *tantum eſt taxatiua, lib. 2. cap. 15. num. 22.*
In æternum quomodo accipiatur in ſcriptura ſacra, ibid. num. 24
Saltem eſt, ſubſidiaria lib. 5. cap. 27. num. 13
Diffinitio eccleſiæ *tradita per Turrecrem. eſt inſufficiens, lib. 1. cap. 3. num.2*
Tradita per Bellar. probatur, & declaratur ibid. num. 3. & ſeq.
Dignitas *liberat a poteſtate patris in præiudicialibus, lib. 2. cap. 29. num. 8.*
Dignum *Magis trahit ad ſe minus dignũ, lib. 2. cap. 23. num. 15*
Diſpenſatio. *Quo ad vſum Sacerdotij in eo qui fuit hæreſi infectus eſt reſeruata Papæ, lib. 5. cap. 16. num. 8*
Quod excommunicatus poſſit retinere beneficium an, & a quo poſſit concedi, lib. 4. cap. 12
Quod Illegitimus poſſit obtinere beneficium, an expiret per contractum matrimonij, lib. 7. cap. 1. num. 15
Obtenta a coniugibus ſuper occulto impedimento quid operetur, lib. 4. cap. 68 num. 20
Obtenta ab excommunicato in materia retentionis beneficij habet vim collationis, lib. 4. cap. 12. num. 2
Operatur vt actus valeat ex nunc, ſecus ex nunc, lib. 4. cap. 12. num.4.
Diſpenſandi *poteſtas Et maior quam poteſtas abſoluendi, lib. 5. cap. 16. num.6*
Diſpenſare *An poſſint hodie Epiſcopi cum hæretico occulto ſuper irregularite prouenien te ex hæreſi occulta, lib. 5. cap. 16. vbi quid de diſpenſatione quoad vſum Sacerdotij, & vt poſſit audire confeſſiones.*
An poſſit vt valeat retinere beneficiũ eo collatum alicui tempore quo erat excommunicatus, lib. 4. cap. 12. & a quo talis diſpenſatio poſſit concedi, ibid.
Diſpoſitio. *cap. licet canon de elect. lib. 6*
Habet locum in eccleſia curata habitu ſi parocchiani redeant ad habitandum, lib. 1. cap. 15. num. 2
Cap. ſi quis ſudente 17. q. 4. non habet locum in infidelibus, lib. 2. cap. 6. num. 3
Bulla cœnæ non habet locum in infidelibus ibid. num. 4
Cap. omnis vtriuſque ſexus non habet locum in Iudæis, & infidelibus, ibid. nu. 5
Cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſſ. non habet locum in iudæis & infidelibus
Cap. quanquam de Vſur. lib. 6. non habet locum in iudæis & infidelibus.
Cap. 1. de vſur. an habeat locum inter iudæos. lib. 2. cap. 19
Cap. 1. de reſcript. lib. 6. an habeat locum in reſcriptis Prælatorum, & Principis ſæcularis, lib. 4. cap. 39 & 40
Extrauag. ad euitanda, declaratur, lib. 4. cap. 46. num.22
Auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſus vend. & l. ſi quis maior C. de tranſact. an habeat locum inter iudæos, lib. 2. cap. 10. num. 7. & 8
Loquens de monacho habet locum in Moniali in materia vtrique proportionata, lib. 8. cap. 5. num. 2
Loquens in laico habet, etiã locum in clerico in materia honeſtatis, lib. 4. c. 45. n. 10
Loquens de viro habet locum in Vxore, li. 4. cap. 48. num.21
Conciliaris requirit derogationem ſpecificam, lib. 8. cap. 9. num.6.
Qualibet intelligitur rebus ſic ſtantibus, lib. 4. cap. 56. num. 10
Reſtringitur ad cauſam lib. 5. cap. 20. num.24
Pœnalis reſtringitur, lib. 1. cap. 15. nu. 5
Derogatoria eſt ſtricte intelligenda, lib.

5.cap.

INDEX

5 cap. 14. num. 3.
Loquens de heretico habet locum in Apoſtata fidei, lib 74. num. 14.
Diſtributiones Quotidianæ. *An amittantur ob non emiſſam fidei profeſſionem lib. 1. c 13. num. 54*
Quæ debebantur excommunicatis cui applicentur excommunicatione durante, lib. 4 cap. 14. num. 2.
Vt amittantur ſufficit ſola excommunicatio, lib. 4. cap. 14. num. 20
An debeantur infirmo qui an infirmitatem non ſolebat intereſſe diuinis. lib. 2. cap. 14. num. 24
Diuiſio *ſupponit vnitatem praecedentem lib. 9 cap. 1. num. 8*
Doctores. *Roma coram quo emittant fidei profeſſionem. lib. 1. cap. 13. num. 9*
Priuatim legantes an teneantur facere profeſſionem fidei, ibid. num. 11
Doctori *atteſtanti de conſuetudine contra conſtitutionem, non eſt facili credendum, ibid. num. 6.*
Doctorari *an poſſit excommunicatus, lib. 4. c. 23*
Doctoratus *acceptus ab Apoſtata non prodeſt ad iuſtificandam gratiam in qua quis narrauit ſe doctorem, lib. 4. cap. 23. nu. 4.*
Doctore *excommunicato an poſſimus ab eo petere conſilium, lib 4 cap. 54. num. 3*
Doli, *capax quando quis dicatur, lib. 2. cap. 33 num. 4*
Dolus, *& ignorantia arguit Prælatum non habuiſſe iuſtam cauſam excommunicandi, lib. 4 cap 61*
Domorum *penſiones non poſſunt hebrais augeri, lib. 2. cap. 31. num. 22.*
Domus *profeſſa, vide in verb Societas Ieſu.*
Donatio *inter coniuges etiam iuramento vallata, non habet locum inter infideles, lib. 2. cap. 10 num. 4.*
Facta religioſo etiam ſtrictioris obſeruantia, in ſtudij ſubſidium, valet, lib. 8. cap. 2 num. 47
Donari *excommunicato an poſſit, lib. 4. cap. 46. num 20*
Dormiens *cum excommunicato an dicatur illi communicare, lib. 4. cap. 46. num. 17.*
Dubitatio *proueniens ex ſubreptitia tentatione non facit hereticum, lib. 5. cap. 4. num. 1.*
Voluntaria, & pertinax an inducat hereſim, lib. 5. cap. 40. num. 4.
Proueniens ex ſimplicitate, vel ignorantia non facit dubitantem hereticum, lib. 5. cap. 4. num. 2
Dubius *in fide non habet fidem, lib. 5. cap. 4. num. 7*
An ſit hereticus eod. lib. cap 5.
Durius *ligari quando quis dicatur, lib. 4. cap. 64. num. 19*

E

Ecclesia, *græca vox, & quid ſignificet, li. 1. cap. 1. num. 1*
Quomodo diffinitur, lib. 1. cap. 3
In ſe eſt vna ibid. num. 4
Similis eſt arcturo, lib. 1. cap. 2. num. 6
Non cogit Iudæos ad faciendum actum contra eorum ſuperſtitionem, lib. 1. c. 10. num. 3
Non iudicat de occultis, lib. 2. cap. 2. n. 13
Poteſt ex rationabili cauſa diſpenſare vt Infidelis contrahat cum fideli. ibid. nu. 25
Non prodeſt ijs qui ſub eius lege non viuunt, lib. 2. cap. 12. num. 4
Prohibet vim iudeis inferri, ibid. num. 6
Tolerat in iudæos eorum ritibus, & cerimonijs lib. 4. cap. 15. num. 17
Quare tolerat eos in ritibus & non in iudicialibus. ibid. num. 28
Ante baptiſmum non habet poteſtatem in paruulis in infidelium, lib. 2. cap. 32 num. 6
Non recipit Infideles antequam probet eorum voluntatem, lib. 2. cap. 32. nu. 15.
Quomodo debeat imitari actiones Chriſti, in tract de Neophyt. cap. 2. num. 11.
Habens eccleſias ſibi ſubiectas, ſi ſubijciatur alteri ſubijcitur ſimul cum ſuis eccleſiis, lib. 2 cap. 32. num. 34
Poteſt contrahere cum iudæis, lib. 2. cap. 42. num. 4
Non ſacrificat niſi pro fidelibus viuis, & defunctis, lib. 3. cap. 5 num. 4
Non conſueuit concedere indulgentiam Cathecumenis
Neque per modum abſolutionis, neque per modum ſuffragij, lib. 3. cap. 6. nu. 4
Poteſt priuare Principes, & abſoluere ſubditos à neceſſitate parendi, lib. 4. cap. 48. num. 8
Non iudicat de his quæ foris ſunt, lib. 5. cap. 12. num. 2
Non iudicat de occultis. lib. 4. cap. 68. num. 11. & lib. 5. cap. 3. num. 5. & eod. lib. cap. 10. num. 12
Procedit etiam contra iudæos, lib. 5. cap. 12. num. 25
Exercet iuriſdictionem etiam in hæreticos & quare, lib. 5. cap. 5. cap. 12. nu. 12
An habeat poteſtatem in hæreticum occultum, quo ad cenſuras, lib. 5. cap. 10. num. 2 vbi latè.
Iubere poteſt confeſſionem peccatorum etiam interiorum, & quare, lib. 5. c. 10 n. 7
Directè poteſt ſibi reſeruare abſolutionem mortalium peccatorum etiam internorum, lib. 5. cap. 10. num. 9

Eccle-

INDEX

Eccleſiæ nomen *eſt æquiuocum, aptum importare multitudinem bonorum, & malorum, lib. 1. cap. 1. num. 4*

Eius appellatione hodie ſoli Chriſtiani continentur. ibid. num. 5

Typus eccleſiæ fuit Abel. lib. 1. cap. 2. num. 2

Non expedire Infideles inuitos cogere ad fidem, exemplis probatur, lib. 2. cap. 3. num. 3

Communio cui denegatur, ſubtrahuntur prouentus eccleſiaſtici, lib. 4. capit. 14 num. 1

Ad eccleſiam nemo conuertitur niſi diuina vocatione preuentus, lib. 1. cap. 1. num. 2

In eccleſia vt quis ſit quæ requirantur, lib. 1. cap. 1. num. 3

Eccleſia. curata *habitu reſpectu Rectoris. dicitur parochialis actu etiam ſi Vicarius ſit perpetuus, lib. primo capit. 14. num. 1*

Reliqua vide in verb. Parochialis.

Ad priſtinum ſtatum reuertente, titularis non dicitur de nouo prouideri, lib. 1. cap. 15. num. 4.

Ab infidelibus occupata an deſinat eſſe ſacra. libro ſecundo, capitulo 9. numero 10

Accopomus *an poſſit exercere iuriſdictionem excommunicato Epiſcopo, lib. 4. cap. 19. num. 2 & 3*

Effectus *tribuitur cauſæ proxime, lib. 4. cap. 42 num. 10*

appellationis duplex, lib. 4. cap. 63. numero 4

Abſolutionis ad cautelam in quo conſiſtit, lib. quarto capit. 66. numero 65. & 68

Vbi ſunt diuerſi, vnum non tollit aliam lib. 4. cap. 68. num. 15

Egredi *non dicitur qui nuſquam fuit ingreſſus, lib. 6. cap. 3. num. 2*

Eiectus *à religione Non liberatur à votis ſolemnibus lib. 8. cap. 10. num. 14*

Poſt iuſtam ſententiam deſinit eſſe monachus, lib 8. cap. 11. num. 2

Eiectio *eſt remedium ſalutare, lib. 8. cap. 10. num. 9*

A conſortio & ordine ratione in obedientia ſuadetur exemplis, lib. 8. capit. 10 num 8

Electio *facta de perſona excommunicata eſt nulla. lib. 4. cap. 6. num. 23*

Facta à pluribus quorum aliqui ſunt excommunicati & aliqui non an valeat, lib. 4. cap. 3. num. 10

Eſt actus legitimus, qui non admittit neque diem conditionem, lib. 9. c. 5. n. 15. & 6

Elemoſina *An poſſit accipi ab excommunicato lib 4. c. 53. num 6.*

Elimelech *quare ceſſit Booz iuri propinquitatis, lib. 1. cap. 1. num. 11*

Emphyteuſi *vt quis priuetur ob non ſolutum canonem, tempora non coniunguntur, lib. 4. cap. 8. num. 2*

Aeneas *animos latinorum, & Ab originum quomodo ſimul conciliauit, lib. 1. cap. 1. num. 12. & in tract. de Neophyt. cap. 6. num. 11*

Epiſcopus *eccleſia captiuata, ipſa ad priorem ſtatum reuertente, tenetur ad eam reuerti, etiam ſi ſit de alia prouiſus, lib. 1. cap. 15. num 1*

Non poteſt relaxare pœnam inflictam à Concilio, contra non facientes profeſſionem fidei. lib. 1. cap. 16. num. 7

Exequutor eſt legatorum relictorum pro redemptione captiuorum, lib. 2. cap. 13. num. 2

An poſſit diſpenſare quod iudæus habeat nutricem Chriſtianam in domo, vel extra lib. 2. cap. 28. num. 15 vſque ad 22.

An poſſit diſpenſare vt excommunicatus retineat beneficium, lib. 4. cap. 12

Inſtituens hæredem, paganum excommunicatum, lib. 2. cap. 44. num. 8

Epiſcopum interfeciſſe non dicitur qui interficit electum, lib. 3. capitu. 7. numero 9

Epiſcopus non poteſt concedere, vt communicet quis excommunicato, lib. 4. cap. 43. num. 6

Curare debet vt excommunicatus ab alio Epiſcopo vitetur a ſubditis ſuis, lib. 4. cap. 43. num. 11

Loquens cum excommunicato incidit in excommunicationem minorem, lib. 4. c. 46. num. 7

Conferens excommunicato ſcienter eſt priuandus poteſtate conferendi, lib. 4. ca. 12. num. 11

Poteſt diſpenſare in delicto occulto facto ipſo ſcienter, lib. 4. cap. 12. num 12

In foro iudiciali poteſt abſoluere hæreticos pœnitentes, lib. 5. capit. 14. numero 1

Non poteſt dare facultatem legendi libros prohibitos, libr. 5. capitulo 25. num. 3

Procurans negligentiam canonicorum non poteſt conferre iure deuoluto, lib. 8. cap. 8. num. 8

Facit vnum tribunal cum Vicario, lib. 9. cap 2. num. 13

Epiſcopo recuſato recuſari poteſt Vicarius. ibid. num 14

INDEX

Epiſcopus an poteſt diſpenſare vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, lib. 4. cap. 11. num 5

Excommunicatus ſi exerceat actum tributum ordinis efficitur irregularis, lib 4 cap. 2. num. 9

Idem ſi faciat celebrare coram ſe ibid numero 12

Priuatur fructibus, lib. 4. cap. 14. nu. 4

Epiſcopo excommunicato, an œconomus, vel coadiutor poſſit exercere iuriſdictionem, lib. 4. cap. 19. num. 2. & 3. & eod. lib. 4 cap. 27

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum hæretico pænitente vt miniſtret in ordinibus ſuſceptis, lib. 5. cap. 16. num 10. & 11

Conferens ſcienter beneficium hæretico punitur, lib. 5. cap. 19. num. 5

Extra Italiam quid facere debeat in caſibus comprahenſis in bulla cenæ, lib. 5. c. 14. num. 26

Aequitas *Eſt lex naturalem rationem ſequens lib. 2. cap. 20. num. 6*

Scripta habetur pro iure communi, ibid. num. 7

Vbi reſpicit merita cauſa complectur etiam iudæos, ibid num. 4

Reſpiciens perſonam ſi ſit in iure ſcripta, ſeruatur etiam inter, Iudæos, ibid. nu. 5

Scripta ad fauorem iudei, ſi concurrat cum rigore ſcripto ad fauorem chriſtiani rigor attenuatur, ibid. num. 8

Error *conſiſtit in intellectu, lib. 5. cap. 1. num 9*

Excludit conſenſum, lib. 5. cap. 7. nu. 12

Patens annullat excommunicationem, lib. 4. cap. 66. num. 32

Vt includat hæreſim oportet vt oppugnet fidei veritatem, lib. 5. cap. 1. num. 12

Circa res naturales non conſtituit hæreſim, lib. 5. cap. 1. num. 13

Error in fide *eſt credere poſſe in Sacra ſcriptura contineri mendacium, lib. 5 cap. 6. num. 5*

Errans *in fide paratus ab eccleſia corrigi non eſt hæreticus, lib. 5. cap. 11 num. 16*

Ignorantia inuincibili non eſt hæreticus, ibid. num 7

Ignorantia craſſa, & ſupina an ſit hæreticus, ibid. 5. cap. 7. num. 9

Euangelica *Denunciatio. ſit ad finem, vt quis corrigatur, lib. 2. cap. 6. num. 11*

Eſt introducta ex verbis Euangelij, ibid. num. 13

Eam contemnens qua pæna punitur, lib. 2 cap. 6. num. 12

Denunciari euangelicè an poſſit Chriſtianus ad inſtantiam, infidelis, lib. 2. cap. 6. num. 14

Denunciari an poſſit Iudæus, ibid nu. 7

Exceptio *est intelligenda ſecundum regulam, lib. 4. cap. 48. num. 4*

Imouritatis eſt plenè probanda in tract. de Neophyt. cap. 7. num. 8

Exceptio. *Nonnumeratæ pecuniæ poſt biennium an habeat locum in iudæis, lib. 2. cap. 6 num. 8*

An poſſit opponi ab excommunicato, lib 4. cap. 38. num. 33

Excommunicationis quomodo proponenda, lib. 4. cap. 31. num. 39. & ſeq.

Exceptio excõicationis appoſita cõtra Iudicem ſi non fuit pronunciatum contra excipientem, & non fuit appellatum ſententia lata per Iudicem excommunicatum valet. lib. 4. cap. 18. num. 17

Si non opponatur, iudicium valet, lib. 4. cap. 24. num. 11. & capitulo 31. numero 36.

Debet opponi etiam ſi ſit publica, ibid. num. 37

Poteſt opponi a Iudice ex officio, lib. 4. c. 31. num. 29

An poſſit opponi a tertio, ibid. nu. 30

Oppoſita reddit proceſſum nullum, ibid. num. 31. Poteſt opponi in quacunque parte iudicij lib. 4. cap 31. num. 24

Etiam poſt terminum peremptorium, lib. 4. cap. 31. num. 26. etiam ſi iurauit non opponere exceptiones ibid. n. 27. & 2

Vt ſuffragetur quomodo debeat proponi, lib. 4. cap. 31. num. 39. & ſeq.

An poſſit petere reductionem laudi, lib. 4. cap. 35. num. 4 An audiatur petens reuocari immiſſionem eod. lib. 36.

Exceptio compenſationis *An poſſit opponi ab excommunicato. lib. 4. cap. 34*

An poſſit opponi per eius fideiuſſorem ibid. num. 4

Exceptio. *Pretij non ſoluti, ſolutionis præſcriptionis pacti de non petendo, & reiudicata opponitur etiam ab excommunicato, lib. 4. cap. 38. num. 34*

Item quæ percutit perſonam Iudicis nu. 35. Item fori declinatoria, num. 36

Excommunicatus *Equiparatur relegato, lib. 4. cap. 47 num. 11. poteſt iterum excommunicari, lib. 4. cap. 1. num. 1*

Eſt extra eccleſiam, ibid. num. 2. etiam ſi ſit excommunicatus iniuſtè ibid. nu. 3

Quo iure vitandus, lib. 4. cap. 42. vbi plene.

Quoad onera habetur pro non excommunicato, lib. 4. cap. 16. num. 2

ſoluit penſionem beneficij, ibid. num. 1. & num. 6

Non

INDEX

Non debet reportare emolumentum ac propria malitia, ibid. num. 3

An poſſit eſſe exequutor ad prouidendum ſeu compellendum, lib. 4. cap. 5

Celebrans poſt excommunicationem expectato anno priuatur beneficio ipſo iure, lib 4. cap. 7. num. 3

Veniens poſt annum an audiatur, ad recuperandum beneficium, ibid num. 6

An poſſit optare, lib 4. cap. 11

An poſſit doctorari, lib. 4. cap. 23

An poſſit creari notarius. lib. 4. c. 30. n. 9. cum ſeq.

Poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, lib. 4. cap. 33. nu. 9

Item pacti de non petendo ſolutionis, & præſcriptionis & re iudicatæ lib. 4. ca. 33. num. 12

Item poteſt recuſare iudicem ſuſpectum, ibid num. 13

Poteſt defendere cauſam propriam quando requirit induſtriam perſonæ, lib. 4. cap. 37 num 14

Item, & in cauſa criminali ibid. num. 15

Item vbi egeſtate laborat, num. 16

Excommunicatus iniuſtè *eſt extra eccleſiam lib 4. cap. 1. num. 2. declaratur num. 8*

Non auditur niſi petat abſolutionem, ibid. num. 5

Contemnens excommunicationem ligatur non ſolum quoad eccleſiam, ſed quoad Deum ibid. num. 7

An teneatur vitare communionem in publico, ibid. num. 10

Debet poſt mortem abſolui num. 18

Dans pecuniam vt ſibi impendatur abſolutio non committit Simoniam, num. 19

Eſt incapax ad beneficia obtinenda, lib. 4. cap. 6. num. 34

Excommunicatus. *non poteſt exercere quæ ſunt ordinis, & ſi exerceat efficitur irregularis, ibid. num. 2. Amplia vt num. 3. & 4*

N q Conferre beneficia, lib. 4. cap. 3. nu. 1. Item, & prebendam, ibid. num. 5. Item & eligere, nominare, inſtituere, & præſentare putandum, ibid. num. 9. 11. 12. cum ſeq. & cap. 4. num. 6.

Ampliatur decem modis, & declaratur dupliciter vt in d. cap. 3. per totum.

Non poteſt obtinere beneficia, lib. 4. cap. 6. per totum. vbi extenditur 29. modis.

Non poteſt poſtulari, nominari, præſentari, lib. 4. cap. 6. num. 24. & ſeq.

Non poteſt permutare, ibid. num. 19

Nec impetrare literas ad vacatura, ibid. num. 28

Nec obtinere penſiones, nec fructus eccleſiaſticos percipere ibid. num. 29. & 30

Non poteſt eſſe arbiter, vt lib. 4. cap. 18. num. 5. & 6. & lib. 2. cap. 23. num 20

An poſſit eſſe arbitrator, lib. 4. cap. 24

Non poteſt eſſe aduocatus, lib. 4. cap. 21. Neque doctorari, ibid. cap. 22. neque poteſt eſſe procurator, aut ſolicitator, ibid. cap. 24. vbi amplia nouem modis.

An poſſit ſubſtituere, ibid. cap. 25

Non poteſt accuſare, lib. 4. cap. 31. nu. 9. declara vt num. 10. 11. & 12

Non poteſt eſſe exequutor gratiæ apoſtolicæ, ibid. num 18

Non poteſt agere remedio reintegrandæ, neque petere manutentionem, nec legitimationem perſonæ in iudicio, ibid. num. 19. 20. & 21

In caſibus in quibus poteſt eſſe in iuditio an poſſit comparere ſe ipſum, an vero cogatur conſtituere procuratorem, lib. 4. cap. 37

Excommunicatus *non poteſt habere iuriſdictionem nec dignitatem cui ſit annexa iuriſdictio, lib. 4. cap. 17. vbi amplia quatuor modis, & limita dupliciter, vt num. 7. 8. & 9*

Eſt capax iuriſdictionis ſibi delata per viam ſucceſſionis, ibid. num. 8

Item, & per viam contractus ibid. nu. 9

Non poteſt eligi Iudex neque eccleſiaſticus, neq. ſæcularis nec ordinarius, neq. delegatus, & electus caret iuriſdictione, lib. 4. cap. 17

Si eligatur in Iudicem, electio eſt nulla, ibid. num 5

Reliqua vide in verb. ſententia lata per Iudicem excommunicatum.

Excommunicatus *non poteſt eſſe arbiter, lib. 4. cap. 18. num. 5. & 6. & lib. 2. cap. 23. num. 20*

An poſſit proferre arbitramentum, lib. 4. cap. 20

Excommunicatus *non poteſt eſſe actor in iudicio lib. 4. cap. 31*

Etiam ſi agat vigore inſtrumenti iurati, aut alias exequutiui, ibid. num. 2

Etiam ſi agat per viam reconuentionis, ibid. declara vt num 4

Etiam ſi velit agere per procuratorem, qui ſit dominus litis effectus, ibid. n 5. et 6

Etiam ſi velit agere pro cauſa criminali vti accuſator, vel denunciator, ibid. nu. 9

Limita vt num. 10 & 11. & 12

Etiã ſi agat pro cauſa publica, ibid. nu. 13

Etiam ſi agat contra alium excommunicatum, num. 14

Siue agat coram iudice, ſiue coram executore, num. 17

Et ſiue agat in petitorio, ſiue in poſſeſſorio, nu. 19. Limita vt num. 20. & 21

Etiam in poſſeſſorio ſummaryſſimo, num. 22

Etiam ſi agat tantum de legitimanda perſona num. 23

Etiam ſi agat de agnoſcēda bonorum poſſeſſione, aut de inſinuanda donatione ibid.

Limita concluſionem tribus modis in d. cap. 31. à num. 35. vſque ad finem, & quinq. alijs modis vt in cap. 32. per totū.

Neque poteſt agere remedio. l. diffamari lib. 4. cap. 33. num 9

Neque petere exequutionem rei iudicata ibid. num. 9

Neque agere querela in officioſi teſtamenti, ibid. num. 10

An poſſit petere vt cauſa expediatur, ibi. num. 7

An poſſit opponere electo petenti confirmationem, lib. 4. cap. 36. num. 4

An poſſit conquiri de nullitate vel iniuſtitia captura, ibid. num. 5

An poſſit petere vt committatur receptio teſtium, lib. 4. cap. 38. num. 47

Non poteſt concordare de Iudice, neque dare liſtam confidentium, vel diffidentiū, ibid. num. 9

Excommunicatus *poteſt eſſe in iudicio.*

Primo in concernentibus anima periculum lib. 4. cap. 32. à num. 1. vſque numero 7

Secundo, Vbi periculum eſt in mora vt ibid. a nu. 10. vſque ad 17

Tertio in iudicijs duplicibus, ibid. num. 18. vide contrarium num. 19. & ſeq.

Quarto in reuocatione attentatorum, nu. 20. & 21

Quinto quando impeditur exercere ſibi premiſſa, num. 24

Sexto in his in quibus agitur de praiudicio excommunicati, nu. 28. verſ. Decimo.

Septimo quando venit vt reus neceſſarius lib. 4. cap. 33. vbi latè.

Excommunicatus *non poteſt impetrare reſcriptum, lib. 4. cap. 38. num. 1*

Neque per ſe, neque mediante perſona procuratoris, ibid. num. 2

Siue ſit reſcriptū ad beneficia, ſiue ad lites, num. 3. verſ. extenditur tertio, & verſ. Vnde reſcriptum.

Etiam ſi contineat facultatem emittendi profeſſionem, ibid. num. 4

Siue reſcriptum procedat a ſede apoſtolica ſiue a Pralato Inferiore, ſiue a Principe ſaculari, num 5

Etiam ſi pars aduerſa conſentiat, num. 6

Etiam ſi contineat alterius vtilitatē, n. 7

Siue ſit excommunicatus publicus, ſiue ſit occultus, num. 8

Etiam ſi impetret tanquam perſona publica num. 10. declara vt ibi.

Etiam ſi reſcriptum ſit conceſſum motu proprio, ibid. num. 13

Limita multipliciter a num. 22. vſque ad finem.

Vide in verb. reſcriptum ab excommunicato impetratum.

Excommmunicatus *non poteſt praſentare reſcriptum etiam ſi ſit impetratum ante excommunicationem, lib. 5. cap. 38. numero 20*

Neque poteſt concordare de Iudice, aut dare liſtam confidentium, & diffidentiū, ibid. num. 9

Excommunicatus. *Priuatur fructibus beneficij, lib. 4. cap. 14. vbi amplia 18. modis & limita quinque.*

Priuatur adminiſtratione rerum temporalium eccleſia, lib. 4. cap. 14. num 9

An poſſit optare, lib. 4. cap. 11. num. 1

Poteſt optare temporalitatem abſque titulo, ibid. num. 3

Non poteſt preſentari, lib. 4. cap. 6. nu. 27

Non poteſt acquirere feudum paternum, lib. 4. cap. 10. num. 2

Non poteſt impetrare literas ad beneficia vacatura, lib. 4. cap. 6. num. 24

Perſiſtens animo obſtinato in excommunicationi poteſt priuari per ſententiam, lib. 4. cap. 7. num. 16

Poteſt eſſe exequutor ad compellendum ſecus ad conferendum, lib. 4. cap. 5. num. 3

Excommunicatus *non appellans intra decem dies non poteſt audiri niſi per viam querela, lib. 4. cap. 63. num. 9. declarant num. ſequentib.*

Non appellans intra decem dies non poteſt introducere cauſam coram Metropo ibid. num. 10

Poſt annum auditur ad probandum innocentium, lib. 4. cap. 7. num. 7

Etiam iniuſte, non auditur niſi petat abbſolutionem, lib. 4. cap. 1. num. 5

Excommunicatus *Perſiſtens in excommunicatione per annum, videtur fateri crimen ob quod eſt excommunicatus, lib. 4. cap. 7 num. 4*

Poſt annum auditur ad probandam eius innocentium, ibid. num. 7

An audiatur ſuper benef. vide ibid. nu. 6

Citatus ad ſe purgandum ſi deficit in purgatione & perſeueret per annum priuatur ipſo iure, ibid. num. 2

Perſeuerans in excommunicatione, habet contra ſe preſumptionem contemptus clauium, ibid. num. 17

Ex cauſa ciuili, diuerſimode auditur

intra

INDEX

intra. & poſt annum: ibid. num 20
Poſt annum redditur ſuſpectus de hæreſi. ibid num. 21
An poſsit impetrare reſcriptum, lib. 4. *cap.* 38. & *vide in verb. reſcriptum ab excommunicato impetratum.*
An poſsit ingredi, vel profiteri religionē, lib 4. *cap.* 41
An poſsit hæres inſtitui, lib. 4. *cap.* 59. *An ſit capax relicti ad pias cauſas, ibid. numero* 7
Succedit etiam ab inteſtato, ibid. num. 3. & 5
Excommunicatus. *poteſt contrahere matrimonium, lib* 4 *cap.* 41. *num.* 3
Poteſt tranſire de vna religione ad aliam ibid. num. 4
Poteſt petere debitum ab vxore priuatus, lib. 4 *cap.* 8. *num* 20
Poteſt petere ſubſidium in neceſſitatibus, lib. 4. *cap.* 55. *num.* 7
Excommunicatus *vitandus. lib.* 4. *cap.* 43
Etiā ſtante priuilegio. vt quis non teneatur vitare excommunicatum, ibid. nu 7
Non ſolum ab Inferioribus, ſed etiam à ſuperioribus, ibid. nu 8 *etiam extra territorium excommunicantis, ibid. num.* 10. & 11 *etiam ab exemptis, ibid. num.* 13. & *eſt vitandus etiam ab alijs excommunicatis ibid. num.* 14 *etiam ſi Epiſcopus excommunicator deceſſerit num.* 19. *Et etiam ſi excommunicatus ſit contritus, & paratus ſatisfacere, num.* 15
Excommunicato *An currat præſcriptio, lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 11. & 12
An ſit ſoluendum tributum, lib. 4. *cap.* 52. *num.* 55
Poſſumus ſubuenire, ne graue damnum patiatur, lib. 4. *cap.* 55. *num.* 5 *vide lib.* 4 *cap.* 14. *num.* 26
Deferuntur Tutelæ, lib. 4. *cap.* 59. *nu* 6
Excommunicato delegante an expiret iuriſdictio delegati, lib. 4 *cap* 19
Excommunicato *Prælato an poſſint agere pro eccleſia alij miniſtri, lib.* 4. *cap.* 27
Excommunicatum. *vitare tenetur Non ſolum inferior, ſed ſuperior ac idem Epiſcopus excommunicator, lib.* 4. *cap.* 43 *num.* 8
Item tenentur alij excommunicati vitare, & idem excommunicatus tenetur vitare ſeipſum, lib. 4. 43. *num* 9
Excommunicatus *tenetur vitare alios excommunicatos, & ſeipſum. lib.* 4. *cap.* 43. *nu.* 9. & 14
iniuſte an teneatur vitare communicationem in ſecreto, lib. 4. *cap.* 1. *nu.* 10
Excommunicatus. *in vna eccleſia eſt excommunicatus quo ad omnes, lib.* 4. *cap.* 43. *num.* 11
Excommunicatus vigore conſtitutionis, ſi conſtitutio reuocetur an remaneat abſolutus, lib 4. *cap* 65. *num.* 32
Accedens ad ſuperiorem pro abſolutionē poteſt hoſpitari, lib. 4 *cap.* 53. *num.* 7
Excommunicato *poſſumus communicare.*
Quando eius opera eſt nobis neceſſaria, li. 4. *cap* 54. *num.* 1
Et in concernentibus ſalutem animæ ſuæ, lib. 4 *cap.* 55. *vbi vide qui ſint actus ſalutem animæ concernentes,*
Hodie qui excommunicati vitandi. lib. 4. *cap.* 55. *num* 9
Ab Excommunicato *quando emi poteſt lib.* 4. *cap* 53. *num.* 5
Excommunicatus cogitur. *Soluere Mercedem lib.* 4. *cap.* 53 *num.* 4
Et ad implendum promiſſa, lib. 4. *cap.* 56. *num.* 1
Etiam extraiudicialiter, ibid. nu 3
Excommunicatus *omni honore eccleſiaſtico priuatus, lib* 4. *cap.* 60 *num.* 34
Non poteſt ſtare in loco vicino eccleſiæ vt audiat diuina, lib. 4. *cap* 60. *num.* 24
Excommunicatus *non poteſt ſepelliri in eccleſia neque in cæmeterio, quamuis eiſiunctio, lib.* 4. *cap.* 60 *num.* 19
Neque in loco populi deuotione ad ſepulturam deputato, ibid. num. 27
Sepultus debet exhumari, & oſſa eijci, & locus reconciliari, ibid. num. 29. & 30. & 31
Limita ſi ſit abſolutus in mortis articulo ibid. num. 38
Excommunicatio *Reſpectu excommunicati eſt medicina, lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 5
Supponit culpam mortalem, lib. 1. *cap.* 16. *num.* 4. *lib.* 2. *cap.* 44. *num.* 10. & *lib.* 4 *cap.* 69 *num.* 5
Quantum ad eccleſiam militantem ſumit vires a poteſtate clauium non à iuſtitia cauſæ. lib. 4. *cap.* 4. *num.* 14
Conſtituit extra eccleſiam num. 2. *amplia vt num.* 8. *eſt omnium pænarum grauiſsima. lib.* 4. *cap.* 63. *num.* 2
Quæ venit in pænam ſi non eſt denunciata, & ignoratur non impedit collationem lib 4. *cap.* 6. *num.* 14
Lata ſine citatione tenet, lib. 4. *capitulo* 70 *num.* 13
Propter crimen quando inferat priuationem, ipſo iure, lib. 4. *cap.* 7. *numero* 10. & *ſeq.*
Lata pro crimine intentato ciuiliter quos pariat effectus, ibid. num. 13. & 14
Lata pro cauſa ciuili non inducit priuationem, ibid. num. 14
Lata pro crimine quos pariat effectus, ibid. num. 10

INDEX

Non priuat Dominos poteſtate, libr. 4. cap. 50. Neque dominio rerum,eod. lib. cap. 58. num. 4
Non dirimit obligationem.ſed ſuſpendit actionem, eod. lib. cap. 56. cap. 5.& 6
Ad effectum abſolutionis non tranſit in iudicatum, lib.4. cap. 63.num.6 Limita quo ad alios effectus quos vide, ibid.a nu. 9. vſque ad 21
Excommunicato *maior, quaſit,lib.4.capitulo 31. num. 33*
Diſpoſitio loquens de excommunicatione intelligitur de maiori, lib.4 c. 31.nu. 34
Non tollit iura ſuitatis, neque teſtamen. factionē paſſiuam,lib.4.a 59 & n.1. & 4
Neque ius & agnationis num.4
Excommunicatio iniuſta. *Tollit diſpoſitionem ad gratiam gratū facientem, non autem ipſum gratiam,lib.4. cap.1.num. 17*
Conſtituit extra eccleſiam,ibid. num. 4
Si contemnatur, ligat, ibid. num. 7
Vim obtinet quoad pœnas a iure ſtatutas in excommunicatum, ibid. num. 9
Cauſat iuſtum metum, ibid. num. 11
Operatur vt ſolutio eius metu facta, non conſtituat in quaſi poſſeſſione ibid. nu 12
Item, & quod renunciatio, ſit nulla, ibid. num. 13
Vt relaxetur, poteſt excommunicatus ſol uere pecuniam ſine peccato,lib. 4. cap. 1. num. 19
Eam ſi quis ferat humiliter, conſequitur præmium ſuæ humilitatis apud Deum, ibid. num. 13. & 15
Facit vt excommunicatus non poſſit an diri niſi petat abſolutionem, lib. 4.cap.1. num 5
Excommunicatio nulla. *Non ligat, lib. 4. cap. 1. num. 20*
Si eſt nulla notorie non eſt timēda, ibid. num. 21
Non inducit priuationem prouentuum, lib. 4. cap. 14. num 30
Ad hoc vti nulla poſſit negligi oportet quod de nullitate conſtet notoria, lib. 4. cap. 1. num 21
Lata poſt legitimam appellationem eſt nul la, lib. 4. cap. 66. num. 20
Lata contra participantes nō excommun. ſine monitione eſt nulla,lib. 4.c.66 n.33
Excommuuicato doloſe facta *quid operetur lib. 4. cap. 38. num. 40.& 41*
Excommunicatio conditionalis. *quid operetur lib. 4. cap 6. num 15. eſt illa quæ infer tur niſi ad primam,vel in fratres,lib. 4.c. 6 num. 37*
Præſumitur durare quoad eum cuius in tereſt. ſcens quoad tertium agentem,lib.4. cap. 6. num. 36
Decendium in excommunicatione conditionali quomodo computandum lib.4.cap. 63. num.15
Niſi ad primam eſt conditionalis, lib.4.c. 6. num. 37
Excommunicatis lata quouſque ſatisfaciat an ſequuta ſatisfactione egeat abſolutione, lib. 4. cap. 63. num. 25
Excommunicatio contracta *propter hæreſim, de quo iure ſit, lib. 5.cap.13.num.2.& 6*
Excōmunicationis effectus. *non poteſt per excō municatorem impediri, lib. 4. cap. 3. n.9*
Remanet etiam mortuo excommunicato- re vel translato ad aliam eccleſiam,lib.4. cap. 43. num. 19
Quos effectos pariat poſt mortem excom- municati, lib.4. cap. 65.num.20
Priuatio prouentuum eſt effectus excom- municationis, lib.4. cap. 13 num 7
An duret poſt mortem ita vt teneamur e- tiam mortuum vitare,lib.4.cap. 60
Excommunicatio *reuocatur ſolo verbo, lib. cap. 65. num.3*
Excludere *volenti aliquem incumbit onus pro- bandi cauſam excluſionis, in tract. de Neophyt cap. 70 num. 12*
Exempla *fidelium, qui nupſerunt* Infidelibus, *lib. 2.cap.2. num. 20*
Exemplum. *Eleazari. lib. 4. cap. 44.num.13*
Exemptus. *tenetur vitare excommunicatum, lib 4.cap. 43. num. 13*
Non poteſt ſepellire excommunicatos in ſua eccleſia alias poteſt cadauer eius ab E- piſcopo eccleſia lib. 4. cap. 60. num.32
Et an exempti in tali caſu poſſint puniri num. 33
Expoſitus *an repellatur per ſtatuta puritatis ſanguinis, in tract. de Neophyt.c.7.n. 33*
Externa *fidei profeſſio, vide in verb. fides pro- feſſio.*

F

FAbri, *Architecti, & ſimiles, an poſſint laborare in reſtaurandis. Synagogis, lib.2.cap.39 num.7*
Factum. *notorium quod dicitur,lib.4. cap. 64. num. 34*
De recenti, habetur pro nō facto, in tract. de Neophyt. cap. 5. num 3
Facultas. *Inquirendi contra hæreticos, quandiu duret, & quandiu contra Apoſtatam fi- dei, lib. 4. cap. 4. num. 10*
Teſtandi competit ex indulgentia, iuris, lib. 5. cap. 18.num. 23
Ferendi teſtimonium eſt generoſa digni- tatis,lib 5. cap. 20.nu.20
Se transferendi ad religionem laxiorē da ta Generalibus ex cauſa an ſit ſublata per

Con-

Concilium, lib.8.cap.4.num 15
Abſoluendi,& diſpenſandi hæreſi occulta conceſſa Epiſcopis per concilium an ſit reuocata per bullas cœnæ, lib.5.cap.16.
Famuli *quomodo poſſint communicare dominis excommunicatis, lib.4 cap.50*
Familiaritas *inter Chriſtianum, & iudæum eſt prohibita.lib.2.cap.30. num. 5.*
In politicis rebus, quaſit nobis prohibita lib.2.cap.41.nu.1
Magna contrahitur in conuiuijs, ibidem num. 26
Eſt quandoq. cauſa lucrandi infideles, ibidem num. 27
Fautor hæreticorum *quis dicitur, lib.5.cap.11. num.15*
Incidit in excommunicationem, lib.5 cap. 3. nu. 8
Eſt de hæreſi ſuſpectus, lib.5.cap.10. nu 3
Feſtis diebus *quos hæretici pro feſtis colunt an poſſint Catholici iuſta hæreticorum claudere officinas lib.1.cap.10*
Feudum *An poſſit acquiri per excommunicatum, lib.4.cap.10.num.2*
Et cap. 4. num 3
Non amittit recognoſcens in Dominum meum qui non eſt Dominus, ſi id ex errore faciat, lib. 9 cap.2.num.36
Fideiuſſor. *Excommunicati an poſſit excipere de compenſatione, lib.4.cap. 34.nu.4.*
Sequuta confiſcatione bonorum debitoris an liberetur, lib 5.cap.34.num. 14
Fides *Naturali ratione ſuaderi non poteſt, lib. 2.cap.31.nu 9*
Virtualis inſpicitur magis quam opinio, in rebus concernentibus fidem, lib. 5.cap. 5 num. 3.
Interior ſola non ſufficit, ſed requiritur etiam externa confeſſio, lib.6 cap.5.nu. 1.
Ad fidei veritatem elucidandam, & conuincẽdum abuſum catholicorum licet vti auctoritatem hæretici, lib.5.cap.23.nu.11
Fidem *apud infideles quando teneamur profiteri, lib.1.cap.16.num.2*
Præſumitur non habere qui coactus baptizatur, lib.2.cap.31. num. 7
Fidei *diſparitas impedit finem matrimonii, ſed eam non tollit omnino, lib. 2.cap.2.nu.19*
Fidei externæ profeſſio *neceſſaria ad ſalutem, lib.1.cap.4.num.1.& lib.5.cap. 3.nu.3*
Præceptum eam non negandi obligat ſemper, & ad ſemper, ibid.nu.6
Præceptum eam confitenti obligat ſemper non ad ſemper, & quando, ibid.nu.4.cum ſeq.
Præceptum eam confitendi eſt affirmatiuũ includens ſub ſe negatiuum, ibid.nu.2
Ad eam profitendam quando teneamur, ibid nu.7
Eius negatio quæ mala pariat, ibid.nu 9
Fidei profeſſio *Eſt ſolemne iuramentum, lib.1. cap.13. nu 23*
An poſſit fieri per Procuratorem, ibidem num. 21. & 29.
An requirat mandatum ſpeciale, ibidem num. 30,
Emiſſa poſt duos menſes, non proficit ad recuperandum fructus amiſſos, ibidem num. 39
Fidei profeſſionem *emittere tenentur promouendi ad cathedrales, lib. 1.cap. 13. nu.1*
Intereſſentes ſynodo prouinciali, vel diœceſane, ibid.nu.2
Doctores Vniuerſitatum ibidem, et priuatim legentes ibid.num.11
Qui promouentur ad doctoratum, ibidem num.3
Curati,& Canonici, & Dignitates in catedralibus, ibid. nu 4.
Etiam ſi ſint exempti, ibid. nu. 4.
Etiam ſi ſint prouiſi ſede Epiſcopali vacante, ibidem nu 15
Fidei profeſſionem *non tenentur emittere, Reputati ad curam animarum ſine titulo parocchiali, lib.1.cap. 13.nu.59.& 64.*
Neque obtinentes Dignitates, & Canonicatus in colligiata, ibid.nu. 56
Neque Portionarii, & Capellani in cathedralibus, etiam ſi ſint de capitulo, ibid. num 57
Fidei profeſſionem *non emittens intra tempus ad eam emittendam prefixum, non liberatur ab onere emittendi, lib.1.cap.13.nu.37*
An lucretur diſtributiones quotidianas, & anniuerſaria, lib.1.num.49.& 50.cum ſeq.
An peccet mortaliter lib.1 cap.16.nu.1
An poſſit petere manutentionem, ibidem num. 11
Fideicommiſſum *an tranſeat in fiſcum lib. 5. cap 32.num.39.46 & 66. cum ſeq.*
Fidelis *Cognoſcens feminam fidelem, vel infidelem contrahit affinitatem etiam cum vxore dicta femina infidelis, lib.2. cap. 5. num. 14*
Eccleſia quis dicatur lib. 2, cap. 1.nu 17.
Contrahens matrimonium cum infideli fictè baptizato. ſi baptizatus ſe transferat ad loca infidelium, an fidelis poſſit contrahere matrimonium. lib.2.cap.2.num. 17.
Filius. *natus ex infideli nõ legitimatur per ſubſequens matrimonium, lib.2.cap.2.nu.12*
Libera non debet famulari filijs ancillæ, lib.2.cap.28.num.2.
Quandiu caret vſu rationis, iudicatur quaſi portio viſcerum parentum, lib. 2. c. 32.num.10
Quando poſſit communicare cum paren-

tibus

tibus excommunicatis lib. 4. cap. 49. vbi latè, & vide in verbo liberi.
Patris iniquitatem ferre non debet ibid. num. 3
Adoptiuus an veniat applicatione filiorũ. ibid. n. 13 quando tranſeat in poteſtatem adoptantis, ibid. nu. 17.

Filius *iudæus natus ex matrimonio contracto intra gradus humana lege prohibito, etiam poſt conuerſionem ad fidem eſt legitimus, lib. 2. cap. 3 nu. 10*
Infidelis baptizati an dici poſſit Neophytus, in tract. de Neophyt cap. 1. nu 4

Filius *occidens patrem ſpiritualem punitur pœna parricidii, lib. 4. cap 49. nu. 20*
Accipiens pecuniam mutuam propter ſtudia obligat patrem, lib. 8. cap. 2. nu. 49

Filij *infidelium conuerſi ad fidem.*
Debent habere legitimam, dotes, & alimenta in tract. de Neophyt. cap. 9. a nu. 11. cum pluribus ſeq.

Filij *duorum fratrum, vel ſororum inter iudæos contrahunt matrimonium, lib. 2. cap. 18 nu. 9.*

Filij Hæreticorum. *An. & quando ſint inhabiles ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica, & quando priuentur obtentis, li. 5 cap. 29.*
Illegitimi an plectantur pœnis quibus plectuntur filij legitimi. lib. 5. cap. 30 num. 1
Apoſitiui an incurrant eaſdem pœnas, ibidem num. 7
Ad rogati an incurrant eaſdem pœnas ibidem nu. 22
Nati ante paternam hæreſim an incurrant eaſdem pœnas, ibid nu 27
An idem ſit in filijs reſpectu Matris hæreticæ, quod eſt reſpectu patris hæretici ibid. num 29
Quid in filijs hæretici pœnitentis ibid. nu. 30. & ſeq.

Filius *Illegitimus quoad iuris effectus reputatur extraneus, lib. 5 cap. 30. nu. 20.*
Eſt digni maiori odio quam legitimus, ibid. nu 2
In diſpoſitione odioſa venit appellatione filiorum, ibid num. 3
In affectione paterna equatur legitimis num. 5

Filius adoptiuus *Dicitur filius, lib. 5. cap. 30 num. 8. Habet priuilegia de quibus nu 9.*
Eius fauore vſufructus relictus vxori reſtringitur ad alimenta ibid nu. 11
Non prodeſt patri ad conſequenda priuilegia, quæ competunt propter filios ibidem num. 12
In quo differat quando eſt ad optatus a coniuncta, vel extranea perſona, ibidem num. 14

Finis *attenditur in rebus. lib. 5. cap. 21. nu 11*

Excommunicationis qui ſit, lib. 4. cap. 6. 9. num. 18

Fiſcus *non eſt heres, lib. 5. cap. 32. nu. vide. nu. 9. 5. & 8. eſt loco heredis ibid. nu. 4.*
Succedit in vniuerſum ius damnati actiuè, & paſſiuè, nu. 3.
Agit petitione hæreditatis num. 7.
Succedit tantum in bonis exiſtentibus in ſua iuriſdictione ibid ſub num. 8.
Succedit in inſtantia iudiciali, num 9
Reſumit cauſas coram ſuo iudice num. 10
Heretico viuente habet commoditatem bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, ibidem num. 69
Premoriente fideicommiſſario retinet bona, ibid. num. 70
An recuperet fructus rei alienatæ lib. 5. cap. 37
Preſtat alimenta hæretico in carceribus, lib. 5. cap. 27. nu. 22
Ab quæ teneantur facta publicatione bonorum, lib. 5 cap. 34 vbi latè
Contra eum pro illis ad quæ tenentur proceditur exequutiue ſi taliter poterat procedi contra hæreticum, ibid. num 26
Tenetur reſtituere dotem vxori hæretici lib. 5. cap 34 nu. 30. & 31. & 33
Agens ad reſtitutionem rei alienatæ per hæreticum an teneatur emptori ſoluere pretium, lib 5 cap 36
Item an teneatur reſtituere meliorationis, & expenſas in refectas, lib. 5. cap. 39
An ex bonis confiſcatis teneatur dare legitimam filij hæretici, lib. 5 cap. 40.
An teneatur ſtare locationi, lib. 5. cap. 41.

In Fiſcum tranſeunt
actiones quæ tranſeunt in heredem extraneum, tam actiua quam paſſiue lib. 5. cap. 32. & 33
Ius tranſmiſſionis ex potentia ſuitatis nu. 35
Debitum conditionale ex contractu ibid. num. 36
Et quæ illa quæ poſſunt transferri per contractum, num. 40
Et exceptiones quæ tranſeunt in hæredem extraneum, num. 42

In Fiſcum non tranſeunt
Iura conditionalia deſcendentia ex vltima voluntate, lib. 5. cap. 32. num. 43
Neque ſpes ſubſtitutionis pupillaris nu. 45
Neque ſpes ſubſtitutionis fideicommiſſaria, num 46
Neque hæreditas delata quæ non eſt tranſmiſſibilis ad hæredes extraneos nu. 47
Neq ius ſuccedendi in emphiteuti, nu. 47
Neque ius deliberandi nu 49
Neque iura perſonalia, nu. 50

Ne-

Neque ius eligendi neque reuocandi liber tatem in ſeruitutem,nu. 52
*Neque ius dependens ex voluntate,nu.*54
Neque ius reuocandi donationem ex capi te ingratitudinis, nu. 55
*Neque ius dicendi teſtamentum nullum, nu.*56
Neque reuocandi abſtenſionem ab heredi tate. 57
*Neque ius repellendi conditiones adiectas legitime filij nu.*58
*Neque iura liberorum, nu.*59
Neque vſus fructus,alimenta,bona prohi bita alienari,fideicommiſſo ſubiectas, nu. 60.*vſque ad finem.*
Neque,*bona alimenta ante crimen admiſ ſum,ſub nu.*29

Forenſis *poteſt facilius vim in ferre quam ſubditus,lib.4.cap.61.nu.*39
*Subijcitur iudici territorij vbi violentiã intulit, ibid. nu.*46.
Mittens litteras vt inferatur violentia in aliquo territorio ſubijcitur iudici illius territorij vbi violentium intulit, ibidem num. 47

Forma *præſcripta à lege,ſi non ſeruatur,vitia tur actus, lib.* 1.*cap.*70.*num.*9

Formula *procedendi extraiudicialiter percenſu ras,lib.*4.*cap.*61.*nu.*71

Forus *conſcientiæ quomodo differat à foro peni tentiæ, lib.*4.*cap.* 68.*nu.*3

Fratres *predicatores non poſſunt tranſire ad re gulam Sancti Benedicti, lib.* 8.*cap.*4.*nu.* 28
*Minores non poſſunt tranſire ad ordinem Minimorum,lib.*8.*cap.*7.*num.* 12
*Cappuccini non poſſunt tranſire ad ordi nem Minimorum, lib.*8.*c.*7.*nu.* 13

Fraus *Fraudare vectigal qui conſtituit, ſi pe niteat, & non fraudet, non tenetur pœna fraudis, lib.* 5.*cap.*14.*nu.*23

Fructus *male percepti ob non emiſſam fidei pro feſſionem quando per ſedem apoſtolicam remittantur,lib.*1.*cap.*13.*nu.*49
fructus appellationequa continentur ibid. n.52.*Reſtituuntur ex dicato cognita in iu ſtitia excommunicationis, lib.* 4.*cap.*14.*nu.* 31.*& ſeq.*
*Non poſſunt reſeruari excommunicato e tiam à iudice excommunicatore,lib.*4.*cap.* 14.*num.*21
Amittuntur etiam ab iniuſtè excommu nicato,ſi ſit in mora petendi abſolutionem ibid.nu. 35
*An amittantur ab excommunicato ex cauſa Eccleſiæ ſua,ibid.nu.*36
*Quid ſi ſit excommunicatus putatiuus, ibid.nu.*37
Hodie excommunicatus an priuetur fru ctibus, vel deſtributionibus, ibid.nu. 38 *& ſeq.*
An priuetur fructibus penſionis, lib. 4. *c.* 14. *nu.* 5
Percepti tempore excommunicationis non poſſunt in conſcientia retineri, lib. 4.*cap.* 14. *nu.* 29

Fugiens *ſecunda vice a Monaſterio,dicitur reus primæ apoſtaſiæ, lib.*8.*cap.*12.*nu.*30
*Fugere nõ dicitur qui vadit ad ſuperiorẽ, lib.*8 *cap.*2.*nu.*20.*vide nu.*44

Fulgoſius *Conſil.* 55. *in probatur lib.* 2.*cap.*43 *num.* 3

Fundator beneficij. *Poteſt apponere in limine fundationis omnes conditiones, etiam ſi ſint contra ius, dummodo non ſint im poſſibiles, natura, vel improbata de iu re,in tract. de* Neophyt. *cap.*6.*nu.*19
*Poteſt in limine fũdationis prohibere quod certũ genus perſonarum non poſſint in Ec cleſia ſua habere beneficium, ibid.nu.*20

G

GAbellam *incipiẽs fraudare,ſi pœniteat non incidit in pœnam pro fraudata gabella, lib.*8.*cap.*2. *nu.*18

Generalis *ordinis ſi vult tranſire ad aliam religionem an requiratur licentia Papæ lib.*8.*cap.*4.*num.*25.*&* 26
*Illi atteſtanti ſedidiſſe licentiam ex cauſa non creditur,niſi de illa conſtet, lib.*8.*cap.* 4.*nu.*30

Generis *expreſſio operatur expreſſionem ſingo larem ſpeciarum, lib.* 2.*cap.*15.*nu.*9

Generis *diſtinctio excitat diſſidia, in tract. de* Neophyt.*cap.*6.*nu.*9
*Reſtricta intra certos gradus eſt rationa bilis,ibid.nu.*14

Gentiles *in ſcriptura dicuntur aduenæ, & pe regrini, lib.*2.*cap.*12.*nu.*10
Non *probibentur ingredi Eccleſiam vſq. ad miſſam Cathecumenorum, lib.* 3.*cap.*5.

Gerens *ſe pro chriſtiano, preſumitur chriſtia nus,lib.*6.*cap.*5.*nu.*5

Gratia *Dei nemo poteſt priuari, niſi per pecca tum, lib.*4.*cap.*1.*nu.*14
*Facta heretico pœnitenti non extenditur vt poſſit audire confeſſiones, lib.*5.*cap.*16. *num.*9

Græci *fuerunt primum ſchiſmatici, deinde he retici,lib.*9.*cap.*1.*nu.*21

H

HAbitus clericorum. *Non reperitur in iure determinatus, lib.*7.*capitul.* 6. *num.*1
Dimiſſio quando inducat amiſſionem be

ue-

INDEX

neſieÿ lib.7.cap.6. nu 18 & ſeq

Habitus *qualis, talis quis præſumitur. lib. 1. cap 5. num. 4*

Declarat religionem quam quis profitetur, lib.8 cap.11.nu 26

Pertinet ad tuitionem, & ornamentum perſonæ, eod lib.cap 12.nu 6

Pertinet ad honorem religionis, ibidem num 5.

Præcipitur religoſo multis ex cauſis, eod lib cap 12.nu.4

Non *facit Monachum, lib 8.cap 1.nu 2.*

Habitum *Gerens coopertum ſub pannis an ſit apoſtata, vide in verb. Apoſtata religionis.*

Religionis aſſumens extra Monaſterium poteſt illum ad libitum dimittere, lib. 8. cap.2.num 9

Habitare *cum iudeo, vel infideli, an poſſit chriſtianus, lib.1.cap.41.nu.2.& ſeq*

Cum excommunicato an inducat communicationem, lib.4.cap.46.nu.19

Hæreſis *unde dicta, lib. 5.cap.1.nu.1*

Cauſa triplex nu.3

Diffinitio num.7.

Non contrahitur niſi error procedat ex voluntate.nu 10

Includit errorem uti principium neceſſarium, ibid.nu.8

Non eſt ubi non adeſt error intellectus li. 5 cap.3.nu 6

Superat omnem improbitatem. lib. 5.cap. 30 num.1

Manifeſta quando dicatur, lib. 5. cap 9. num 4

Conſumatur, & perficitur ex perſeuerantia, lib 5.cap.1. nu.7

Et non eſt neceſſaria ad id temporis diuturnitas, ibid nu. 1

Nec ob inatio, ibid.nu 6

Requirit ad ſubſtantiam pertinaciam nec ſufficit error, lib 5 cap 7.nu.11

Hæreſis cauſa *quotuplex lib.5.cap.1 a num.1. vſque ad quintum.*

Hæreſis ſuſpectus eſt. *Negãs explicitè fidei propoſitione quas ſcire tenetur, lib.5.cap 11. num. 8*

Qui familiariter conuerſatur cum hæreticis, & legit eorum libros, lib. 5 cap.11. num. 6 vide alias ſpecies ſuſpitionis lib. 5 cap.2.num.24

Aſſerens ſe negaſſ fidem per vim, & metum, lib.6.cap.5 nu 7

Hæretici *nomen odioſum, & infame, lib. 5.cap. 1. num 2*

Hæreticus eſt. *Putãs Eccleſiam poſſe decipi in interpretatione ſcripturarum, lib 5. cap. 4. nu.8*

Siue ſit verè catholicus, ſiue gerat ſe pro catholico, lib.6 cap.3.nu.6

Errans in uno articulo fidei, lib.5 .cap. 1. nu. 14

Etiam ſi non ſit monitus ab inquiſitore vel Epiſcopo, lib.5 cap.7.nu.10

Aſſerens extra Eccleſiæ unitatem adeſſe ſalutem, lib 9. cap.1.nu.23

Hæreticus non eſt. *Errans in fide ſi ſit paratus ab Eccleſia corrigi, lib.5.cap. 21.nu 16*

Etiam ſi erret ignorantia inuincibili, li. 1. cap. 7.nu. 7

Et tanto magis ſi erret ignorantia probabili, ibid nu 8

Quid ſi erret ignorantia craſſa, & ſupina, vide ibid.num.9

Aſſerens ſe quondam fuiſſe in hæreſi interna ſi hodie in errore non eſt, lib. 5. cap. 9 num.17

Hæreticus *internus, siuè mentalis, quis dicatur lib.5 cap 9.ubi latè.*

An ligetur cenſuris Eccleſiaſticis, lib. 5. cap. 10

Hæreticus occultus *contrahit irregularitatem ſicuti contrahit manifeſtus, dummodo non ſit occultus per accidens, lib. 5. cap. 17. num.6*

Eſt incapax ſucceſſionis, lib. 5. cap. 27. num. 16

Non poteſt abſolui etiam in foro conſcientiæ, vigore iubilæi, vel bulla cruciata, lib. 5.cap 14.nu. 7

Hæreticus *An ſit ille qui eſt legitime conuictus, ſed aſſerit ſe credidiſſe, & credere omnia quæ credit Eccleſia. vide lib.5.cap. 6. per tot.*

Hæreticus. *ſubiacet iudicio Eccleſiæ, lib. 5. cap.12.nu 1.declara, ut num.11.& 12*

Retinet caracterem baptiſmi, ibid. nu.3

Non eſt in Eccleſia d. cap.12

Hæreticus excommunicatur. *ipſo iure, lib.5.c. 13.num.1 & 2*

Tot excommunicationes contrahit quot hæreſes, ibid. nu 2

Etiam ei ſit occultus ibid.nu 3

Hæc excommunicatio, de quo iure ſit, ibid nu 5.& 6

Hæreticus *eſt inhabilis ad beneficia lib.5 cap. 19*

Siuè ſit beneficium liberum, siuè de iure patronatus, ibid.nu.4

Non ſolum obtinendorum, ſed obtentorum ibid.num 8

Eſt inhabilis ad obtinendas penſiones, li. 5 cap. 19.nu 6

Priuatur beneficiÿs ipſo iure, d. lib.4 cap. 19. nu 9

Non facit fructus ſuos a die hæreſis contractæ. ibid.nu.14

Nec poteſt reſignare, ibid nu.13

Non

INDEX

Non gaudet regula triennali ibid. nu. 16
Neque de annali num. 17. & ſiq.
Limita omnia prædicta num. 20. vſq. ad finem.
Hæreticus non poteſt eſſe Defenſor ciuitatis, lib. 5. cap. 20. nu. 7
Neque arbiter, vel arbitrator ibid. nu. 20
Neque aduocatus nu. 11
Neque creari Doctor nu. 13
Neque notarius nu. 14 declara. vt nu. 15. 16. & 17
Neque teſtis, n. 18. limita vt num. 19. 20. 21. & 22
Neque poteſt interpretari proceſſus in partibus factos, & in iudicium productos, siue eos in aliam linguam transferre, ibid. num. 28
Hæreticus. Priuatur militia, lib. 5. cap. 20. nu. 32
Priuatur priuilegijs, cap. 20. num. 35
Non poteſt impetrare priuilegium ibid. nu 34
An Priuetur dominio, ante ſententiam declaratoriam, an vero poſt, vide li. 5. c. 31. num. 4. & 5.
Priuatur adminiſtratione, & facultate alienandi, ibid. nu. 6. & 8
Ante priuationem habet rerum retineri poſſeſſionem, ibid. nu. 10
Hæreticus facta publicatione bonorum liberatur a qualibet obligatione, lib. 5. cap. 34. num. 4. & 5
Extende nouem modis, & limita mulipliciter, vt ibi.
Hæreticus eſt incapax ſucceſſionis lib. 4. c. 27
Siuè illi deferatur iure communi, ſiue iure militari, ibid. num. 3
Siuè iure inſtitutionis ſiue legati nu. 4.
Siuè per viam contractus num. 5
Siuè vigore maioratus nu. 6
Siuè hæreticus ſit manifeſtus, ſiuè ſit occultus, num. 16
Limita primo, in hæretico reconciliato, ibid. num. 17
Limita ſecundo in legato alimentorum, ibid a nu. 19
Hæreticus teſtari non poteſt lib. 5. cap. 28. Neq. ad pias cauſas, ibid. nu. 5. Neq. inter liberos Orthodoxos, ibidem nu. 7
Etiam ſi teſtamentum, ſit conditum ante ſententiam declaratoriam, ibid. nu 9
Si pæniteat teſtamentum non reconualeſcit, ibid. nu. 10
Hæreticus pænitens. an euadat pœnam confiſcationis bonorum, lib. 5. cap. 42
An recuperet beneficia ibid. nu 43
Hæreticus reconciliatus. recuperat teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam, lib. 5. cap. 27. num. 17. & 18
An idem ſit in admiſſo ad reconciliationem ibid.
Homicidium imprimis in homine ſanguinis ororem, lib 2. cap 7. nu. 17
Homo, Per baptiſmum efficitur noua creatura, lib. 2. cap. 7 nu. 17
Non eſt in ſua mala voluntate permittendus, lib. 2. cap. 31. num. 5
Vndecunque naſcatur ſi parentum vitia non ſequatur Dei cratura eſt, in tract. de Neophyt. cap. 6. nu. 6
Honoris adeptio non aufert priſtina iura ſed confirmat, lib. 2. cap. 17. nu. 9
Hoſtia conſecrata. Adorans hoſtiam non conſecratam credens eſſe conſecratam non peccat, lib. 5. cap. 11. nu 4
Plures ſi ſint, & ignoretur quæ ſit conſecrata, eſt perindè ac ſi nulla eſſet conſecrata, lib. 9. cap. 5. nu. 4

I

IDolis genua flectere an liceat chriſtiano, li. 1. cap. 4. nu. 13
Ignorantia, quomodo diſtinguatur ab errore neſcientia, & dubitatione, lib. 5. cap. 7
Inuincibilis quæ dicatur, ibid. nu. 2
Probabilis quæ ibid. nu. 3
Craſſa quæ ibid nu. 5
Affectata quæ ibid nu 6
Ignorantia. extrauagantis quando æquiparetur ignorantiæ facti, lib. 1. cap. 13. num. 44. cum ſiq.
Diſpoſitionis Concilij Trid. quando excuſet ibid. nu. 47
Ignoratiam prætendens eius quod eſt publicè notum, eſt in lata culpa, lib. 1. cap. 13. num. 49
Supina non excuſat in delictis, lib. 5. cap. 7. num. 10
Affectata an inducat hæreſim, num. 13. & 14
Supina in dignoſcendo vc non Papam non excuſat in ſchiſma, lib. 9. cap. 2. nu. 26
In his quæ pertinent ad ſalutem non eſt excuſabilis, lib. 9. cap. 2. nu. 27
Voluntaria non excuſat, ibid. nu. 28.
Ignorans an poſſit abſolui, lib. 4. cap. 69. nu. 11.
Immunitas Eccleſiaſtica Eſt de iure diuino, lib. 2. cap. 12. nu. 5
Eſt conceſſa reſpectu loci, non perſonarum lib. 2 cap. 12. nu. 7
Regulatur ex diſpoſitione iuris canonici, ibid. nu. 2
In Eccleſia Hæbræorum etiam infideles gaudebant immunitate, ibid. num. 9
Immunitas conceſſa loco comprehendit, etiam Iudæos, lib. 2. cap. 12. nu. 8
Impedimentum affinitatis vide in verb. Affinitatis

tatis

tatis impedimentum.
Impedimentum *diſparitatis fidei,& diſparitatis cultus, quomodo conſideretur in matrimonio contracto inter fidelem, & infidelem, lib. cap.2.nu.7*
Impedimentū *Duplex vbi adeſt, vno remiſſo, nō cenſetur remiſſum aliud, lib.2.cap.14.nu. 11 & cap.19 num.9*
Impuritas ſanguinis *Eſt probanda ab allegante, in tract. Nophyt cap.7.nu.11*
Idq plenè, & concludenter ibid. nu. 18
Probatur ſicuti probatur ignobilitas, ibidem num.19
Concurrentibus probationibus pro puritate, & impuritate attenduntur illa quæ faciunt pro puritate, ibid nu 22
Facta probatione impuritatis poteſt pro uiſus probare ſuam impuritatem, ibidem nu 20. amplia vt nu 23
Nominas certos parentes, ſi illi detegantur impuri, poteſt docto de errore nominare alios, ibid. nu.25
Probatio facta ſuper impuritate, non tranſit in iudicatum, ibidem numero 24
Incapax *Ex teſtamento, eſt incapax ab inteſtato, lib.2.cap. 44.nu 14*
Inceſtuoſi *non admittuntur in Eccleſia niſi vſque admiſſam Cathecumenorum. lib. 3. cap.5. nu 2*
Indulgentię *an poſſint concedi Cathecumenis, lib 3 cap.6.*
Incapacitas *Socii quando vitiet, lib. 2. cap. 3 num 17*
Infamia *Facti durat etiam poſt purgationem, lib.5 cap.19.num.28*
Infans. *Non habet animi iudicium, li.2 cap. 32. num. 4*
Qua ætate dicitur habere vſum rationis ita vt poſſit inuitis parentibus baptizari, lib.2 cap.33.nu. 3
Doli capax quando dicatur, ibid nu.4
Infidelitatis *quot ſunt ſpecies, lib. 6. cap. 4. num 5*
Infantes infidelium. *an poſſint in vitis parentibus baptizari, lib.2 cap. 32. per tot.*
Probatur opinio negatiua, quam extende quinque modis, a nu. 15. vſque ad 23.& acclara a nu.23. vſq ad finem.
Vt poſſint baptizari, ſufficit ſi vnus tantum parens conſentiat, lib.2 cap.32.nu.14
Quorum vnus parens eſt fidelis, poſſunt baptizari etiamſi diſſentiat tam parens fidelis, quam infidelis, lib. 2. cap. 32. num.29
Iam iam morituri an poſſint inuitis parentibus baptizari. ibid. nu.31
Capti in bello poſſunt etiā inuitis parentibus baptizari, ibid. nu.29
Oblati baptiſmo a parentibus infidelibus ſanitatis cauſa an ſint cogendi ad fidem, ibid.nu 22
Apoſtatarum, & hæreticorum poſſunt parentibus inuitis baptizari, ibid nu.33
Si baptizentur antequam habeant vſum rationis, an imprimatur character, lib.2. cap.34
Inferior *non poteſt tollere legem ſuperioris, lib. 4 cap. 42.nu.7*
Infideles. *coniugati ſi ad fidem reuertantur non tenentur iterum contrahere, lib.2.cap. 15. num.6*
Clam contrahentes peccant contra ius natura lib.2.cap.3.nu 13
An teneantur ſoluere decimas, lib.2.cap.9
Subyciuntur iuri diuino, eod. lib.cap.10. num. 2
Non ſunt ferendi vt in die paſſionis ornatius incedant, lib.2.cap.18.nu 3
Inimicitias capitales exercens cum Eccleſia lib.2.cap. 30.nu. 8
Licitum eſt prouocare ad conuerſionem per temporalia beneficia, & quomodo, lib. 2.cap.36.nu 5.& 6
Non incidunt in hæreſim, lib. 5. cap. 1. num. 16
Infidelis *cognoſcens mulierem fornicarie conuerſus ad fidem, non poteſt ducere vxorem conſanguineam dicta mulieris, lib. 2.cap. 5. num. 14*
Per homicidium etiam voluntarium non contrahit irregularitatem, lib. 2. cap. 7. num. 13
Contrahit impedimentum bigamia, ibid. num. 15
An contrahat irregularitatem ex eadem bigamia prouenientem, ibid. nu.21
An contrahat irregularitatem ex homicidio licito, ibid nu. 19 & 20
Si ſit mulier, & deflor etur ante baptiſmū non efficitur irregularis, ſed impeditur à conſecratione ibid.nu.16
Adultus an poſſit ad fidem compelli, lib.2. cap 31 per tot conſtitue regulam negatiuam, quam extende, & limita, vt ibi.
Non poteſt bonis ſpoliari eo quod recuſet effici chriſtianus, ibid.nu 10
Neque amittit ius ſuccedendi nu. 18
Neque priuatur dote.nu.19
Neque poteſt grauari gabellis extraordinarys num. 21
Cogi poteſt ad fidem per inſtantiam prædicationis, lib.2.cap. 32. num.1
Petens ſua ſponte baptizari, an poſſit deinde pænitere, lib.2 cap.31 nu.26
Baptizatus ficte an ſit cogendus ad obſeruantiam baptiſmi, ibid. nu.27
An et quando poſſit ingredi templa Chri-

ſtiano-

ſtianorum,lib.2.cap.38.nu.13
Baptizatus efficitur noua creatura, in tract.de Neophyt cap.8.nu.1
Efficitur ciuis illius loci in quo baptizatur, ibid.nu 3
Ingratitudo *erga parentes purgatur per ingreſſum religionis, in tract.de neophyt. cap.9. num. 10*
Ingreſſus *Exteris ad loca noſtra poteſt impediri lib.2.cap.50.nu. 8*
Imicitia *eſt cauſa ſufficiens,vt quis repellatur à tutela. lib.2 cap 30 num. 7*
Inimicus *exiſtimatur etiam is qui eſt de recenti reconciliatus,in tract.de Neophyt.c. 5. nu.4. Repellitur à teſtimonio.ibid.num.5*
Iniuria *facta Prælato intelligitur facta Eccleſia lib.4.cap.61.nu 31*
Manifeſta debet probari, & intra quod tempus,lib.4 cap. 66.nu.58
Iniuſtitia *notoria reddit ſententiam nullam, lib.4.cap.67.nu 6*
Innocentiæ *probatio nunquam cenſetur excluſa lib. 4 cap.7.num 8*
Inquiſitor hereticæ paupertatis. *An habeat facultatem abſoluendi ab bæreſi interiori, lib. 5. cap.15*
An poſſit in eadem beraſi diſpenſare, lib. 5.c 16 nu.9 & cap. 20.nu.36
Equiparatur Epiſcopo in cauſa bæreſis, lib 5.cap.14.nu. 12
Inſignis *doctrina quis dicatur, lib. 2. cap. 41. num. 22*
Defectus in ſinuationis in contractu inter Iudæis non validatur iuramento,lib. 2.c. 10.nu.9 & vide nu.10
Inſordeſcentia. *Vt dicatur cõtracta ad effectum priuationis beneficiorum, quæ requirantur, lib.4.cap.8*
Tempora in ea contrahenda non coniunguntur,ibid.n.1
Requirit ſententiam declaratoriam, ibid. num. 12
De iure ciuili quomodo puniatur,& quomodo de iure Regni Neapolitani, lib. 4. cap.43.nu.3.4. & 5
Inſordeſcens. *Vt quis dicatur quæ requiruntur,lib.4.cap. 8*
An priuetur obtentis ipſo iure, an vero per ſententiam, & an veniens poſt annum audiatur,lib.4.cap.7
Non eſt qui non poteſt obtinere abſolutionem, vel qui non poteſt eam expedire, aliquo impedimento detentus,lib.4.cap. 8. à num. 5.vſq.ad 9.
Quomodo priuetur fructibus,& diſtributionibus,vide in verb.fructus,& verb.diſtributiones,& vide lib.4.cap. 14.nu.39
Poſt annum conſueuit citari, lib.4.cap.8. num. 21
Inſtantia *cepta cum defuncto non tranſit inſiſcum,lib 5 cap.32 nu.9*
Inſtrumentum *confectum a notario excommunicato an ſit nullum,li.4.cap.3 nu .9. cum ſequentibus.*
Falſum in parte,redditur ſuſpectum in totum,lib.5 cap.8 num.7
Inſtituens *bæreticum ſcienter ſi ſit perſona Eccleſiaſtica incidit in excommunicationem lib. 5.cap.27.nu.7*
Hac excommunicatio quando contrabatur,vide ibid.à nu.10
Intell. *cap.Eccleſia de conſecration.diſt.1. lib.1. cap. 2*
Cap.iam vere 23. 9.6.lib.2.cap.31..nu.23
Cap.ad menſam 11.quæſt.3 .lib.2. cap.41. num. 34
Cap. 1. §. ſi quis igitur de exceptu lib. 6. cap.31.nu.40
Cap. cum perſone de priuileg.lib. 6.lib. 4. cap 61.nu 14
Cap.vlt de regul.lib.8.cap.11.nu.5
Concilij Trid ſeſſ.25.cap. 4. lib. 8. cap. 2 num. 25
Concil.Trid.ſeſſ.24. cap.12
Cap.nulli.de ſent.excom.lib 4.c42. nu. 13
Cap.Sacris,de ſent.excom. lib. 4. cap. 44. num. 30
Cap quoniam multos,11 q.3.lib.4.cap.48. nu 9.& 22.& 24
Cap.felicis de penis lib.6.eod. lib. cap. 56. num. 9
Intell. *l.nemo Iudaorum,C.de Iudæi,li.2.cap. 3. num. 7*
L.cum miles, ff. de alien.iuditij mutandi cauſa facta lib.4.cap. 37 nu 6
L nulli,§.quod ſi teſtator,C.de Epiſcopis, & cler.
L.Generaliter,§ fin.ff.de decur. lib.2.c.22. num. 2
L.ſpadonem, §.iam autem, ff. de excuſat. tut lib.2 cap.30.num.10
L quoniam multi C.de bæret.li 5,cap. 20. num. 23
L.1.C.de apoſtat.lib.6.cap.4.nu.11.& 12
L.ſeriniarios, C.de teſtamento mil. lib. 7. cap. 5. nu. 4
L.vnica,C.de bonorum poß.ex teſtamento mil.lib.7.cap.5.nu.5
Interrogatus *de fide quando teneatur reſpondere,& tacendo quando peccet,lib.1.cap. 12*
Interpers *babetur loco teſtis, lib. 5. cap. 20. num. 29*
Inuentarium. *Inuentarij beneficium habet locum etiam in iudæis,li 2.cap.14.nu.17*
Inuitus *An quis poſſit, vel debeat abſolui; lib. 4.cap.69.vbi late.*
I

Ioci *cauſa quæ fiunt.non inducunt confeſſionem neq.profeſſionem lib.1.cap.nu.3*

Irre-

INDEX

Irregularis. *An ſit clericus conſtitutus in minoribus ſi dum eſt excommunicatus exorcizet, vel alias exerceat actus tributos ordinibus minoribus, lib.4.cap.2.nu.3.& 7*

An ſit ſacerdos ſi poſt excommunicationē exerceat actus epiſcopales quos poteſt exerceat ex priuilegio, ibid.nu. 11

An ſit Epiſcopus ſi poſt excommunicationem faciat celebrari coram ſe, ibid.nu.12.

Irregularitas *inſurgens ab hereſi an poſſit diſpenſari ab Epiſcopo in foro interiori, lib. 5 cap 16*

An ſit annexa hereſi, vel proueniat aliunde, eod.lib.cap.17

An duret poſt pænitentiam heretici, eod. lib cap.18

Non eſt inducenda niſi in iure exprimatur lib.5.cap.17.nu.3

Irregularitas *contracta ratione infamiæ ceſſat per publicam emendationem vitæ, lib. 5. cap.17.num.4*

Iudæi *non ſunt in Eccleſia, lib.2.cap.1*

Ligantur iure communi, ſtatutis, & Conſuetudine locorum, lib.2.cap.14.à nu. 3.vſq.ad quintum declara vt nu.26

Habent filios in poteſtate, li.2.cap.14.nu. 8 & cap.25.num.1

In ordinarijs iudiciorum ligantur iure ciuili, lib.2 cap.14.nu.18

Non poſſunt condere legem, neq. conſuetudinem legi contrariam, lib. 2.cap.15.nu.3

An ſint iudicandi ſecundum rigorem, vel æquitatem, lib.2.cap.20

Repelluntur à iuriſdictione inter Chriſtianos reſpectu cauſæ, & perſonæ, eod.lib. cap.23.nu.4

Non poſſunt cogi ad fidem inviti, lib. 2. cap. 31

Non poſſunt bonis ſpoliari, ſi recuſent baptizari, neq grauari gabellis, priuari ſucceſſione, vel dote, ibid.à nu.18.vſque ad 25

Coguntur ſemel in ebdogmada ad prædicationem accedere, lib.2.cap.37.nu.4

Debent deferre habitum diuerſum à Chriſtianis, lib.2.cap.43.nu.1

Sunt peiores paganis, lib.2. cap 44.nu.4

Inter ſe litigantes æqualiter iudicantur, lib. 2.cap.20.nu.1

Poſſunt habere bona ſtabilia, lib.2.cap.50. num. 1

Fallit in vrbe vt ibi nu.4

Sunt capaces emphyteuſis etiam Eccleſiaſticæ, ibid nu 3

Poſſunt præſcribere rem chriſtiani non tamen Eccleſiæ, ibid num 3

Tolerantur ex miſeratione, lib. 2.cap.51. num. 12

In vrbe tenentur ſeruare feſta Chriſtianorum, lib 2 cap 8 nu 3 & 4

An teneatur ad decimas ſoluēdas, li. 2.c.9

An poſſint per principem expelli a ſuo ſtatu, lib.2.cap 51 per tot.

Iudæus. *in caſu neceſſitatis poteſt baptizare, lib. 2.cap. 1.nu.3*

An gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, ibi 1.nu.4.& eod. lib.cap.12. per tot.

Non eſt in eccleſia, d.c.1. nu.6

Poteſt eligi ad officium etiā ſtante ſtatuto quod non eligatur niſi fidelis, & deuotus Eccleſiæ ibid nu.5

Fit incapax ordinis, ibid.nu.11

Non poteſt eſſe miniſter ſacramenti, vbi adhibetur tanquam inſtrumentum Eccleſiæ lib.2.cap.1.nu.16

Non ligatur conſtitutionibus Eccleſiaſticis lib. 2.cap.3.nu.1

Licitè contrahit in gradibus humana lege prohibitis, ibid. nu.5

Poſt conuerſionem ad fidem non tenetur de nouo contrahere in facie Eccleſiæ, li. 2. cap.3.nu.12

Baptizans quare confert ſacramentum, et leuans de fonte non contrahit cognationem ſpiritualem, lib.2 cap 4.nu.3

Non contrahit impedimentum publicæ honeſtatis, lib.2.cap 4.nu. 9

An poſſit euangelice denunciari, lib. 2. c. 6. num. 7

Non eſt capax irregularitatis prouenientis de iure poſitiuo, lib. 2.cap. 7 nu.4

An ſit capax irregularitatis prouenienti ex homicidio voluntario, ibid nu 5

Iurans Chriſtiano per Chriſtum tenetur ad obſeruantiā iuramenti, lib.2.c.10.n.12

Non debet eſſe melioris conditionis chriſtiano, ibid.num.11

An ſit capax iuris patronatus, li. 2.cap.11

Percutiens clericum punitur eadem pæna qua Chriſtianus, excepta pæna excommunicationis, lib.2.cap.12.num.13

Si ſit filius fam. non poteſt teſtari, lib. 2. cap.14.nu 9

Comprehenditur ſub diſpoſitione ſenatus conſulti Macedoniani, lib.2 cap.14.nu.10

Præſcribit rem Chriſtiani, lib.2.cap. 14. nu.13 & cap.20 nu 13

Non præſcribit rem Eccleſiæ d.c.20. n.14

Comprehenditur ſub ſtatuto loquente de compromiſſo, inter conſanguineos, lib. 2. cap.14

Litigans cum Chriano an debeat iudicari ſecundum rigorem, vel æquitatem, lib. 2. cap.20.nu.3

Poteſt recuſare iudicem ſuſpectum, ibid. num. 11

Exilio multatus propterea quod audebat in curia exercere officium Procuratoris, lib.2.cap.26.nu.16

INDEX

Iudæus *Reſtituitur ex capite læſionis, li.2.cap. 20.num.15*

Purgat moram,ibid.nu.16.& c.21 nu.11

Gaudet beneficio termini ad ſoluendum, ibidem nu 19

An poſſit eſſe arbiter neceſſarius, vel voluntarius,aut arbitrator inter chriſtianos, li. 2.cap 23 nu.1.& 2.& 18

An poſſit eſſe arbitrator ibid.nu.18

Non poteſt ingredi domos Meretricum, lib.2.cap 41.nu 7

Poteſt defendere cauſam propriam, lib.4. cap 37 nu 5

Non poteſt cogi inuitus ad baptiſmum, neq.directè neq indirectè,vt lib. 2.cap.31. per totum.

Vt inducatur ad baptiſmum, non poteſt priuari iure ſuccedendi, neq bonis ſpoliari,neque dote priuari, neque grauari gabellis,neque in feſtiuitatibus turbari d.c. 3..a nu 18 vſq.ad nu 25

Petens ſua ſponte baptizari, an ſit cogendus ad obſeruantiam,ibid nu 26

Baptizatus fictè an ſit cogendus ad baptiſmum ibid.nu 27

Iudæus Pater. *Habet filios in poteſtate, lib.2. cap.14.nu 8*

Admittitur ad defenſionem filij in cauſa capitali,ibid.nu.12 & cap.29 nu.3

Poteſt ſubſtituere filijs impuberibus, lib. 2 cap.29.nu.4

Iudæus Filius. *Ligatur diſpoſitione ſenatus conſulti Macedoniani,lib. 2.cap 14.nu.10*

Exiſtens in poteſtate Patris non poteſt teſtari,lib.2 cap.29 nu 2

Iudæus compræhenditur *ſub diſpoſitione ſtatuti S C. Macedoniani,lib 2.cap 14 nu. 10*

Et ſub ſtatuto loquente de compromiſſo inter conſanguineos,lib.2.cap.14. nu.16

Et ſub ſtatuto de duabus conformibus,ibidem nu.19

Et ſub diſpoſitione conſtitutionis Egidianæ, ibid nu.20

Et ſub diſpoſitione loquente de ſuitate, ibidem nu 25

Iudæus non compræhenditur *ſub ſtatuto permittente teſtari de aliqua parte pro anima, lib 2 cap 14.nu.27*

Iudæus pauper. *Admittitur ad ceſſionem bonorum,lib.2.cap 20 nu.17.& cap.21.nu 11*

Gaudet benficio Auth. hoc niſi, C. de ſolu ibid.num 18

Litigans cum Chriſtiano, an & quomodo poſſit petere alimenta vel ſumptus litis, lib.2.cap.21

Iudæus delinquens *Tenetur pæna ſtatuti,lib.2. cap 20.nu 20*

Tenens nutricem chriſtianam punitur ab inquiſitoribus hæretica prauitatis, lib.2 cap.28.num 11

Iudæus eſt incapax *iuriſdictionis inter Chriſtianos,lib.2.cap.22.nu.1*

Extende ſeptem modis a nu.3 vſq. ad 12

Iudæus non poteſt eſſe. *Defenſor ciuitatis,lib.2. cap 22.nu 9*

Neq. Ratiocinator ciuitatis ibid.nu.10

Arbiter neceſſarius aut voluntarius inter chriſtianos lib.2.cap..23.nu.1.& 2

Neq aduocatus,eod li.c. 24 n.1.& ſi exerceat punitur,ibid n.2.limita,vt n. 3. & 4

Neq Doctor,neq.conſequi gradū doctoratus in iure canonico, vel ciuili etiāſi polliceatur ſe non exerciturum,eod.li.c.25.n.2

Poteſt tamen doctorari in medicina, ibid. num. 4

Non poteſt eſſe Procurator Principis,lib. 2.cap.26.nu 1

Neque Procurator priuati in curia principis,ibid. n.5 & conſequenter non poteſt eſſe Procurator in curia Romana, ibidem num.9

Neque in prouincia Marchiæ ibid. n.11

Neque notarius inter Chriſtianos,ſed poteſt eſſe inter iudæos, lib 2.c.27.nu 1.& 8

Iudæus poteſt eſſe *Medicus inter eos, & accipere gradum doctoris in Medicina, lib.2.cap 25 nu 3.& 4*

Iudæus non poteſt habere *Seruum chriſtianum, lib 2 cap 28 nu 1*

Neq baptizari volentem.ibid. nu 3.et 4

Neque famulū,aut nutricem vel obſtetricem chriſtianam,ibid.nu. 10 & 11. etiam extra domum,ibid.nu.17

Neque ad hoc poteſt habilitari per principem ſæcularem,ibid.nu.12

An ad prædicta poſſint habilitari per Epiſcopum vide ibid.nu. 15.vſq ad 19

Iudæus poteſt habere *Seruum aſcriptum chriſtianum.lib.2.cap 28.nu.21*

Et operarios conductitios ad deferendum merces ad nundinas,ibid.nu. 25 & 27

Iudæus conuerſus ad fidem. *Non eſt in poteſtate patris infidelis,lib.2.cap.29.num.6.& cap. 30 num.3*

Declara vt procedat quoad actus fauorabiles non quo ad præiudiciales,lib.2.c.29. num 5

Retinet iura ſucceſſionis ibid num. 10

Item iura ſuitatis, & tranſmiſſionis ibid. num. 11

Non poteſt exhæredari,ibid.nu.12

Debentur illi alimenta.ibidem,nu.16

Retinet omnia iura,& fauores qui eis ante competebant, ibid.nu.19

Non poteſt teſtari ad fauorem iudæi,ibid. num 23

Equiparatur ingreſſo in religionem,ibid. num. 13

INDEX

Iudex *An poſſit differre cauſa propoſitionem ad hoc vt Iudaus, non cogatur informar die Sabbati, lib. 2. cap. 40*
Debet repellere aduocatum excommunicatum ex officio etiam partibus inuitis, lib. 4. cap. 21. nu. 7
Si non repellat aduocatum excommunicatum poteſt ad id cogi per Iudicem Eccleſiaſticum, ibid. nu. 8
Ex officio poteſt vleiſci iniuriam factam excommunicato, lib. 4. cap. 31. nu. 12
Iudex *ordinarius cui commiſſa eſt cauſa à Papa quando efficiatur deleg. lib. 4. cap. 38. num. 45*
Abſoluens excommunicatum inuitum an peccet, & poſſit puniri, lib. 4. cap. 69. num. 22
An teneatur inuitus abſoluere ad cautelam lib. 4. cap. 67. num. 18
Informatus denegatio poteſt procedere ſine citatione partis, lib. 4. cap. 70 nu. 10
Debet ex officio reuocare excommunicationem iniu am, lib. 4. cap 69. nu. 25
Iuramenti *obſeruantia an ſit de iure diuino, lib. 2. cap. 10 nu. 1. & 2*
Iuramentum *cogit ad obſeruantiam, omnimodo melioris lib 4. cap. 56 num. 13*
Iuramentum *Papa de renunciando Pontificatus ad requiſitionem Cardinalium, an valeat, lib. 9. cap. 5. num. 18. & 22*
Reſtringens poteſtatem Papa non valet ibid. num. 22
Iura *loquentia de præſentatione habent locum in electione, quando agitur de potentia, vel impotentia, lib. 4. cap. 4. nu. 5*
Iuriſdictio *iudicis delegati an ſuſpendatur per excommunicationem in perſona delegantis, lib. 4. cap. 19. per totum.*
Ius *hebraicum. eſt peculiare hebraorum, lib. 2. cap. 15. nu 1*
Eſt per leges ciuiles reprobatum preterquam in ceremonialibus, ibid. nu. 10
Non habet amplius vim obligandi, ibid. num. 23
Quando ad verſatur iuri ciuili an ſit ſeruanda diſpoſitio iuris ciuilis vel hebraici, lib. 2. cap. 15. nu. 1
Nō ſeruatur quando lis agitur inter chriſtianum, & iudaeum, lib. 2. cap. 15. n. 11.
Et quid quando lis eſt inter ſolos hebraos ibid. nu. 13
Succeſſio iudai quando diſputatur inter filios quorum aliqui conuerſi ad fidem, an ſit ſeruandum ius hebraicum, vel ciuile, lib. 2. cap. 15, nu. 12
Ius *Retractus. concordat cum lege Moſaica, lib. 2. cap. 16. nu. 2*
Vbi pratenditur vigore conſtitutionis Gregorij XIII. ſuper iure congrui non competit habenti vtile dominum, ib. n. 4
Neque competit quando venditur pactum de retrouendendo, ibid nu. 5
Inquilinatus *eſt quid iuris, lib. 2. cap. 16. num. 8*
Inter hebraos quid ſit, ibid cap. 17. nu. 3
Non reperitur diſpoſitum in Pentateuco lib. 2. cap. 17. nu. 1
An ſit reſtrictum ad hebraos permanere nolentes in locatione, ibid. nu. 4
Eſt contra ius, ibid. nu. 5
Computatur inter iura, ibid. nu. 7
Competit hebrais etiam poſt baptiſmum, ibid. num. 6
Pralationis invenditione inquilinatus, an competat Iudais, vigore conſtitutionis Gregorij, vel vigore ſtatuti vrbis, lib. 2. cap. 16 num. 8. Competit etiam Neoph. in tract. de Neoph. c. 9. n. 27
Ius patronatus an tranſeat infiſcum, lib. 5. cap. 33
Ius *accreſcendi non datur inter fiſcos diuerſos, lib. 5. cap. 52. num. 11*
Futurum non includitur in confiſcatione ibid. num. 28
Petendi legitimam tranſit infiſcum, ibid. num. 33
Iura *. qua non reſpiciunt ritus competunt iudais etiam poſt, baptiſmum, lib. 2. cap. 17. num. 8*
Equaliter ſeruanda inter chriſtianos, & iudaos, niſi aliter reperiatur expreſſum, lib. 2. cap. 21. num. 10
Iuriſdictio *non poteſt exerceri ab excommunicato lib. 4. cap. 17.*
Iuriſdictionis *defectus duplex, lib. 4. cap. 67. num. 10*

L

LAicus *non poteſt arbitrari in cauſa ſpirituali, lib. 2. cap. 23. nu. 7. & 16*
Limita *vt ibid. nu. 14*
In aliquibus locis ex conſuetudine exercet officium clericorum, lib. 4. cap. 11. nu. 5
Lectores *etiam priuatim legentes an teneantur emittere fidei profeſſionem, lib. 1. cap. 13. n. nu. 11*
Legatus *habens facultatem abſoluendi poteſt abſoluere ab excommunicatione, impediente effectum gratia, li. 4 cap. 9. num. 9*
Legatum. *relictum pro redemptione captiuorū exequitur per Epiſcopum, li. 2. c. 13. nu. 2*
Relictum à Chriſtiano iudao an valeat, lib. 3. cap. 44. num. 2. & 15. & 16
Relictum ab excommunicato valet ſi ſit relictum abſq. onere, lib. 4. cap. 58. num. 16.
Item & ad pias cauſas nu. 17
Alimentorum valet etiam ſi fiat hæretico. lib. 5. cap. 27. nu. 19

Lega-

Legatis *ancillis ornatricibus veniunt etiam tu a qua diſcunt apud Magiſtrum, lib. 3. cap.7.nu* 3

Leg: *qua non poſſunt habentur ac ſi non eſſent ſcriptas, lib.8.cap.12.n.* 3

Lex *generaliter loquens debet generaliter intelligi,lib.4.cap.48.nu* 36

Reſtringitur ad terminos rationis expreſſa,lib 4 *cap.39 nu* 9

Lex *ſpecialis derogat generali, lib.2.c.15.n.15.*

Vetus etiam hodie poteſt aliquo modo dici perpetua. lib. 2.cap.15.nu.25

Moſaica,vide in verb ius hebraeorum .

Eccleſiaſtica fertur pro defenſione catholica fidei, lib.4. cap.44 .nu.27

Humana non habet efficaciam contra legem diuinam,lib. 2. cap.15.num.16

Poteſt obligare ad obſeruantiam etiam ſub vita periculo, lib. 4 cap.44.num.7.

Quando ad id praſumatur obligari vide num. 10

Poteſt precipere actus fortitudinis, ibid. num. 8

In eius diſpoſitione intendit coercere actus illicitos, non autem facere illicitos caſus qui ſunt licitis,lib.8.cap. 4 *num.* 12

Tollendo facultatem non improbat cauſam,lib 8.*cap.4.nu.*13

Facta in odium certarum perſonarum,an ſit nulla,vel iniuſta,in tract.de Neophyt. cap.6.nu. 13

Lex *in materia leui non obligat ad peccatum mortale,lib.1.cap.16.nu.6*

Eccleſiaſtica prodeſt tantum chriſtianis, lib.2.cap.3.nu.2

*Non praſumitur qui cogitet de iudais, ibid. nu.*3

Loquens *generaliter debet generaliter intelligi lib.2.cap.12.nu.*12

Legem *veterem eſſe perpetuam eſt error iudeorum,lib.2.cap.14.nu.*1

Vbi non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus,lib.5,cap.17.nu 5

Ciuilis lata propter bonum publicum poteſt in aliqua parte ſtatuere ſuper matrimonijs inter infideles contrahendis, lib.2. cap.3.nu 8

Validans actum propter iuramentum habet locum etiam inter iudaos, lib. 2. cap. 10. nu. 6

Non obligat iudaos in his qua reſpiciunt eorum ritus,lib.2.cap. 18.*nu.* 5

Lex *Ritualis,vide ritus iudaeorum .*

Lege *permittente facta, panam non merentur, lib 2.cap.44 nu.4*

Legis *qualitas vbi deficit,deficit legis diſpoſitio l.1.cap* 8.*nu.6*

Legitima *alimenta, & dos, debentur filijs inſidelium conuerſis in tract. de Neophyt. c.* 9 *num.* 10 *cum ſeq. reliqua vide in verb. Neophytus .*

Libellus *Repudy Datur inter hebraos, lib.* 2. *cap.*18.*nu.*11

*Famoſus, ſupprimitur, & auctor damnatur pana mortis lib.5.cap.*21.*nu.7.et* 19

Liberi *Dicuntur in ſacris parentum,lib.2.cap. 32. num.*13

Non tenentur vitare parentes excommunicatos,lib.4.cap.49

Etiam ſi ſint emancipati,nu.6.contrariū, nu.8.& ſeq.

Etiam ſi ſint naturales,nu. 11. *& ſeq.*

*An procedat in adoptiuis n.*13.*v/q. ad* 19.

*An procedat in ſpecialibus à n.*16 *v/q.*22.

*An procedat in natis ante excommunicationem a nu.*23

*Debent parentibus obedientiam,lib 4.cap. 49.num.*2

Durum eſt a parentibus ſeparari, ibidem num. 3

Licentia *accipiendi gradum doctoratus in iure ciuili vel Canonico non datur iudao, lib. 2.cap.25.nu.45*

Datur tamen vt poſſit doctorari in Medicina,ibid. nu.4

Libri *hareticorum an ſint abſoluendi,li.* 5.*cap.* 22.*vbi latè, An poſſint prohiberi per Principes ſaculares,cap.*22.*lib* 5.

An poſſint allegari tanquam rationabiles lib.5.cap.22.n.9.

An in materia indifferenti nu. 11

Legentes *libros prohibitos ſine licentia à quibus debeant abſolui,lib.5.cap.26*

Gentilium,& iudaorum quare permittūtur,eod.lib.cap. 22.*nu.*17

*Continentes falſam doctrinam ſunt reprobandi,ibid. nu.*18

*Qui debeant cenſeri damnati,li.5.cap.*23. *vbi latè.*

*Cenſentur damnati,eo ipſo quo eſt damnatus auctor, ibid.nu.*1

Etiam ſi libri ſint boni ibid.nu. 4.

Libros *prohibitos habenti an ſufficiat conburere,vel tenetur praſentare ſuperiori,li.5. c.* 24

An & quibus ſit concedenda licentia legendi libros hareticorum, libro quinto, cap. 25

Hac licentia a quo concedatur,ibid.

Licentia *legendi libros prohibitos quibus, & à quibus ſit danda lib.5. cap.* 25

Tranſeundi ad laxiorem,vel parem, vide in verb.tranſlatio .

Egrediendi à religione,malis artibus procurata,non reddit religioſum tutum, lib. 8. cap.8.nu. 9

Literæ *dimiſſionales impetratæ ab excommunicato an ſint nulla, lib.4.cap.,9.nu.8*

Loqui *cum excommunicato an poſſit, lib. 4. cap. 46. nu. 1. & ſeq.*

Loquutio, Nuntium, & *Epiſtola pariſicantur, lib. 4. cap. 46. nu. 5*

M

MAcedoniani *diſpoſitio habet locum etiã inter Iudaos, lib. 2 cap. 14. nu 10*

Macellarij *non debent permittere quod Iudai in macellis noſtris occidant animalia ſeruato ipſorum ritu, lib. 2. cap. 39. nu. 16*

Macula *parentum vltra quartum gradum cenſetur extincta, in tract. de* Neophyt. *cap. 6. num. 16*

Macchabei *belli neceſſitate compulſi pugnarunt contra hoſtes die ſabbati, lib. 4. cap. 44. num. 5*

Magiſtrum *fieri antequam quis ſit diſcipulus, miſerum eſt, in tractat. de* Neophyt. *cap. 2. num. 5*

Malum *nemo facere tenetur, licet aliquando teneatur ad id ex quo malum ſequi poteſt, lib. 8. cap. 13. nu. 23*

Mandatum *recipit robur à conſenſu mandantis, & mandatary, lib. 4. cap. 24. num. 7*
Per ſuperuenientem excommunicationem reuocatur ibid. nu. 9
In excõmunicato an ratificetur ſi poſt abſolutionem conſtituens auret in eadem voluntate, lib. 4. cap. 24. nu. 19

Mandatum *hominis facit ceſſare mandatum, iuris, lib. 4. cap. 28. num. 1*
Plus operatur quam mandatum iuris, ibid. nu. 5

Mandatum *ſpeciale requiritur ad faciendum fidei profeſſionem, lib. 1. cap. 13. num. 30*
Et ad declarandum ea qua ſunt animi, ibid. num. 31
Et ad renunciandum, ibid. nu. 34. limita vt num. 35
Et in preſtando iuramento in animam principalis, ibid. nu. 31

Mandatum *ſpeciale cenſetur datum ad faciendũ fidei profeſſionem, ſi detur ad capiendam poſſeſſionem beneficij, lib. 1. cap. 13. nu. 32*

Mandatum *generale, continet omnia neceſſaria ad illius expeditionem etiam ſi requirant ſpeciale mandatum. lib. 1. cap. 13. numer. 33*

Mancipium *nouum quod dicatur, in tract. de Neophyt cap. 10 nu 2*

Maritus *Non conuenitur ab vxore, niſi catenus quatenus facere poteſt, lib. 2. cap. 20. nu. 9. limita, vt ibi.*

Matrimonium *conſideratur dupliciter, lib. 2. cap. 8*
Reperitur etiam inter Iudaos, & quomodo ibid. nu. 2 & 8
Facit coniuges ſocios diuina, & humana domus, ibid. nu. 1
Putatiuum gaudet priuilegij matrimonij, lib. 4. cap. 48. num. 29
Contrahitur mutuo conſenſu. li. 7. cap. 11. num. 8 etiam ſine corporum commiſſione, lib. 7. cap 1. nu. 19
Impuberis licet contractum per verba de preſenti, tamen iuris interpretatione dicitur per verba de futuro, lib. 7. cap. 11. num. 5

Matrimonium fidelis cum infideli. *caret bono prolis, & ſacramenti, ibid. nu. 4*
Contrahere eſt proſtituere membra Chriſti cum gentilibus, ibid. nu. 6
Quo iure ſit vetitum, ibid. nu. 8
Punitur pæna adultery, ibid. num. 10
Poteſt accuſari a quocunque ibid. nu. 11
An ſit irritum iure diuino, vel naturali, ibid. nu. 18
Non dirimitur certa lege Eccleſiæ, ibid. 21
Eſt irritum conſuetudine populi Chriſtiani, ibid. nu. 22
Super eo poteſt Eccleſia diſpenſare, ibidem num. 25

Matrimonium *fidelis cum infideli baptizato an ſit licitum, vel irritum, lib. 2. cap. 2. num 24*
Contractum inter iudæos in gradibus humana lege prohibitis, poſt eorum conuerſionem non dirimitur. lib. 2. cap. 3. num. 9
Pertinet ad ritus lib. 2. cap. 18. nu. 6. cum ſeq.
Poſt contrahi etiã ab excommunicato ſed contrahens peccat lib. 4. cap. 48. nu. 13

Matrona *habitu meretricali veſtita, ſi libidinis cauſa infeſtetur non habet actionem iniuriarum, lib. 8. cap. 12. nu. 7*

Medicus. *Vt quis dicatur non requiritur doctoratus, lib. 2. cap. 25. nu. 3*
Eius appellatione quis contineatur, lib. 2. cap. 41. num. 11
Accedens ad infirmum in lecto iacentem tenetur illud monere vt confiteatur, lib. 2. cap. 41. num. 9
Iudaus non poteſt à Chriſtiano in infirmitate vocari, ibid. nu. 8
Excommunicatus an poſſit vocari, vel conſuli, lib. 4. cap. 54. nu. 4

Medicina *preparata an poſſit accipi a iudæo, & quid de non preparata, lib. 2. cap. 41. a num. 15. vſq. ad 18*

Memoria *hæreticorum abolenda, lib. 5. cap. 21. num. 6*

Mens *talis præſumitur qualia ſunt verba, lib. 5. cap. 3. nu. 4. & 5*

Merces *poteſt peti ab excommunicato, libr. 4. cap 53 nu. 4*

Mercimonium *poteſt cum iudæis exerceri, li. 2.*

cap.

cap.41.num.18
Meretrix non poteſt in iudicio comparere per ſe ipſam, ſed cogitur procuratorem, conſtituere, lib. 4.cap. 37.num.10
Metus in odium religionis quando incuti dicatur, lib. 4. cap. 44. num.14
Leuis reputatur vanus, ibid. num.28
Iuſtus cauſatur ex excommunicatione &t iniuſta, lib. 3. cap. 1.num.11
Militare ſub Principe Infideli, an liceat chriſtiano, lib. 1. cap. 11. per tot.
Miles, tenetur ſeruare locum ſibi in militia aſſignatum, etiam ſub diſcrimine vitæ, lib. 4. cap. 44. num. 8
Non poteſt deſeruire Duci excommunicato, lib. 6. cap.32.num.2
Si incidat in hæreſim priuatur militia lib. 5. cap. 20. num. 32
Quando quis dicatur factus miles, lib. 7. cap. 5. vbi latè.
Nouus quis dicatur, in tract. de Neophyt. cap. 10.num.1
Militia cæleſti, & ſæcularis quando dicatur, lib. 7. cap. 5. num 10
Miſericordia vt proficiat quomodo exercenda, lib. 5. cap. 18. num. 3
Miſſa Cathecumenorum olim quæ erat, lib. 4. cap. 5. num. 3
Poteſt celebrari in eccleſia in qua eſt ſepultus excõicatus occultus, lib.4.c.60.nu.48
Eius celebratione locus quaſi ſacratur, & gaudet priuilegio, lib. 4. cap. 60.n.25
Miſſio malis artibus procurata, non reddit religioſum tutum, lib. 8 cap. 8. num. 9
Moabitæ in veteri lege prohibebantur intra quartum gradum ingredi l. in eccleſiam, in tract de Neophyt. cap. 6.num.5
Modus inſpicitur in explicatione actus, lib.8. cap. 12. num. 10
Monachus, non efficitur ex habitu, ſed ex profeſſione regulari, lib. 8. cap. 1. num.2
Exiſtens in ſtudio poteſt facere eleemoſinam de bonis monaſterij, lib.8.cap.2.n.53
Ex licentia permanendi in ſtudio redditur habilis ad omnia quæ ſtudium concernunt, ibid. num 52
Debet habere alimenta à monaſterio, lib. 8. cap. 10. num. 5
Studens debet habitare in cõuentu ſuæ religionis, ſi ad ſit, lib. 8. cap. 2. num. 53
An poſſit præfici capellanus eccleſiæ parochiali, lib. 8. cap. 2. num.37.cum ſeq.
Ex ſola licentia permanendi in ſtudio, intelligitur habere licentiam aſſequendi gradum doctoratus, d. cap. 2.num.51
Exiſtens in ſtudio obligat monaſterium ad expenſas, d. cap. 2.num.50
Pendente cognitione an debeat illi dari licentia tranſeundi ad aliam debet morari in monaſterio, lib.8. cap 4.num. 10
Egrediens a monaſterio cauſa audiendi leges ciuiles, ſi poſtea reuertitur ad Theologiam non eſt apoſtata, lib. 8. cap. 2. num. 31
Recedens a religione, & ſtatim rediens non eſt apoſtata, lib.5. cap.19. num. 22
Monialis Poteſt transferri de vno monaſterio ad aliud in caſibus in quibus monachus poteſt transferri de vna religione ad aliã lib. 8. cap.5. num. 1. & 3
Ex cauſa poteſt tranſferri etiam ad laxiorem, ibid. num. 5
Præſertim ſi fiat tranſlatio cauſa gubernij. ibid. num. 7
Vel ſi fiat a monaſterio non ſeruante clauſuram, ad aliud in quo clauſura ſeruatur, ibid. num. 6
Licentia transferendi poſſit dari ab epiſcopo, ibid. num, 10
Praxis concedendi talem licentiam, nu. 9
Diſpoſitio loquens de monacho habet locum in moniali in materia proportionata, ibid. num. 2
Conuertita emiſit profeſſionem per ingreſſum, lib.8. cap. 2.num.5
Turris ſpeculorum de vrbe non eſt verè monial ſed oblata Sancti benedicti, lib.8. cap. 2. num.7
Poteſt recedere a monaſterio ſine apoſtaſia ibid.
Monitio non requiritur vbi Prælatus procedit extraiudicialiter per cenſuras tuendo in tua, lib. 4. cap. 61. num. 18
Mortuus non eſt homo, li.4.cap.60.nu. 2
Non poteſt doctorari, ibid. num.4
Poteſt nobilitari, & miles creari num. 8
Ex reſiduo, dicitur mortuus ex prima, infirmitate, lib. 8. cap. 2. num. 36
An ſit capax cenſuræ, lib. 5. cap. 27. num. 12. vide, lib. 4. cap. 60. vbi latè.
Inter chriſtianos præſumitur chriſtianus in tract. de Neophyt. cap. 7. num. 10
Mortuum clericum percutiēs incidit in canonem, ibid. num. 9
In reliquis vide in verb. cadauer.
Mulier In honeſte viuens, non poteſt comparere in iudicio per ſe ipſam, ſed cogitur procuratorem conſtituere, lib. 4.cap.37. num. 10

N

NActa conſ. 434. improbatur, libr. 2. cap. 31 num.5
Natus vt quis dicatur oportet, quod viuus procedat in lucem, ad nullum declinans monſtrum, lib. 3. cap. 8. nu 5
Inter chriſtianos præſumitur chriſtianus

in

in tract.de Neophyt. cap. 7. num.9
Neceſſitas *emittendi fidei profeſſionem non cenſetur remiſſa per lapſum termini intra quem emittere tenebatur, lib. 1. cap. 13. num. 17*
Inducit cauſam obquam poſſit in infirmitate vocari medicus Iudæus, lib. 2. cap. 41. num. 19
Neceſſitas *quæ moralis,& quæ præciſa, ibid. num. 20*
In caſibus neceſſitatis poſſumus petere conſilium à Doctore, & Medico excommunicato, lib. 4. cap. 53. num.3.& 4
Item celebrare ſuper re non conſecrata, lib. 8. cap. 12. num.16
In materia alienationis quando dicatur lib. 5. cap. 36 a num 3
Negare *ſe eſſe Chriſtianum non licet, lib. 1. cap.4. num. 8. extende tripliciter, a nu. 10 vſque ad finem.*
Negans *exterius tantum articulum fidei non eſt hæreticus, ſed peccat mortaliter, lib.5. cap. 3. num. 7*
Negligentia *Procuratoris præiudicat domino, lib. 1. cap. 13. num. 26*
Viri præiudicat vxori. ibi num.27
Neophytus. *Quis dicatur in tract.de Neophyti cap. 1. num.1*
An dici poſſit is qui eſt ab antiquo tempore baptizatus, ibid num. 2
An dici poſſit is qui eſt filius baptizati, ibid.num.3
Eſt in eccleſia ſicuti Nouitius in religione, ibid. cap. 2. num. 3
An poſſit promoueri ad Epiſcopatum d. cap 2. per tot.
An poſſit promoueri ad ordines, in tract. de Neophyt. cap. 3
An ſit capax beneficijs ſimplicis, vel curati, ibid.cap.4
An poſſit promoueri ad officia publica, ibid. cap. 5
Si honoribus proſequatur, facilius in fide ſolidatur, ibid. num. 10
In honoribus aſſequendis poſtponitur antiquo Chriſtiano, ibid. num.12
An poſt ſtatutum poſſit repelli ne poſſit in aliqua eccleſia habere beneficium, ibid. c. 6. per totum.
An ſit recenſendus inter nobiles, vel ignobiles, in tract. de Neophyt. cap. 8
An retineat iura quæ ſibi competebant ante baptiſmum, ibid. cap.9
Debet eſſe melioris conditionis quam Infidelis, ibid. num. 2
Retinet omnia bona quæ habebat ante conuerſionem, ibid. num 3
Si ſpolietur debet a Principe reſtitui, ibid. num. 4
An idem procedat in bonis quæſitis ex vſura, ibid. num.5
Succedit parentibus eodem modo quo ſuccedebat antequam eſſet baptizatus, ibid. num. 8
Debet habere alimenta a parentibus etiam Infidelibus, ibid. num. 11
Debet habere dotem ibid. num. 15
Quid ſi pater non habeat niſi bona quæſita ex vſura, ibid. n.15.& 16.cum ſeq.
Debet habere legitimam, ibid. num. 19. & 20. & 21. Habet ius inquilinatus apud hebræos, ibid. num.7
Tenetur alere parentes etiam infidelis, ibid. num. 24
Tenetur ex delicto patrato ante baptiſmum, ibid. num. 25. & 26
Tenetur ſoluere debita ante, & poſt baptiſmum contracta, ibid.num.22
Diſpoſitio loquens de Neophyto quē comprehendat in tract. de Neophyt. cap. 10 num. 6
Quouſque quis dici poſſit, in tract. de Neophyt. cap. 10
Neophyto *interdicta communio cum Infidelibus, etiam ſanguine coniunctis, in tract. de Neophyt. cap. 11*
Debet contrahere matrimonium cum Chriſtianis antiquis, ibid. num. 4
Nobilis *Priuatus nobilitate, tenetur ad onera nobilium, lib. 4. cap. 16. num.4*
An ſit reputandus Neophytus, in tract de Neophyt. cap. 8
Nobilitas *Neophyti non eſt comparanda nobilitati Chriſtianorum antiquorum, ibid. num 6*
Nomen *quare mutetur Infidelibus venientibus ad fidem, lib. 1. cap.1 num. 14*
Nominis *ſimultanea nuncupatio gignit amorem, lib. 1. cap. 1.num. 8. & ſeq.*
Ferendi conditio eſt neceſſaria, & ad vnguem ſeruanda, ibid. cap. 2. num.10
Antiqui recordatio magnam vim habet, ibid. num. 12. & lib. 2. cap. 44. num. 1
Per conditionem nominis ferendi antiquitus explicabatur tertium genus adoptionis.
Mutatio quando ſit licita, lib.2. cap.44. num. 3
Nominatio *ad eccleſiam facta a Principe excommunicato vel de perſona excommunicati eſt nulla, lib. 4. cap. 3. num. 12*
Notarius *Non dicitur habere dignitatem, lib 2. cap 27. num. 1. Limita ſi ſit notarius Principis ibid. num. 7*
Dicitur iudex Cartularius, & habet iuriſdictionem voluntariam, ibid. num. 3
Fungitur officio publico, ibid. num.3
Principis dicitur habere dignitatē, lib. 2.

cap.

cap. 17. num. 7
Eſſe an poſſit excommunicatum, lib. 4. cap. 30
Eius notis adbibetur fides, ibid. num. 3
Illi adbibetur maior fides quam teſti, ibid. num. 4
Si ſit excommunicatus & exerceat peccat, ibid. num. 7
Reliqua ſupple in verb. Inſtrumentum, & in verb. excommunicatus.
Rogans ſe de teſtamento excommunicati an peccet, lib. 4. cap. 58. num. 5
Si ſit damnatus de hereſi, an eius inſtrumenta probent, lib. 5. cap. 23. num. 2. & ſeq.
Hæreticus ſi reuertatur ad fidem an reſumat officium notariatus, lib. 5. cap. 20. num. 16
Notarij *fides magna, lib. 2. cap. 27. num. 7*
Notario *actuario adbibetur maior fides, quã inſtrumentanti, ſeu tabellario, lib. 2. cap. 27. num. 6*
Nouitius. *decedens intra annum probationis bona an applicentur monaſterio, lib. 5. cap. 8. num. 1. & 5*
Non poteſt promoueri ad honores religionis, in tract. de Neaph. cap. . num. 4
Nurus *an teneatur communicare cum ſocero excommunicato, lib. 4. cap. 49. num. 22*

O

Obligatio. *Ex delicto naſcitur ex æquitate, naturali, lib. 8. cap. 13. num. 22*
Delinquentis ſequuta confiſcatione extinguitur, lib. 3. cap. . .
Obligatus *ad ſoluendum certo die, illo lapſo non cenſetur remiſſa, lib. 1. cap 13. num. 38*
Obedientia *non poteſt præcipere malum, ſed operatur vt poſſit intermicti bonum, lib. 8. cap. 8 num. 6*
Obediens *Antipapæ quem credit eſſe verum Papam non peccat, lib. 5. cap. 5. num. 6*
Obedire *recuſans Papæ non vti Papæ ſed vti domino temporali non eſt Schiſmaticus, ſed rebellis, ſi ſit illi temporaliter ſubditus, lib. 9. cap. 2. num. 14*
Oblata *vide in verb. Monialis*
Obſeruantia *cenſuræ. quando obliget etiam ſub periculo vitæ, lib. 4. cap. 44. per tot.*
Occultum *cordis, vel per accidens quando dicatur, lib. 5. cap. 10*
Offenſa. *quæ dicatur, lib. 4. cap. 66 num. 51.*
Manifeſta quæ dicatur, ibid num 52
Eſt reprobata vbi defenſio eſt licita, lib. 8. cap. 13. num. 14
Officium. *Publicum committens iudæo committit ſacrilegium, lib. 2. cap. 22. nu. 11. & ſeq.*
Officij *recitatio conſiſtit magis in cordis affectu, quam in pſalmorum pronunciatione, lib. 5. cap. 10. num. 5*
Oldrad. *conſ. 91. reprobatur, lib. 2. cap. 9. num 9*
Opinio. *fallit, & fallitur, lib. 4. cap. 14*
Erronea ſubiecta tamen eccleſiæ non facit hæreticum, lib. 5. cap. 4. num. 3
Quamuis erronea ſubiecta eccleſiæ non admitit fidem. lib. 5. cap. 4. num 3
Optio *non dat nouum titulum, ſed conſiſtit in facto, lib. 4 cap. 11. num. 4*
Opus *externum quamuis atrox, & horrendũ non conſtituit hæreſim niſi concurrat error intellectus voluntarius, lib. 5. cap. 1. num. 11*
Orandum *pro excommunicato non eſt, lib. 4. cap. 58 num 15*
Ordinem *recipiens ſcienter ab Epiſcopo qui renũciauit Epiſcopatui caret officij exequutione, lib. 4. cap. 3. num 16*
Ordinatus *a Schiſmatico per ignorantiam ſupinam, exequutionem ordinis non recipit, lib. 9. cap. 1. num. 29*
Ordinarius. *cui commiſſa eſt cauſa à Papa quãdo procedat vti delegatus, lib. 4. cap. 38. num. 45*
Non poteſt reſcribere cum clauſula ſeque abſoluentes ad effectum vt reſcriptum impetratum ab excommunicato valeat, lib. 4. cap. 39. num. 6

P

PActum *de non ſuccedendo etiam iuramento firmatu, inter Infideles non valet, lib. 2. cap. 10 num. 5*
Papa. *procedens vti Papa, non præſumitur ab Iudæis cogitare, lib. 2. cap. 3. n. 3*
Poteſt diſpenſare ſuper homicidio voluntario, licet raro ſoleat. & quomodo, lib 2. cap. 7. num 9 & 10
Papam *non poteſt diſpenſare, vt chriſtiani exercent vſuras, lib. 4. cap. 19. nu 1*
Poteſt mittere prædicatores in partibus infidelium impedientes prædicationem armis propulſare, lib. 2. cap. 37. num. 2 & 3
Communicans cum excommunicato non incidit in excommunicationem, lib 4. cap. 42. num. 14
Communicans cum excommunicato non videtur illum abſoluere, ibid.
Non ſubiacet iuri poſitiuo, lib. 4. cap. 65. num. 31
Non conſueuit ſibi reſeruare abſolutionem ab hæreſi mentali, lib. 5. c. 10 n. 6

In his quæ ſunt de iure pontificio fungitur ampla poteſtate, lib. 8. cap. 2. ſub n 2
Pro ſchiſmate ſedando an poſſit cogi ad renunciandum pontificatus lib. 9. cap 5. per totum.
Ligatur iuramento quando illud reſpicit bonum publicum, vel tendit ad dirigendum ſtatum vniuerſalis eccleſiæ, ibid. num 1
Tenetur ſubuenire eccleſiæ vniuerſali, ibid. num. 2

Pertinaciter *peccans contra articulum fidei poteſt deponi ibid. num. 9*
Si propter perſequutiones cederet locum Antipapa peccaret grauiſſime, ibid. numero 24
Si poteſt adhibere remedium ſchiſmati, et non curat, poteſt cogi ad cedendum, ibid. num. 28
Eius poteſtas debet eſſe firma, & ſtabilis ibid. num. 12
Promouens Neophytum ad Epiſcopatum videtur, et in eo diſpenſare, in tract. de Neophyt cap. 2. num. 15

Parochialis *actu dicitur eccleſia curata habita reſpectu Rectoris. etiamſi vicarius ſit perpetuus, lib. , cap. 14. num. 1*
Habitu reſpectu populi, iudicatur vti beneficium ſimplex ibid. num. 2
Et ideo non obligat ad reſidentiam neque ad ſacerdotium. ibid. num 4. Nec inducit incompatibilitatem. ibid. num 5
Ad actum reuocata iudicatur ac ſi eſſet nouiter erecta lib. 1. cap. 15. num. 3

Parochiæ *quando poſſit perfici Monachus, lib 8. cap. 2 num. 39*

Parochiam *non mutat qui ſe transfert in aliã animo redeundi ad primam, lib 8. cap. 2. num. 34*

Parere *Literis, ſi quis promiſerat ſi poſtea, non paret, non dicitur committere iniuriam manifeſtam, lib. 4. cap. 66. num. 36*

Paria ſunt *non eſſe, vel eſſe non poſſe appareri, in tract. de* Neophyt *cap. 7. num. 5*

Pater *ſpiritualis equiparatur naturali, lib. 4. cap. 49. num. 19*

Parentes *certos nominans ſi reperiantur impuri, docto de errore poteſt nominare alios, in tract. de Neophyt. cap. 7. num. 25.*

Patruus *inter Iudæos ducit in vxorem neptem ex fratre, lib. 2. cap 18. num. 8*

Patrini *non habent poteſtatem in filijs aliorum, parentibus inuitis, lib. 2. cap. 32. num 5*

Paulus Apoſtolus. *An venerit ad fidem, & coactus, vide lib. 2 cap 31. num. 3. & 5*
An fuerit vſus remedio cenſurarum, lib 4 cap. 42. num. 4
Prohibuit Neophytos promoueri ad Epiſcopatum non ex præcepto Chriſti, ſed vti Doctor eccleſiæ, in tract de Neophyt. *cap. 2. num. 12*
Mira ſemper dexteritate ſtuduit æqualitatem in eccleſia ſtabilire, in tract. de Neophyt. *cap. 6. num 2*

Peccatum *neque committitur, neque tollitur ſine voluntate, lib. 4. cap. 69 num. 12*

Pecuniam *dare iudæo vt ad Chriſtum conuertatur an ſit licitum, diſtingue, vt lib. 2. cap. 35. num. 2*

Pecuniæ *magna vis ad cogendum, ibid. num. 3*

Peccatum *veniale an committere liceat ad vitandum vitæ periculum, lib. 4. cap. 44. num. 26*

Pena *legis debemus eſſe contenti, lib. 2. cap. 44. num 9*

Penam *imponere, & impedire lucrum differunt, lib. 1. cap. 16. num. 5*

Penſiones *Domorum non poſſunt Iudeis augeri, lib. 2. cap 1. num. 22*

Penſio *in odium hæreſis venit appellatione beneficij, lib 5. cap 9. num. 7*
Per contractum matrimonij extinguitur lib. 8. cap 3. num. 3. Limita vt num. 4. & 5 & 6. & 7

Penſionem *retinere poſſunt etiam coniugati Milites ſanctorum Mauritij, & Lazari, milites Sancti Stephani, & Milites Lauretani, lib. 7. cap. 3. à num 7. cum ſeq.*

Percutiens *laicum, credens ſe percutere clericorum non incidit in excom.em, lib. 5. cap. 5. num. 2*

Periculum *mutilationis membrorum, infamia, ſeruitutis, filiorum, & bonorum amiſſionis an faciat vt quis poſſit communicare excommunicato, lib. 4. cap. 4. num. 31*

Periculi *vitandi cauſa, clericus poteſt barbam, & comam geſtare, lib. 8. cap. 2. num. 13*

Perfectio *religionis in quo conſiſtit, lib. 8. c. 6. num. 1. vſque ad 4*
An ſit cauſa translationis, ibid. num. 4. cum ſeq.

Permiſſo fine, *permittuntur omnia quæ tendunt ad illum, lib. 4. cap. 55. num. 4*

Permutatio *requirit cõſenſum vtriuſque partis, & capacitatem permutantium, lib. 4. cap. 6. num 19*

Perſeuerans *in excommunicatione non dicitur qui petit abſolutionem, quamuis eam non obtineat, lib. quarto capitulo octauo num 5*
Vt quis dicatur perſeuerans requiritur notitia lib. 4. cap. 24. num. 20
Poſt annum redditur de hæreſi ſuſpectus, lib. 4. cap. 4. cap. 7. num. 21

Habet

INDEX

Habet contra ſe præſumptum contemptum clauium, ibid. num.7

Perſeuerantia habet vim conſenſus expreſſi, ibid. num. 19

Longo tempore perſeuerans poteſt moneri aliqua pœna grauiori, lib. 4. cap. 63. num. 20

Et quomodo, lib. 5. cap. 2, num.1

Perſeuerantia. *Differt à pertinacia, & quomodo, lib. 5. cap. 2. num. 1*

Importat actum virtutis, & fortitudinis ibid. num. 2

Proprie non datur in hæreſi, num. 5

Piæ cauſæ *priuilegio an gaudeat relictum à Iudæo pijs locis, libr. 2. capitulo 13. num. 1*

Pertinacia. *Opponitur perſeuerantiæ, ſicuti vitium opponitur virtuti, lib. 5. cap. 2. nu. 3*

Quomodo differat à perſeuerantia, ibid. num. 1

Etiamocculta conſtituit hæreticum, ibid. num. 9

Temporis diuturnitas non eſt neceſſaria ad eam inducendam, ibid. num. 11

Pilatus. *Quomodo dederit Iudæis facultatem iudicandi Christum. lib. 2. cap. 15. numero 27*

Pius V. *ſolemniter baptizauit quendam ex primarijs Iudæorum, eumque nobilitate, & priuilegijs decorauit, in tract. de nobilit. cap. 5. num. 7*

Plebius *adoptatus à ſenatore efficitur nobilis, in tract. de Neophyt. cap. 8. num. 4*

Plumbator *in curia, licet ferat ſcapulare, & à Pontefice nominetur conuerſus ordinis Ciſtercienſis, tamen non eſt religioſus d. ordinis, lib. 8. cap. 2. num. 11*

Plus, *& minus non differunt ſpecie, lib. 6. cap. 4. num. 9*

Plus ſceleris eſt in apoſtaſia quam in hæreſi, lib. 6. cap. 4. num. 8

Plures *militiæ diuerſi generis non compatiuntur, lib. 7. cap. 5. num. 11*

Populus *hebræorum, abſtinuit 40. annis à circumciſione, & quare, lib. 4. cap. 44. numer. 16*

Portionarij, *& Cappellani in Cathedralibus non tenentur facere fidei profeſſionem, etiam ſi ſint de capitulo, lib. 1. cap. 13. num. 57*

Poſſeſſio *pacifica ad effectum vt quis teneatur facere profeſſionem fidei, quæ dicatur, lib. 1. cap. 13. num. 63*

Trahitur de vno actu ad alium, lib 4. cap. 61. num. 52

Alterius inuadi non debet, ibid. num. 55

Nec ſua poteſt autoritate propria recuperari nu. 56

Sola ſufficit vt poſſit procedi extraiudicialiter, lib. 4. cap. 61. num. 60

Poſſeſſio *capta ante factam fidei profeſſionem an ſit manutenibilis, lib. 1. cap. 16. nu. 11*

An ſit reſtituitibilis, ibid. num. 14

Acquiritur ex ſimplici miniſterio facti, lib. 4. cap. 25. num. 14

Vera eſt penes hæreticum antequam contra ipſum feratur declaratoria, lib. 5. cap. 31. num. 10

Vt ea quis priuetur eſt opus Iudicis facto, lib. 7. cap. 1. num. 9

Poſtulare *prohibitus cenſetur prohibitus poſtulare etiam pro coniuncto, lib. 4. c. 28. n. 3*

Præcepta iudicialia *In morte Chriſti ceſſauerunt reſpectu omnium gentium, & ſpecialius reſpectu iudæorum, lib. 2. cap. 15. num. 16*

Non reſpiciunt cultum, ſed modum politice viuendi, ibid. num. 21

Præcepta Cerimonialia, *atque iudicialia poſt Chriſti mortem non habent vim obligandi niſi reperiantur lege euangelica, vel poſitiua confirmata, lib. 2. cap. 14. num. 2*

Præceptum *profitendi fidem externam vide in verb. fides externa profeſſio.*

Præceptum *Inferioris, iuſſu ſuperioris ſoluitur, lib. 1. cap. 11. num. 3*

Vitandi excommunicatos quo iure ſit introductum, lib. 4. cap. 42. vbi plene

An afficiat quando adeſt, periculum mortis violentæ, lib. 4. cap. 44. vbi latè.

Obedientiæ quo iure introductum, lib. 4 cap. 42. num. 11

Seruandi feſtum non obligat ſub mortis periculo, lib. 4. cap. 44. num. 4

Prædicatores *tenentur emittere fidei profeſſionem, lib. 1. cap. 13. num. 6*

Ad eos ſemel in hebdomada coguntur accedere Iudæi, lib. 2. cap. 37. num. 4

Prælatio *in venditione Inquilinatus an competat iudæis, lib. 2. cap. 16 num. 7. & 9*

Prælatus, *propter violentiam poteſt in aliena diœceſi exercere iuriſdictionem, lib. 4. cap. 61. num. 42*

Si grauiter ſe gerat in ſubditos eſt puniendus, lib. 8. cap. 2. num. 27

Pro ſcandalo vitando, quando cogatur renunciare, lib. 9. cap. 5. num. 8

Regularis an teneatur facere fidei profeſſionem, lib. 1. cap. 13. num. 5. & ſeq.

Prælatus *pro defenſione iniuriam eccleſiæ quãdo poſſit procedere extraiudicialiter per cenſuras, lib. 4. cap. 61. per totum.*

An poſſit eſſe iudex in cauſa propria ibid. num. 6

Extraiudicialiter procedens quam vtilitatem conſequatur, num. 5

Non poteſt ſuſpectus recuſari num. 8

Non tenetur admittere partem ad appellandum,

landum, num. 11. *nec ad probandum, num.* 12

Quomodo debeat probationis partis inſpicere num. 16

Poteſt ferre cenſuras etiam extra territorium. 19. *&* 32

Non tenetur monere partes, ſed ſi moneat agit urbanius.

Induit perſonam rei 23.

*Si habeat iuriſdictionem ex conſuetudine an poſſit extraiudicialiter procedere, n.*23 *poteſt procedere extraiudicialiter non ſolum pro tuendis iuribus eccleſiæ ſed etiam proprijs, nec ſolũ pro immobilibus ſed & mobilibus, & pro tuenda propria perſona, & recuperanda poſſeſſione, amiſſa, & non ſubditos a num.*27.*vſque ad* 47. *non aliqui caſus in quibus non poteſt procedere a num.* 49. *Sunt obſtante litis pendentia num.* 61

Præsbiter *non poteſt relinquere hæretico etiam conſanguineo, lib.* 2. *cap* 44. *num.* 11

Præſcriptio *an ſit introducta de iure, vel æquitate, lib.* 2. *cap.* 20. *num.*12

Princeps *concedens priuilegium non ab dicat a ſe poteſtatem non mutandi illud, lib.*2. *cap.*15.*num.* 26

Sæcularis an poſſit concedere Iudæis *licentiam, remiſſiue, lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 10

Non poteſt derogare his quæ reſpiciunt decorem Chriſtianæ dignitatis, lib. 2.*cap.* 28. *num.* 14

Poteſt etiam publicis propoſitis edictis polliceri remiſſionem ſeu deminutionem ſolutionum infidelibus ad fidem venientibus, lib. 2 *cap.* 36. *num.* 7

Poteſt contrahere cum Iudæis *lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 3

An poſſit expellere iudæos pacifice viuentes, lib. 2. *cap.* 51

Etiam ſæcularis non præſumitur quod velit fauere exiſtenti extra eccleſiam, lib. 4 *cap.* 40. *num.*4

Iure directiuo ligatur propria lege lib. 4. *cap.* 42. *num.* 15

Priuatio *præſupponit habitum, lib.* 2. *cap.* 42.

Inducitur *ipſo iure per crimen inferens pœnam priuationis ſi ſit notorium, lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 5

Princeps *non ſolet excõmunicari niſi pro crimine atroci, & graui, lib.* 4. *cap.*52.*num.*4

An poſſit prohibere libros, lib. 2. *cap.* 22.

Priuatus. *Nobilitate, intelligitur priuatus quo ad ea quæ afferunt vtilitatem, lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 13

Loco, & capitulo non intelligitur priuatus quoad ea quæ ſunt oneris, ibid. nu. 14

Priuato *interrogante nos de fide, quando teneamur reſpondere, lib.* 1. *cap.* 12. *n.*5. *&* 6

Priuilegium *alicui conceſſum non tollit ab eo fauorem iuris communis, lib.* 2. *cap. cap.* 29. *num.* 9

Quamuis apoſtolicum, vbi poteſt præiudicare diuine inſpirationi, eſt intelligendum vt non præiudicet, alias non valet lib. 2. *cap.* 33. *num.* 2

Martini V. conceſſum iudæi ne poſſint cogi ad deferendum ſignum quo diſtinguantur a chriſtianis, eſt reuocatum, lib. 2. *cap.* 43. *num.* 2

Non *deferendi ſignum poteſt a* Papa *concedi iudæis ex cauſa, ibid. num.* 6

Conceſſum Iudæo *eſt odioſum, lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 2.

Prælationis in contractu mutui conceſſum Iudæis non extenditur ad alios cõtractus, ibid. num. 3

Conceſſum iudæis ne poſſint cogi ad reſtituendum pignus furto ſubtractum, non comprehendit furtũ cuius ipſi habuerunt ſcientiam, ibid. num. 4

Conceſſum iudæis ne poſſint cogi niſi per certos officiales, quomodo debet intelligi, ibid. num. 5

Conceſſum iudæis, vt libris eorum ſcriptis hebraice adhibeatur fides, qumodo debeat intelligi, & per quos debeant interpetrari lib. 2. *cap.* 49. *num.* 6

Conceſſum iudæis, vt poſſint dare ſub vſuris captis pignoribus, quomodo debet interpetrari, ibid. num. 7

Perſonale non præſumitur conceſſum conſtitutis extra eccleſiam, lib. 2. *cap.* 20. *num.* 10

Vt quis non teneatur vitare excommunicatos ſi ſit conceſſum, à ſede apoſtolica an valeat, lib. 4. *cap.* 42. *num.* 12

Debet ſuffragari tantum catholice fidei obſeruatoribus, lib. 5. *cap.* 19. *num.* 2

*Impetratum ab hæretico eſt nullum, etiam ſi habeat clauſulas derogatorias, lib.*5.*cap.* 20. *num.* 34. *&* 35

Inſertum in corpore iuris, non cenſetur derogatum per generalem conſtitutionem, lib. 5. *cap.* 14. *num.* 5

Etiam a Papa *conceſſum, quod liceat appellare ab eo ad alium, non valet, lib.*9. *c. cap.* 2. *num.* 10

Probatio *facta ſũmarie, facta & ſine cauſa cognitione nõ tranſit in iudicatũ, in tract. de* Neophyt. *cap.* 7. *num.* 24

Pluribus probationibus concurrentibus preualent fortiores, ibid. num. 22

Item præualent quæ faciunt pro puritate ibid. num. 22

Proceſſus *quando fit contra excommunicatum vti ſuſpectum de hæreſi, debet fieri ab inquiſitoribus, lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 13

Factus

Factus ab excommunicato non valet, lib. 4 cap. 17. num 3. Item, & factus ab hæretico, lib. 5. cap. 20. num. 9

Procurator, *præiudicat Domino in omittendo lib. 1. cap. 13. num. 26*

Conſtitutus ad faciendam fidei profeſſionem ſi eam facere negligat, an prouiſus lucretur fructus, ibid. num. 25

Eius officium an ſit vtile, lib. 2. cap. 26 num. 3

In Romana curia officium Procuratoris eſt honeſtiſſimum, ibid. num. 6

Nec exerceri ſolet niſi à Doctoribus, ibid. num. 8

Non poteſt exerceri à Iudæo, & ſi exerceat damnatur exilio, ibid. numero nono & 10

Si ſit excommunicatus non poteſt exercere, lib. 4. c. 24 vbi ampliâ nouem modis.

Poteſt defendere cauſam ſuam in iudicio ibid. num. 13

Per litis conteſtationem efficitur Dominus cauſæ, non inſtantiæ, ibid. numero 10

Geſta cum procuratore excommunicato an ſint nulla, ibid. num. 14

Conſtituens procuratorem excommunicatum ſed ignoranter, ſi certioratus de abſolutione perſeueret in eadem voluntate, mandatum accipit robur exnouo conſenſu, lib. 4. cap. 24. num. 18

Subſtitutus ab habente poteſtatem ſubſtituendi, videtur ſubſtitutus a principali, lib. 4. capit. 25. nu. 7

Si ſit excommunicatus an poſſit alium loco ſui ſubſtituere, lib. 4. cap. 25

Procuratorem. *excommunicatum conſtituens ignoranter, poteſt contra illum agere ad damnum, eo quia ſe ingeſſit in officio ſibi prohibito, lib. 4. cap. 24. num. 16*

Procuratoris *conſtitutio expeditur per viam contractus, lib. 4. cap. num. 6*

Procuratores *plures, in Romana curia aſſumpti ad officia, lib. 2. cap. 26. num. 7*

Procurator *In rem propriam non repellitur a iudicio, quamuis Dominus ſit excommunicatus, lib. 4. cap. 32. num. 7*

Excommunicati non poteſt agere in iudicio, lib. 4. cap. 31. num. 5

Vniuerſitatis an poſſit agere quando officiales vniuerſitatis ſunt excommunicati, lib. 4. cap. 31. num. 8

Procuratorem *an teneatur conſtituere excommunicatus in caſibus in quibus poteſt eſſe in iudicio, an vero poſſit comparere per ſe ipſum, lib. 4. cap. 37*

Prcuratorem *conſtituere, qui ratione delicti perſonaliter comparere non poteſt, lib. 4. cap. 37. num. 3*

Procurator Idoneus *vbi non reperitur, excommunicatus poteſt comparere per ſe ipſum, lib. 4. cap. 37. num. 12*

Procuratorum *copia in ciuitatibus inſignibus præſumitur, ibid. num. 13*

Profeſſio *fidei vide in verb. fidei profeſſio.*

Profeſſio. *facta vigore reſcripti impetrati ab excommunicato eſt nulla, lib. 4. cap. 38. num. 4. vide cap. 41. num. 6*

Facta per excommunicatum an valeat, lib. 4. cap. 41

Inducit obligationem mutuam inter profeſſum, & religionem, lib. 4. cap. 41. nu. 2

Superior recipiens excommunicatum ad religionem malefacit, lib. 4. cap. 41. nu. 9

Facta intra annum probationis eſt nulla lib. 8. cap. 2. num 5

Progenies *quos comprehendat in tract. de* Neophyt. cap. 7. num 29

Prohibitio *alienationis facta ad fauorem delinquenti non impedit quominus bona tranſeant in fiſcum, lib. 5. cap. 32. numero 69*

Prohibitus *poſtulare cenſetur prohibitus etiam pro coniuncto, lib. 4. cap. 28. num. 3*

Promiſſio *qualibet etiam iurata reſtringitur ad licita, & de iure permiſſa, lib. 4. cap. 56. num 11*

Promouendi *ad catedrales quando teneantur emittere fidei profeſſionem, lib. 1. cap. 13. & vide in verb fidei profeſſionem.*

Promoti *ab doctoratum tenentur emittere fidei profeſſionem, lib. 13. num. 3*

Propoſitio. *hæretica quæ dicatur, lib. 5. cap. 8. num. 1. poteſt proferri a non hæretico, n. 3*

Catholica quæ ibid. num. 2

Sapiens hæreſim quæ num. 9

Erronea quæ num. 10

Temeraria num. 11

Schiſmatica, & ſeditioſa num. 13

Scandaloſa, & male ſonans num. 14

Iniurioſa num. 15

Impia num. 16

Blaſphema num. 17

In reliquis vide in verb. aſſertio

Prouiſus. *ſede vacante an teneatur facere fidei profeſſionem, lib 1. cap. 13. num. 15*

Tenetur vltro ſe offerre ad faciendum fidei profeſſionem, nec eſt monendus, ibid. num. 19

Tenetur emittere fidei profeſſionem etiam ſi illam emiſiſſet ex alia cauſa, ibid. n. 19

Abſens qualiter emittat fidei profeſſionem, ibid. num. 39

Non faciens fidei profeſſionem non facit fructus ſuos, etiam ſi contra ipſum non ſit lata ſententia vel alias non ſit facta declaratio, ibid. num. 43

Non tenetur ad fidei profeſſionem ante adeptam poſſeſſionem etiam ſi ſtet per ipſum quominus poſſeſſionem adipiſcatur ibid. num. 50

*Non tenetur probare ſe purum etiam ſi ſit prouiſus in eccleſia in qua non poßunt admitti niſi puri, in tract. de Neophyt. cap.*7.*num* 8

Prouiſo *Incumbit onus probandi ſe fecißе fidei profeſſionem, lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 40. *Limita, vt num.* 42

Prouiſio *impetrata per excommunicat o abordinario extra caſum abſolutionis, & appellationis eſt nulla, lib.* 4. *cap.*39.*nu.* 7

Publica *honeſtas non contrahitur inter iudaeos lib.* 2 *cap.* 4. *num.*9

Pupillus *non poteſt adire hæreditatem quamuis lucroſam, ſine tutoris auctoritate, lib.* 2. *cap.* 32. *num.*8

*Quomodo poſſit communicare cum Tutore excommunicato, lib.*4. *cap.*51

Puritas ſanguinis.*non eſt probanda quia præſumitur,in tract. de Neophyt.c.*7.*n.*8.& 9

Alleganti impuritatem incumbit onus probandi, ibid. nu. 11. *& eſt probanda plenè ibid. num.*19

In paritate probationum attenduntur illa quæ faciunt pro puritate, ibid. nu. 21

Semel admißus ad capellaniam vti purus ſi illi renunciet an egeat nouo proceſſu, ibid. num. 26

Reliqua vide in verb. impuritas & in verb. ſtatutum ſuper puritate ſanguinis.

Q

QValitas *requiſita à lege vbi non verificatur, non habet locum legis diſpoſitio, in tract. de Neophyt. cap.*7.*numero* 31

Præcedens baptiſmum non habetur in conſideratione, in tract. de Neophyt.cap. 8. *num.*2

*Conſanguineorum confert ad nobilitatem vel ignobilitatem, ibid. num.*5

R

RAbbinorum *ordinationes non ſunt etiam inter iudæos ſeruanda, lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 2 *& cap.* 17. *num.* 2

Ratihabitio.*Non habet locũ vbi non reperit extremum habile, lib.*4 *c.*24.*n.* 24

Non *ſupplet in habilitatem procuratoris, ibid. num.* 23

Ratio.*Duplex vbi viget, ceſſante vna, & alia remanente, remanet eadem diſpoſitio, lib.* 2.*cap.* 19 *num.* 7

Vbi plura habent vnam rationem,expreſſio vnius exemplificat non reſtringit,lib. 4. *cap.* 48. *num.* 25

Regulat diſpoſitionem eamq. reducit ad rationem, lib. 5. *cap.* 20. *num.* 24

Vna ſufficit ad ſubſtituendam diſpoſitionem, lib. 5.*cap.*21.*num.*4

Rationis *Idemptitas, vel maioritas æquipollet expreſſioni, lib.* 3.*cap.* 7.*num* 13

*Inducit idemptitatem diſpoſitionis, lib.*4. *cap.* 39. *num.*4

Receſſus *à religione quando dicatur temerarius, lib.* 8. *cap.* 2.*num.* 1

Reconciliatio *loci an poſſit fieri à ſimplici ſacerdote, lib.* 4.*cap.*60. *num.*37

Rector *dicitur etiam is qui deputatur ad curam animarum à laico, cui competit ius nominandi, lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 61

Redimere *ſemetipſum quoquomodo iniuſtè vexato licet, lib.* 8.*cap.* 13. *num.* 5

Reg. de annali *non tuetur hæreticum, lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 17

Neq. illum de cuius non titulo conſtat notorie, lib. 5. *cap.* 19. *num.*18

*Neque fœminam, ibid. num.*19

Neque iudæum ibid.

Reg. *triennalis an ſuffragetur illi qui accepit poſſeſſionem non facta fidei profeſſione, lib.* 1.*cap.* 16.*num.*12

Suffragatur excommunicato, lib. 4. *cap.* 13. *num.* 2

*Non ſuffragatur hæretico, lib.*5.*cap.* 19. *num.* 16

Regulę *in hærendum quouſque de exceptione non conſtat, lib.* 4. *cap.* 58. *num.* 2

Regularis. *Illi non conceditur indultum retinendi beneficia curata, lib.* 8. *cap.*2.*n.*42

Renunciare *iuri ſuo quando quis cogi poſſit, lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 11

Reſignatio *ad fauorem ſchiſmatici non valet ibid. num.* 27

Rei *appellatio eſt generalis, lib.* 2.*cap.* 16.*n.*10

Religio *omnis eſt de iure poſitiuo, lib.*4.*c.*4.*n.*2

Debet perquirere religioſos fugitiuos, lib. 8. *cap.*10.*num.* 8

Non tenetur recipere Monachum eiectum pœnitentem, lib. 7. *cap.* 11. *num* 9.

Religio *quæ ſit ſtrictior quæ debeant inſpici, ad iſtum effectum lib.* 8. *cap.* 6. *n* 6 & 8

Minimorum an ſit ſtrictior religione Carthuſianorum. lib. 8 *cap.*7

*Quæ ſit perfectior, lib.*8 *cap.*6. *per totum.*

*Poteſt eijcere Monachum incorrigibilem, lib.*8. *cap.* 10. *num.*6

*Non poteſt compellere expulſum, vt reuertatur, vel ut aliam ingrediatur, lib.*8. *cap.* 11. *num.* 7

Religionem *non dicitur ingreſſus ante emiſsã profeſſionem, lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 3

Religioſus.*ſub prætextu nullitatis profeſſionis non poteſt per egreſſum priuare religionem ſua poſſeſſione, lib.* 8. *cap.* 14. *num* 3

Non

Non poteſt egredi a religione niſi ſequuta ſententia iudicis declaratoria, ibid. num. 4
Ferens habitum coopertum, an dicatur apoſtata, lib. 8. cap. 12. num 1
Accipiens pecuniam mutuam propter ſtudium obligat monaſterium, lib. 8 cap. 2. num. 48
In reliquis vide in verbo Monachus.

Repudium. Datur inter iudaos, lib. 2, cap. 18 num. 11
Eo facto repudians tranſit ad ſecunda vota, ibid. num. 12
Fit coram Sacerdote iudaorum, non coram Epiſcopo. ibid. num. 11

Reſcriptum Impetratum ab excommunicato, eſt nullum ipſa iure lib. 4 cap. 38
Siue ſit impetratum à ſe ſiue à procuratore, ibid. num 2. Etiam ſi ſit impetratum ratione publici officij, & ſiue ſit reſcriptum cõceſſum a ſede apoſtolica, ſiue a Pralato, ſiue a Principe ſaculari ibid. nu 5. Etiam ſi ſit excommunicatus occultus, num. 8. Limita vt ibi. Etiam ſi ſit Promotor fiſcalis. & ſit imperatum pro cauſa fiſcali num. 10. Etiam ſi ſit conceſſum a Principe motu proprio, num. 13. Etiam pars aduerſa conſentiat impetrationi n. 6
Quid ſi ſit impetratum ab excommunicata & non excommunicato vide num. 15
Impetratum ab excommunicato, & non excommunicato an valeat, ibid. num. 15.
Non inducit litis pendentiam, neque in petitorio, neque in poſſeſſorio, num. 16
Non validatur ex abſolutione ſubſequenti, num. 17

Reſcripti impetratio eſt praambulum iudicij lib 4. cap. 38. num. 1
Eſt actus extraiudicialis, ibid. num. 52
Praſentatio eſt pars proceſſus, ibid. numero. 22
De ſtilo curia continet abſolutionem a cenſuris. num. 22
Appellatione venit etiam reſcriptum Principis ſacularis, lib. 4. cap. 40. num. 1

Reſcriptum reſpectu diuerſorũ poteſt eſſe validum, & inualidum, lib. 4. cap. 38. numero 44

Reſcriptum impetratum ab haretico eſt nullum, lib. 5. cap. 20. num. 34

Reſeruatio caſus. In articulo mortis, non datur, lib. 5. cap. 14. num. 18
Internorum non expedit, lib. 5. cap. 10. num. 18
Sub generali reſeruatione peccatorum non comprahenduntur peccata mere interna, lib. 5. cap. 10. num. 17

Reſpublica Sicuti malis hominibus, ita malis libris expurganda, lib. 5. cap. 21. num. 4

Reſtitutio in integrum. An poſſit peti per excommunicatum, lib. 4. cap. 35

Retrotractio. non fit in conditione poteſtatiua lib. 5. cap. 52. num. 38
Neque in vltimis voluntatibus quo ad implementum conditionis, ibid. num. 44.
Limita in contractibus ibid. num 37
Non fit in cenſuris, lib. 4. cap. 64. nu. 27

Rex Francorum Carolus a Medico iudeo venenata potione interemptus, lib. 2. cap. 41. num. 21

Regum Hiſpaniarum leges ne conſtitueretur generis; & proſapia differentia; in tract. de Neophyt. cap. 6 num. 12

Regis Aragonum edictum circa pradicationem infidelium, lib. 2. cap. 37. num. 5

Rege abolito, cenſentur etiam abolita leges, & inſtituta, lib. 5. cap. 23. num. 3

Relaxatio quomodo differat ab abſolutione, & reuocatione, lib. 4. cap. 65

Renunciatio facta metu excommunicationis iniuſta eſt nulla, lib. 4. cap. 13
Ad fauorem facta per clericum poſt quam contraxit matrimonium eſt nulla, lib. 7. cap. 1. num. 10

Reus quamuis excommunicatus poteſt ſe defendere, lib. 4. cap. 63. num. 3

Reuocatio quomodo differat ab abſolutione, & relaxatione, lib. 4. cap 65

Ritus iudæorum. Qui tendunt in opprobrium fidei, non ſunt tolerandi, lib. 2. c. 18. n. 1
Non attenduntur quando aduerſantur legi primitiue Iudaorum, ibid. num. 4
Attenduntur in matrimonijs inter eos contrahendis, ibid. num. 6. & 7
Item & in praſtatione iuramenti, ibid. n. 14. & 15

S

SAcerdos ſi poſt excommunicationem exerceat actus Epiſcopales ſibi conceſſos ex priuilegio, an ſit irregularis, lib. 4. c. 2. n. 11
Tenetur cauſam agere per Procuratorem lib. 4. c. 37. nu. 9

Sacerdotium reperitur tantum in eccleſia lib. 2. cap. 1. num. 9
Appellatione Sacerdotij continentur omne Sacramentum, lib. 2. cap. 1. nu. 10
Quamuis degradatus conficit corpus Chriſti lib. 9. cap. 2. num 18

Sacramenta non reperiuntur niſi in eccleſia, lib. 2. cap. 1. num. 1. & lib 9. cap. 2. num. 4. vide num. 32
Non eſt licitum recipere ab hereticis, vel ſciſmaticis vel excommunicatis, lib. 5. cap. 13. num. 10

Sacramentorum miniſter conſideratur vti inſtrumentum Dei, non vti inſtrumentum eccleſia, lib. 2. cap. 1. num. 14

INDEX

Sacramenta quadam deſiderant exequutionem, quadam habent ſolam gratiam pro exequutione, lib. 9. cap. 2. num. 19

Sacrificans dæmoni, vel Idolis eſt apoſtata, lib. 6. cap. 2. num. 2

Salamon Corcoſſus hebraus à Gregorio 13. baptizatus, & honoribus decoratus, in tract. de Neophyt. cap. 5. num. 8

Salamonis cor à mulieribus deprauatum, lib. 2. cap. 2. num. 3

Salutari an poſſit excommunicatus, lib. 4. cap. 46. num. 11. & 12

Salutare prohibitus, an ſit prohibitus de tegere caput. ibid. num. 12

Salutis tuenda gratia multa facta ſunt qua alioqui facta non fuiſſent, lib. 8. cap. 13. num. 9

Sanguinis puritas eſt habenda in conſideratione, in tract. de Neophyt. cap. 6. num. 12

Scandali vitandi gratia quando quis cogatur dimictere propria, lib. 9. cap. 5. n. 14

Schiſma. vox graca ſignificans ſciſſuram, lib. 9. cap. 1. num. 1

Propriè quando dicitur, lib. 9. cap. 1. n. 4

Crimen omnium grauiſſimum, eo. lib. cap. 2. num. 9

Eius ratio in quo conſiſtat, lib. 9. cap. 1. num. 11

Quomodo diffinitur, eod. lib. cap. 1. num. 2. 5. & 8. & ſeq.

Schiſmatici. Dei hoſtes reputantur, lib. 9. c. 2. num. 7

Illorum genera quot, eod. lib. cap. 1

Non habent claues Cali, ſed Inferni, lib. 9. cap. 3. num. 2

An ſint in eccleſia, eod. lib. cap. 2

In populo Iſraelitico qui fuere, eod. lib. cap. 1. num. 18

Dum Sacramenta miniſtrant, conſiderantur tanquam inſtrumentum Dei, non eccleſia, eod. lib. cap. 2. num. 21

Vt poſſint dici requiritur quod antea habuerint eccleſia vnitatem, eo. lib. cap. 1. n. 4

Schiſmatici non ſunt. qui licet actualiter non obediunt ſummo Pontifici, hoc tamen faciunt per errorem, & habent promptitudinem voluntatis illum recognoſcendi eod. lib. cap. 2. num. 33

Neque iudaus, vel Infidelis, eod. lib. cap. 1. num. 9

Neque ſubditus Principis laici, qui in rebus temporalibus recuſat iudicium Papa lib. 9. cap. 1. num. 12

Scholas. Chriſtianorum intrare non poſſunt iudai, lib. 2. cap. 41. num. 36

Et quid de conſuetudine, ibid, num. 37

Scriptor, dici poteſt etiam is qui eſt deputatus ad ſcribendum, quamuis ſcribere non ceperit lib. 3. cap. 7. num 5

Sententia excommunicationis quoad effectum abſolutionis non tranſit in iudicatum, licet tranſeat quoad alios effectus, lib. 4. cap. 63 num. 7. & 8. In reliquis in vide verb. excommunicatio.

Sententia lata per excommunicatum eſt nulla, ſiue ſit diffinitiua, ſiue inter loquutoria, ſiue ſit lata ab eo ſolo. ſiue ab eo, & alys, lib. 4. cap. 18. per totum vbi ampliatur octo modis, & limitatur tripliciter.

Si ſit lata ab excommunicato, & ab alio non excommunicato an ſuſtineatur, ibid num. 7. vſque ad 11

Lata in fauorem fidei valet, etiam ſi ſit lata ab excommunicato, lib. 4. cap. 18 n 16

Quid ſi iudex communi reputatione habebatur pro abſolutio, ibid. num. 14

Interloquutoria Iudicis contra excipientem de excommunicatione a qua non eſt appellatum validat proceſſum, lib. 4. cap. 38. num. 55

Sepultura eccleſiaſtica Non eſt tradenda Infideli, lib. 2. cap. 39. num. 15

Vendi non poteſt, ſed poteſt vendi uas ad ſepulturam deſtinatum, lib. 3. cap. 7. nu 13

Sepulture vnitas coniunctionem de notat animorum, lib. 4 cap. 60. num. 16

Sepultura eccleſiaſtica eſt ſpecies communicationis in diuinis, lib. 4. capitul. 60. num. 15

Sepulture carentia in eccleſia eſt pæna inobedientia, lib. 4. cap. 60. num. 17

Seruus iudai Non poteſt eſſe volens baptizari, lib. 2. c. 28. num. 4.

Fugiēs ad eccleſiā vt baptizetur efficitur, liber, ibid. num. 5

Emptus à Iudao mercimonÿ cauſa, ſi intra tres menſes non ſequuntur venalis efficitur, liber, ibid. num. 7

A iudao niſi dimictatur cogitur Iudaus ad dimittendum ab Epiſcopo, ibid. nu. 6

Aſcriptius non poteſt a iudao grauari duriore onere quam ſoleant grauari originarÿ, ibid. num. 23

Quomodo poſſit communicare domino excommunicato, lib. 4. cap. 50. per tot.

Poteſt delitescere quouſque ira domini efferueſcat, lib. 8. cap. 13. num. 8

Habitus pro derelicto non cogitur redire ad Dominum, lib. 8 cap. 11. num 3

Poteſt recurrere ad ſuperiorem vt fugiat ſauitiam domini, lib. 8. cap. 2. num. 26

Siderum inſpector ad cognoſcendum qua ſunt homini obuentura eſt ſuſpectus de hareſi, lib. 5. cap 11. num 13

Siracuſanorum factum ſeditioſum in tract. de Neophyt. cap. 6. nu. 10

Societas Ieſu. eſt propria. & vera religio mendicans lib. 8. cap. 9. nu. 1

Non

INDEX

Non comprehenditur ſub diſpoſitione Cōcil. Trid. ſeſſ. 25. nu. 3 eod. lib. cap. 9. n. 20

Eius paupertas quomodo differat a paupertate fratrum minorum, ibid. num 20. cum ſeq.

Eius Nouitij, nec non, & profeſſi duorum votorum, & omnes alij qui non ſunt coadiutores formales, retinent ius bonorum ſuorum ad tempus iudicio generalis præſcribendum, ibid. nu. 2

Sunt verè & propriè religioſi, & gaudent priuilegijs quibus gaudent profeſſi, eod. n. 2. verſ ſatendum.

Domus *probationis, ſiuè Nouitiatus huius ſocietatis.*

Poſſunt habere proprium, lib. 8. cap. 9. num. 1

Non ſuccedit ab inteſtato eius religioſis, ibid. nu. 8

Collegia *poſſunt habere proprium, lib. 8. cap. 9 nu. 1*

Non ſuccedunt ab inteſtato eius religioſis, ibid. nu. 18

Poſſunt quandoq. profeſſum inuitare, vel tranſeuntem hoſpitari, ibid nu. 11. & aliquid dare per modum elemoſinæ, ibidem num. 2

Domus *profeſſa huius ſocietatis profitentur veram, & propriam paupertatem, non voluntariam, ſed præciſam, & ab intrinſeco, lib 8. cap. 9. nu. 3. & cum ſeq. & ſaeo.*

Non poſſunt habere redditus, etiam ex bonis ad proprium vſum deputatis, vt est habere apotechas ad locandum, hortos ad olera ad effectum vendendi, & ſimilia, ibid. a nu. 14 vſq ad 17

An poſſint habere fructus applicatos vſibus ſacriſtiæ. ibid. nu. 17

An poſſint heredes inſtitui, ibid. nu. 19. & 20 & ſeq.

An poſſint recipere legatum, ibid. num. 28

Non ſuccedunt profeſſis ab inteſtato ibid nu. 18

Non poſſunt recipere ſtipendia predicatorum, ibid. nu 27

Non poſſunt ſuſtentari ex bonis collegiorum etiam de licentia Generalis, ibidem num. 11

Neq poſſunt diu in collegijs habitare niſi ibi deputentur ad aliqua ſocietatis miniſteria, ibid. ſub num. 12. verſic extenditur ſecundo.

Quomodo differant à Monaſterijs fratrū Minorum, ibid. nu. 23. & ſeq.

Poſſunt habere prædium ſuburbanum ad recreationem, ibid. nu. 25

Religioſus *huius ſocietatis egrediens ab ea quādo dicatur Apoſtata, lib 8. cap. 8. per tot.*

Societas *non cadit inter fidelem, & infidelem,*

Non diſſoluitur per ſuperuenientem excommunicationem, lib. 4. cap. 56. nu. 7 lib. 2. cap. 2. nu. 2

Socius *non poteſt agere pro ſocio excommunicato, lib. 4. cap. 28. nu 6*

Poteſt communicare cum ſocio excomunicato, lib 6. cap. 48. nu. 2

Solemnitas. *Requiſita in contractibus mulierum, vel minorum habet locum etiam inter iudæos, lib. 2. cap. 14. nu. 22*

Iuris ciuilis an ſit adhibenda in teſtamentis hebræorum, lib. 2. cap. 14. nu. 24

Inſinuationis an requiratur in donatione facta per iudæum, lib. 2. cap. 14. nu. 23

Solutio. *an poſſit fieri excommunicato, lib. 4. c. 56. num. 12*

Facta metu excommunicationis non conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi, lib. 4. cap. 1. nu. 12

Sponſalia *an poſſint contrahi inter fidelem, & infidelem, li. 2. cap. 2. nu. 28. & 29*

Per verba de futuro non inducunt ſtatum incompatibilem cum clericatu, lib. 7. c. 4. num. 2

Statutum. *relatum ad perſonas non ligat forenſes, lib. 2 cap. 3. nu. 4*

Prohibens arti fieri incertis diebus feſtis exercere artem, an comprehendat iudæos, lib. 2. cap. 8

Quod delinquēs puniatur certa pena comprahendit etiam iudæos, lib. 2. cap. 14 num. 15

Vt in cauſis inter conſanguineos fiat compromiſſum comprahendit etiam iudæos, ibid num 15

De duabus conformibus habet locum etiā inter iudæos, ibid. nu 19

Permittens teſtari pro anima non habet locum in iudæis, ibid. nu. 27

Quod iudæi teneantur ſeruare ſtatuta l. ei obligat eos etiam in caſibus in lex moſaica diſponit contrarium, lib. 2. cap. 15 nu 8

Quod mercator vſurarius non habeatur pro mercatore, intelligitur quo ad vtilitates non quoad onera, lib 2. cap. 30 nu. 15

Loquēs de hæretico non habet locum in ſuſpecto de hereſi. lib. 5. cap. 19. nu. 27

Puniens eos qui fugerunt à carceribus nō comprahendit eos qui fugierunt, etſi ſtatim redierunt, lib. 8. cap. 2. nu 17

Non habet locum vbi qualitas ab eo requiſita non verificatur, in tract. de neophyt c. 7. num. 31

Statutum *ſuper puritate vel impuritate ſanguinis quod deſcendentes à Mauris, vel iudæis non poſſint obtinere beneficium an ſit probandum, in tract. de Neophyt. cap. 6. per totum.*

Eſt exorbitans, & correctorium, & ſtri

ctè

eſt interpretandum eod. tract. cap. 7 nu. 1
Si repellat impuros non habet locum quando non conſtat neque de puritate, neque de impuritate, ibid. num. 3
Si repellat filios hæreticorum, vel de hæreſi condemnatorum, non habet locum in iis qui fuerunt ſuſpecti de hæreſi, neque in reconciliatis, ibid. num. 7
An comprehendat natos ante hæreſim paternam. ibid. num 28
An comprehendat Indos, *& Etiopes, ibid. num. 30*
An comprehendat Expoſitos, ibid. nu. 33
Reliqua vide in verb. puritas & verb. impuritas ſanguinis.

Subditi *reſpectu iuriſdictionis an poſſint communicare domino excommunicato, lib. 4. cap 52*

Subrogatus. *Tenetur ferre ſententiam eiſ iiſdē terminis quos tenebatur ſeruare* Iudex *principalis, lib. 2. cap. 29. num. 25*
Tenetur dare eandem cautionem quam tenebatur dare principalis, ibid. num. 26

Subſtitutio. *Pupillaris eſt teſtamentum filii, lib. 2. cap. 29. num. 18 Eius ſpes non tranſit in fiſcum, lib. 5. cap. 32. num. 45*
Poteſt fieri a iudæo filiis impuberibus & in poteſtate conſtitutis, lib. 2. cap 29 nu. 4

Subſtitutus *ab habente poteſtatem ſubſtituendi, videtur ſubſtitutus a principali, lib. 4. cap. 25. num. 7*

Subſtituendi *poteſtas non radicatur in excommunicato, ibid. num. 8*

Suitas *habet locum etiam inter iudæos, lib. 2. cap. 14 num. 25*

Suſpectus *pupillo non poteſt gerere eius tutelam. lib. 2. cap. 30. num. 6*

Suſpectus *de hæreſi quoad neceſſitatem abiurandi non differt ab hæretico, lib. 5. cap. 11. num. 30*
Suſpectus de vehementi purgatus recuperat beneficia, etiam tertio collata, lib. 5. cap 19 num. 6
De violenta, punitur tanquam hæreticus lib. 5. cap. 2. num 19
Reliqua vide in verb. hæreſis ſuſpectus.

Suſpenſio, *& interdictum, admittit appellationem. lib. 2 cap. 64. num. 4*
Ab officio impedit collationem beneficiorum, lib. 4. cap. 3. num 8

Suſpenſus, *& depoſitus priuatur prouentibus beneficii. lib. 4. cap. 14. num. 22. Limita vt num. 23*
Propter crimen etiam ſi emendetur non recuperat priſtinum ſtatum, ibid. num. 24 quouſque ſatisfaciat, ſequuta ſatisfactione non eget abſolutione, lib. 4. cap. 65. num. 35. Limita vt num 36
Collator, ſiue publicus, ſiue occultus, ſi conferat, collatio eſt nulla, lib. 4. cap. 3. n. 17

Suſpitio, *& præſumptio in materia hæreſis conuertuntur, lib. 5. cap. 11. num. 2*
Eſt triplex, lib. 5. cap. 2. num. 3
Violenta quæ, lib. 5. cap. 11. num. 25
Succedens ſuſpitioni violentæ, efficitur violenta, lib. 5. cap. 2. num. 26
Leuis, diluitur leui defenſione, lib. 5. cap. 5. num. 4 & 6
Vehemens vnde ſumitur lib. 5. cap. 11. numero 7.
Inſurgit aduerſus obſeruantem falſas ceremonias, lib. 5. cap. 2. num. 9
Non ſufficit ad condemnandum de hæreſi ibi num. 25

Synagoga *quid ſignificet, lib. 1. cap. 2. num. 1*
Proprie eſt populi iudaici, ibid. num. 6
Eſt lunæ ſimilis, ibid. num. 4
Aſſimilatur tabernaculo ligneo, ibid. nu. 4 & 8

Synagogæ *oblationes à Deo non recipiuntur, lib. 1. cap. 2. num. 3*
Incrementum & decrementum, ibid. nu. 5
Vmbra quæ fuerit, ibid. num. 7
Eam an liceat ingredi Chriſtiano, lib. 2. cap. 39. num. 12
Eam an liceat fabro Chriſtiano reficere ſeu reſtaurare, lib. 2. cap. 39. num. 7

Synodo *prouinciali intereſſentes tenentur emittere fidei profeſſionem, lib. 1. cap. 13. n. 2*

T

TEmpla *hæreticorum an & quomodo poſſint Catholici adire, lib. 1. cap. 8*

Tempus *ad effectum priuationis non coniungitur, lib 8. cap. 8. num. 2*
In pœnis inſpicitur illud quod erat tempore delicti, lib. 5. cap. 32. num. 22
Non inducit tollit obligatione, lib. 4. cap. 65. num. 28

Teſtamentum. *factum ab excommunicato an valeat diſputatur lib. 4. cap. 58. a num. 7. vbi multipliciter extenditur, & declaratur.*
Excommunicatu an peccet faciens teſtamentum ibid à num. 1. vſque ad 7
Factum ab hæretico eſt nullum, lib. 5. c. 28. vbi amplia qua dupliciter.
Per pœnitentiam non reconualeſcat, lib. 5. cap. 28. num. 10

Teſtari *non ſufficit, niſi debito fiat debito modo, lib. 8. cap. 12. num. 11*

Teſtamentum *nouum quare ſic appellatur, in tract. de Neophyt. cap. 1. num. 6*

Teſtis. *deponens falſum in iudicio nullo punitur, lib. 6. cap. 2. num. 29*
Falſus in vno articulo redditur ſuſpectus in omnibus, lib. 8. cap. 7. num. 8.

vide

vide lib. 5. cap. 21. num. 12

In cauſa hæreſis quomodo debeat deponere lib. 5. cap. 6 num. 9

Teſtibus *non creditur quorum repelluntur authores, lib. 4 cap. 61. num. 36*

Teſtificari *contra ſe ipſum nemo tenetur, lib. 8. cap. 13. num. 13. & 27*

Thæodorici *Regis adictum quoad Iudæos, lib. 2. cap. 31. num. 25*

Thæatini, *vide in verb. clerici regulares.*

Thori *ſeparationem an petere poſſit coniux conuerſus ad fidem, lib. 2. cap. 2 . nu. 30*

Timor. *ne territorium inuadatur eſt iuſta cauſa vt ſolutio poſſit fieri excommunicato, lib. 4 cap. 56. num. 15*

Pena benemerita non excuſat eum qui deſert habitum coopertum, lib. 8. cap. 13. num. 16

Tiraquelli *lapſus, lib. 4. cap. 31. num. 42*

Tironi *cuſtodia committenda non eſt, in tract de Neophyt. cap. 5. num. 2*

Titulus coloratus *An cauſetur ex collatione facta excommunicato, lib. 4. cap. 6. nu. 20*

Tolerantia. *Non facit, vt ſecta non ſit reprobata, lib. 2. cap. 44. num. 5*

Tranſlatio *de vna religione ad aliam quando fieri poſſit, lib. 8. cap. 4. vbi plenè.*

Si transferatur Abbas exemptus, & ſubiectus Papæ immediatè à quo ſit cōcedenda licentia, lib. 8. cap. 4. num. 25. & 26. & ſeq.

In ea facienda an debeat attendi perfectio, vel aſperitas religionis, lib. 8. cap. 6

Translatio ad laxiorem. *Si fiat auctoritate apoſtolica procedit in foro iudiciali etiam ſi ſit facta ſine cauſa, lib. 8. cap. 4. num. 1*

Sine cauſa facta non reddit tutum religioſum in foro poli etiam ſi fiat auctoritate apoſtolica, ibid. num. 3

Non ſolet à Papa concedi niſi ex cauſa, ibid. num. 4

In ea concedenda a Papa an requiritur derogatio concilij Trid. ibid. num. 5

Facta auctoritate Abbatis, vel alterius ſuperioris immediati non dicitur debite facta, ibid. num. 9

An idem procedat vbi cauſa non requirit celeritatem, a num. 9. vſque ad 11

An idem ſit vbi ſuperior habet ſpecialem facultatem ante concilium, lib. 8. cap. 4. num. 11. & ſeq.

Si fiat de religioſo exempto quis debeat dare licentiam, vt dicatur translatus debite, ibid. num. 15

Translatio ad parem *vt debite fiat, quæ requirit, lib. 8. cap. 4. num. 16*

Quando datur per ſedem apoſtolicam adijcitur clauſula de tui ſuperioris licentia, ibid. num. 24

Translatio ad arctiorem *eſt in debite facta ſi fiat venia non petita à ſuo ſuperiore, lib. 8. cap. 4. num. 17. quod ſi petierit erit facta debitè etiam ſi non ſit obtenta, ibid. num. 19*

Quando dubitatur quæ religio ſit arctior vel laxior, quid agendum, ibid. num. 20. & 21. & 22. & 23

Transferri poteſt. *Etiam in Monialis de vno monaſterio ad aliud, vide in verb. Monialis.*

Transferri non poteſt, *Religioſus mendicans niſi ad religionem Carthuſiæ, lib. 8. cap. 4. num. 29. verſ. Decima concluſio vbi vide praxim*

Frater minor ad religionem Minimorum, & contra, lib. 8. cap. 6. num 12

Cappuccinus ad religionem Minimorum, & è contra, ibid. num. 13

Conuerſi, & oblati an poſſint transferri ad arctiorem, lib. 8. cap. 4. num. 21

V

VAcatio *beneficiorum inducitur Per contractum matrimonij in clerico conſtituto in minoribus lib. 7. cap. 1. vbi multipliciter extenda, & declara.*

Semel inducta non reuiuiſcit ſine noua collatione, lib. 7. cap. 1. num. 21

Inducitur ex ſola voluntate, lib. 7. cap. 2. num. 34

Vaxallus *effectus clericus ſi reuertatur ad ſæculum non recuperat feudum amiſſum, lib. 7. cap. 5. num. 18*

Vendi *quæ poſſint, vel non poſſint iudæis, vide lib. 2. cap. 39*

Verbum. *præſertim exprimit caſum minus dubitabilem, & includit magis dubitabilem lib. 4. cap. 7. num. 19*

Debet, quid importet, lib. 4. cap. 37. num 2

Quale eſt, talis præſumitur mens proferentis, lib. 5

Quouſque ſatisfaciat, quid operetur, quando eſt appoſitum in decreto, lib. 4. cap. 65. num. 29

Dubium, non eſt habile ad probandum hæreſim, lib. 5. cap. 6. num. 7

Eſt interpetrandum vt excludat delicta, ibid. num. 8

Religioſus, eſt habile ad includendum omnes religioſos etiam impropriè tales, lib. 8. cap. 7. num. 8

Generale reſtringitur ad terminos habiles lib. 4. cap. 48 num. 16

Operatur vt cenſeantur incluſi illi de quibus erat facienda mentio expreſſa. lib. 8.

cap.

c ap.7. num. 9. & 11
In fine poſitum refertur ad omnia praece- dentia. .. 5. cap. 26. num.2
Veritas *in haretico non reperitur*, lib. 5. cap. 20. num.30
Veſtibus, *& ſignis Infidelium quando poſſit uti Chriſtianus*, lib.1. cap.5. num.14
Vti quando ſit peccatum, ibid. nu.1. & 3
Vicarius *Excommunicati an poſſit exercere iuriſdictionem*, lib. 4. cap. 17. num.11. & lib. 4. cap.19. num. 3
Vir *eſt caput vxoris*, lib. 1. cap. 48. num. 26
Excommunicatus poteſt agere ſpolio ad recuperandum vxorem, ibid. num. 27
Viro *cenante cum excommunicato vxor non poteſt in eadem menſa comedere*, lib. 4 cap. 48. num. 41
Veſtalis *erat extra poteſtatem patris*, lib. 2. cap. 19. num.4
Viſitatio *Duobus habentibus facultatem vi ſitandi, quis praferendus*, lib. cap. 61. num. 58
Vitiorum *cauſa non eſt in ſeminibus, ſed in vo luntate naſcentis*, in tract. de Neophyt.
Vnitas Eccleſiæ *In quo conſiſtit*, lib. 9. cap.1. num.5
Vocatio *ad eccleſiam eſt primum beneficium quod à Deo recipimus*, lib.1. cap.1. nu. 3
Voluntas *Patris, et filij praſumitur vna, et ea dem quoad religionem*, lib. cap.32. nu.11
Praſumitur durare, niſi appareat muta ta, lib. 3. cap. 8. num.7. & lib. 5. cap. 27. cap. 18
Eſt perſonalis, & ideo non tranſit in fiſ- cum, lib. 5. cap. 32 num. 54
Coacta, eſt voluntas lib.6. cap. num. 6
Vſura *Eſt prohibita hebrais, & Chriſtianis*, lib. 2. cap. 19. n. 2. *eccleſia tamen in eis diuerſimode tolerat*, ibid. num. 4
Vſuſfructus *non tranſit in fiſcum*, lib. 5. cap. 32. num.60
Relictum haretico reſoluitur in legatum alimentorum, lib. 5. cap. 27. num. 23
Vtilitas *quando inducat praſumptionem vo- luntatis*. lib. 2. cap.32. num. 7
Vxor *an poſſit communicare viro excommuni cato*, lib.4. cap 48. vbi late
An poſſit communicare cum excommuni catis communicantibus cum viro, ibid. num. 40
Propter excommunicationem mariti an poſſit repetere dotem, ibid. num. 10
Pro reſtitutione ſuarum dotium poteſt propria auctoritate inycere manus ad bo na confiſcata lib. 5. cap 34. num. 34
Amplia dupliciter vt num 35. & 16
Noua qua dicatur, in tract. de Neophyt cap. 16. num.4

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google